A
12-160

79

Biblioteca Universitaria
JADA
Sala A
Estante 12
Número 160

21. a. 6 -
13 -

Nº 1
11-160

Del colegio de la Comp.ª de Jhs de Gran.ª B.ª
R.3997

BARTHOLOMAEI DE PISIS

EX ORDINE MINORVM

Conuentualium famosissimi Doctoris.

De vita, & laudibus B. Mariæ Virginis Libri Sex.

AB HINC PLVS QVAM DVCENTIS ANNIS compositi, sed nunquàm antea in lucem, nisi nunc editi.

In quibus omnia potissimum, quæ de ea conscripserunt Euangelistæ; ac innumera etiam ad vitæ Christi cursum pertinentia diligenter enarrantur.

Multæ præterea Scholasticæ quæstiones, dubitationes, atque figuræ sacræ Scripturæ mirificè dissoluuntur.

Adiectus est Index quæstionum, rerumque memorabilium generalis ordine alphabetico digestus.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

VENETIIS, MDCXCVI.

Apud Petrum Dusinellum.

I.3.77.4

BARTHOLOMÆI DE PISIS EX ORDINE MINORVM

(Memoriale Vitæ Franciscanæ Doctoris.)

De vita, & laudibus B. Mariæ Virginis Libri Sex.

AD HUNC FINEM OPERANTIS ANIMIS

In quibus compendiosa tractatio, quæ de ea concipiuntur Euangelia, & ipsa ac memoria eiusdam ad vitæ Christi cuiuscunque partis cultu diligenter conferuantur.

Cum pluribus Sacræ Scripturæ mysteriis, deductionibus, atque figuris pulcris Scripturæ locupletatis.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, M.D.XCVI.

Apud Petrum Dusinellum.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISS. D. D. AVGVSTINO CVSANO

S. R. E. Presbitero Cardinali, & vniuersæ Religionis Franciscanæ Conuentualium Protectori vigilantissimo.

FR. GVIDVS BARTHOLVCCIVS Assisias, eiusdem instituti alumnus, sacræ Theologiæ Doctor, et in magna Domo Venetiarum Regens, diuturnam à D. O. M. precatur fœlicitatem, & maiorem optat dignitatem.

INTER cætera, quæ à præpotenti Deo conferri solent hominibus beneficia, ob quæ ingentes eidem reddendæ sunt gratiarum actiones, nullum maius, nullum admiratione dignius, nullumq; reuera præstantius existimo, quã alicui Reipublicæ penè labenti, ac cadẽti succurrere. Hinc in omni ætate apertè conspicimus, quod cum homines à laudabili viuendi consuetudine deflexerint, vel tantillum à recta Religione declinauerint, statim Deum Opt. Max. illorum saluti per viros vitæ sanctitate conspicuos, & omni doctrinarũ genere claros, cõsuluisse. Hoc. n. passim omnia testãtur sęcula, sapientum voces cõmemorãt,

& quæ ſunt in effectu demonſtrant. Finxerat namque Deus hominem de limo terræ & inſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, vt ex duplici ſubſtantia conſtitutus, ſe cunctis animantibus ſuperiorem agnoſceret: vna cęlum anhelans, ſe fore beatum, & ſempiterna fęlicitate decorandũ, altera verò, terram contuens, humilem, atque contemptum ſe eſſe conſiderans, minimè ſuperbiret: Immo terram ratione, animoque luſtraret, & ipſam ante oculos ſuos ad imitandum proponeret: Quippe quæ cum media ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat, & media pendeat, neque mouetur, & infima eſt, & in ea feruntur omnia ſuo motu pondera, hominem medium eſſe inter creaturam purè ſpiritu conſtantem, & animalia rationis expertia, corpore tantum affecta, demonſtrat. Ipſe vtriuſque extremi particeps, & concors effectus, in eo feruntur omnia ſuo motu pondera, ſurſum, atque deorſum: Surſum amoris onus, teſte D. Auguſtino, Amor meus, pondus meum, illud fero, quocunq; feror; deorſum verò, ſeipſum, & proximum diligendo, licet vno, & eodem ipſi Deum ſeq; charitatis proſequantur actu, vt ſunt tamen obiecta, è diuerſo diſtincta, diſtinctis actibus diligitur Deus, & proximus. Nam ſicuti motus ad numerationem termini numerantur ſubiecti, & temporis, ita dilectione alia diligitur Deus, alia proximus. Media terra pendet. Sic homo rationali anima à Deo donatus, & corporeus à parentibus, vt à cauſis proximis, & immediatis effectus, anima fertur ſurſum, corpore deprimitur deorſum. Neque ipſe mouetur vt homo ſenſu, & appetitu, ſed ratione ducitur, & ratione non ſolum dominatur piſcibus maris, retibus attrahendo, volatilibus cœli, laqueis capiendo, beſtijs terræ, freno illas edomando, verum etiam aſtris, ſeipſum prudentia gubernando. Nam vt medicina valetudinis, ſic viuendi ars eſt prudentia, quæ cum ſit rerum expetendarum, fugiendarumque ſcientia, & multarũ rerum memoria, & complurium negotiorum vſus, mala, vt veneno illita, atque peſti fera, vitanda docet, bona, vti pulchra, appetitum hominis valde mouentia, & iucunda ſummopere expetenda, monſtrat amplecti. Sicut enim quis in medio quorundam extremorum locatus, ambo videt extrema, & ſingulas contemplatur

partes,

partes, sic homo in medio situs est, vt suprema sempiternam oblectationem allatura, & infima quacunque lætitia priuata, sibi nocitura esse conspiciat. Nõ ab re prisci omnes Theologi, hominem non solum corpore, sed etiam anima mediæ cuiusdam naturæ, & conditionis esse affirmarunt. Nam si ante oculos nobis versantur omnia ad animam spectantia, in omnibus mediam esse naturam, & conditionem reperiemus. Dum eius generatio nobis proponitur, ea est media inter genita, & ingenita: est genita, vt ab Idea sua pendet, est ingenita, ratione suæ præstantioris stabilisque portionis, quæ & intelligens, & indiuidua est. Ideò quæ sunt supra animam, solum sunt, non fiunt: quæ infra animam, solum fiunt, non sunt: Anima verò, simul esse, & fieri dicitur. Insuper quæ sunt supra animam, in sola æternitate degunt, quæ infrà animam, in solo tẽpore: in anima simul, & finis æternitatis, & initium temporis reperitur. Est etiam corpore media, corpora enim triplicia sunt: quædam, nec intelligunt, nec sentiunt, vt cœlum: quædam sentiunt, vt rationis expertia: quædam intelligunt, & sentiunt, vt humana corpora. Rectè igitur dixerunt Philosophi, in medio virtutem consistere, quæ si interdum hominis nequitia recedit à medio, non virtus, sed vitiũ nuncupatur. Sæpissimè vidimus homines à medio discessisse, & in maximos errores incidisse, qui ne suo fine frustrarentur, leui, & facili motu à miseria subleuati sunt. Hoc testatum habemus post lapsum primi hominis in lege naturæ, in quo cũ ipse à Deo Opt. Max. defecisset, & maximas in pœnam sui criminis pateretur ærumnas, ne omnino caderet animo, tribus illi Deus cõsuluit, Decimis, Oblationibus, & Sacrificijs, quæ erant remedium, & medicamentum contra originale peccatum. Additur etiam illud, postquam Deus terras eluuione vastauit, hominumq; genus flagitijs & sceleribus contaminatum, aquis deleuit. Noe, & paucissimos ex suis homines ligno inclusos, tutos, inuiolatosq; cõi illa in calamitate mortalium seruauit, & in orbis terrarum possessione constituit, vt eas colerent, & celebritate frequentarent. Populum Israeliticum in seruitutem crudelissimi Pharaonis redactũ, vti animalia ratione carentia, per deserta Arabię arida & in-

aquosa vagantem, per Moysen liberauit, mare rubrum sicco vestigio transire fecit eundē, cū exercitu Pharaonē, & equitibus suis demersit in mare, & tādē mortuo Moyse per Iosue introduxit illū ob crimen læsæ Maiestatis percussum, & quadraginta annis humiliatum in terram promissionis lacte, & melle fluentem, diuino præsidio cinctam, opibus diuinis egregiè locupletatam, & omnium virtutum maximarum claritate, & splendore decoratam: Erant quidem Israeliti in illis Arabiæ montibus, & cauernis inopia, & egestate cō fecti, aduersisque tempestatibus, atque malorum fluctibus agitati, ex quo ope diuina videbantur destituti; & statim terram, quam Deus eorum patribus se daturum promiserat, ingressi, opibus summis affluxerunt, & in loco munitissimo cōstiterunt. Verum si temporis illius acerbitatem cum illius temporis fœlicitate, qua in terra promissionis, fruebantur, compares, facilè intelliges, quàm fuerit illa molestia præ hac gratiæ iucunditate contemnenda. Nā tempus illud quo ille populus à Deo iudicabatur esse desertus, fuit breui spacio definitum, beneficia verò, quibus ipsum postea recreauit, maxima & sempiterna extitissent, nisi animi illius durities fuisset in causa. O miram Dei clementiam, o incredibilem illius erga nos benignitatem: Seruat Israelem per Moysen, Aegyptios magna frumenti, bonorumq; omniū penuria laborātes per Ioseph, Dauidem per Nahaman, Viduam per Elisæum, totum genus humanum morti iam destinatum per Christum, qui sese piaculum pro peccatis obtulit, vitamque suam pro salute humani generis omnibus nobis benignissimè fuit elargitus. O rem omni admitatione dignā, quis vnquam talia in homines contulit beneficia? quis pro aliorum sceleribus voluit corpus suum affligi, vitamq; sibi adimi? quis poterit tātā in alterū beneuolētiā nō dico vi orationis explicare, sed mente, atq; cogitatione complecti? Magnū fuit Moysen Israelis Ducem, absolutissimum virtutis, & probitatis exemplar, fuscinula quadam molli iunco contexta puerum adhuc in cunis vagientem, propè fluminis ripam eiulantem seruasse, seruatum nullius alterius, nisi propriæ nutricis lac suxisse, diuinam legationem apud Pharaonem

nem obijsse, aquã ex cilice bis percussa elicuisse, virgã in serpentem mutasse, manum extra sanam, intus verò pectus leprosam habuisse, nocte columna ignea duci, die nubecula quadã sociari, Mãna Israelitico à Deo ad manducãdũ populo per pluuiã impetrasse, vnà cũ exercitu mare rubrũ trãsuexisse, & multoties Deũ contra Israeliticos furore magno iratũ placasse, leniisse, mitigasse. Mirabile facinus effecit Dauid ille Regius postea Psaltes, qui cũ proteruam Goliæ gigantis arrogãtiã omnibus necẽ, & interitũ minitantis, ęquo animo sustinere nõ posset, funda, & baculo ad eum interficiendum accessisset, & lapide in fronte percussum necasset, maximam sibi gloriam, & Hebræis lætitiam comparauit, Gigantisque superbiam maxima animi fortitudine compressit. Mirandum quoque fuit illud factum Achaz. Vmbra enim quæ iam solis in occasum vergentis decursu in horologio Achaz latè descendit, solis contrario motu repente decem gradibus diem præcipiti ad principium fere cursu reuocauit, ò rem admirãdam, cum homines luctu, atque mœrore tabescerent, periculoso, atque mortifero morbo vexarentur, ideoq; multa mente animoque secum agitarent, quæ magnum illis dolorẽ inurebãt, omnibus ferè auxilijs destituti, cũ propè mortẽ cẽserẽtur, diuina pietate suffulti, post multos labores, & varias tandem multiplicesque ęrumnas uitę suauitatẽ tranquillæ dulciter gustare cœperunt, & diuina benignitate prouocati, gaudio exultarunt, maximamque lætitiam ex salute, quam ipsis Deus attulit mente perceperunt: sed omnium maximum est totum humanum genus corpore Christi veluti fuscinula molli iunco sanguinum purissimæ Virginis propè ripam fluminis aquis baptismalibus refecti, & præ dolore in baculo Dauidis exclamãtis, heu pro te patior tua vulnera facta mea, ingenti aduersariorum confusione, & incredibili vtilitate proposita seruari, petra, quæ erat Christus, diaboli caput confractum fuisse, ab eius latere sacramenta fluxisse, & omnem cultum traxisse originem, & Religionum ornamenta manasse. Hinc paulatim homines diuino amore incensi, mundum reliquerunt, eiusdem illecebras vti pestem fugerunt, & ut Deo pacatè seruirent, sese in nemo-

ta tanquam loca amica mæroribus contulerunt,& quemadmodum qui natat nõ negligenter, & ociosè natandi munus exequitur,cum de uita ſua agi conſpiciat, ſed in illud totus incumbit, vtramq; manum verſat, agitatq;,vſq; eò,dum terram attingat, ſic qui Deum ſummopere dilexerunt,maximo pugnandi ſtudio in medijs hoſtibus ita verſabantur, vt manu dextera, leuaq; hoſtes cederent, ſunderent,fugarentque aduerſantes,nec ab oppugnãdi ardore deficerẽt,donec eorũ ferociam de ſtatu deijcerent, & malitioſam diaboli audaciam contunderent,deque eiuſdem fraudibus,& immanitate perfectam victoriam conſequerentur. Quippe qui victoriam diabolo exprobrantes, ſic aiebant: Non opibus noſtris o hoſtis ſempiterne,à te cõſequi victoria poſſumus,nec ẽt nos ipſi tuæ ferocitatis impetũ ſuſtinere valemus:ipſe cœlorũ & terræ conditor cunctarũ præpotens creaturarũ dñs ꝓ nobis pugnã capeſcet, ipſe tecũ ſignis collatis cõgredieẽ, vires,& potẽtiã tuã euertet, tuamq; cõprimet ſuperbiã,ipſe inſidias eludet tuas,munitiones,propugnacula, altiſſimoſq; aggeres expugnabit,diruet,in terramq; proſternet,nec quid quã de conflictus aſſiduitate remittet, donec omnem ſuperbiæ,faſtus,& tyrãnidis obſiſtentem bonis oĩbus molem adnihilatã penitus in puluerẽ deducat. Quis horum animi magnitudinẽ, cõſtantiã,atq; perſeuerãtiã non admiratur? quis eorũ pietatẽ,ac in Deum cultũ,& Religionem non obſtupeſcit? quis eorum fructus,quos totus terrarũ orbis percepit, & ex eorũdem ſanctitate collegit,non oculis videt,non manibus attrectat? ſanguine pauimenta inundarunt, terra cruore maduit,cerebris parietes cõſperſi fuerũt,veſtitu purpureo amicti in publicum prodiere,loca,quæ prius ignominiã afferebant,decorarunt, quæ prius inuiſa æquo animo videri nõ poterãt amica reddiderunt,aſperos ac ſine ſenſu lapides dignos veneratione fecerunt, animalia natura ferocia, & aſpectu horribilia ita ſibi beneuola & manſueta effecerunt,vt vitam cum eis in antris viuerent iucundiſſimam, vtque epulas ſibi miniſtrarent,ſuo calore fouerent, eis aſſiduè inſeruirent,eorum nutibus parerent, illoſq; libentiſſimè audirent. Quibus rebus omnium ſibi beneuolentiam compara

bant,

bant,omnium animos ad se alliciebant,omnes ad Deum vehementer diligendum inuitabant,& ipsum in cunctis mundi partibus solum venerãdum,summisq; laudibus(timore mortis postposito) vbique celebrandum prędicabant.Erat enim eis perspicuum Deum esse arcem vitæ munitissimam, firmissimumq; eorum, qui se totos illi crediderint,in omni æternitate propugnaculum. Cõtra verò,eos qui summis opibus affluunt,nimiumque in illis confidunt, & in potentia sua gloriantur,peruertit repente Dominus,& de omni statu deturbat,Ciuitatesque munitissimas , opibus,& imperio affluentes exscidit, in terrãque prosternit. Homines igit tenues, & abiecti, suęq; fragilitatis, & inopiæ conscij, in Deo omnem salutis suæ rationem reponentes , opibusq; suis firmati, hostium mœnia pedibus suis protriuerunt , & conculcarunt : Intelligebant enim omne suæ salutis robur, atq; firmamentum in fide inflammata consistere,iccirco summis viribus in illius studium incumbebant illam perpetuò retinuerunt , & omnem suæ salutis rationem in Dei præsidio collocarunt . Hinc suæ vitæ sãctitate cœnobia miro artificio & multis sumptibus elaborata cõstruxerunt,prudenti vtiq; cõsilio,nec minori prouidentia,præuidentes circumspectè vtilitates, oportunitatesq; omnes, quas habere fas est eos, qui sese a mũdo abdicarunt, vt Deo expeditius,& cõmodius seruirent. Hinc multos mortales à via salutis aberrantes , infinitisque erroribus implicatos , suæ sanctitatis , & eruditionis exemplo in rectam viuendi viam reduxerunt , & ab humani generis inimicorum faucibus cum Dei,eorum salutis,& Ecclesię ornamento augmento q; eripuerũt:non numerosa equitũ phalange,nõacie instructa militari, non vllo strepitu clangoreq; tubarũ,non armorũ vi terrifica tandem,superba Tyrannorũ dominia eluserũt,adnihilarũtq;,hostesq; fidei Christianæ superarunt , & pessundederunt, sed diuino tantũ & ignito eloquio,vitæ bonitate,morum honestate, fidei cõstantia,rerum aduersarum tolerantia, animi fortitudine, & rerum humanarum ad extremũ nobili cõtemptu eluserunt. Nequitia tamẽ diaboli, qui semper saluti hominum parat insidias,& in medio tritici zizania seminat,eorũ inuidens sanctitati,& de posteró-

sterorum bonis mẽrens, factum est, vt Tanthalũ, qui alijs doctrina, & vita benè composita prælucere debent, se ab institutis suorum maiorum abducerent, & a perẽni contestataq; virtute maiorum degenerarent, ab illaq; laudabili consuetudine animum deflexerint. Verum enimuerò, dum diabolus, ex eorum erratis victoria se esse potitum gloriaretur, & sua fraude fundamenta priscorũ sanguine aspersa, & sudore maximo coagmentata, euertisse, ac deturbasse putaret, per viros omni doctrinarum genere cumulatos, & sanctitate vitæ clarissimos, labenti ac pene cadenti heu Religioni, præsertim Franciscanæ Conu. prospexit, qui illam in pristinam dignitatem, & amplitudinem restituerent, errata (si qua sunt) corrigerent, illam muris virtutum, & deuotionis cingerent, & firmissimis propugnaculis omni ex parte munirent, vt pietas vnicè coleretur Deus castissimo cultu veneraretur, & sanctissimi Patris Francisci Regula quorundam incuria & neglectu quasi quodam obsoleta, reuiuisceret. Quę etsi olim largiori quadam vita, eam maximè diligentibus molestiam exhibuit, vitę tamen nouitate, veteriq; dignitate recuperata, incredibilem lętitiam afferret, essetq; semper ex illa sempiterna vita, quę Dei spiritu continetur ita colligata, vt nunquam ab ea quamdiu in germana prȩceptorum, & consiliorum institutione permanserit, diuelli, atque distrahi possit. Cuius vitę nè amplius homines pios dolor attingeret, & nemo in lugubri lamentatione eius causa versaretur, diuino Consilio in protectionem tuam Illustrissime Cardinalis, & Reuer. P. Magistri Philippi Gesualdi à Castro villarum, hisce turbulentis temporibus administrationem bonorum omniũ gaudio deuenit. Ita vt alter amoris, ac beneuolentiæ sustentatam fulcro, Religionem hanc Franciscanam Conu. penè prostratam, & vt ita dicam, cõcisam, misericordia releuaret, alter verbo, & exemplo, doctrina, & eruditione lachrymis ferè confectam recrearet, ac reficeret. Tu enim tanto ardes Religionẽ hanc innouãdi desiderio, & tanto in eam inflammaris studio, vt siue cibum capias, siue publicũ, tã amicorũ, quã teipsum cõcernens negociũ agas, iuuandi tamen, ac eam amplificandi desideriũ abs te minime diuelli patiaris. Frãciscum Christi stig-

sti stigmatibus insignitum, totius terrarum orbis lumen amplissimum, paupertatis, humilitatis, & verę sanctitatis exemplum, intra domesticos tuos parietes, quinimo in corde insculptum ita contemplaris, vt eius amore assiduè cures filios tuæ protectioni cõmissos imitatione tanti patris fœlices penitus euadere & sanctos. Philippus vero Gesualdus, quẽ hoc in loco honoris, ac reuerentiæ gratia nomino, probè noscẽs animi tui sententiã, nulli labori, nec vitæ periculo parcit, frigora, imbres, niues patitur, in insulas transuehitur, Apuliam, Calabriam, Abrucium, Aemiliam, Picenum, Venetiam, Galliam Cisalpinam, Vmbriam, Liguriã peragrauit, & nullum est Italiæ Clima, tam desertum, quo non illius præsentia penetrarit, vt Religionis ornamẽtis, & fratrũ pariter commodis vnicè prospici posset. Te igitur Illustrissime, Religionis Franciscanæ Conuentualium Protectorem, Te etiam Reuerendis. Pater Philipe appello, quos nõ natura, nõ arte, sed fautrici numimis aura cęlici sãcta fęderis video societate copulatos, huic vt vestro patrocinio, quòd strenuè suscepistis, deesse in futurũ non velitis, vt afflictę nimiũ (proh dolor) Religioni, tanquã tutelare quoddam numen Franciscanæ, eiusdemq; fratribus, ope, & auxiliari pariter dextra succurratis. Hęc igitur mira sunt, & maxima admiratione digna, Remp. penè collapsam recuperare, prauos mores repellere, ab illa iniurias propulsare, ab hostibus illæsam seruare, in pristinã dignitatem restituere, virtutibus illustrare, prostratos erigere, bonos amplecti, difficilia facilitare, & se vnum profiteri omnibus satisfacere. Non est itaque cur admireris Illustrissimẽ Præsul, bonorum omnium perfugium, Religionis Franciscanæ decus, & ornamentum, specimen bonitatis, virtutũ omnium exemplar, si ego inter Franciscanos minimus, tuorum tamen beneficiorum non immemor, quorum memoriã nulla vnquã in me delebit obliuio, cũ quidquid mihi sit, illud totũ me tibi debere profitear, hũc librum grati animi mei in te recordationis mnimosinon debitę seruitutis testimonium, ducentis ferè annis in latebris hærentem, puluere quasi consumptum à fratre Bartolomeo de Pisis, viro integerrimo, & suis temporibus theologo summè præstanti conscriptum, in

præsens

prẽsens vsque nunquam euulgatum, apprimè vtilem, lectoribusque & concionatoribus maximè necessarium, tibi inscriptum dedicasse, cui me tantum debere existimo, quantum sanè nemini, & persoluere mihi sit difficillimũ. Accipe igitur Illustriss. Cardinalis hoc tenue licèt munusculum, animo tamen non excelso & constanti minus, quam sincero amoris cãdore inclito exuberanti, oblatum, & Religionem nostram imò tuam hanc Franciscanam, quæ te Protectorem, ac Patrem & appellat quotidie, & agnoscit indubitanter, perpeti conatu indefessoque vt cẽpisti, studio foue, iuua, atq; tuere constantissime. Vale. Datum Venetijs, die 5. Maij 1596.

Tuæ Illustrissimæ & Reuerendiss. dominationi semper officiosa seruitute addictissimus

Fr. Guidus Bartholuccius.

IN LIBROS DE VITA
B. MARIAE VIRGINIS
PRAEFATIO.

A B arbore discite parabolam. Matthæ. 24. Pro succincta euidentia totius operis sequentis de vita & laudibus Virginis gloriosæ Mariæ verbum hoc exponendum primo occurrit, scilicet: Ab arbore discite parabolam. Et pro ipsius introductione tres declarandas propono quæstiones, quarum prima est: Quanta est Mariæ excellentia & suæ vitæ sanctitudo. Secunda: Qualis est eius eminentia, & si capi potest sua altitudo. Tertia: Quæ est, & debet esse digna eius extollentia & laudum magnitudo. Ad propositas quæstiones respondeo. Ad primam cum quæritur, quanta est Mariæ excellentia, dico, quod ipsa est singularissima, nec valet nostro verbo explicari, sed quodam typo figurari. Ad secundam, cùm quæritur, qualis est Mariæ eminentia, dic, oq; est profundissima, nec potest actu nostro indagari, sed habet Dei dono referari. Ad tertiam, cùm quæritur, quæ est & debet esse Mariæ digna extollentia, dico, quod ipsa est generalissima, debet enim omni modo commendari, & à totius orbis cætu collaudari. Istæ tres responsiones erunt tria declaranda pro nostri thematis introductione.

Primò si quæratur, quanta est Mariæ excellentia, dico, quod est singularissima, & in ista responsione sunt duæ partes, prima, quod vita Virginis nõ potest nostris verbis explicari: secunda, quod licèt dignè exprimi non possit, potest tamen quadam figura, seu typo declarari. Primam partem breuiter ratione probo sic. Beata Virgo Maria omnes puras creaturas excellit in gloria: patet, quia super omnes exaltata est, vt cantat Ecclesia, ergo à nulla creatura citra ipsam suæ vitæ sanctitudo, pro vt gratiam comprehendit & gloriam, potest dignè explicari. Quomodo enim vitæ ipsius sanctitudo explicatur, cum non plenè capiatur? Nam tunc plenè capitur, cum super omnes gloria sublimatur. Quare nequit perfectè declarari.

Si ergo beatis de vitæ suæ excellentia difficultas est fandi, quomodo erit nobis possibilis in ignorantiæ valle degentibus, cum sit à nostris intellectibus & sensibus remotissima, sicque peccatis grauemur, vt ad manifesta naturæ per cognitionem aßurgere nequeamus? Vlterius eam magistri Petri commestoris dicto deduco, qui ad propositum loquens metricè inquit.

Si fieri posset, quod arenæ puluis, & vndæ
Vndarum guttæ rosa gemmæ, lilia flammæ,

Aethera

Aethera, celicolæ, nix, grando, sexus vtrumque,
Ventorum pennæ, volucrum pecudumque genus omne,
Syluarum rami frondes, auium quoque pennæ.
Ros, gramen, stellę, pisces, angues, & Aristę,
Et lapides montes conualles, terra, dracones,
Linguæ cuncta forent, minimè depromere possent,
Quæ sis, vel quanta Virgo Regina Maria,
Quę tua sit pietas nec littera, nec dabit ætas.

Patet igitur ex dictis prima pars. Secunda pars patet, scilicet quod Virgo non potest propriè aliqua figura rationali, vel irrationali figurari, sed quodam typo valde improprio habet declarari. De figura & similitudine rationali, ideſt ut dicatur: Virgo tantum, vel tali modo fuerit sancta, sicut talis sanctus, vel sancta, quod sic figuretur, patet ratione quod non quia sanctos cunctos citra Christum præcellit gratia & gloria, vt tenet mater Ecclesia, quare sequitur propositum esse verum. Patet etiam authoritate Ecclesię dicentis: Sola sine exemplo placuit Virgo Christo. Hoc idem testimonio probatur Petri Archiepiscopi Rauennatis exponentis illud: Liber generationis Iesu Christi. Et est in sermone natiuitatis Virginis Mariæ, vbi inquit ad propositum: Ad Virginis namq; digne efferenda præconia, nec rhetorum diserta facundia, nec dialeticorum subtilia argumenta, nec Philosophorum acuta ingenia sufficiunt. Et subdit: Non denique excellentissimus ille patriarcharum chorus, non prouidus profetarum cuneus, non iudex apostolorum senatus, non martyrum victor exercitus, non aliquis antiquorum, nec quisquam sequentium patruum huic beatissimę Virgini poterit comparari. Hęc ille. Quod verò non possit aliqua similitudine, vel figura irrationali propriè exprimi, patet ex hoc, quia ex quo rationali & propriè non exprimitur, quomodo ergo irrationali? Cùm magis conuenitur cùm rationali, quàm cũ irrationali? Hoc idem dicto patet beati Bernardi sic dicentis: Quid dicemus de te ò pulcherrima mulierum? si solem te dixerim, splendidior es; si rosam, floridior es; si cinamomum & balsamum, omnes species tu præcellis aromaticas, quia gratiarum priuilegia tibi concessa non solum hominibus, sed Angelis credimus admiranda. Si ergo Virgo Maria nec similitudine rationali aut irrationali exprimi propriè nequeat, qua igitur? Dico certè quod similitudine seu figura quadam improprie referatur, & hęc secundum modum loquendi Ecclesię. Sed qua? Certè arboris typo declaratur. Vt enim docet mater Ecclesia tam in vigilia Assumptionis, quam festi, Virgo Beata assimilatur cedro, cipresso, palmę, rosæ, oliuæ, platano, cynamomo, balsamo, terebintho, viti. Et cum omnia prædicta generali nomine arbores censeantur, sequitur quod Virgo generaliter per arborem posset figurari. Et sic patet secunda pars præfatæ responsionis, & per consequens patet prima responsio, scilicet quod excellentia vitæ Mariæ est singularissima nec valet verbo nostro explicari, sed quodam typo impropriè figurari, videlicet per arborem, vt ipsa sit

arbor

arbor illa posita in medio terræ, arbor magna & fortis, altitudo eius nimia & proceritas eius attingens cœlum, aspectus illius vsq; ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorũ in ea. Ita scribitur Danielis 4. & per consequens patet prima responsio ad primam quæstionem, & sic apparet primum declarandum. Dico secundo, quod si queratur, qualis est Mariæ eminentia, respondeo, quòd est profundissima. Istius secundæ quæstionis solutio ex responsione ad primam satis euidenter deducitur. Ostensum est enim, quod sua sanctitas à pura creatura indagari perfectè non potest, nec aliqua similitudine præsentari. Vnde potest concludi meritò, quod nec intellectu perscrutari valet humano. Et ratio, vt dictum est, quia superior est angelis & sanctis. Quomodo igitur intellectus proprio acumine suam gloriam penetrabit, aut comprehendet? Et non solum non comprehendet, imò nec apprehendet cùm superior sit omni nostra narratione. Hieronymus in sermone de Assumptione, qui incipit: Hodie namque: Quid inquit nos tantilli, quid actione pusilli in eius laudibus referamus, cũ etiam si artus omnium nostrum verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? Et subdit ad propositum: Altior enim est cœlo, de qua loqui nitimur, Abysso profundior, cui laudes dicere conamur. Si cœlum te vocem, altior es, si matrem gentium, eminentior es, si sponsam Dei te appellem, digna existis, si Dominam Angelorum paratam, esse probaris. Quid ergo de te dicam? Hæc Hieronymus. Ex quibus verbis apparet, quòd Virginis eminentia propter eius altitudinem inuestigari non potest. Quid ergo fiendum? Quomodo ad cognitionem factorum ipsius, & suæ eminentiæ possumus peruenire? Alia via certè non patet, nisi ad Iesum filiũ eius recurrere, qui ipsam ante mundi constitutionem elegit in matrem super omnes sanctos & sanctas in presenti gratia, & nunc in cœlo gloria exaltauit? Ille omnia nouit antequam fiant, nuda & aperta sunt oculis eius cuncta. Ipsius enim est sapientiæ & fortitudo, ipse mutat tempora et ætates, transfert regna, atque constituit, qui dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam, ipse reuelat abscondita & profunda, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est vt scribitur Danielis 2. Ad ipsum igitur qui clamat dicens: Audite me reges, & intelligite, discite iudices, ad uos sunt sermones mei, ut discatis & non excedatis concupiscite sermones meos, diligite illos deprecemur deuotè, recurramus fidenter, ut quæ suæ mentis sunt magna, nobis pandat. Et quare? Inquit subdendo ad præmissa: Ponam enim in lucem scientiam illius scilicet matris meæ, & non præteribo veritatem. Ita scribitur Sapientiæ 6. Ex quo ergo tam dulciter inuitamur ab ipso Christo, vt ad cognoscendum matris suę magnalia accedamus. Si ipsum benigne interrogemus de Mariæ eminentia qualis sit, sic ille, qui eam perfectè nouit, nobis respondet, dicens illud Sapientiæ 7. & 8. Talis est Mater mea sicut describo. Nec comparaui illi lapidem preciosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum extimabitur argentum in conspectu illius, su-

lius, super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me: omnium enim bonorum mater est. Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. In manu illius nos & sermones nostri, & omnis sapientia. Est enim in ea spiritus intelligentiæ sanctus omnibus mobilibus mobilior, attingit vbique, nihil coinquinatum in ea incurrit, candor enim est lucis æternę, & speculum sine macula, & imago quędam bonitatis illius. Omnia potest, amicos Dei constituit, est enim speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionem ipsi luci comparata inuenitur prior. Hanc amaui et exquisiui eam, quæsiui sponsam mihi assumere, et amator factus sum formæ illius. Contubernium habens Dei, sed & Dominus omnium dilexit eam, in quibus uerbis Dei uirtus et sapientia Christus Mariæ filius eminentiam suæ declarat genitricis quibusdam quęstionibus de ipsa fieri possibilibus respondendo. Si enim quæratur de Virgine gloriosa Maria, primò quanta est suæ gloriæ celsitudo. Respondet Christus Dei filius in prędictis verbis, quod ipsa est super omnes in cœlo exaltata, quia inquit super omnem lapidem preciosum, per quem lapidem angelos intelligere iuxta Ezechielem capit. 28. debemus. & super omne aurum, ideſt electos Sapien. capit. 3. nomine auri intellectos. Dicit ergo nec comparaui illi, scilicet matri meæ; lapidem pretiosum, ideſt nec angeli, nec sancti sunt ei comparandi, quoniam omnes excedit gratia & gloria. Si secundò quæratur, quanta est suæ vitæ sanctitudo, respōdit quod ipsa omni exemplo ordinata, quia inquit Christus: Proposui pro luce habere illam, scilicet toti mundo. Vt. n. sacer docet Ambrosius l. b. 2. de Virginitate: Talis fuit vita Mariæ, vt eius vita omnium sit disciplina; ipsa enim est lux mundi; Ioan. 8. Si tertiò quæratur, quāta est suæ gloriæ plenitudo; respondit quod est super puras creaturas affluenter fœcundata. Ideò dicit ipsa Maria: Venerunt mihi omnia bona ideſt virtutes quantum ad habitum saltem pariter cum illa, scilicet gratia. Et consequēter omnium bonorum mater est. Mater per gratiam illius effecta, à quo bona cuncta processerunt. Iacobi primò. Si quartò quæratur, quanta est suæ amicitiæ gratitudo; respondit quod est euidenter declarata, & inquit; Infinitus thesaurus est hominibus, ipsam scilicet diligentibus. Rationem assignat, quia ipsa participes facti sunt amicitiæ Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi: Coloßensium primò. Si quintò quæratur, quāta est suæ præsidentiæ altitudo; respondit, quod ipsa est imperatrix conditorum, nam in manu eius sumus nos, & per consequens omnia alia. Sumus enim nos finis omnium, ex 2. Physicorum. In manu tua ò B. Virgo sunt omnes fines terræ. Psal. 44. Si quæratur sextò quanta est suæ intelligentiæ limpitudo, respondit, quòd est indagatrix vniuersorum, quia inquit quod in ea est omnis sapientia quoad diuina, & omnis spiritus intelligentiæ quoad humana & terrena. Dedit enim ei Deus omnium quæ sunt scientiam veram,

vt scri.

vt scribitur Sapientiæ 7. Si quæratur septimò quanta est suæ misericordiæ magnitudo; respondit, quòd est omnibus demonstrata: omnibus enim mobilibus mobilior est per subitam ipsam inuocantibus subuentionem, & attingit vbique, teste enim Bernardo, omnibus misericordiæ sinum aperuit. Attingit à fine, ideſt à mundi principio sua misericordia, vsque ad finem, videlicet istius mundi consumationem, & disponit omnia suauiter, vt dicitur Sap. 8. Si quæratur octauò quanta est suæ potentiæ valetudo; respondit, quòd est operibus comprobata; nam inquit omnia potest. Ratio, quia iuuenit gratiam apud Dominum: Lucæ 1. Et per consequens in manu eius est potestas, & imperium. Tibi enim Virgo Maria subest posse, cum volueris: Omnia enim potes: Sapien. cap. 11. Si quæratur nonò quanta est suæ innocentiæ pulchritudo; Respondit, quòd est ab omni macula preseruata: inquit enim nihil coinquinatum in ea incurret, gratia Dei ipsam, vt pie creditur in conceptione præueniente, & in vita consequente. Quare ipsa Virgo Maria fuit candor lucis æternæ, & speculum sine macula. Teste enim Anselmo de conceptu Virginali cap. 18. Maior fuit puritas & sanctitas Mariæ, qua sub Dei nequit maior intelligi. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Canticorum 8. Si quæratur decimò, quanta est ad Virginis Mariæ eminentiam declarandā nostræ eloquentiæ ineptitudo, respondit, quòd non potest effari, nam nulli creaturæ est digna comparata. Ratio quia speciosior es sole, & super omnem dispositionem stellarum ipsi luci, inquit, comparata, inuenitur prior. Prior enim omnium creata est: Eccles. 1. Si quæratur vndecimò, quanta sit Dei ad Mariam dilectio; respondit, quod non potest nostro explicari eloquio. Quare, inquit, amaui eam à iuuentute mea, quæ iuuentus teste Psalmo 101. est: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient, quasi dicat, semper eam dilexi. Inquit ipsa: Dominus possedit me in initio viarum suarum. Et sequitur: Ab æterno ordinata sum, & scribitur Sapient. 8. Amauit enim eam rex super omnes mulieres, vt scribitur Esther 2. Si quæratur duodecimò, qualis & cuius modi in ipsa fuerit filij Dei conceptio, respondit, quòd fuit cum integritatis pudore & decore. Ratio quia contubernium habuit Dei, vt ex præcedenti habetur, quod fuit præ cunctis mulieribus adamata. Ex isto verò, quod deitas est in ipsa incarnata, & quando fuit & causa ostenditur, cùm dicitur quod Dominus omnium dilexit illam. Poterat ergo dicere, quod Deus Pater filio suo illud Psalmi 25. Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ex dictis apparet quod verbum Dei Mariæ filius Iesus Christus, qui fundauit eam, fecit suam eminentiam & idem ex duodecim solutionibus ad quæstiones præfatas veraciter ostenditur. Accedite igitur ad eam & illuminamini, ideſt de vita Mariæ & eminentia informamini. Ostendam, ipse potest dicere, cuilibet vitam Mariæ perscrutanti omne bonum: Exo. 33. Discat igitur à Christo cuilibet vestrum vbi sit virtus, quia in Maria: Baruch cap. 3. Ex prædictis apparet responsio ad secundam quæstionem videlicet, quòd eminentia Mariæ est profundissima

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

nec valet noſtro actu indagari: ſed Dei dono debet reſerari: et per conſequens patet ſecundum quod erat declarandum pro noſtri thematis introductione.

Dixi tertio quod ſi quæratur, quæ & qualis debet eſſe Mariæ Virginis extollentia; reſpondeo, quod debet eſſe generaliſſima: nam debet ab omnibus laudari & commendari. Iſta patent breuiter ratione ſic. Omnis creatura in humanitate à Mariæ filio aſſumpta eſt nobilitata. Homo enim, teſte Gregorio in homilia Aſcenſionis ſuper illud Mar. 16. Prædicate Euangelium omni creaturæ; cum participet cum omnibus, ſitque homo minor mundus, verbumq; Dei carnem noſtram ſummendo omnia creata in ipſo homine aſſumpto ſunt nobilitata. Et cum tota ſubſtantia corporis Chriſti aſſumpta ſit de Maria; ipſa igitur Maria mater Dei debet eſſe ab omni creatura commendata. Inſuper cum Maria filium ſuum genuerit, qui omnia condidit, cuncta reconciliauit & reparauit in ſanguine ſuo, vt deducit Apoſtolus ad Coloſſ. cap. 1. Talem ergo pariendo filium merito iuxta quod ipſa cãtauit Lucæ 1. Beatam eam dicere debent omnes generationes. Quapropter beatus Hieronymus in ſermone Aſſumptionis, qui incipit: Hodie: ad eius laudes cunctos inuitans homines ſic inquit: Quidquid humanis poteſt dici verbis, minus eſt ad laudem eius; quia diuinis & angelicis excellentius prædicata & laudata eſt preconijs. A prophetis prænunciata, à patriarchis figuris, & ænigmatibus ſignata, ab Euangeliſtis exhibita & monſtrata, ab angelo venerabiliter atq; officioſiſſimè ſalutata. Etſi nemo ad hæc idoneus inuenitur, votis omnibus non debet ceſſare peccator quilibet à laudibus, quamuis explere non valeat quòd ſentitur. Et quamuis non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, noli ceſſare, quia inde tibi promittitur venia. Inde enim omnia habes vt laudes. Quod ſi virgo es, gaude; quia meruiſti eſſe quod laudas, tantum cura, vt ſis quæ dignè laudare poſſis. Quod ſi continens es & caſta venerare & lauda, quia non aliunde conſtat, ut poſſis eſſe caſta, quam ex gratia Chriſti quæ fuit pleniſſime in Maria, quam laudas. Quod ſi coniugata certe es aut peccatrix nihilominus confitere & lauda, quia inde miſericordia omnibus profluxit, & gratia vt laudent. Hęc Hieronymus. Sed ò beata, inquit Auguſtinus in ſermoue natiuitatis Virginis, qui incipit: Adeſt nobis dilectiſſimi: ò beata Maria, quis tibi valeat iura gratiarum & laudum præconia dignè rependere, quę ſingulari tuo aſcenſu mundo ſuccuriſti perdito? Quas tibi laudes fragilitas humana perſoluet, quæ ſolo tuo commertio recuperandi additum inuenit? Accipe igitur quaſcunque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte preces noſtras intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum recõciliationis. Hęc Auguſtinus. Dicamus igitur Virgini Mariæ omnes & ſinguli illud, quod ſancta mater cantat, & ordinauit Eccleſia: Aue maris ſtella &c. Et quia magna eſt diſparitas, diſſimilitudo, & inæqualitas laudum noſtrarum à laudibus cœli, quibus Virgo aſſiduè commendatur, ideo laus noſtra non poteſt dici uera, ſed ſimilitudinaria, & parabolica. Ideo quilibet

noſtrum

nostrum eius laudes promens potest dicere illud, quod scribitur Psalmo. 77: Aperiam in parabolis os meum. Ex iam dictis patet solutio tertiæ quæstionis, scilicet quod laus Virginis Mariæ debet esse generalissima. Etenim à cunctis laudari & commendari decet: & sic patet tertium, quod erat declarandum pro thematis introductione. Ex quibus declaratis apparet quod Virginis Mariæ vita potest sub arboris figura licet impropriè declarari, ut dicit prima responsio. Quare à Deo possumus si uolumus de eius eminentia informari, ut dicit secunda responsio. Quod omnis laus possibilis à creatura Virgini debet persolui & effari, ut dicit tertia responsio. Et quę dicta sunt verbum præassumptum declarat, dicens: Ab arbore discite parabolam. In quibus verbis iuxta tria prædicta ostenditur, quòd vita Virginis clarens pulchrè figuratur, quia per arborem studens dignè exaratur quia Discite. Stupens laude ueneratur, quia Parabolam. Vel aliter figuram expressiuam præfert ramuli propago, quia Arbor. Lecturam instructiuam docet, & confert Domini imago; quia Discite. Culturam dignatiuã offert populi indago, quia Parabolam. Et sic patet, si quæratur primò à quo designatur patule, demonstratur lucide Virginalis celsitudo. Si quæratur secundò à quo doceatur placide, instruatur auide, habitualis multitudo. Si queratur tertio à quo ueneratur debitè, exaltatur inclitè, maternalis dignitudo. Patere potest ex præassumptis uerbis quod sanctitudo Virginis sub pictura germinis cunctis declaratur, quia ab arbore. Valitudo hominis à factura luminis uere informatur inquit discite. Ineptitudo faminis uocis figura pauperis Mariæ applicatur inquiens parabolam. Diuisiones alias dimittendo dico, quod in prędictis verbis vita glorioſæ Virginis Mariæ claręs pulchrè figuratur, quia ab arbore. Et ut hoc verius & clarius uideatur iuxta quatuor, quæ in arboris materialis dispositione inueniuntur & exiguntur videlicet primò, quòd loco apto situetur, secundò quod terræ radicibus firmetur & solidetur; tertiò quod in sursum subleuetur, quartò quod fructibus fœcundetur. Sic quatuor erunt videnda in Arbore figurata in Virgine scilicet Maria. Et primum in quo sanctitas posuit fundamentum, secundum quibus uirtutibus suum habuit fulcimentum, tertium quomodo fuit per gratum in vita augumentum & incrementum, quartum quale præbuit cunctis vitæ sanctæ alimentum. Dico primo, quòd ad instar arboris uidendum est in quo plantatur & situatur sanctitas & Mariæ excellenlia uelut in fundamento. Ad hoc dico quod arbor nostra Virgo Maria in virtute humilitatis suum statuit fundamentum, humilitas exstitit fundamentum sanctitatis & excellentiæ ipsius benedictæ Mariæ. Quod patere potest ex hoc. Magnitudo excellentię & sanctitatis Mariæ ostenditur specialiter in filij Dei in ipsa Incarnatione. Nam esse matrem Dei omnem sanctitatem & perfectionem in ea fuisse ostendit, ut docet Bernardus epistola centesima quadragesima tertia. Quid fecit eam Dei matrem Lucas capite primo declarat, dicens: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et ipsamet Maria hoc declarat

capite eodem dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quapropter deuotus Bernardus homil. 1 super Missus est ad propositum loquens, ait: Potest inquam placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amissam sine humilitate autem audeo dicere nec virginitas Marię placuisset. Super quē, inquit, requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum? Super humilem dicit non super virginem. Si ergo Maria humilis non esset, super eam Spiritus sanctus non requieuisset: si super eam non requieuisset, nec impregnaßet, quomodo ergo de ipso sine ipso conciperet? patet itaque, quia vt de Spiritu sancto conciperet sicut ipsa perhibet, hæc fuit: quia respexit humilitatem ancillæ suæ, potiusquam virginitatem. Et si placuit ex Virginitate, tamen ex humilitate concepit, unde constat, quia etiam, ut placeret virginitas, humilitas fecit. Hæc Bernardus. Patet ergo quod arboris nostræ scilicet Virginis Mariæ sanctitatis & excellentiæ fundamentum est humilitas. Illud etiã est fundamentum totius Christi vitæ, qui humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem: Philippensium 2. Nec aliud addiscendum ab eo suos imitatores docebat nisi humilitatem: Discite, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde: Matthæi 11. Hæc etiam est fundamentum totius vitæ perfectionalis. Qui enim, teste Gregorio, sine humilitate virtutes congregat, quasi puluerem ad ventum portat. Ipsa enim eodem attestante cap. 17. Moraliũ omnium est origo virtutum. Vitam ergo perfectionis arripere volentes hoc fundamentum ponamus iuxta documentum Petri prima cap. 5. dicentis: Humiliamini sub potenti manu Dei; vt vos exaltet. Qui enim se humiliat (dicente veritate) exaltabitur, & sic patet fundamentum nostræ arboris, et sic patet primum, quod erat videndum. Dixi secundò quod erat videndũ quibus arbor nostra, videlicet B. Maria radicibus firmabatur & radicabatur, & quibus suum habebat fulcimentum. Vbi sciendum quod ista arbor benedicta Virgo Maria pro suo fulcimento septem habuit virtutes, in quibus radicata fuit, quarum prima est prudentia in verbis. De ista patet Ioannis 1. in nuptijs, Lucæ 2. quando filium reperit in templo. Specialiter tamen apparet Lucæ 1. dum prudenter angelo respondit incarnationem filij Dei nũcianti. Vnde de ipsa potest dici illud Lucæ 2. Quod mirabantur omnes super prudentia & responsis eius. Secunda est temperantia in membris, rebus, & moribus: nihil enim indecorum fuit in Maria, vt dicit Ambrosius 2. libro de Virginitate ipsa enim sobrietatem, & sapientiam docet, vt scribitur Sapientiæ 8. Tertia est fortitudo in aduersis. Omnis enim dolor & pœna Christo inflicta per recompassionem exstitit in Maria, vt patebit, nec deiecit eam à virtute afflictio, sed solidam tenuit virtutis mentalis singularis fortitudo. Fortitudo enim & decor est indumentum eius, vt habetur Prouerbiorum vltimò. Quarta est iustitia in operibus: fuit enim gratia plena Lucæ 1. Vnde ipsa potest dicere illud Psalmi 133. Feci iudicium & iustitiã. Quinta est fides in credendis, in ipsa enim passionis tempore perfecte fides Catholica re-

humilitas.

man-

manſit. Meritò ergo poteſt ſibi dici: O mulier magna eſt fides tua. Et vt habetur 2. Regum 15. Oſtendiſti gratiam & fidem. Sexta eſt ſpes reſpectu obtinendorum. Vocatur enim B. Maria ab eccleſia mater pulchræ dilectionis agnitionis, & ſanctæ ſpei, vt ſcribitur Eccleſiaſtici 24. Septima eſt charitas, quæ adeo animam repleuit Mariæ, vt nulla pura creatura ea fuerit fœcundior, vt docet in ſerm. Aſſumptionis B. Hieronymus, & in pluribus locis de uotus Bernardus. Et q̃ prædictæ virtutes fuerint in Maria B. Ambroſ. declarat in 2. lib. de Virginitat. ſic dicens: Quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius ea quam ſplendor elegit? Quid caſtius ea, quæ corpus ſine corporis cõtagione generauit? Et vt de cæteris eius virtutibus taceam, virgo erat Maria non ſolum corpore, ſed etiam mente; quę nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperum ſpem reponens: intenta operi, verecunda ſermone, arbitrum mentis ſolitæ non hominem, ſed Deum quærere, nullum lędere, omnibus bene velle, maioribus natu aſſurgere, ęquali non inuidere, vrgere iactantiam rationem ſequi, virtutem amare. Quãdo iſta vultu læſit parentes? Quando diſſenſit propinquis? Quando faſtidiuit humilem? Quando deriſit debilem? Quando vitauit inopem? eos ſolum cętus virorum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, neque pręteriret verecundia. Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum. Non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior; vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis figura probitatis. Talem hanc Euangeliſta monſtrauit, talem angelus repe rit, talem Spiritus ſanctus elegit. Quid ſingulis immorer? etiam digna fuit, ex qua Dei filius naſceretur. Et ſubdit: Quantæ in hac Virgine ſpecies emicant virtutum, ſecretum verecundię, vexillum fidei, deuotionis obſequium, virgo intra domum, comes ad miniſterium, & mater ad templum, in hac rę fulget charitas, ſpecies, & forma virtutis. Hęc Ambroſius: Patent quoque ex dictis huius noſtræ arboris radices. Quis plantauit eas? Deus: Plantaſti radices eius, & impleuit terram, vt habetur Pſal. 79. & ſic bęc arbor radicatur. Videndum eſt ergo nunc de tertio quomodo creuit, & hic conſiderandum eſt de arboris ſtipite, quis eſt, quantus eſt, ideſt quanta eſt ipſius longitudo & altitudo. Vbi aduertendum, quod arboris noſtrę ſtipes eſt ipſa Virgo Maria, & ſua vita ſanctiſſima ab ortu ętternali ipſius in mente diuina ſummens principium, & terminãs in plenitudine glorię in patria. Ita quod arbor eſt Maria, & eſt alta & protenſa cum incipiat ab ętterno, & procedat vſque ad æternum præmium eidem collatum. Et quemadmodum in arbore materiali multi trunci vnde diſtincti rami oriuntur, inſeruntur, ſic in noſtra arbore Maria diuerſa ſunt conſideranda, quę in ipſa fuerunt, in quibus velut in truncis diſtinctis rami diuerſi pullulantes vitã ipſius sũmatim continent, & declarant. Longitudo ergo iſtius arboris in decem truncos diſtinguitur, à quorum quolibet duo rami, vnus verſus ſiniſtram, & alius

versus dexteram progrediuntur; & sic decem truncidecem ramos ad dexte ram, & ad sinistrã decem emittentes, viginti ramos summatim producunt. In trunco primo sunt duo rami vnus versus sinistram procedens est nobilitas generis, quoad præuisionem. Alius procedens versus dexteram & immanitas sceleris. In trunco secundo sunt duo rami, vnus procedens versus sinistram est ortus Mariæ iucunditas. Alius procedens versus dexteram est matris Mariæ à Deo acceptabilitas. In trũco tertio sunt duo rami, primus procedens versus sinistram est obsequij promptitudo: alius procedens versus dexteram est gaudij plenitudo. In trunco quarto sunt duo rami, vnus procedens versus sinistram est integritas parientis: alius procedens versus dexte ram est humanitas descendentis. In trunco quinto sunt duo rami vnus pro cedens versus sinistram est humilitas in cultu: alius tendens versus dexte ram est patientia in aduersis. In trunco sexto sunt duo rami, primus procedens versus sinistram est sollicitudo in seruandis: alius procedens versus dexteram est celsitudo virtutis. In trunco septimo sunt sunt duo rami, vnus procedens versus sinistram est passionis acerbitas: alius procedens versus de xteram est animi firmitas. In trunco octauo sunt duo rami, primus versus si nistram procedens est sublimitas diuinalis: alius pro cedens versus dexterã est exemplaritas virtualis. In trunco nono sunt duo rami, vnus procedens versus sinistram est præmiatio & prærogatiua meritorum: alius procedens versus dexteram est radicatio singularis. In trunco decimo sunt duo rami. Primus procedens versus sinistram est condescensio viscerosa: al us procedens versus dexteram est dominatio imperiosa, & sic patet quod cum in quo libet trunco duo ponantur rami, & ipsi sunt decem rami sunt in summa vi ginti. In his ergo stat non solum arboris longitudo in dictis truncis & partibus. Sed etiam altitudo pulcherrima in ramis præfatis & fructibus quorũ expositio inferius in fructuum expositione ponetur, & quia stipes & radix est Maria ad hoc denotandum principium arboris sic incepi. Arbor Christi mirifica Maria mundo data, cuius virtus gratifica mala pellit innata & sic patet ex dictis nostræ arboris stipes quomodo protenditur, distinguitur, dilatatur, augetur, & conseruatur. Nam altitudo eius pertingit cœlum, & aspectus in omnem terram, vt scribitur Danielis 4. Dico quarto quod viden dum est de alimento quod confert arbor ista sanctissima & vberrima, scilicet quem vel quos ex se producit fructus: vbi est aduertendum, sicut dictum est prius q à quolibet trunco duo rami procedunt, qui sic diuisi sic protensi humore gratiæ fructiferi & fœcundi producunt diuersos fructus id est diuer sa de Virgine Maria exprimentia. In quolibet enim ramo quatuor fructus ponuntur, vt sic per quater viginti dicti fructus multiplicati ad octogenariũ numerum se protendant. Huius arboris pulcherrimæ fructus videndum est, primo qui sunt, deinde per meditationem solertem quales sunt in trino gustu cernendi & masticandi, vt eorum percepta dulcedine ad laudem gloriosæ Virginis eiusdem assurgamus. Primus ramus versus sinixtram procedẽs

à pri-

à prima primi trunci parte, est ut dictum fuit nobilitas originis & generis, & præcipuè quo ad præuisionem, in quo ramo quatuor sunt fructus scilicet. Maria Deo cognita, Maria figuratur, Maria verbis prodita, Maria adornatur. Secundus ramus versus dexteram procedens à secunda parte primi trunci est immunitas sceleris; in quo ramo sunt quatuor alij fructus scilicet Maria Dauid genita, Maria nunciatur, Maria vt lux edita, Maria nominatur. Tertius tamus versus sinistram procedens quatuor fructus educit. s. Maria mũdo oritur, Maria plebs lætatur, Maria parua ducitur, Maria collocatur. Quartus ramus procedens à secunda parte secundi trunci versus dexteram continet et germinat sua ubertate quatuor fructus. s. Maria cœlo pascitur, Maria consecratur, Maria iusto traditur, Maria sacũdatur. Quintus ramus procedens à prima parte tertij trunci versus sinixtrã quatuor producit fructus. s. Mariæ venter tumuit, Maria vir miratur, Maria montes adijt, Maria gratulatur. Sextus ramus procedens à secũda parte, trũci tertij ad dexteram quatuor fructus continet, & sunt; Maria uatem condidit, Maria subleuatur, Maria verbum edidit, Maria diuulgatur. Septimus ramus procedens à prima parte, quarti trũci versus sinixtram ipse est à quo quætuor fructus emanant. Maria Virgo genuit, Maria liberatur, Maria pœna caruit, Maria theocatur. Octauus ramus à secunda parte procedens quarti trunci versus dexterã ab ipso pullulant fructus quatuor. Maria Iesum posuit, Maria gẽs vocatur, Maria Christum subdidit, Maria demõstratur. Nonus ramus à prima parte procedens quinti trunci uersus sinistram quatuor in ipso infigũntur fructus. Maria gestis stupuit, Maria expurgatur, Maria pacem indidit, Maria Anna fatur. Decimus ramus à secundn parte, quinti trũci procedẽs uersus dexterã continet quatuor fructus. Maria prauos timuit, Maria gens mulctatur, Maria regnum petijt, Maria nutrix datur. Vndecimus ramus à parte prima procedens sexti trunci uersus sinixtrã habet quatuor fructus, Maria Christũ detulit, Maria conturbatur, Maria Christũ reperit, Maria dominatur. Duodecimus ramus procedens à secunda parte sexti trunci versus dexterã continet quatuor fructus. Maria mira efficit & respicit, Maria nuptiatur, Maria Christo paruit, Maria cõmẽdatur. Tertiusdecimus ramus est, à prima parte septimi trunci versus sinistrã procedens, & hic quatuor fructus hẽt. Maria pati conspicit, Mariæ dolor datur, Maria uerbum accipit, Maria eneruatur. Quartusdecimus ramus à secunda parte procedens septimi trunci versus dexteram huic cohærent quatuor fructus. Maria Iesum recipit, Maria tumulatur, Maria turbam conuenit, Maria comprobatur. Decimusquintus ramus à prima parte octaui trunci versus sinixtrã procedẽs possidet quatuor fructus. Maria Iesu iubilat, Maria recreatur, Maria fidem referat, Maria confirmatur. Decimussextus ramus procedens à secunda parte octaui trunci versus dexterã quatuor retinet fructus, Maria mundum luminat, Maria euocatur, Mariam cœtus collocat, Maria suscitatur. Decimus septimus ramus à prima parte, noni trunci procedens uersus sinixtrãhabet

quatuor

quatuor fructus, Maria sursum ducitur, Maria sublimatur, Maria Deo iungitur, Maria abbyssatur. Decimusoctauus ramus à secunda parte noni trunci procedens uersus dexteram habet fructus quatuor. Maria sanctos radiat, Maria ueneratur, Maria verbū habitat, Maria quietatur. Decimusnonus ramus procedens à prima parte decimi trunci uersus sinixtram cōtinet fructus quatuor. Mariæ dæmon subditur, Maria uir iunatur, Maria signū geritur, Maria inclinatur. Vigesimus ramus à secunda parte decimi trunci uersus dexterā potitur quatuor fructus. Maria cunctis imperat, Maria iucūdatur, Maria gētes cælibat, Maria inquiratur. Ex prædictis igitur patent 80. fructus huius arboris pulcherrimæ, de quorū expositione statim dicetur. Benedictus ò Maria fructus ventris tui. Ex quib. omnibus apparet qūo B. Maria ad instar arboris est debitè situata, firmè radicata, altè subleuata, & fructibus adornata & fęcundata. Dicamus igitur B. Mariæ summa cū deuotione finem arboris videlicet. O Virgo alta culmine Dei donis ornata, nos tuo iuua munere nostra dele peccata & in sancto lumine regna presta beata. Dixi secundo quod in dictis uerbis studens digne excitatur; quia inquit discite. Ex quo. n. arbor est nobis explicata generaliter cum suis fructib. qui omni sunt pleni suauitate, non debet aliquis nostrū signis aut piger inueniri, sed ad discendum paratì esse debemus præsertim cū tā dulciter sollicitè, et accide nobis dicatur: distite. i. doctrinam per indagationem præditorum de B. Virgine summite. Audi fili mi & disce disciplinam sensus, & in ucrbis meis attende, & in corde tuo, & dicam in equitate spiritus uirtutes, quas posuit Deus in opera sua ab initio & in ueritate enuntio scientiam illius ideſt Virginis gloriosæ ait Dominus cuilibet nostrum Ecclesiastici 16. Gustate ergo & videte quam suauis est quilibet dictorum fructuum per solertem indagationem & meditationem ipsorum, ut omnibus prædiis pensatis dicat veraciter quilibet nostrum illud Canticorum secundo: Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Voluntati igitur cupientes parere diuinæ, vt præfata discamus, septem regulas ad intelligendū prædicta obseruare debemus, quarum prima est, quod firmiter tenere debemus nihil creatum iuxta dicta in introductione posse Mariæ excellentiā declarare, sed omnia creata applicata ad ipsam similitudines esse obscuras & imperfectissime aliquid de Maria ostēdentes. Secūda est vt quidquid perfectionis saluo diuino honore est Christi scimus in creaturis tā spiritualibus q̄ corporalibus congruum Virgini applicari, vt perfectissimè ei tribuamus. Tertia est, q̄ omnis terrena cogitatio & omnis defectus pęnis, quę sibi cedebant ad meritū duntaxat exceptis à nostro intellectu erga ipsam procul dubio abscedat. Quarta est, q̄ certissimè tenere oportet sanctos de Maria locutos respectiuè ad id, q̄ est nihil quasi dixisse. Quinta est, nihil q̄ de ipsa dicatur debet abhorreri, vt fastidiosum, quia si imperfectè suā exprimant perfectionem, oīa tamen valent ad ascensum solertioris inquisitionis de ipsa. Sexta est, q̄ credamus B. Mariam iuxta dictum Ambrosii serm. de Natiuitate Vir-

te Virginis & Hieronymi in serm. Assumptionis, ac Anselmi in lib. de Cõceptione B. Mariæ non solum verbis prophetiçis declaratã, sed ẽt typis pluribus figuratam fuisse. Septima est, q̃ etsi superius aliqualiter & non totaliter perfectio sit agnita Mariæ, eius tamen totalis præeminentia soli Deo eiusque filio cognita extitit. Quare à nobis melius diuina reuelatione q̃ humana inquisitione sciri potest eius excellentia, & haberi. Regulis præfatis diligenter seruatis iuxta hanc vltimam ad illũ qui ad discendum nos tã amorosè incitat, quæ sunt Virginis suæ matris humiliter accedẽtes deprecemur vt nobis lumen infundat, quo illustrati ascendamus in palmam & per indagationem attentam apprehendamus fructus eius: Canticor. 7. Et quia benignus est, quid respondet? certè illud Psalmi: Aperi os tuum, & implebo illud. Aperi os tuum, idest intellectũ tuum per deuotam, & debitam dictorũ fructuum inquisitionem & meditationẽ: & ego implebo illud per irradiationem & factorum Virginis reuelationem. Ex his præmissis patet secundum membrum nostri sermonis, vbi dicebam, q̃ studens dignè excitabatur ad indagationem factorum Virgis, cum in themate subdebatur: Discite legendo, meditando, & inuestigãdo, ab arbore iàm præfata, vt meritè prædictis inspectis dicatur nobis illud Deuter. 5. Discite ea, & per imitationẽ opere complete. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & vtilitas est: inuenietis. n. requiem animabus vestris. Et sic patet principale secundũ mẽbrum nostri sermonis. Dixi tertio, q̃ stupens laude veneratur, quia parabolã dicit. Petrum apostolum nimia piscium captura ad stuporẽ inducit. Quomodo ergo ante dicta de Virgine àd stuporẽ non debent inducere mentem cogitare volentem, cum præfata ingenium omne transcendant angelicũ & humanũ? sed quia indignũ est, vt talis & tanta, & à qua bona tot & talia proueniũt hymnis, & laudibus non extollatur, quali laude stupens efferat Virginem, subditur in themate, quia, parabolã, idest parabolicè. Vt. n. ait Hieronymus: Quidquid humanis potest dici verbis, minus est ad laudẽ eius: quare humanę laudes per respectum ad veras laudes, quibus extollitur Maria habeatis parabolicę sunt & similitudinarię. Ab his tamen abstinere nõ debet, quia suppletur intentione, quod lingua non dicit. Dicamus igitur, assumpta parabola B. Marię: Quã pulchra sunt tabernacula tua, ò Virgo Maria, idest virtutes & gratiæ, quibus Christus requieuit in tabernaculo tuo. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus, & qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur: sic scribitur Numer. 24. Possum ergo dicere: Domino Iesu Christo ad mandatum tuum, et iuxta verbum tuum proposui ęnigma idest arborem prędictam de vita tuę matris, et proposui parabolam ad domum Israel, vt habetur Ezech. 17. Nã virgineas laudes propono ad domũ Israel, ad illos videlicet qui fide viuentes catholica Virginem iuxta posse extollunt laudibus et obsequio deuoto deseruientes sperant suo patrocinio ad patriam optatã, vt veri Israelitę Deum videntium vltimo peruenire, quod nobis concedat Christus meritis suę matris datum Amen.

AVCTOR

AVCTOR AD pios Lectores.

OMNIVM rationabilium & intellectualium Spirituum appetitus, ſtudium, ſollicitudo, & cura & ſi ad ſummi boni plenitudinem obtinendam veluti imperfecti ad perfectum, effectus ad cauſam, inquieti ad quietem, & quæ ſunt finis ad finem tendat, incitetur, & pergat, prout experientia naturalis conuincit, Philoſophi, pariter atteſtentur, & ſancti: ad id tamen bonum obtinendum, percipiendumque ſic humana natura inualida cernitur, vt gratia remota neque ad ipſum quærẽdum aſſurgat, neque intellectu attingere queat naturalibus uiribus fretus. Noſtram ergo naturam ad Deum participandum, vt finem ab ipſo omnium actore Deo conditam & creatam, ſed ad id conſequendum impotentem effectam tàm peccato, quàm viribus, cernens altiſſimus, licet lucem inacceſſibilem habitet, tamen vt ad ipſum homo haberet acceſsũ tã pro futuro, quã in præſenti, poſuit tenebras latibulũ ſuũ, carne ſe veſtiendo humana, vt quem cernere non poterat hic in ſua deitate, in noſtra ſaltem mortalitate conſiſtentem videret. Sed quo in loco hoc noſtrum celebratum eſt gaudium, vt Deus perſonaliter nobis vniretur, fieretq; Deus homo, ſumma imis, terrenis cœleſtia, & diuina mortalibus necterentur, niſi in horto concluſo, fonte ſignato, pariẽdiſi medio, thalamo veri ſponſi, Salomonis lectulo, cubiculo Aſſueri, ſummi Dei templo, ventre, ſcilicet, Virginis intemeratæ Mariæ? Hoc in ſole altiſſimus tabernaculum locauit, carnem ex eius puriſſimis ſanguinibus aſſumpſit, vt Gigas potens integro manente exiuit, & ſe præ filijs hominum ſpecioſum, oculis mortalium videndum obiecit. Maria ergo cum medium fuerit vt lux ſempiterna in præſenti panderetur hominibus, indubitanter eſt tenendum ipſam nunc in gloria eſſe portam, viam, & ſcalam, vt deitas in patria cernatur beatificè, & fidelibus referetur. Hac fidei certitudine fretus, & accinctus vt ego pro innumeris mihi beneficijs ab ipſa Dei genitrice Maria impenſis gratus in aliquo apparerem; & vt ipſa me ad ſuam eiuſque filij quandoque gloriam deducat, arborem vitam ipſius Virginis figuraliter exprimentem compoſui, per ramos varios diſtinguendo. Verum quia parum eſt figuras inſpicere, niſi quæ per talia importentur quis agnoſcere valeat, opus iſtud breue ædidi, vt de contentis in arbore typicè exaratis intelligentia detur, & intentio demonſtretur. Dicta omnia cunctis ſtupenda quidem quantum quiui breuibus explicaui;

libentius

libentius sanè Mariæ deuotioni astrictis materiam tradere cupiens altiora cogitandi de præfatis, quàm meis ineptis sermonibus iam dicta magnalia Virginis explicauerim. Lecturos hoc opus Virginis gloriosæ exoro, vt si qua indecẽter dicta, insufficienter, & ineptè cõpererint meæ tribuant insufficientiæ, breuitati deputent, cui me quantum potui in hoc opere commodaui ex causa. Volentes tamen plenius intueri præfata ad summam recurrere possunt, quam de hac eadem materia composui, vbi hic omissa diffusius pertractantur. Si qua verò laude digna repererint, in summum referant gratias nostrę salutis authorẽ, à quo bona cuncta procedunt, qui reuelat mysteria, & nouit in tenebris constituta. Cui soli vt verò Marię opifici & factori nota est, qualis & quanta sit ipsius gratiæ & gloriæ plenitudo, ac magnitudo. Ãt vbi nonnulla (quod ipse Christus auertat veritatis Magister) falsa dubia, aut non rectè dicta inuenerit, quæsò ad verum, pium, certum, & fidelem intellectum deducant, corrigant, & emendent. Et pro me in recompensationem laboris istius operis intercedere humiliter dignentur ad ipsam Virginem gloriosam. Amen.

TOTIVS OPERIS Partitio.

QVONIAM ad oblectamentum legentium, profectum, & vtilitatem, ac ad memoriæ iuuamen cuiuscunque operis in quacunque æditi fuerit facultate, distinctio fit siue per libros, siue per capitula: hinc est quod opus, quod de vita B. Mariæ ædidi, magnum & prolixum, decreui, ne tędium legentibus ingerat, per libros distinguere. Et vt diuisio librorum hæc tota sit, sicut est opus ad Virginis laudem & præconiũ, determinaui ipsum opus iuxta varias interpretationes nominis Beatæ Mariæ diuidere. Maria enim, teste beato Hieronymo in libro interpretationum Hebraicorum nominum interpretatur illuminata, illuminatrix, stella maris, mare amarum, illuminãs, & domina. Iuxta sextuplicem huius beati nominis Mariæ interpretationem opus præfatum in sex libros diuiditur. In quorum primo libro ostenditur quomodo Beata Maria fuit illuminata iuxta primam eius nominis interpretationem. Secundus liber declarat cum suis fructibus quomodo Beata Maria iuxta eius nominis secundam interpretionem fuit verè illuminatrix. In tertio libro ostenditur euidenter, quod B. Maria in suæ vitę decursu patenter exstitit, stella maris, prout sui nominis tertia declarat interpretatio. Quartus cum suis fructibus referat B. Mariam quandoque fuisse iuxta quartam nominis interpretationem mare amarũ. Quintus libet cum suis fructibus depromit ipsam Dei matrem, prout eius indicat nominis quinta interpretatio, verè illuminantem fuisse. Sextus demum concludit tam præcedentibus libris quàm fructibus in ipso conclusis, quòd Beata Maria secundum suam sextam nominis interpretationem est domina.

INDEX RERVM
ET VERBORVM
MAXIME MEMORABILIVM,
QVÆ IN HOC OPERE
CONTINENTVR,
Alphabetica serie digestus, elegans & copiosus.

BBAS Ioachim libellum edidit de Incarnatione contra Iudæos pag 61

Abachuc opera cibatus Daniel Angelo deferēte per longa spatia terrarū momentaneè restitutus fuit eo cibato in locum suum, & exemplum est acceleratio nis accessus è cœlo corporis Christi ad verba prolata sacerdotis consecrātis ad altare 615

Abel iustorū caput & martyrū fuit. 660

Abel duas coronas accepit oblationis vnā, & alteram castitatis, quia in carne pollutionem non admisit 189

Abraham vidit Deū in figura, quando tres viros vidit & vnum adorauit. 353

Abraham secundum corpulentam substātiam fuit pater Christi, quia ex eius semine descendit Christus secundum carnem 386

Abraham, Isaac, & Iacob, multa à Deo petierunt & obtinuerunt petitione exaudita 393

Abrahā vocatus à Domino, respondit Adsum, Dauid, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. 394

Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, & Dauid pastores fuerunt, ex quibus Christus carnem assumpsit humanā, ideò ipsius ortus, primò pastoribus denunciatus fuit, idque per militiam cœlestem angelos sanctos laudantes Deū & dicentes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. 480

Abraham quinque Reges paucis hominibus debellauit. 753

Abrahæ tempore filij Israel signum petere à Deo consueuerunt, vt etiam innuit Apostolus 1. Cor. 2. Iudæi signa petunt. Nam & ipsi Iudæi frequenter à Christo signum petierunt. Matth. 12. Lucæ 11. Ioannis 2. vide ibi pulcherrima & nota tu digna 393

Absalon mediante Ioab & muliere Tecuita reconciliatur Dauid. 767

Academici philosophi omnipotentiā Dei negabant. 679

Achab & Manasses per pœnitentiam veniā peccatorū à Deo fuerunt cōsecuti. 289

Accidentalis mutatio in mente non potest mentem vllatenus substantialiter variare 541

Actus vnius potentiæ secundum Auicennam quantum intenditur, tantum est necesse actum alterius potentiæ remitti, nisi sibi talis potentia adminicularetur. 239

Actus naturalis, vtrū sit delectatio vel tristitia 411

Actus naturales inter se sunt cōpossibiles, nec contrariè repugnantes ibid.

Actio omnis Christi nostra, vt est instructio, ita & Virginis Deiparæ. 272
actio in Ioanne non discrepabat à verbo, sed quod verbo prodebat opere referebat. 288
actuali peccato nullo vnquam, omniũ Doctorum consensu, Virgo Maria fuit infecta & maculata. 98
agens nullum citra primum potest agere in instanti, quomodo id in Virgine Maria quæ Christum organizauit in instãti actiuè sit intelligendum. 441
Adam primus pręuaricator, Adam secundus Redemptor. 15
Adam si primam tentationem superasset vtrum tàm ipse quàm filij in bono fuissent confirmati. 104
Adam & quilibet ab eo propagatus est debitor iustitiæ originalis, ipsam enim amiserunt, quia erat donum personę, & naturæ. 112
Adam genus humanum potuit obligare peccato originali, attestatur Paulus per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & alibi: Sicut in Adam omnes moriuntur. pag. 113
Adam si non peccasset, Christus vt redemptor non venisset, sed vt gratificator & glorificator: quia si nõ peccasset, homo redimi non indiguisset. 205
Adam fuit a Deo productus sine homine & muliere, Eua de homine solo, costa videlicet, cæteri homines de muliere, & viro; restabat quartus modus de muliere sola sine viro, & in hoc fuit Christi natiuitas. 206
Adam vt asserit Magister Sententiarum in præsentia Deum videbat sine medio antequam peccasset. illud tamen debet intelligi, quod in præsentia Deum videbat, & contemplabatur, non tamen ita excellenter, sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, neque ita in ænigmate sicut in hac vita videmus. 240
Adam vidit Deum, vt inquiunt Augustinus, Damascenus, & Magister Sententiarum, interiori aspiratione contemplando Dei præsentiam, non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, neq; ita in ęnigmate sicut in hac vita videmus. 353
Adam primus parens, qui naturam peccato infecit humanam, non potuit pro genere humano satisfacere, & quare. 359
Adam libertatem habuit indifferentẽ peccandi vel non peccandi. 403
Adam primus homo habuit ante lapsum Dei contemplationem, quia Deum sine medio videbat, teste Magistro. 414
Adam primus, vt dicit Apostolus de terra terrenus, Iesus Christus de cœlo cœlestis. 424
Adam rebus nomina imposuit iuxta proprietatem ipsarum. 460
Adam primo habuit gaudium in paradiso terrestri, & deinde mansit in miserię vale. 513
Adam cognouit omnia quę spectent ad vniuersi constitutionem. 746
adoptio non fit in se maiore ætate vel cõtemporaneo. 82
adoptatus secundum leges non transit in potestatem adoptantis. 264
adoptiuus filius Ioannes Apostolus qualis fuerit Mariæ matris Christi. 646
affectus potius quam census in beneficio pensandus est, vt inquit Gregor. 485
Agabus, & filia Philippi, de qua Act. 21. vltimi fuerunt prophetæ post Ioannẽ Baptistam. 293
Alma accipitur pro adolescẽtula, & idem est quòd Virgo nõ cognita proprie, nõ visu sed tactu: et si accipiatur lingua Punica, idẽ est quòd Virgo vel lingua Latina, idem sonat quod sancta. 395
Aloya Imperator Constantinopolitanus, qui ad videndum metalla ad ima descendens terra os claudente per annum ibi integrum a Maria Virgine sustentatus miraculosè fuit, & tandem ad lucẽ perductus. 759
altare in Aegypto ædificatum cum titulo, Iesus Nazarenus Rex Iudęorum, eo quod fugæ refugium grassante Herode fuisset Christo Saluatori. 526

Alteratio fit in tempore, vt patet apud Philosophum in 5. Phisicorum. 441
Altissimus nihil vnquam peregit sic redundans ad suam gloriam, vt incarnatio filij Dei in Beata Maria Virgine facta. 383
Amasias Rex Iuda adorauit deos Idumeorum idololatrico cultu. 88
amor erga amatum semper tendit. 50
amori seculi renuncias totaliter Virgo Maria, ostendit in quo delectaretur, scilicet in Deo salutari suo. 350
amore non carnali, quo in humanis filius gignitur, sed amore sincero, casto, sancto, & diuinali, virgineus conceptus celebratur. 276
Anna mater dominæ Virginis Mariæ habuit sororem nomine Emeriam matrē Elisabeth. 84
Et sic Elisabeth fuit cognata deiparæ Virginis. ibid.
Anna Samuelis habito filio diuino oraculo canticum exoluit. 478
Anna Samuelis, & Anna Thobiæ singulares in veteri lege mulieres ab Anna prophetissa filia Phanuelis tū in multis gratijs & prophetiæ dono fuerunt superatæ. 503
Angelus quisnam natiuitatem Virginis deiparæ indicarit dubitat', licet pie sit credendum eundem fuisse qui eidem Virgini Christum incarnādū nunciauit. 94
Angelus Virgini fuit destinatus nuncius in carnationis, qa Virgo Maria fuit a Deo & angelis peculiariter adamata. 208
angelus cur missus est â Deo ad denunciā dam incarnationem, & non homo. pag. 208. & 209.
angelus quis fuerit, & de quo ordine, qui annunciauit incarnationem Verbi Virgini Deiparæ. 209
angelus duplex in se habet verbum, intrinsecum & extrinsecum. 210
angelus vnus non potest quid alius cogitet videre, nisi adsint signa alterius cogitatus exprimentia. 211
angelus ad Virginem missus est ad incarnationem filij Dei annunciandam, ortu & oratione generosus, aspectu speciosus, in actu vigorosus, esse immortalis, verbo delectabilis, statura inuisibilis, in statu gratiosus, in affatu dulcorosus, approbatus veritate, plenus gratia, & bonitate. 212
angelus quomodo locutus sit ad Virginē Mariam ipsam salutando, an scilicet voce sensibili, vel solum locutione interna & mentali. 214
Et subsequitur, pag. 216. quod intellectualiter & verbaliter eam fuerit allocutus.
angelus incarnationē Verbi nuncians deiparæ Virgini, vt dicit Chrysostomus, nō in somnijs sed visibiliter Virgini astitit. 215
angelus non solum iussus, sed minister iusti Dei & iustitiæ. 258
angelus non natura, sed gratia fuit Sanctus Ioannes Baptista, officio & dignitate, de quo Esaias prophetauerat multo ante: Ecce ego mitto angelum meum. 282
angelus pro homine Deo satisfacere non poterat, & quare, vide ibidem rationē 359
angelus non fuit stella Magis visa in Oriente, vt nonnulli volūt, sed vera stella. 450
angelus natiuitatis Christi nuncius pastoribus, & antea incarnationis, ipsi Virgini, etiam Ioseph in somnis fuit nuncius euasionis Christi tyrannidis Herodis. 504
angelo salutante Deiparam, inuenta est in penetralibus ab omni contortio segregata. 143
angeli, Platonis assertione diuina fuere bonitate & voluntate firmati & stabiles pag. 26
angeli sensibilia per sensus corporeos nō cognoscunt, sed secundum propria virtutem & naturam entis Deiformis. 32. & 33
angeli & dæmones habent sua signa per quæ de inuisibilibus Dei, & occultis immateriaiter & supernaturaliter eruditūtur, quæ signa nobis inuisibilia sunt. 210
angeli canentes, Gloria in excelsis, cantabant canticum nouum, ob partum no-

uum,& insolitum quoad Virginē, quia Virgo peperit, quoad filium,quia Deū genuit. 382
angeli sancti pastoribus valde familiares antiquitus fuere,vt patet de Abraham, Isaac, Iacob, & Moyse, & alijs quibus frequenter sancti angeli apparuerunt. 480
angeli etiam mali,sunt angeli domini effectiuè,creatiuè,& possessiuè, quia creaturæ Dei,non tamen subiectiuè & gratiuè 507
angeli vtrum iuuerint Christum ascendentem in cœlum,nec ne. 692
angelorū multitudo maxima Virginis dei paræ fuit custodiæ deputata. 158
angelorum continuus ad limbum erat descensus,& quare. 161
angelorum locutio communis inter se nō nisi de reuelatis,& abditis,teste Landulpho. 211
angelorum bonorum proprietas est, teste Origene super Lucā,perturbationi humanę mederi: vnde dicit Deiparæ Virgini:Ne timeas Maria. 224
angelorum natura mutabilis est, quia inest illis mutabilitas in natura, sed facit eos incorruptos gratia sempiterna. 414
angelorum informatione pastores primi fuerunt, qui Iesum Christum Mariæ filium venerunt adorandum. 480
angelorum veridica denūciatione, cur potius pastoribus Christi natiuitas fuerit manifestata quā principibus sacerdotum,& doctoribus,vide causam. 481
angelos nec nostras, nec ad inuicem suas cogitationes cognoscere communiter sancti ponunt. 211
angelos quamplurimos latuit incarnatio verbi diuini. 382
angelico nuncio nascituros plures veteris testamenti viros,vide fol. 92
angelico fruuntur cōsortio & aspectu,qui in Galilæa, & Nazareth assiduè commorantur. 232
Quia Galilæa transmigratio facta Nazareth sanctitas interpretatur, vt supra. 212
angelico monitu sacramentum incarnationis Ioseph sponso Virginis Mariæ fuit reuelatum. 251
anima propria virtute non potest regere carnem, nisi iuuetur per diuinam gratiam. 113
anima exuta à corpore eorum recordatur quæ in corpore gessit, obtinuit, & habuit, quia in parte intellectiua memoria est. 161
anima Deum videns in ipsum transformatur. 245
anima dilatari dicitur, cum plura extensiuè cognoscit. 247
anima nisi tēplum Dei efficiatur & sit in Ierusalem,idest in pace, & Dei timore Iesum reperire non potest. 569
anima licet corporeis sensibus non videatur, tamen esse in corpore nostro creditur. 616
anima Christi omni gratia plena fuit,& statim glorificata & beatificata. 7
anima Christi quomodo fuerit sanctificata, ex Alexandro Alensi. 151
anima Christi cum fuerit verè beata,quomodo dolere potuerit in cruce, dubitatur. 648
anima Christi diuinitati vnita an debuerit ad lymbum descendere. 659
anima Christi hoc solum habuit particulare,quod fuerit omniscia. 704
anima Virginis facta est pulchrior ratione puritatis omnibus alijs creaturis. 158
anima humana angelorum soror indissolubiliter deitati est vnita. 381
anima nostra sicut nunc habet nolle iniquitatē licitatem, ita in gloria nolle iniquitatē semper habitura est. 415
animæ videnti Deum angusta est omnis creatura,pa. 541. inquit B. Gregorius in Dial. 247
animam à Deo illuminatam necesse est taliter surgere ab affectib. terrenis. 275
in anima Christi vtrum vltra notitiam quam habet in verbo sit alia ponenda. 543
animæ solutæ à corpore nisi recordarentur præteritorum, quomodo scirent, qua

qua de causa saluarentur, vel damnaren tur. 161
Antichristus quot annis & mensibus prædicabit. 685
Anthidotum septem capitalium vitiorum sunt septem ecclesiæ sacramenta. 589
antonomasticè Virgo Maria virgo fuit, virgo concipiens, virgo pariens, & virginitatem non perdens, virgo corpore, mente, deuotione, & professione. 396
anno quintodecimo ætatis suæ Virgo Maria perrexit in motana ad salutandam Elisabeth sexto mense a cõceptione Ioannis, primo, vt creditur incarnationis in ea filii Dei. 308
annis quinque & viginti Ioannes Baptista fuit in deserto. 285
annis duodecim post Christi ascensionem secũdum multos superuixit Virgo Maria, secundum Epiphanium vero quatuor & viginti. 718
annorum duodecim fuisse Iesum puerum dum iret ad templũ, vt ibi doceret doctores, non vacat mysterio, & ibi vide pulchra notatuq; dignissima. 549
apparitiones, quas fecit Christus post resurrectionem ipsa die quinque vicibus vide. 687
Apollinaris hæreticè corpus Christi dicebat Deo consubstantiale. 455
Apollinaristæ hæreticè dicebãt Christum carne sensibili caruisse. 679
Apostoli Christi Virginẽ Mariam hinc emigrantem sepelierunt. 70
Apostoli sancti contumelias libenter accipiebant pro nomine Christi. 244
apostoli montes alti sunt contemplatione, & Deo benaplaciti vitæ sanctificatione 377
apostoli tres assumpti ad contemplandã transfigurationem tria denotãt, Petrus cognitionem rerum, Ioãnes diuinæ largum gratiæ influxũ, & Iacobus temporalium omnium dimissionem. 602
apostoli in die Penthecostes repleti sunt omnes Spiritu sancto, non solum repletione sufficientiæ, sed redundantiæ. 704
apostolorum ante ostium Virginis Mariæ iam hinc migraturæ obseruatio, cõgregatio, & præsentatio fuit studiosa pietate, & veneratione plenissima. 714
apostolis Spiritus sanctus semel datus permansit in eis in æternum. 416
apostoli Virginem tumulantes in ipsius laudibus pangendis astantibus perseuerarunt vsquequo Saluator cum gloria ad ipsos descendens Virginem matrem perfectissimè a mortuis suscitaret. 718
arborum cortices metaphoricè denotant in Virgine deipara honestatem, truncus rectam intentionem, humor gratiam, folia deuotionem, fructus opus & opera virtuosa. 53
arca fœderis tabulas Dei digito conscriptas, & testamenti legis librum continebat. 180
Archelaus in regem Iudeæ succesſit patri Herodi. 529
Arriani & Donatistæ æqualitatem potentiæ in patre & filio negabant. 670
Aristoteles & Hermes Trimegistus hic i libro de verbo æterno, ille in lib. de Mũdo primo fidei nostræ articulo subscribunt Deum esse factorem omnium. 36
ascensus secundus fuit Virginis Mariæ, dũ abijt in Montana ad salutandum Elisabeth cognatam, primus fuit ipsius ascẽsus, dum esset trium annorum puella in templum: hic secundus factus fuit in adolescentia. 272
ascensio Christi quid vtilitatis humano generi contulerit, & quot beneficia. 694
ascẽsio Christi prẽsente Virgine Maria fuit celebrata in monte Oliueti. 750
ascensione Christi transacta, teste Hieronymo, docuit apostolos prædicando ipsa mater Dei & Virgo. 408
ascendere cum Christo ad cẽlos, quomodo possimus. 694
Assyriorum ex exercitu periere cẽtum octogintaquinque millia diuino miraculo seruo Ezechiæ fauente. 149
Assuerus rex, Esther, Dauid, Bersabee, Abigail, Abisag, magna fecerunt, sed multò maiora fecit Deus Virgini Mariæ. 336

Asylum & refugium omnium singulariſſimum est Virgo Maria, hinc petet ab ea infirmus vitâ naturę, peccator gratię, iuſtus gloriæ, iudex veritatem iuſtitiæ, prædicator veritatem doctrinæ, Chriſtianus veritatem vitæ. 759
Auguſtinus ſanctus libro 9. Confeſſionum aſſerit ſe in Platonis libris inueniſſe principium Euangelii Ioannis vſque ad Fuit homo miſſus à Deo. 26
Auguſtini ſancti præclarũ de Virgine Maria eulogium. 154
Auicẽna Deum dicit eſſe principium omnis eſſe.. 27
idem inquit, omnia quæ in mundo ſunt prętcrita, pręſentia, & futura, habent eſſe in ſapiẽtia creatoris, ibid: paulo ante.
auiditas hominũ maxima ſemper fuit occulta diuinæ ſapientiæ ſcire, Moyſes Deum videre cupiebat, Dauid audire, ſponſa vocem ſentire, Magdalena ad pedes eius ſtare, turbæ in ipſum irruebãt, vt audirent, &c. 544
authoritas Geneſeos primo requieuit die ſeptimo ab vniuerſo, quomodo ſit intelligenda 37

B

BAculo Iacob Iordanem tranſit figura tè baculus Chriſti crucem denotat 637
Baptiſmus ad fidem confert, ſpem auget, ordo charitatem amplificat Euchariſtia 589
baptiſmus Ioannis, erat baptiſmus pœnitentiæ non gratiæ. 289
Baptiſm' Ioãnis nõ dabat gratiã, ſed diſponebat ad baptiſmũ Chriſti, in quo gratia & remiſſio peccatorũ donatur. 289
baptiſmum a ſe Ioannes non inſtituit, ſed à Deo præmonitus. 298
Baptiſta Ioannes vocatus eſt, quia populũ baptizabat in remiſſionem peccatorũ. 289
baptizari, qua de cauſa à Ioanne voluerit Chriſtus ſaluator noſter. 291
baptizando Chriſtum Ioanni, reuelatio facta eſt ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis, patrem in voce, Spiritum ſanctum in columbæ ſpecie, filium manibus cõtrectando cognouit. 297
Beatitudo accidentalis ſecundum Doctores in quor, & in quibus conſiſtat. 761
beatitudo noſtra tàm eſſentialis quam accidentalis in perſona filii Mariæ eſt poſita. 767
beatitudinem habent angeli & animę beatæ eſſentialem quocunque pergãt, quæ in Dei viſione conſiſtit. 723
beatitudines ſeptẽ, tres animæ, & quatuor corporis; animæ: viſionis, tentionis, & fruitionis; corporis: claritatis, impaſſibilitatis, agilitatis, & ſubtilitatis. 51
beatus perfectè fuit Chriſtus in inſtanti ſuæ cõceptionis, & hoc ſummè fuit gratuitum, quia nulli creaturæ intellectuali vel rationali id fuit conceſſum. 537
beatus perfectiſſimè licet fuerit poſt reſurrectionem Chriſtus Saluator noſter, tamen ad cœlos aſcendere voluit multis de cauſis. 690
beatus quomodo, qualiter, quantupliciter que dicatur venter Beatæ Virginis Mariæ. 609
Beatus homo, quatenus, & quotupliciter dici poſſit. 610
beato cuilibet gaudium accreſcit accidentale ex alterius beatitudinis inſpectione 728
beati ſpiritus, ſicut à Dei contemplatione nunquam ſeparãtur ſecundum Gregorium, ſic nec à Dei laudibus ceſſant aliquãdo, imò die ac nocte laudant dominum. 223
beati de gloria Marię Virginis ſummè gaudent. 737
Beata Maria, & omnia creata ſunt in Deo quatuor modis, cauſaliter, eminenter, perfectionaliter, & virtualiter. 35
Beata Maria ſuper omnes mulieres dicitur benedicta pręeminenter, & quare. 221
Beata non fuit Virgo Maria ex cõceptione ſola Chriſti, ſed quia eius mandata ſeruauit. 609
Beata Virgo eſt Eua mater omnium per gratiam, vxor Noe per obedientiã, Sara

per contemptum peccatorum, Rebecca per dilectionem, Lia in filiorum spiritualium multiplicatione, Rachel in excessu, Maria soror Moysi in laudatione, &c. 57
Beata Virgo cum materiali tẽplo qualem habuerit congruentium. 179
Beata Virgo nituit maiori puritate Anselmi authoritate, qua maior sub Deo nequit intelligi. 220
Beata Virgo beatis in patria residentibus duodecim emittit radios duodecim in eis effectus operando. 741
Beatam dixerunt Virginem omnes generationes, quæ præcesserunt, quæ sunt, & q̃ erunt. 334
Beatum corpus & glorioſum palpatur si vult, & videtur si videri vult. 686
beata & cœlestia corpora pollent agilitate, & subtilitate, claritate, & impassibilitate. 751
beatiorem non facit aliquem alio videre plura alio non vidente. 543
benedictus pater beatus, vt dicit Gregorius in luce deitatis totum mundum sub vno solis radio sibi obiectum conspexit. 246
benedictam in mulieribus Mariam Virginem dicit Augustinus, quia vitam viris & mulieribus peperit. 221
In beneficio plus animus quam sensus operatur, magisq; prẽponderat beneuolentia quam possibilitas muneris. 485
beneficia multa Deus Israel siue Iacob cõtulit patriarchæ, & quænam illa. 346
beneficia quot & quanta quidque vtilitatis humano generi contulerit Christi assensu. 694
Bethania domus obedientię, vel domus afflictionis interpretatur, & similiter interpretat̃ domus doni domini, aut domus gratifica. 292
Bethania duplex erat, vna trans Iordanem vbi baptizabat Ioannes, altera Mariæ Magdalenæ, Marthæ, & Lazari. 291
Bethel inhabitare est ad vitam æternã perdesiderium anhelare. 346
Bethlehem domus panis interpretatur, in ea Christus nascitur, vt detur intelligi, quod ipse est refector & educator noster: ipse est panis vitæ qui de cœlo descendit. 365
Bethlehem à ciuitate Hierusalem quinque milliaribus distat, ex quo loco ad Ierusalem accessit die purificationis cum filio Maria Virgo 490
Bersabee collocata in throno ad dexterã regis Salomonis figurat Virginis deiparæ sublimationem. 60
bonum hominis hoc totum erat, vt siue ingrederetur, siue egrederetur pascua inuenire, pascua foris in carne Saluatoris, pascua intus in diuinitate creatoris. 362
Bona ex Christi imitatione vbertim promanantia, vide pag. 603
bonis temporalibus repleti fuerunt, multi patrum & patriarcharũ Deum timẽtium Abraham, Isaac, Iacob, Iosaphat, Ezechias, Thobias, Iob, & sic de alijs. 344
bos, & asinus iuxta vaticinium Isaiæ agnouerunt reclinatum in præsepio Christũ & adorauerunt vtpote Deum ipsorum & omnium creatorem. 387
Brachium Dei eiusdem denotat virtutem 341
Butirum in Esaia quid significet, & quomodo generetur. 398

C

CAin, & Iudas de misericordia Dei impiè desperarunt. 679
canticum Maria Virgo: Magnificat anima mea Dominum, in Zachariæ, Ioãnis Baptistæ adhuc in vtero existentis iam tamen sanctificati & viri intelligentia effecti; Elisabeth, & Ioseph mariti sanctissimè protulit. 327
cantica varia in Dei laudem edita in lege veteri enumerantur, sed vltimum Virginis Mariæ omnia alia superat & excellit, tàm ratione canẽtis, quia Maria: quã motiui, quia mirabiliora in ea opera à Deo sunt peracta, & Spiritus impellentis, quia verbum & Spiritus sanctus ad huiusmodi suaue canticum depromen

dum acceſſere, quod eſt Magnificat anima mea Dominum. 325
Capitalia peccata ſeptem, quatenus ſeptē eccleſiæ ſacramentis expellantur. 589
caritas & dilectio generis humani Chriſtum Saluatorem cœli & terræ domi num noſtri cauſa in paupertatem coniecit. 446
caritas hic non habetur perfectè, iuxta illud Pauli, Quum venerit quod perfectũ eſt euacuabitur quod ex parte eſt. 407
caro & ſpiritus continuo diſſident, iuxta Apoſtolum. 50
caro aſſumpta a verbo nunquam fuit obnoxia peccato. 97
caro Adæ etſi non fuerit concupiſcentialiter propagata, fuit tamen concupiſcentialiter vitiata. 111
carnis maceratione proprie nobis p̃buit exemplum Chriſtus dominus circũiens enim ciuitates & caſtra, fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem. 601
Carolus Magnus, & Arachis rex Lõgobardorum facti ſunt monachi ordinis ſancti patris Benedicti. 379
caſtitas nec magna eſt ſine bono opere, nec bonũ opus aliquid eſt ſine caſtitate, ex Gregorio. 189
caſtitatis ſex ſunt numero præſeruatiua, ſcilicet, ſenſuum inhibitio, ſobrietas, operatio, aſperitas victus, ſermonis raritas, vitatio perſonæ, oportunitas loci & temporis. 51. in fine. & ſeq.
cauſa prima cauſans animam primi cœli eſt Deus. 25
cauſa in omni genere cauſarum non poteſt eſſe idem reſpectu eiuſdem. 39
cauſa peccati originalis eſt ipſa corruptio vitium, & carnis fœditas. 126
cauſa doloris multiplex Virginis Marię in paſſione concepti. 654
cauſa ſecunda nulla poteſt ad aliquem effectum producendum concurrere niſi a prima præmoueatur. 37
cauſa ſecunda nulla per ſe poteſt exiſtere, quare nec agere. ibid.
cauſa ſecunda mediante quidquid Deus poteſt, poteſt etiam ex ſe ſolo. 38
cauſaliter omnia eſſe in Deo, quomodo intelligatur. 40
cedrus ſuo odore interficit ſerpentes. 154
Celidonius & Longinus cæci a Deo illuminati fuerunt. 431
cœlum ridet ad inuocationẽ Virginis Mariæ, angeli iubilant, dæmones contremiſcunt, maria ſedantur, elemẽta obediũt, ſolidantur membra, cedit infirmitas, aduerſitas remouetur, carcer patet, ignis extinguitur, aer ſanatur, &c. & omnia patent ad nutum. 764
cœlum miſticè animam Chriſti deſignat, terra Virginẽ deiparam Mariam repræſentat. 476
cœlum, vt apparet ſenſui, eſt incorruptibile quoad materiam, & quoad formam ſphæricum & rotundum, quoad ſitum altum, quoad colorem lucidum, quoad effectum virtuoſum, quoad permanentiam perpetuum. 55
cœli empyrei duodecim ponuntur deſcriptiones miſticæ Virgini deiparæ elegãter applicatæ. 56
cęlo dignius eſt corpus Virginis Mariæ, cũ ab eo Chriſtus corpulentam ſuſcepit ſubſtantiam, quare dignum fuit ipſius corpus ſupra cœlos ſublimari. 721
cœna vltima domini cum apoſtolis habita fuit in monte Sion, & ibi lauit pedes apoſtolorum aſtante Martha, Maria, & ſororibus. 667
cœnæ corporali Chriſti cum apoſtolis ante paſſionem celebratæ, vtrum adfuerit præſentialiter & perſonaliter Virgo Maria. 612
chori ſanctorum viginti, Virginem thronum cœleſtem conſcendentem, & ante & poſt conſociarunt. 723. & 724
Chriſtus vt homo fuit prædeſtinatus vt eſſet filius Dei. 7
Chriſtus nec formaliter nec virtualiter habere originale potuit, Maria aũt ſic. 120
Chriſtus prædeſtinatus filius Dei debet intelligi ſecundum quod homo, ſecundũ Apoſtolum. 206
Chriſtus vniuocè homo non fuiſſet cum

alijs nisi ex muliere natus fuisset. 206
Christus saluator reuolutis trigintatribus annis die & mense pro nobis in cruce fuit imolatus. 211
Christus in vtero Virginis fuit diebus duocentis & septuaginta sex. 229
Christus in instanti quo anima sua coniuncta corpori fuit perfectus homo ratione vtens extitit. 229
Christus tũc in nobis viuit & regnat quãdo vitia in nobis veraciter supplantantur. 233
Christus fuit simul viator & comprehensor. 240
Christus in mundum venit non huius quę rere delectationes sed docere eorum fugam & amplecti ardua & austeram pœnitentiam. 289
Christus qua de causa voluerit à Ioanne baptizari. 291
Christus Saluator noster doceri incepit post baptismum & tẽtationem in deserto. 353
Christi ortu à diaboli ditione homines secedunt, & sub Christo se esse profitentur. 365
Christus saluator die solis natus est vt solem iustitiæ ortum mundo & lumen fidei donatum mortalibus agnosceretur 369
Christus stipem ostiatim quæsiuit vt pauper. 376
Christus secundum corpulentam substantiã de semine Abraham fuit natus. 386
charitas Virginis & Christi in via maior fuit quàm charitas cuiuslibet beati in patria. 408
Christus de omni statu aliquid assumpsit de innocentię statu, de naturæ lapsæ, de statu gloriæ, & quænam illa. 427
Christus super aquas ambulauit quod maius est quam aquas diuidere, vt fecerũt Moyses & Elisæus. 439
Christi ortus cum gaudio magno omniũ contigit creaturarum. 477
Christus natus primo in vili loco cognitus fuit in præsepio, à pastoribus, & Magis & deinde à Simeone & Anna in loco solenni, & celebri, scilicet in tẽplo. 495
Christus pro vtroq; sexu carnem assumẽs humanam ab vtroque laudatur, & glorificatur in templo præsentatus adhuc tenellus, scilicet Simeone sene, & Anna prophetissa filia Phanuel, vetula pietate plena. 500
Christus puer ob metum Herodis fuit in Aegypto septem annis, & id vsque ad obitum Herodis. 511
Christus vt conceptu suo sacrauerat Nazareth, sic sua cõuersatione eam voluit ciuitatem illustrare, licet nasci voluerit in Bethlehem. 531
Christus & Maria vt iugiter nobis inhabitent, necesse est vt Nazareth simus per flores, & floridi ad instar florum spiritualium, colore virtutum insignes, odore famæ suaues, sapore conuersationis dulces, tactu mites, & leues, fructum afferentes salutis perpetuę 232
Christus puer in templo residens inter doctores actu quadruplici nobis fuit exẽplo, quomodo in Dei seruitiis debeat quilibet versari. Et primo ratione tẽporis homo ne vti vbi incipit libero arbitrio, debet Dei cultum concernentia inquirere. Secũdo loci ratione, & ideo tẽplum conuenit frequentare. Tertio Societatis rõne, vt malis deuitatis bonos sibi consociet, sicut puer Christus visus est inter doctores. Quarto ratione domesticorum deuitando parentes, & eos diuinis seruitijs postponendo. 563
Christus puer inter doctores in tẽplo constitutus quatuor peregit summa patris sapientia in medio doctorum stetit, audiens illos quoad primum, & interrogans quoad secũdum, respondebat quo ad interrogata, quoad tertium, & perse ueranter hoc egit, quia sedebat quoad quartum. 564
Christus multipliciter se nobis communicauit, & qualiter. 623
Christus cur matrẽ in morte alteri voluit commendatam & præcipuè apostolo Ioanni. 644
Christus matrem naturali & gratuito amo

re

re ſuper omnia diligebat. 645
Chriſtus cum diabolo in hoc mundo vſus eſt ſapientia, vt aſtutiam eius eluderet hunc verò habita de eo victoria vti debebat potentia. 660
Chriſtus nõ liberauit pueros de limbo qui ſine ſacramento circũciſionis vel baptiſmi deceſſerunt 661
Chriſtus fuit in ſepulchro, & fuit in limbo & totus fuit in limbo, & totus fuit in ſepulchro. 662
Chriſtus quanto tempore fuerit in limbo quæritur. ibidem
Chriſtus cur perſonaliter voluerit ad inferos deſcendere. ibidem
Chriſtus poſt reſurrectionem an verè commederit. 686
Chriſtus aſcẽdit ad cœlum empireum ex monte Oliueti 693
Chriſti anima ad limbum ſine dubio deſcendit multitudine angelorum concomitante. 659
Chriſtum ex Virgine natum Ioſeph teſtimonio comprobatur. 194
Chriſtum quod præcurrere debuerit Ioãnes Baptiſta multiplex ratio aſſignatur. 298
Chriſtiani orientem verſus orãt, eo quod Chriſtus aſcendens ad cœlum oculis, & facie ad orientem verſus fuit manibus elatis 691
claui quatuor ſunt, quibus anima Chriſto affigitur, & quinam illi ſint. 635
cibus animæ non eſt corporalis & mundanus, ſed ſpiritualis & ſupernus, non tẽporalis & tranſiens, ſed permanens & ẽternus, panis ſcilcet angelorum. 182
cibum humanum comedit Samuel butirũ & mel comedet, in eo apparet humanitas, deitas vero in eo vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. 398
Ciceronis doctrina Dei tradita definitio pulcherrima hęc eſt. Deus eſt quædam mens ſoluta & libera, ſecreta ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & mouens ipſaque prædita nutu ſempiterno.
circulus capaciſſima figura eſt reſpectu aliarum figurarum. 536
circuncidi cur filium ſuum Chriſtum Maria Virgo voluerit. 455
circuncidi Chriſtus voluit vt legis onus ſuſcipiendo nos à legis onere liberaret. 456
circunciſio quare Abrahæ data fuerit, & quot de cauſis 455
circunciſio in carne ſpiritualem noſtram circunciſionem deſignat. 456
circunciſionem & dies octo accipiẽdo tropologicè & moraliter, circunciſio ſeparationem deſignat à peccato, & hoc dupliciter. 457
cognitum debet eſſe in cognoſcente, quomodo id in Deo intelligatur, cũ cognouit Mariam. 21
collatio Euæ primæ matris cum Virgine Maria videatur fusè. 425
columbarum & turturum multiplices, vide & varias conditiones & qualitates. 490
columba denotat innocentiam, aquila perſpicacitatem in cernendo diuina, ouis manſuetudinem. 53
columna fidei noſtrę fuit beatiſſima virgo Maria in triduo mortis Chriſti 89
comparationem aliarum mulierum licet ſanctarum Virgo Maria admittere non poteſt, vtpote incomparabilis & improportionata omnimodo cum alijs. 709.
cõceptio in ſacro eloquio variis modis accipitur. 114
conceptus filij Dei fuit ſuprª naturã, & ſic etiam partus. 427
concupiſcentiæ vitium eſt originale peccatum. 126
conditiones & qualitates turturum & columbarum, vide varias & multiplices. 490
conformitates Deiparæ cum Chriſto ſex & viginti, vide fol. 18
conſequentia non valet, habet fomitẽ, igitur & originale, quia in baptiſmo originale remittitur, & fomes remanet. 128
conſtãtia iunioris fratris Machabæi, qui vltimus ex ſeptẽ pro lege Dei interfectus fuit, pro nihilo quod duceret acerbos cruciа-

cruciatus,& Antiocho regi, & ipsius satellitibus admirationi fuit. 475
cõtemplationis ad verticem Virgo Maria perducit in virtutibus exercitatos. 742
contemplationis studium Christo familiare ostendit ascensus ad montem Thabor. 602
contradictionem includit & impossibile est ex Aristot. & Commentatoris positione aliquid intelligi perfectius essentialiter tam intẽsiuè quam extensiuè ipso Deo quia ipse solus infinitus est. 22
contraria simul non iunguntur, aut dissimile simili. 504
conuersationis cum deuotis hominib. quę nam sit vtilitas 263
correctio si speretur peccatorum cum eis stare & commorari non debemus dedignari sicut Christus cũ Maria commorati sunt in Nazaret. 532
cordium seruator solus Deus est, & ideò sibi cognitionem cogitationum humanarum mentiũ sibi soli reseruauit, hinc fit, quod angeli cogitatus nostros scire non possint nisi per reuelationem diuinam 211
corpus Christi, teste Magistro Sentent. fuit in instanti formatum. 391
corpus Christi in hostia indubiè cũ adsit, quare oculis corporeis videri non possit. 617
corpus Christi habet duplex esse naturale & sacramentale, & quomodo. 618
corpus Christi nec graue, nec leue fuit, vt sunt proprietates corporum naturalũ, & quomodo ascẽsus Christi possit dici factus motu naturali. 692
corpus & sanguinem suum nobis relicta cur saluator noster noluerit videri. 617
corpus Mariæ Virginis anima eiusdem cũ Christo ad cœlos conscendente præcepto Christi in vallem Iosaphat sepeliendum ab apostolis defertur, vide ibi pulcherrima & cõtemplatiua multa & miraculosa facta. quamplurima. 717
corpus sine infusione animæ non conseruaretur. 114
corpus glorioſum simul cum non glorioso gessit Saluator noster, quando de sepulchro est egressus, & ianuis clausis ad suos intrauit discipulos. 389
corporis & sanguinis Christi donatiuum miri est stuporis, grati dulcoris, digni valoris, & magni vigoris. 614
corpora cœlestia & beata pollent agilitate, subtilitate, claritate, & impassibilitate. 751
corporali forma angelus & humana annũcians incarnationem filii Dei apparuit Deiparæ virgini Mariæ. 215
corpulentam substantiam Christus habuit à pastoribus, vt patet de Abrahã, Isaac, Iacob, Iuda, & Dauid, qui pastores fuerunt, ex quibus Christus carnem assumpsit humanam 480
corruptio duplex fuit in carne Adæ propter peccatum, prima puræ pœnalitatis, quia fuit subiecta pœnis, sitis, famis, vnde coniuncta anima carnaliter contrahit passibilitatem. Secũda corruptio fuit viciositatis siue fœditatis per quã caro est spiritui rebellis. 113
creare ita Deo est proprium vt nullo modo conueniat creaturæ. 150
creare maius est quam transubstantiare. 615
creatura nulla æterna est, sed solus ipse Deus æternus est. 429
creatura omnis ex se multiplicibilis est & ideo imperfecta, solus Deus præmium nostrum est beatificum. 735
creaturam omnem tam spiritualem quã corporalem mouet Deus. 37
creaturam esse vitam in Deo est solum denominatio extrinseca creaturæ. 42
creaturæ sunt in Deo vt forma immutatiua, & id qualiter debeat intelligi, vide ibi supra, pag. 39
creaturæ habent esse vitaliter in Deo. 43
creaturæ in multiplici sunt differẽtia, quædam enim sunt intellectuales, & supercœlestes, vt angeli, archangeli, &c. quædã cœlestes, vt cœlũ, stellæ, sol, quædã subcœlestes diuisæ in elemẽta, & elemẽtata, &c. vide ibi pulcherrima. 44. & 45
creaturæ oẽs in ortu Christi cũ esse Saluatorem

torem mundi miraculosè atteſtatæ fue runt: nam cœlum teſtimonium dedit ſtellam nouam emittendo, angeli dulci ter præcanendo, aer lucidus apparendo, terra balſamum i vinea proferẽdo, & oleum è fonte emittendo,&c.479.& 480
crimen læſæ maieſtatis diuinæ eſt maius quacunque pœna. 359
crux vt quatuor cornua habet,ſic p Chriſti paſſionẽ eſt diffuſa gratia adquatuor orbis partes. 637
crucis Chriſti mira & excelſa præconia, vide pag.638.& ſeq.
crucifixus eſt Chriſtus octauo Kalendas Aprilis & reſurrexit ſexto Kalendas eiuſdem Aprilis. 683
culpæ mortalis tota latitudo non eſt tam mala,ſicut eſt bonitas, & acceptabilitas meriti Chriſti. 119
cuſtodia & cuſtodibus cur fuerit præmunitum Chriſti redemptoris noſtri ſepulchrum. 666

D

DAmnati ſunt in loco omniũ infimo qui eſt centrum terrę 658
Daniel ad templum iuit cum rege vt impietatem ſacerdotum detegeret Daniel cap.14 170
Daniel Deum vidit in ſcriptura, quando ſcripturam legit articulo exararam in pariete. 353
Dauid vrſum,leonem, & Goliath gigantẽ Philiſtęum puer interfecit 87
Dauid ſuper interitum hoſtis ſui Saul fleuit,& eum ſepeliri mandauit ſingulariqueque ob clementia commendabilis. 88
Dauid induebatur cilicio, & humiliabat in ieiunio animam ſuam. 352
Dauid deducendo arcum ſeptem choros eam præcedeutes ordinauit. 723
Dauid Golię gigantem,leonem,& vrſum percuſſit 753
Dauidis tempore & Salomonis tales diuitiæ fuerunt, vt argentum ſicut lapides reputaretur. 87
Dauidicis in carminibus pſallendis nulla fuit Virgine Deipara elegantior, ſemperque in ſcrutatione legis diuinæ, & lectione teſte B. Hieronymo permanebat. 324
defectus mulierũ triginta virgo Maria Spiritus ſancti gratia omnes euaſit, & ab illis penitus immunis fuit. 422
defectus multiplices per ſacram ſcripturã mulieribus attributos, vide fol.420.
defectus generaliter omnes mulieres tangentes quinam ſint. 421
dæmon licet ſciret Chriſtum de Virgine naſciturum,non tamen ſciuit naſciturũ de Virgine deſponſata, cum de hoc nihil in prophetia Eſaiæ dicatur 193
dęmonem in ſua dormitione ſingulari priuilegio non vidit Virgo Maria. 715
dæmones nunquam cognouerunt Chriſtũ eſſe Dei filium, hoc interdicente Dei potentia,& virtute. 193
dæmones,Marc.1.& Matt.1. Vocabant Saluatorem noſtrum Chriſtum,ideſt,Meſſiã,& filium Dei,& id non certa cognitione,ſed ſuſpicione. 193.& 194
dæmones ab idolis per natiuitatem Chriſti diſceſſerunt 388
dæmoniacus cum ſenem in maxilla percuſſiſſet, & ille alteram præberet percutiendam dæmon victus abſceſſit, vt eſt in vitis patrum. 513
denunciatio omnis ſitã forma & operatio procedit ab eſſe. 295
deſcriptio habitus corporis Mariæ Virginis videatur· 183.circa finem
deſpectus ſtatuum mundanorum Chriſtiano homini cordi eſſe debet, quia Deus depoſuit potentes de ſede. 353
deſperandum non eſt homini timenti de peccatis, de venia conſequenda ſed habẽdus ad Deum recurſus per contritionem,quia miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. 353
deſpõſata cur fuerit Virgo Maria voto virginitatis antea aſtricta,vide multiplices deſponſationis huius virgineæ rationes 793.& ſeq.
Deus æternitate ſua tẽpora cõprehẽdit. 8
Deus quomodo magis vnum quam aliũ diligere dicatur 11

Deus natura sua actualissimus, qa immortalis, æternus quia indefinibilis, simplicissimus quia incorruptibilis, clarissimꝰ quia inobfuscabilis, perfectissimus, qa immutabilis, &c. vide ibi multa pulcherrima epiteta. 16
Des præsciuit diuam Virginem, nõ solum scientia simplicis intelligentiæ, sed visionis, determinationis, & approbationis. 20
Deus intellectus est, & in ipso non est potentia. 21
Deus diuersimodè coniungitur cum intelligentijs, & intellectu nostro. ibid.
Deus si non intelligeret nõ esset perfectus. 22
Deus est vita intellectiua. ibid. & solus infinitus. ibid.
Deus bene videt præsens, & futurum; & quorum res perijt, ideſt præterita. 23
Deus qui est primum principium, & ens vniuersaliter perfectum, & tam intẽsiuè quam extensiuè infinitum 23
Deus suas diuitias abundanter influit in animas sapientũm. 24
Deus cum sit vnius multinomius est appellatus & nominatus, & qualiter. ibid.
Deus multa medicinalia, & alia plurima reuelauit prophetis sanctis. ibid.
Deus est nobilius omnibus rebus, & per cõsequens omnia cognoscit, quibus est nobilius. 25
Deus est id quod mouet. ibid.
Deus mouet primũ motum, & quod mouet alia, & habet curã circa omnia entia. ibid.
Deus est primum efficiens. 28
Deus non vt dormiens, sed vt vtens actualiter sua scientia, sic dicitur intelligere, quia cum sit in fine dispositionis in eo est dispositio nobilis. 31
Deus non intelligit alia per alia, sed per essentiam suam. 32
Deus qualis ipse est, talis est eius cognitio. pag. 32
Deus cognoscit existentia non scientia existentium, sed scientia ipsius. ibid.
Deus non singula cogitãdo aspicit, sed vna æterna immutabili atq; ineffabili visione cuncta complectitur, quæ nouit. 32
Deus absolutus est ab omni temporis diuersitate, quia est supra tempus 35
Deus solus partem veram vel falsam asserere valet de futuro cõtigenti, quia omnia nouit, & quia illi nihil est præteritũ vel futurum. ibid.
Deus omnium forma est exemplaris & exemplatiua. 38
Deus potest omne id quod non implicat contradictionem: & ratio est, quia omnia sunt in eius obedientia & omnipotens est. 116
Deus licet vbique sit per præsentiam, essentiam, & potentiã, speciali tamen modo in templo suo consistit. 117
Deus dedit Virgini partum, qui ante virginitatis inspirauerat votum, & humilitatis prærogauerat meritum. 190
Deus cum sit spiritus oculo corporali nõ videtur. 204
Deus est speculum omnia repræsentãs, similiter & angelus. 210
Deus in laude cordis potius delectatur interius, quam vocis clamorosæ prolatæ exterius. 326. Et ratio est, quia Deus cor & affectum aspicit prius, deinde vocẽ. ibidem
Deus cum liberè agat ad extra potest sui visionem communicare sine fruitione. 237
Deus aliquid potest quod nos inuestigare non possumus. ibid.
Deus non nisi in caligine se referat in mõte Syna. 244
Deus legem dare volens, & alloqui Moysen, seque ei in subiecta natura manifestare decernens, iubet eum ad montem ascendere solum. ibid.
Deus nihil vnquam maius effecit assumptione humanæ naturæ à verbo. 251
Deus sanctos & iustos diuersimodè probat, non tamen deserit. 266
Deus origo, causa, & principium est omnium bonorum. 281
Deus pugnaturus cum diabolo nõ in sua sed

ſed in noſtra congredi voluit natura in quod infinita ipſius relucet prudentia. 355

Deus iuſtus eſt, nec prius eſt vltor quam aliquis ſit peccator, nec ab eo exigitur pœna non commiſſa culpa. 358

Deus vt omnipotens potuit naſci de Virgine ea manẽte intacta,& Virgine,eamque fœcundare,ac ipſam facere parere, vt in vtroque nulla ſit virginitatis fractio,corruptio,& amiſſio. 389

Deus quolibet finito dato poteſt maius facere 537

Deus ſecũdum philoſophos omnes & ſanctos plura poteſt facere, quã intellectus intelligere. 617

Deus ſecũdum omnes philoſophos & ſanctos poteſt plura facere quam intellectus intelligere,ſed intellectus poteſt ſine cõtradictione intelligere ſubiectum ſine accedente, & ẽconuerſo ſaltem intellectione ſimplici,quid ergo mirum ſi Deus poteſt facere accidens ſiue ſubiecto in Euchariſtia. 618

Deus ſanctos ſuos dignè exaltat in Eccleſia militãti, & triumphanti diuerſis dignitatibus & præmiorum honorib. ſeu gradibus. 744

Dei ſolius eſt,& nõ alterius agnoſcere cogitationes hominum formatas.pa.210. & 211

Dei filius vt dicit D.Bernardus prius inſtruxit Virginis Mariæ mentem quam inſtruxit carnẽ, ideò meritò fuit in ſermone angeli nunciantis admirata. 222

Dei patris filius aſſumpſit naturam noſtrã vt qui in cœlis eſt ſine matre,in terra eſſet ſine patre, & vt vtranque naturã acciperet ex patre æternam ex matre temporalem. 362

Deo nec præſens, nec præteritum tempus congruit. 10

Deo tamquam ſummè perfecto quicquid eſt perfectionis debet attribui. 31

Deo non minus eſt mutare naturas,quam condere. 148

Deo ſacrificare,ideſt per obedien i Deo corpus & animam offerre. 346

Deo non repugnat,qui mundum ex nihilo in ſui exordio creauit,& cuius potẽtia non fuit poſtmodum, nec eſt adhuc inualida ex Mariæ puris ſanguinibus in ventre eiuſdem ſine corruptione Chriſtum formare,factumque ab inde educere virginitate incorrupta,& ſine viro hominem formare 389

Deo propriè cõuenit a peccatis ſaluare & non homini. 461

Deum ſemper concomitatur vltio & iuſtitia. 24

Deum nequaquam latebit agens iniuſtè, nec hominum cogitatio. 27

Deum omnia conſeruare Ethnici philoſophi quamplures atteſtantur. 36

Deum videntes vltra homines ſunt, ideſt, vltra hominis pura naturalia conſtituti. 240

Deum cupiens perfectè laudare, debet ſe per cogitationem à terrenis ſeparare. 312

Deum videns Iſrael interpretatur, vel viſio diuina. 345

Deum videns vtrum infinite ex eo ſit dicẽdus beatus. 542

Deum à creatura comprehendi per intellectum an ſit poſſibile. 542

Deitas humanata habitauit in vtero Marię Virginis vaticinio Hieremię prophetæ, Nouum faciet Dominus ſuper terram,mulier circũdabit virum. 64.& 65

deificari nil aliud eſt, quam in ſimilitudinem Dei transformari. 733

diabolus cur ſtudioſè obſeruarit tempus prophetię dictę ab Eſaia,Ecce Virgo cõcipiet,& pariet filium. 193

diabolus hominem non vno, ſed pluribus modis ſuæ ditioni,& voluntati ſubiicere conatur,& quibus. 755

diabolus eſt leo rugiẽs,& draco, ideo nos aliquando tentat potentia,afflictiones temporales immittendo aliquando vt draco malitię, quia quos nõ ſuperat potentia aliquando deiicit malitia blandiẽdo,ſuadendo,& promittendo. 757

dia o s angelos omnes ad ſui p r ditionem conatus eſt trahere, ideò eorum inimi-

inimicus est. 765
diabolum non verè sed suspiciosè doctores autumant Christum esse Deum agnouisse. 386
diabolo in inferioribus nil potentius fortius, astutius, nequitius, prudentius, sagacius ad malum perpetrandum promptius, auidius, inquietius, importunius, & omni malitia infectius, & plenius. 754
Diagoras philosophus Deum esse negauit, Pithagoras verò Deum esse dubitauit, vt dicit Lactantius. 678
dictio ista, Ecce Virgo, in tribus passibus sacræ scripturę ponitur, scilicet de Rebecca, quæ erat virgo pulcherrima, Genes. 24. & de Maria sorore Moysi, Exod. 3. & in Isaia, c. 7 395
differentia temporis in Deo poni potest nulla autem conditio. 33
differentiia Dei loquentis per somnia, & in somnijs. 266
dilectio Dei duobus modis consideratur, secundum essentiam, & secundum efficientiam. pag. 11. & quomodo magis, & minus suscipiat. ibid.
dilectionis Dei præceptum nullus magis implenit Virgine deipara Maria. 245
dilectionis probatio secundum Gregoriũ est operis exhibitio. 731
diluuio superueniente omne viuens excepto eo quod in arca Noe erat, perijt. 169
Dionysius Areopagita in lib. de Diuinis nomin. dicit se dormitioni Virgini Mariæ cum magistro Paulo, & S Ierotheo, & apostolis omnibus interfuisse 716
discipulorum Christi primus fuit Ioānes Baptista in proprij abdicatione, omnia in puerili ætate relinquendo, tam bona fortunæ, quam naturæ, patrem ac matrem ac summum sacerdotium Iudæorum, quod ei debebatur de iure. 287
dispensauit Deus cũ furto filiorum Israel Exodi 11. 115
dispensat Deus in lata lege aliqua, quadrupliciter, & quomodo, quibusve modis. 116
diuidi possibile est passibile, sed Christi corpus glorioſum est, ergo diuidi impossibile 617
diuisiones factæ plures in Christi passione & quænam illæ. 685
diuina essentia est omnium tam intrinsecorum Deo, quam extrinsecorum à Deo perfectè repræsentatiua. 33
diuina essentia cognoscendo se cognoscit alia iuxta D. Dionys. de Diuin. nomin. 32
diuina essentia est ars causalis omnium, ex August. 6. de Trinit. c. 4. ibid.
diuina prouidentia sicut in suis operibus est mirabilis, sic & rationabilis. 265
diuinæ potentiæ magnum est argumentũ de non esse ad esse cuncta produxisse, sed maximum astruit diuinum posse, dũ summa imis, temporale æterno, homo Deo est perfectè vnitus & iunctus. 354
diuina ordinatione Ioannes Baptista venit prædicare & baptizare non vsu temerario. 290
diua Virgo quomodo immortalis effecta & quare dicenda. 17
diuitiæ spirituales sunt virtutes. 345
diuitum nomine iniusti & peccatores in sacris literis exprimũtur, iuxta illud: Diuites repleti sunt iniquitate, & iuxta dictum apostoli: Qui diuites fieri volunt incidunt in tentationem. 344
doctores autumant diabolũ non verè, sed suspicioſe Christum esse Deum agnouisse. 386
doctores aliqui negant formaliter meritũ Christi esse infinitum, & fortassis erroneè. 670
dolor partus signum est euidens virginitatis amissæ vel in proximo amittendæ. 426
dolor & gaudium quæ habuit Christus tẽpore passionis, fuerunt in distinctis subiectis secundum Petrum Aureoli. 649
dolor exterior in carne & tristitia in corde & in voluntate, nõ sunt vniformes. 650
dolor duplex ponendus in Christo, passionis & compassionis, & quis horum in Christo

Christo fuerit intentior. 653
dolor passionis fit in carne, & est dolor sẽ sus & redundat in animam, dolor compassionis fit èconuerso. 655
dolor Virginis Mariæ in passione filij maior fuit quouis dolore cuiuscunq; martyris, teste Bernardo sancto. 656
doloris prẽseruationẽha buit in partu suo deipara Virgo, idquæ vaticinatus est Isaias, cap. 1. Gaudium & exultationem & lætitiam tenebit, & omnis dolor fugiet & gemitus. 66
dolore nullo interueniente Virgo Maria hinc ad cẽlos euolauit hora & die mortis sibi ab angelo prænunciata. 714
dolores veros pro nobis passus est Christus, attamen ex his pro passionem anima ipsius ex his habuit, nõ passionem. 650
dolores deiparæ Virginis in passione figurauit Anna Tobiæ vxor quę irremediabilibus lachrimis filium lugebat 60
dolores inferni Petrus vocat dolores purgatorii, qui ab infernis pœnis non differunt re, sed spe. 662
dominium viri in vxorem maius est quam filii in matrem. 263
domina nostra, cur, & quomodo Maria virgo sit effecta. 139
domus impleta est ex odore vnguenti per domum ibi ecclesia intelligit. 54
domus Dauid nobiliter propagata fuit ex patribus Seth, Enos, &c. ex patriarchis Abraham, Isaac, &c. ex principibus Aminadab, Naason, Salmon, ex Iudicibus Othoniele, Sangar. 213
donum prophetiæ quam sit excellens ex Amos propheta, vide pag. 62
dono naturæ & gratiæ angeli puritate nitent singulari. 765
dona sua septem Spiritus S. contulit Apostolis Christi in die Pentecostes. 700
donis Magi oblatis deitatem in thure, animam in auro, & corpus in mirrha agnoscunt, & sunt in dono Deum verum professi & hominem. 472
dormire super petram vt fecit Iacob patriarcha est in sola vita Christi requiescere per imitationem. 346
dubitatio an Virgini nũciari debuit quod esset Christum conceptura per angelum, vel solum inspiratione diuina. & ibi vide pulcherrima & plura scitu digniſſima. 214
dubitatio in Ioseph, si qua fuit dũ voluit occultè dimittere eam, exponi potest, vt dubitari in eo fuerit vehementer admirari. 265
dubiũ mouetur an Virgo Maria digna fuerit, vt esset Dei mater. 419
dux causa est ordinis, & nõ ordo causa ducis. 24
duces in Israel fuerunt ante & post reges, ante reges fuit dux Iudas Dei voluntate factus, post reges fuit dux Zorobabel & post ipsum fuerunt alii duces, de quibus in scriptura nihil dicitur. 76

E

EBionitæ hæretici Christum ex Ioseph semine natum asserebant 679
Ecclesiæ sacramentis septem totidem peccata capitalia expelluntur. 589
ecclesiastici homines raptum perpeti soliti, vt plurimum in corporis viribus infirmi sunt, & debiles, & causã vide, ibid. 239
effectus miros subsecutos salutationẽ Virginis factam Elisabeth, vide pag. 313
effectus multiplices & admirãdos obediẽtiæ, vide pag. 578
Aegyptus domino rebellis, cultu & moribus a Christo, tamen nõ respuitur, imo sua grata præsentia pariter & matris visitatur. 506
Aegyptiaca seruitute grauata mens, ideſt, terrenis implicita curis non ascendit cũ Petro, Ioanne, & Iacobo, in montem vt cernat gloriam Christi trãsfigurati, aut cum Moyse non audit Dei legem, seu cum Elia iudicia in Syna, vt sic diuina peroret magnalia. 322
electorum quidam in hac vita adhuc detẽti, inquit Glossa, mundato oculo cordis videre meruerunt gloriam Dei, vt Stephanus, & Paulus raptus ad tertium cœlum. 241

Elementa in rebus naturalibus quo sunt perfectiora eo digniora loca sortiũtur. 177
Elias quia carnem suam virginem custodiuit in carne existens raptus est in cœlum. 189
Elias, Elisæus, & Ieremias & multi prophetarum filij virginitatẽ seruauere; sic & Ioannes Baptista. 196
Elias qũo fuerit Baptista, & ipsius cũ Elia comparationem vide ibid. & in qua an teuertit eundem. 193
Elias carnes comedit, quibus nunquam vsus est Ioannes Baptista. 294
Elias in monte Sina audiuit iudicium. 307
Elias precib. suis duplicẽ obtinuit spiritũ à Deo ipsi discipulo suo Elisæo. 307
Elisabeth in partu Ioannis dolorem piè creditur non præcepisse, idque ex eo q̃ fœtum gestarit in vtero sanctificatum. 305
Elisabeth ex salutatione Virginis deiparæ repleta fuit spiritu sancto. 314
Elisabeth Mariam laudat non à naturalibus sed à gratuitis, non à suo esse, sed operatione mirifica. 316
Elisabeth laudat Mariam & filium more scripturæ, quæ Deum laudare iubet benedicendo, vt patet in trium puerorum cantico apud Danielem, Thobię & aliorum. 318
Elisabeth vtroque genere nobilissima ex matre de stirpe Dauid, quia neptis Annæ matris Virginis ex patre de filiabus Aaron. 310
Elisabeth aduentu salutatione & intercessione Virginis Mariæ Spiritu sancto repleta triplicem spiritum accepit. 320
Elisabeth clamans repręsentat actiuos, qui in strepitu mundanorum mire clamãt operibus. Maria tacens contemplatiuos qui diuinis interius delectationib. fruũtur. 327
Elisæus dum canit psaltes spiritu prophetico donatur. quarto Regum cap. tertio 326
Elisæi precibus Deus aperuit oculos pueri, vt angelorum acies cerneret existentes in monte. 307
Emmanuel nil aliud interpretatur quam manens nobiscum Deus. 395
Erithreæ Sibillæ manifestissimum de Christo testimonium & vaticinium, vide p. 392
essentia sunt in Deo omnia, vita, intelligentia, sapientia, bonitas, pulchritudo. 40
Esther Assuero iungitur, idest, caro nostra Dei filio. 231
ætates mundi sex, prima sub patribus, secunda sub patriarchis, tertia sub iudicibus & rectoribus, quarta sub regibus, quinta sub ducibus, prophetis, & sacerdotibus, sexta superueniẽte venit in Virginem Deus verus. 211
æternum mente aliquid dum capimus, iã non in mundo sumus, inquit Augustinus. 238
æternitas diuina, sæculum, tempus, & mensura sæculorum à D. Dionysio vocatur. 7
æternitas quia coexistit tempori, & temporibus potest dici singulariter & pluraliter omne tẽpus, omnis dies; & omnis annus. 8
æternitas summa est Deus, quia cũ sit simplex sibi non deest. 33
æternitatis stabilem mansionem nullo verbo propriè possumus significare. pagin. 9
Ethnici Christum confessi, vt sibillæ Erithrea, & Tiburtina, Balaam, tres Magi, Cẽturio Capharnaita, & in morte Dionysius Areopagita. 437
Eua Adæ filia non dicitur quia non ex eo nata, sed facta ex costa fuit ipsius à Deo 390
Eua Virgo corpore existens fuit causa nostræ damnationis sic Maria mulier Virgo fuit causa nostræ saluationis. pagin. 392
Euæ cum diua Virgine multiplicẽ collationem, vide pag. 203
Euæ inobediẽtia sicut fuit principium nostræ damnationis, sic obedientia Mariæ exordium, causa & origo nostræ fuit salutis.

lutis. 228
Euangeliſtæ dictum Ieſus proficiebat gratia nō præſupponit quod augebatur in Chriſto, & quomodo ſit intelligendum idipſum vide ibi latiſſimè. 536
Euchariſtiam dignè ſumere cupiens quatenus ad id præſtandum debeat diſponi. 629
Euphrates dicta Maria, quia facit creſcere in bono. 133
exaltari cupiēs & ſublimari à Deo in præſenti & futuro, viam habet paratam, vt ſit humilis, quia Deus exaltauit humiles 353
exempla varia & multiplicia, vide eorum qui a doloribus & plagis liberati à Deo egregiè remunerati ſunt. pagina 681
exordium in agendis à Deo ſumendum doctrina Sixti Pithagorici in ſuis ſentētiis. 27
Ezechiel anno trigeſimo exorſus eſt prophetare, & Chriſtꝰ 30. anno exorſus eſt prædicare. 570

F

FAcies Virginis Mariæ ita ſplendida fuit, vt vix aliquis, teſte Hieronymo in faciem Virginis intendere potuerit. 252
fides & vſus liberi arbitrij bonus cauſa prædeſtinationis propriæ acceptæ non poſſunt eſſe. 6
fides integra an remanſerit triduo mortis Chriſti in ſola Virgine Maria. 674
fides formata, quę bona in homine efficiat 677
fidelibus ſolis viſa fuit ſtella in Oriente, magna licet fuerit & clariſſima. pagin. 450
figura diſſimilis non eſt, vbi figuratum nō ſolum reperitur, ſed vltra perfectius aliquid ponit. 282
figurata eſt Virgo Maria per fluuium, puteum, fontem, & ſic de conſimilibus ratione redundantiæ gratiarum. 59
filius quod ſæpius matri aſſimiletur quam patri oſtendit falſum eſſe aſſertum matrem in generando ſolum ſe paſſiue habere, & non actiuè. 441
filii dedecus eſt duos habere patres. pagin. 391
filij quibus caſibus ob paternam tranſgreſſionem puniantur. 110
filit Iſrael ſicut in faciem Moyſi inſpicere non valebant, ſic nec Ioſeph in faciem Virginis poſt Chriſtum incarnatum. pa. 264
filii Iſrael etiam tempore Abrahæ ſignum petere à Deo conſueuerant, vt etiam innuit Apoſtolus, 1. Corinth. 2. Iudæi ſigna petunt. Nam & ipſi Iudæi frequenter à Chriſto ſignum petierunt, Matth. 12. Lucæ 11. Ioan. 2. vide ibi pulcherrima & notatu digna 393
filii Iſrael a Ioſeph inuitati ad conuiuium acceptis partibus & locatis iuxta ætatem ſuam, mirabantur nimis. pagina 475
filii Iſrael Aegyptiaca conuerſatione turpati in montem Sina cum Moyſe aſcēdere ad Deum videndum non valuerūt. 530
filios quatuor habuit Dauid ex Berſabee. 82
fimbriæ contactu veſtimenti Chriſti mulier illa ſanata eſt corpore & mente. pa. 244
fons aquæ oleum fudit Romæ ipſa natiuitatis hora, & vſque in Tyberim cum ſit diſtantia non modica emanauit, vt docet Oroſius, & Innocentius III. 387
fons olei de taberna emeritoria erupit nato Chriſto. 439
fomes originalis culpæ in nobis relictus eſt pœna atteſtante Magiſtro. 402
fomitis duplex eſt, effectus eſt in perſona difficultas, ſcilicet ad bonum, & pronitas ad malum. 153
fomitis ex originali relicti duo ſunt effectus, ſcilicet difficultas ad bonū, & pronitas ad malum. 402
forma prima eſt primum principium & vltimus finis ſubſtantię ſenſibilis. pagin. 28
forma omnium formatorū quod ſit Deus intelli-

intelligit de forma exẽplari, iuxta Boetium. 38
Franciſci Aſſiſienſis ſanctitatis prærogatiuam, vide pag.17.in fine.
fratrem non diligens manet in morte atteſtante Diuo Ioanne in ſua Canonica, nec Deum valet diligere. pagina 176 176
fugit in Aegyptum Chriſtus puer, vt illuminaret,non vt timeret, fugit non formidine,ſed pietate. 508
fugæ Chriſti pueri in Aegyptum varias & multiplices cauſas, vide pa. 507.508.& 509
fugæ multiplicia commoda, vide ibidem pagina 509. imo aliquando ſuadetur a Chriſto.

G

GAbriel interpretatur fortitudo Dei & confortatio. 210
Gabriel angelus miſſus eſt ad denunciationem incarnationis non ordine ſed officio. 210
Gabriel miſſus eſt menſe ſexto a cõceptione Ioannis Baptiſtæ,miſſus eſt ad denunciandum Virgini incarnationem dominicam. 211
Gabriel archangelus qui fuit de ordine Seraphico fuit qui Ioãnis Baptiſtæ natiuitate patri manifeſtata Zacharię in tẽplo & ſancta ſanctorũ,qui idem angelus poſtea Mariæ Chriſti Saluatoris incarnationem nunciauit. 282
Galilæa rota vel volubilis vel tranſmigratio facta vel tranſmeans interpretatur. 212
Gaudium, beatitudo, & lætitia omnium beatorum eſt Ieſus Mariæ filius. pagina 767
Gaudium fruitionis,& dolor paſſionis,iuxta D.Bonauenturam non ſunt affectiones contrariæ. 649
Gaudii plurimũ & conſolationis ex Chriſti puerili habuit Maria Virgo grata nutritione. 533
Gaudium perfectum & vnicum nobis prębuit ſolatium Virgo Maria vnicum ſuũ nobis dando filium 583
Gaudium & dolorem ſimul quomodo habuerit Maria in paſſione Chriſti iuxta Alexandrum Alenſem. 654
Gaudia in preſenti diuæ Virginis duodecim numerãtur,ſcilicet annunciationis, natiuitatis filii,adorationis Magorum, præſentationis in templum, reductionis filii de Aegypto,iuuẽtionis filii poſt triduum,operationis miraculorũ,reſurrectionis Chriſti,aſcenſionis eiuſdẽ,miſſionis Spiritus ſancti,ſuę fœlicis dormitionis,& nũc ſuper omnia exaltationis. 52
Gaudia communiter luctus ſubſequũtur: vide exempla plurima, & ea quidẽ memorabilia. 513
Gẽma dicitur Maria Virgo figuratè ratione ſplendoris operis virtuoſi, argẽtum dicit ratione informationis, aurum ratione valoris prę omnibus electum ratione exercitationis. 59
Generalis iuſtitia vtrum per baptiſmum recuperetur. 105
Genus Marię Virginis vt nobiliſsimũ fuit ex patribus nouẽdecim,patriarchis quatuor,ex principibus,iudicibus,regibus ducibus.Item prophetis doctoribus viris ſtrenuis,ſacerdotibus & ſummis põtificibus,rectoribus,&c. 76
Genus humanum nõ propria malitia, ſed diabolo impellente ſe peccato infecit. 360
Genus humanum in eſſe exiit per verbum increatum,& in culpam cecidit deſerẽdo verbum inſpiratum. 362
Genus humanũ laborat infirmitate ineſtimabilis auaritię, illecebroſę luxurię,implacabilis iræ, inquietabilis inuidię,inſatiabilis gulę,formidabilis accidię, vnde variè procedũt infirmitates,vide pulcherrima. 583
Genera timoris varia,ſeu potius multiplices timoris ſpecies,vide pa.560.
Genera hominum duo per propinquos & notos iudicantur domino diſplicentia nec vnquam Ieſum perditum inuenientia, ſ. carnales & hypocritę,quorum in comitatu non inuenitur Ieſus. 568

Genitricem Dei Virginem Mariam debemus inuocare, quia gratia plena, eandem exorare, quia dominus est secum, & venerari etiam, quia ipsa est benedicta prę cunctis viris & mulieribus in æternum. 233
Generatio filii Dei fuit non per naturam, sed per gratiam. 406
generatio secũdum Aristot. terminatur ad suppositum, & suppositum in generatione Christi est verbum, vera enim humanitas, non est genita, antequam vnita. 442
Generatio duplex est, carnalis & spiritualis, prima fit in ventre carnali, vel corporali, secunda in ventre mentali. 608
Generatione primogenitus quis esse potest, licet non dignitate. 84
Et vice versa ibid.
Geniti in statu innocentiæ, si fuissent filij fuissent originalis iustitiæ hęredes, licet quidam dicant cõtrarium. 102. & 103
Gloria Mariæ Virginis, quanta in cœlis sit nec dici nec effari potest. 737
Gloria Virginis Mariæ ostendit eius per mortem euocatio, resurrectio, ad cœlũ deductio, & super omnes in gloria sublimatio. 768
Gloriosus Christus post resurrectionem primo Virgini Mariæ apparuit. 750
Gradus quo Maria virgo superexaltatur, & sanctitas eius ac pietas, & sic de alijs exigit, vt B. Maria à Deo in cunctis petitis exaudiatur. 762
gradum supremum in beatitudine obtinet Virgo Maria deificata. 735
Gradus omnium creaturarum Dei voluntate summopere post Deum Virginem Mariam honorant in cœlis & venerantur. 745
Gradus in cœlo diuersos ostendit diuersitas supernarum mansionum. 738
gradus quindecim templi nullo freta humano auxilio sola cõscedit Maria tenella triennis. 138
gradus sunt quindecim, & quinam illi, per quos velut per scalas Maria annorum quindecim Virgo ad depromendum cantica lætitiæ peruenit cantans in iubilo Magnificat anima mea, &c. 323
Gratia finalis vt quis saluetur, requiritur. pag. 5
gratia quæ aliquando prędestinationis nomine accipitur effectus est ipsius prędestinationis. ibid.
gratia in deipara Virgine fuit & creata & increata cum multis aliis sanctis solum gratia fuerit data creata. 13
gratia gratum faciens primo respicit personam, & non naturam: iustitia verò originalis econuerso. 98
Gratia tunc gratia non esset, si aliquo modo caderet sub merito. 103
Gratia iustificans potior est peccato originali, quia si id non esset nullus posset ex gratia iustificari. 116
Gratia etsi in sanctis fuerit, non tamen eatenus, vt in Maria testante diuo Hieronymo in sermone de Assumptione. pa. 220
Gratia viæ de communi lege per essentiã non ordinatur ad videndum Deum in præsenti. 235
Gratia nõ respicit naturã sed personã. 359
Gratia non destruit bona naturæ, sed perficit. 389
Gratia in quantacunque abundantia non est causa sufficiens confirmationis. pa. 414
Gratia concurrit cum assistentia Dei ad nõ peccandum particulari, & diuini spiritus custodia singulari. 417
Gratia a Christo datur immediatè per modum efficientis, & mediatè secundum quòd homo per modum fidei, & fides quæ de Christo est disponit immediatè animam ad gratiam. 534
Gratia duplex est secundum quam est caput nostrum Christus, creata scilicet & increata. 534
Gratia triplex in Christo est, & quænã illa. 354
Gratia etiam per modum meriti datur, quia Christus per passionem suam meruit à patre, vt gratia daretur nobis. Datur etiam gratia per modum desiderij, & ora-

Et orationis: quia ipse est aduocatus noster orans pro nobis, vt dicit apostolus. 534
gratia vnionis in Christo fuit, & secundū quod est caput ecclesiæ, & vt quidā homo singularis. 535
gratia in sacramentis cōfertur si debitè recipiantur. 589
gratiæ plenitudo cęteris sanctis per partes fuit præstita, in Mariam autem se infudit gratiæ plenitudo. 50
gratiæ vltimus effectus & perfector est nos vnire Deo. 535
gratiæ redundantia talis est in Virgine Maria tam ad residentes in patria, quam ēt ad existentes in via copiosè eam diffundat. 758
Gratiæ plenitudo fuit in Christo tanquam in capite influente, in Maria sicut in collo transfundente 759
gratiam primam aliquis alteri potest mereri ex doctrina D. Bonauenturæ. 103
gratiam qui meretur alteri iam est in gratia. ibid.
gratiam dedit in conceptione deiparę Virginis Deus quam nulli vnquam puræ contulit creaturæ. 129
gratiam effudit Christi ortus, quam prius non habuit totus mundus. 379
gratia est non natura angelos esse incōmutabiles. 414
gratuita opera quando Deus vult in aliquo operari, dispositionem in suscipiēte requirit quid habet fieri principaliter per consensum. 225

H

HAbitaculum cordis nostri si euacuetur vitiis, & virtutibus repleatur claudatur diabolo, & aperiatur Christo, tunc Ierusalem vocabit ciuitas veritatis, & ad ipsam accedet Iesus Marię filius 558
habitus gratiæ est iustitia virginalis, scilicet gratiæ gratis datæ, & nō gratiæ gratum facientis. 99
habitus voluntatem nō impossibilitat. 414
habitus nullus acquisitus vel infusus potest esse causa confirmationis in bono in præsenti. Ibid.
habitus & actus est posterior voluntate. ibi.
habitum gratiæ maiorē habuit Maria Virgo quam angeli. 405
Haram pergere, ideſt, gratiæ vigilare, sic enim Haram interpretatur. 346
Henoch placitus domino translatus est in paradisum. 77
herba differt ab arbore per naturam, & arbor ab animali. 48
Heremitarū & Anachoretarum princeps & primus fuit Diuus Ioannes Baptista. 285
Hermogenis siue Hermes Trimegistus veter maximus in libro de Verbo æterno celebre de Deo testimoniū: quo inquit Summa gubernatorum superiorū summo illi domino parent, cuncta enim ex eo dependentia atque defluentia. 26
Idem Deum patrem nominat & dominū omnium. ibi.
Herodes vt Deus per superbiam voluit haberi, & ideo à statu sui altitudine fuit depositus. 343
Herodes rex alienigena fuit Idumæus non Iudęus. 430
Herodes & Iudæi quare ad aduentum Magorum quærētium fuerint turbati. 468 & 469
Herodes iniquus rex cur fuerit turbatus rege nouo Iudæorum Christo nato, vide causas varias. 515
Herodes filius mortis mancipium diaboli & pabulum ignis æterni. ibi.
Herodes illusum se videns à Magis seuit in infantes regni zelo. ibid.
Herodes non statim post discessum Magorum iussit occidi infantes in Bethlehē, sed reuoluto anno & diebus quatuor post adorationem. 516
Herodes Romā proficisci fuit coactus, vt obiectionibus filiorum responderet coram Cæsare. 516
Herodes quot pueros occidi iusserit in Bethlehem & confinibus eius. 517
Herodes exosus Iudæis iussit omnes principes capi, & ipso mortuo quo omnibus Iudæis esset fletus per sororem

cidi. 528
Herodis astutia apparuit in eo quod cum ad se vocarit magos, & dixerit se ad adorandum puerum etiam iturum, & quod puerum Christum uocabat, & nō Regem qualem eum vocarunt magi, simulque prauam ipsius intentionem, & quod ob clāculariam istorū magorum vocationem parum visus fuerit, quod Iudæis fidebat. 470
Herodis ira exarsit instigante diabolo ita vt neci tradere Christum inuentum conaretur. 504
Herode regnante Christus natus est, id est diabolo propter peccata hominū. 473
Hester precibus Rex Assuerus reuocauit damnata, cōcessit petita & gentem subli mauit Iudaicam. 762
Hymnizant angeli, & filium Dei laudant Mariæ in Christi natiuitate. 384
Holofernes condescendit Iudith, vt in con spectu eius gratiam inueniret. 762
Homo intelligitur nomine omnis creaturæ, habet.n. esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus & intelligere cum spiritibus. 44
Homo non fuit creatus in gratia gratum faciente. 98
habuit tamen eam ante casum vt quidam dicunt. ibid.
homo primus an fuerit creatus in gratia gratis data iuxta positionem Magistri sententiarum. 99
homo peccando originaliter duo incurrit, impotentiam & ignorantiam, impotentiam contra primum dæmonis promissum, eritis sicut dij, & ignorantiam contra secundum scientes bonum & malū. 209
homo si non peccasset quidam doctores arbitrantur Deum non fuisse incarnandum. 203
homo ad beatitudinem à Deo est conditus & creatus, & naturaliter beatitudinem appetit. 204
homo omnis cum mendax sit, Deus solus est verax. 348
homo non diffidat sed confidat quia Deus maiora faciet quam promisit. 348
homo post peccatum amisit Dei amicitiam, mentis innocentiam, suam excellē tiam qua soli Deo subdebatur factus de spirituali homo animalis, carnalis, & sen sualis. 356
homo peccando tria incommoda incurrit videlicet, priuationem incorruptionis & immortalitatis, dominationis & pote statis, gratiæ & gloriæ perennitatis. 395
hominem sanctum quænam potissimum efficiant. 285
hominem Deus primum fecit de limo ter ræ sine muliere, ideo potuit etiam face re hominem de muliere sine viro Christum Saluatorem nostrum. 389
hominibus primis peccantibus facta est di scordia inter Deum & hominem, angelum & hominem, hominem & hominē, & in ipsomet homine, sed nato Deo saluatore pax thearchica est celebrata. 384
humanam quia conuersationem, vt plurimum fugiunt pastores & per cōsequēs citius diuinam inueniunt, ideo Deus in antiqua lege potius ad illos quam ad alios inuenitur locutus fuisse. 481
honor parentum redundat in prolem, vnde Gloria filiorum patres eorum, Salomon dicebat in Prouerb. 155
honor est debitum virtutis præmium. 577
honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. 743
hora noctis prima Angelus Virginem salutauit, & media nocte Virgo expresse eius dictis assensit dicens: Ecce ancilla Domini, & sic Virgo quinq; horas & vltra super salutatione cogitauit præmissa, sicut dicunt doctores. 222
humilitas licèt præcipuè in Virgine Maria enituit, singularem tamen locū sibi vendicauit in puero Iesu, & hic vide multa ipsius humilitatis exempla memoranda. 176
humilitatis eximia vide dona multiplicia merita varioſque effectus. 277
humiles exaltat Christus ipse humillimus vt vbi ipse sit, sint & ministri eius. pag. 343

I

IAcob designat indeficientem Dei visionem,& contemplationem. 80
Iacob interpretatur mundi, carnis,& diaboli supplantator. 225
Iacob baculo Iordanem transit figurate Christi crucem per baculum denotans. 637
Iacob fugienti hominum consortia, vtpote contemplationi addicto si manifestauit dominus,Gen.28. 323
iaculis tentationum diaboli remedio sunt & obsistunt oratio & maceratio carnis, & non discedere a templo. 503
ideæ & causæ rerum omnium intelligibiliũ stant apud Deum. 12
idolorum statuæ & specialiter in Aegypto nocte ipsa natiuitatis Christi iuxta Ieremiæ vaticinium, & Isaię corruerunt. 387
Ieremias,& Ioannes Baptista in vtero sanctificati. 150
Ieremias quanã sanctificatione fuerit sanctificatus. 156
Ieremias propheta fuit in vtero sanctificatus. 284
Ieremiæ olla accensa figurabat deitatem in humanitate apparentem. 386
Ieruſalem visio pacis interpretatur. pagi. 474
Ieruſalem secundum D. Hieronymum,de interpretatione Hebraicorum nominũ dicitur pacis visio,vel timor perfectus, aut timebit perfectè. 559
Iesus nomen quinque literis compositum est non sine mysterio,vt & Mariæ,cuius vide misticam expositionem pulcherrimam. 145
Iesus nomen cur dicatur nouum & qualiter,cum plures id nomen habuerint, vt Iosue qui vocatus est Iesus Naue, Iesus filius Iosedech & Ecclesiasticus dictus Iesus Sirach. 460
Iesus Mariæ filius quia Deus est,habet decem nomina, quibus solus Deus vocatur,quę nouum ei competunt,vt Deo, quæ ab Hebræis soli Deo attribuuntur, quæ hac ex causa ipsi Iesu Mariæ filio Deo vero conueniunt. 462
Iesus in Ierusalem amittitur,& in deserto nequaquam misticum huius vide intellectum. 562
Iesus perditus requiri potest in comitatu Abel innocẽtis, Noe iusti, Abraham obedientis, Isaias cõtemplatiui, Iacob recte operãtis, Ioseph casti & pudici, Moysi mansueti, Dauid humilis, Salomonis prudentis, Iosaphat deuoti, Iosiæ volũtatem Dei facientis, & sic de similibus. 568
Iesus triduo amissus tertio die repertus est inter doctores, prima dies legis est naturæ, secunda legis scriptæ, tertia legis gratiæ, in qua incarnatus & humanatus repertus est. 568
Iesu pueri deitas declarata fuit per illud quod sederit annorum 12. in medio doctorum audiens, interrogatus,& respõdens. 57ñ
Iesus puer non ex necessitate subditus erat matri & Ioseph, iuxta dictum Euangelistæ,& erat subditus illis, sed ex pietate ex Ambrosio. 576
Iesus puerulus annorum duodecim, vt nõ verbo solum se diligere parentes ostenderet Mariam & Ioseph, sed ipso etiam opere erat subditus illis, inquit Euangelista 577
Iesus & Maria cur nuptiis in Cana Galilęę celebratis interesse voluerint. 591
Iesus venit ad nuptias Canæ Galilææ, quę erant Ioannis postea Euangelistæ facti, vt ad statum eum virginitatis a nuptiis vocaret. 592
Iesus saluator noster obuiam factus matri ipsam ad cœlum deduxit Diuo Hieronymo teste. 723
Ignatius martyr sanctus epistolam scripsit ad Virginem Mariam & eidem illa rescripsit, scripsit etiam idem Ignatius ad Ioãnem, vide ibi pulcherrima & notatu dignissima. 710.& seq.
ignis virtus quantuncunque crescat non potest adæquare virtutem solis, pagin. 539
imago in speculo, si in partes diuidatur

in qualibet parte integra imago repræsentatur. 617
imago Saluatoris sanguinem effundens hodie est in Berytho Syriæ quam Iudæi in opprobrium Christi percutientes sanguinem emisit, de quo sanguine ampullæ plenæ ad diuersas partes sunt trãsmissæ, quæ multis infirmis subueniunt. 685
imaginatio quomodo faciat casum ex Auicenna 730
imitatio perfecta & insecutio Christi, quomodo à nobis fieri possit, vide pag. 597
impressiones in suprema aeris regione generantur ignes perpendiculares vocitãtur. 51
Ioachim cur nõ fuerit in genealogia Christi positus ab euãgelistis pater Virginis Mariæ. 75
Ioannes Baptista nunquam peccauit mortaliter. 155
Ioannes Baptista cæteris patribus & iustis veteris testamenti sanctitatis prærogatiuis & virtutum titulis celsiter decorauit. 281
Ioannes Baptista nunquam secundum omnes mortaliter peccauit, neque etiam venialiter secundum omnes excepto Augustino. 284
Ioannes Baptista in vtero situs matris, teste Ambrosio super Lucã nullam infantiæ sensit ætatem, sed supra naturam, supra ætatem, à mensura perfecta cæpit plenitudinis Christi. 284
Ioãnes quinto ætatis anno domo patris relicta Zachariæ inhabitare cepit deserta. 285
Ioannes Baptista cur in deserto prædicationem verbi Dei instituerit, causam vide multiplicem & variam. 288
Ioannes Baptista fuit vir totus contemplatiuus & estaticus, quia vidit cœlum apertum, & Spiritum sanctum descendẽtem sicut columbam. 290
Ioannes Baptista vltimus fuit inter prophetas, qui Saluatorem futurum denunciarunt 293
Ioannes Baptista cur sic austere voluit vestiri & viuere in deserto multiplicẽ cãsam, vide pag. 294
Ioannes baptista à doctoribus maior homine vocatur, eo quod præ alijs hominibus dominicæ incarnationis agnouit sacramentum. 296
Ioãnes sanctus dormiens supra pectus domini in paradisum raptus est, vt dicunt Origenes & Augustinus super Ioannẽ. 246
Et quæ ibi viderit lege. ibidem
Ioannes euangelista, prout nõnulli doctores prærogatiuam habuit à Christo resurgente gratã ne dolore mortis cruciaretur, & secundum alios prærogatiuam à morte eidem Christus resurgens concessit 687
Ioannes sponsus in nuptiis Canæ Galileæ, fuit consanguineus Iesu & Mariæ. 591
Ioannes Euangelista probatur à mortuis resuscitatus à D. Ambrosio. 721
Ioannes rex Ierusalem, & Imperator Constantinopolitanus, & Sianus rex Castellæ, & multi alij filij regum & principũ facti sunt humiles filij professione Beati patris Francisci pauperculi. 379
Ioannis euangelistæ non minima laus est quod Mariam habuerit commendatam in matrem. 263
Ioannem Baptistam quidam dicunt ne veniale, quidam admisisse peccatum. 124
Ioãnem Baptistam Virgo Maria, vt pie credunt doctores primo de terra leuauit partuique Elisabeth cognatæ adfuit sub seruiẽs eidem in omni charitate & humilitate suæ cognatæ. 280
Iob simplex fuit simplicitatte cordis & ideo a Deo amatus Moyses mansuetissimus, & ideò cum Deo facie ad faciẽ loquebatur. 546
Iordanis fluuius erat terræ promissionis, & quare in eo voluerit Christus baptizari, & eius origo est ad radices montis Lybani. 291
Ioseph & Caleb, soli intrarũt in terrã promissionis 433
Ioseph vir Mariæ fuit de tribu Iuda, de qua & fuit Maria, & de sua item cognatione 75

Ioseph pater Christi dictus est, ideſt nutritius ſecundum Origenem. 194
Ioseph vir Virginis Mariæ, teſte Hieron. & Bernardo in faciem Virginis eo tempore inſpicere non valebat, quo in eius vtero verbum incarnatum reſidebat. 247
Ioseph quare voluerit occultè dimittere Mariam impregnatam à Spiritu ſancto. 252
Ioseph cum puero & Maria cur potius in Aegyptum mittatur quam in alias partes cauſa fuit, vt cultus idolorũ qui in Aegypto maximè increuerat extirparetur. 508
Ioseph pater putatiuus Christi, qui iuſtus fuit repræſentat accreſcentes in gratia & iuſtificati opere per gratiam, per eũ intelligantur. 567
Ioseph ab Arimathia & Nicodemus Ieſu diſcipuli fuerunt. 663
Ioseph ſponſi Mariæ virtutes & merita & ipſius Deo promiſſa virginitas habetur 197
Ioſephum patrem putatitium Chriſti Saluatoris piè credendum eſt ſpecialè gratiam à Ieſu filio percepiſſe. 264
Incarnatio verbi facta eſt in ſexta mundi ætate in Virgine Maria annunciante Gabriele. 211
incarnationis ſuæ Saluator noſter cognitionem indidit Ioanni Baptiſtæ in vtero adhuc exiſtenti ſingulari prærogatiua, cum id angelis fuerit occultum 284
incarnatione filii Dei diuina potentia nexũ fuit infinitũ finito, immortale mortali, ſupremum infimo, & extrema ſummæ diſtantiæ. 360
incarnatione filii Dei, ideſt, deificatione illa humana natura ſummè fuit exaltata & eleuata. 371
incarnato Chriſto cultus diabolicus fuit ablatus. 376
incarnato Chriſto iuncta fuere finitum & infinitum mors & vita, temporale & æternum, lõgitudo, & breuitas, altum & iuuari, & ſic de aliis, quæ omnia geſſit Ieſus incarnatus in Maria. 587
infernus quid in ſacra ſcriptura dẽotet, & quomodo Chriſtus deſcenderit ad inferos. 658
infernus aliquando pro foſſa & ſepulchro accipitur ſecundum Rabbi Salomonẽ, vide pag. 393
infidelitatis peccato omnes apoſtoli Chriſti in paſſione peccauerũt, & ipſe ẽt Ioãnes euangeliſta & Magdalena. 675
inobedientia non eſt in prẽcipiente, ſed in parere debente. 169
innocẽtia exemplar Abel orationis vel ex orationis Dei Seth complacentiæ Dei Henoch, poſſeſſionis, iuſtitiæ Noe, obedientię Abraham, et ſic de cæteris, vnde ibi multa pulcherrima. 596
inſtans æternitatis, & ſua æternitas idẽ ſunt & conuertantur 80
inſtans ſolum vnicum & ſimplex in æternitate eſt ponendum. 8
intelligere Deo eſt eſsẽtia Dei, & Deus eſt in fine ſimplicitatis. 29
intelligere in Deo dicit perfectionem ſimpliciter. 22
intellectus & intellectio in Deo an ſunt idem 28
intellectus in Deo quietari nõ poteſt. 734
ĩtellectus diuinus apprehẽdẽs ſua eſſentia res viles, nullatenus impurificatur. 30
intellectus verborum Chriſti: Venit Ioannes non manducans neque bibens. 293
intelligentia humana ad imaginem Dei ordinata eſt ad Deum videndum tanquã obiectum beatificũ in quo recipit ſuæ naturæ complementum. 236
inunctio Chriſti cadaueris, quare facta fuerit more Iudęorum. 664
Iſaias propheta fuit ex genere Abrahæ. 392
Iſaias teſte Hieronymo in prologo ſuper eundem, non tam propheta, quam Euãgeliſta dicendus eſt, & quare. 392
ira inquit Gregor. dum animum pulſat ſpiritui ſancto habitationẽ perturbat. 523
ira inextinguilis eſt quam regni zelus aſcẽdit. 515
Iſrael fuit nomen quod patriarchæ Iacob impoſitum fuit à Domino. 345
Et cauſa fuit, quia vidit Dominum. ibid.

Israel in deserto accepit sabbathum sed Aegyptii muscarũ multitudine affligun tur. 498
Israele exeunte ex Aegypto, in qua nulla domus fuit in Aegypto in qua primoge nitus non taceret angelo ꝓcutiente mor tuus. 508
itineris variam & multiplicem difficulta tem in Aegyptum fugiente cum puero Maria, & Ioseph, vide pag. 511
Iudas cõfitens & clarificans interpretatur. 271
Iudæi carebant sceptro tempore Natiuita tis Christi, quia ad Herodem alienige nam accesserat 395
Iudæi non erant omnes filii secundũ fidẽ idque ex quatuor ostenditur, & quibus. 436
Iudæi tempore Machabæorum videntes egredi ignem de aqua mirati sunt. 475
Iudæi corpus Virginis ad sepulturam dela tum ab apostolis, vt illud combureret accedẽtes subito per angelum fuere ex cæcati. 717
Iudæorum testimonio Maria mater Iesu probata est, Maria est mater eius. Matt. cap. 6. 135
Iudith Holofernem occidens, Iahel Sisarã interficiens, & mulier Sichimita, quę A bimelech oppressit, figuratè prænuncia runt diaboli per Virginem Mariam sup pressionem & subiectionem. 60
Iudith post habitam ab Holoferne victo riam facta est præclarior vniuersæ ter ræ Israel. 710
Iudith constantia prædicatur, Abigail pru dentia. 421
iustitia naturalis erat aliquid distinctum à naturalibus primi hominis. 98
iustitia originalis non est liberum arbitriũ quod patet, quia in nobis nũc de facto est liberum arbitrium, & tamen in no bis non est illa iustitia originalis, quę in fuisset si Adam non peccasset. ibi.
iustitia originalis an aliquando fuisse po nenda est. ibid.
Et quid sit ipsa iustitia originalis. ibid.
iustitia originalis est quædam qualitas, & secundum doctorẽs ponenda est in pri ma specie qualitatis. 99
iustitia originalis ad quid primis paren tibus subseruiebat. ibid.
iustitię originalis effectus erat, ordinare to tum hominẽ ad Deum, ad se, & ad pro ximum. 101
iustis & Mariæ sponsis, idest per omnia cõ formibus fiunt reuelationis diuinæ, & angelici affatus, & consortio fruuntur angelico. 507
iustos parentes diuæ Virginis dixerũt Hie ronymus & Damascenus. 77
iustum solum inuenit Deus coram se Noe ideo cum eo stabat & loquebatur. 546
iustificatio in Virgine Deipara facta, quo modo debeat intelligi, cũ à peccato fue rit præseruata. 14
iustificatio non fit ex meritis, quia gratia iam non esset gratia. 433
iustificari pôt intelligi de minus iusto ma gis iustum facere. 14
Et ibi vide varias iustificationis nomencla turas & denominationes.
iustificari sine timore Dei nemo potest. 259

I

LAmina aurea inuenta est Constantino poli apud philosophum tumulatum hac inscriptione notabilis Iesus Christ⁹ nascetur de Virgine Maria. 135
lanificium opus Maria Virgo in tenella ætate adamussim, & cum stupore omniũ administrabat & exercebat. 182
lapis abscissus de monte sine manibus sta tuam percutiens in capite omnia terræ regna prostrauit, vt eius regnum in per petuum perseueret 343
Latina lingua Alma idem significat, quod sancta. 395
latitudo in Deo nõ est, quia est simplex om nino. 41
legionem dæmonum ab vno homine effu gauit ore Christus Saluator noster. pag. 439
legem de circuncisione latam in veteri te stamento Deus reuocauit in nouo. pag.

116
leges multę in ſcriptura ſunt, in quib. Deus diſpenſauit. 115
legalia ſacramenta ceſſare debebāt, vt dixit Deus per Oſeam 619
lætificata fuit Maria Virgo in ſtellæ apparitione, & id quidem quadrupliciter, & quomodo. 750
Leuitica tribus cōiuncta fuit Tribui Iuda, & è conuerſo. 76
Libertas voluntati eſt intrinſeca taliter, vt ab illa auferri non poſſit. 409
libertas eſt conditio competens potentiæ, quare actus non eſt primo liber, ſed tātum terminatiuè 409
libertas & contingentia ſunt idem. pagina 410
liberum arbitrium ante præuaricationem omnia habuit ſubiecta, & in ſubiectis nihil contradictionis inuenit, quamdiu ſuperiori, ſcilicet Deo ſubiectum ſe exhibuit. 99
liberum hominis arbitrium, quomodo ſit corruptum, & ex parte perditum, vide ex Magiſtro. 102
liberum arbitrium erit etiam in homine poſt beatitudinis confirmationem. pag. 415
liberi arbitrii potentia, quomodo in nobis ſe habeat, vide pag. 402
lymbus patrum locus in inferis diuerſus à purgatorio. 659
lymbus, ideſt obſcurus locus ille, quia in centro terræ dicitur ſinus Abrahæ. pag. 662
linguæ ſignum ſunt, teſte Apoſtolo Paulo, non fidelibus, ſed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus 480
litterali ſenſu ſolo & vnico non eſt ſacra ſcriptura exponenda ſed multiplici, & quare. 61
locus in his inferioribus dignior reliquis eſt templum Domini. 177
locus debet correſpondere locato, quia locus propter locatum eſt ordinatus. pa. 268
locus & locatum proportionari debent. 492
locus pro domino mundi eligitur diuerſorium, lectus præſepe, ſocietas animaliū, panni pauperrimi, famulatus Mariæ & Ioſeph. 445
locus tempore paſſionis à Virgine Maria electus fuit iuxta crucem ſtare. pagina 937
locus Chriſti materialis ſicut erat in templo animæ eſt, & in medio doctorū ſic reuera in templo animę eſt, & in medio noſtri eſt. 570
loci deſcriptio in quo reſidet Virgo Maria in cœlis coronat. 751
locum deſtrui manēte locato eſt poſſibile, de hoc pag. 615
Longinus is fuit, qui Chriſti latus lancea aperuit vnde exiuit ſanguis & aqua pretium noſtræ redemptionis ſingulariſſimum. 663
locutio Dei optimi maximi multifaria eſt multifarie enim Deus locutus eſt patribus in prophetis, videlicet viſione per ſomnia, vocali expreſſione, occulta inſpiratione, manifeſta apparitione, angelica informatione, operum ſignificatione, figuræ oſtenſione, ſignorum & portentorum exhibitione, ſcripturę impreſſione, miraculorum operatione, flagellorum inflictione, peccatorum improperatione, creaturarum informatione, & beneficiorum tandem collatione, poſt quos omnes modos locutus eſt nobis in filio, & per filium velato carne humana in fructu primo libri tertij. 352
lotio pedum Apoſtolorum abiſſalem Chriſti humilitatem nobis oſtendit. pagina 613
luctu fuit in Chriſto mirabilis inter amorem naturalem & voluntarium, inter voluntatem rationis & ſenſus. pagina 651
Ludouicus ſanctus renunciauit regnis Siciliæ & Vngariæ, & factus eſt frater Minor. 379
lux ſicut tranſiens per infecta non inficitur, ſic Mariæ anima carni aduenienis

ueniens diuina assistente gratia & operante, nullo peccato originali infecta fuit & maculata. 128
lux media nocte in cœlo monstrata est nato Saluatore. 438
Lucifer in alto gradu stans dum superbit statim corruit 761
lumen quo diuina essentia videtur an sit creatum vel increatum. vide 542
luminaria duo fuerunt magna Iesus & Maria cunctos sanctos excedentia gratia & gloria. 146

M

MAcrobius in somnio Scipionis Deũ habere omnium cognitionem & cuncta regere declarat.
Magdalena sedenti contemplatiuæ vitæ exemplari Christus suæ sapientiæ pandit alta mysteria. 324
magister sententiarum Iustitiã originalẽ vocat gratiam gratis datam. 101
magistri veri est prius facere quam docere quia non auditores legis sed factores iustificabuntur. 504
magnanimi est iniurias in summa patiẽtia pati. 514
Magi visa stella orationi insistebant & continuo feruore magno iter aggressi sunt vt Christũ quærerent recenter natum Regem. 449
Magi per stellam Christum spiritualiter agnouerunt & eius matrem qui hac stella spiritualiter designabantur. nouerunt namq; primo natiuitatem ideo dicunt vbi est qui natus est, eius dignitatẽ quia Rex Iudæorum, eius deitatem, quia venimus adorare eum. 451
Magi quatuor de Christo fatentur. humanitatem, vbi est qui natus est, dignitatẽ quia Rex Iudæorum, potentiam quia stellam eius non alterius creatione & designatione, deitatem quia vltrò venimus adorare eum. 467. & 468
Magi tres cur potius ad ciuitatem Ierusalẽ accesserunt quam ad aliam ciuitatẽ Regni Iudæorum & istius rei multiplex eis causa videri potest. 467
Magi in Ierusalem lumen stellæ amittunt extra remoti à frequentia inueniunt mysticum vide istius intellectum. 562
Magorum adoratione peracta & Christi in templo præsentatione monentur ab angelo in somnis Ioseph vt puero accepto cum matre Maria fugeret in Aegyptum. 504
Magis stantibus stella ducens miraculosè stabat illis progredientibus progrediebatur & intrãtibus Hierosolymam Magis occultabat. 450
Magis cur in introitu ciuitatis Ierusalem stella absconsa fuerit. 470
Magis tanquam regibus & sapientibus cur stella apparuerit pastoribus vero hominibus rusticalibus & idiotis angelus in ortu Christi, vide pulchram rationem ex diuis Augustino & Gregorio. 480
Mahumetes spurcissimus Christum ex Virgine natum attestatur. 392
maledictio Euæ in benedictionẽ mutatur Mariæ per verbi diuini incarnationem. 218
maledictus homo qui facit opus Dei negligenter accidiã in diuinis accidere solitã arcere debet. 352
mali Eucharistiã sumunt sacramentaliter non spiritualiter. 622
mala non agere non sufficiet nisi etiã quisque studeat bonis operibus insudare. 457
Manasses & Achab per pœnitentiam veniã peccatorum à Deo fuerunt consecuti. 289
Manichæi phantasticam carnem Christum assumpsisse non veram hæreticè docebant. 455
Manichæi dicebant totum vetus testamentum à diabolo ordinatum. 455
Manichæi duo principia posuerunt & negabant creationem cum philosophis. 679
manus diaboli ante Christi passionem duplex attrahens & impellens. 582
mare amarum dicta Maria cur fuerit imò amarissimum ob dolores ex passione Christi perpessos. 139
Maria Virgo per gratiã in statu taliter virtuoso

tuoso fuit collocata saltem post incarnationem Verbi, vt nullo modo posset peccare. 13
Maria virgo tota cœlesti curia vallata cœlum adijt in sacra sua Assumptione. 20
Maria virgo qualiter per mulieres pluri-§- mas veteris testamẽti fuerit figurata. 45
Maria virgo super omnes ordines Angelorum exaltata resedit, quoad gratiã & gloriam omnes excellens. 45
Maria virgo orta est de tribu Iuda nobilissima. 49
Maria Virgo manibus laborabat cuncta pauperibus tribuendo. 50
Maria virgo respectu supercœlestium Seraphin dici potest ratione charitatis, Cherubin, ratione sapientiæ, Deo cohærendo est thronus, diabolum ab homine fugans est ordo potestatis &c. ibi vide pulcherrima. 57
Maria virgo arbor est misericordiæ, radix clementiæ, Virga directionis, cedrus cõtemplationis, cipressus conuersationis, palma victoriæ, rosa continentiæ, oliua fiduciæ, platanus iusti, ficulnea dulcedinis. 58
Maria Virgo post Christi ascensionem Apostolis prædicauit. 70
Maria Virgo vnica fuit hæres patris sui Ioachim. 75
Maria virgo licet pulcherrima fuerit, à nullo tamen vnquam potuit concupisci vt etiam attestantur infideles, & quæ istius fuerit virtutis causa. 154
Maria virgo quænam orationibus suis tenella à Deo petebat & quot illa fuerint numero. 185
Maria virgo primo virginis nomine fuit ab angelo salutata antequam filius Dei in ea incarnaretur, vt declararetur plus ex gratia Mariam concipere debere Dei filium quam ex conditione naturæ. 215
Maria virgo ingressu angeli expauit & admirata est & quare ex Ambrosio. 222
Maria virgo vt consortia hominum fugeret, vt ait Ambrosius ad Zacharię domũ perrexit. 323
Maria virgo prima fuit ab Adam quæ prima vouit virginitatem, & in corde proposuit, & Deo ipsam obtulit. 226
Maria virgo non mundi ancillam se dixit sed Domini. Ecce ancilla Domini. 233
Maria virgo cum Elisabeth cognata permã sit in Montanis mensibus tribus. 255
Maria virgo non negabit subsidium quæ cunctis peperit auxilium. 266
Maria virgo cur in cantico suo, Magnificat anima mea Dominũ dixerit, fecit mihi magna, & non fecit in me magna 338
Maria virgo attestante Chrysostomo vix vnam habuit tunicam ad contegendum infantem Christum recẽter natum. 368
Maria virgo terra fuit à Deo benedicta quæ fructum super omnia benedictum peperit mundo. 384
Maria virgo Christum nõ in dolore sed in lætitia peperit. 386
Maria virgo non solum habuit spiritum propheticum, sed etiam intelligentiam spiritus prophetię. 418
Maria virgo purificationis legẽ adimplens ostendit se vt alias mulieres pollutam, non tamen se talem esse asseruit, idque ex summa fecit humilitate. 488
Maria virgo cum à Magis aurum habuerit mirum cur agnum non obtulerit, sed par turturum, & respondetur, pauperib. erogasse aurum à Magis oblatum. 490
Maria virgo filium ex Nazaret Ierosolimã ducit ad templum materiale tempore paschæ, & pueri ætate annorum 12. 549
Et quid ex hoc actu capiamus documenti vide ibidem.
Maria Virgo vnà cum Ioseph ab Arimathia & Nicodemo corpus demortuum hora vesperarum lauans, inungens syndone q; sinuolũs tradidit sepulturę. 664
Maria virgo non aliter viuebat quam docebat, nec aliter scribebat viuẽdum quã ipsa viueret & doceret. 711
Maria virgo contriuit diabolum, subiecit dæmonem, confudit Sathanam. 727
Maria virgo bonos ne cadant in gratia cõseruat. 742
Maria virgo portus est naufragantium, miserorum refugium patria exulum tu-

tum

tũ peccatorũ refugiũ,via errantiũ, hostium virga,salus omniũ in se sperantiũ mater Dei,imperatrix mundi,regina cęli,domina angelorũ,misericordiæ fons, & omnis gratiæ, veritate,&c. 770
Maria virgo serpentis diaboli caput cõtriuit,& omnes eius malitias superauit,nequitias detexit,aduersitates depulit.ibi.
Maria non solum ad gloriã & glorię gradum quẽ obtinet,sed ad specialem etiã gratiam, vt Dei esset matet dignissima fuit prædestinata. 3.& 7
Maria diuino miraculo data est parentib. sterilibus. 19
Maria nascenda ab angelo parentibus nunciatur. 19
Maria gladio cõpassionis trãsfodit, & passionatur iuxta vaticiniũ Simeonis. 19
Maria dr virago rõne fortitudinis, mater per misericordiam,regina per solũ,domina per venerationem, ancilla per obsequium,aduocata per subsidium. 57
Maria mors est p sanctitatẽ, petra per præsidium,solitudo per fugam,&c. 58
Maria interpretatur illuminata ex D.Hier. in lib.de interpret.nom.Hebrai. 137
Maria plena fuit gratia ante incarnationẽ verbi,vt Angel.asseruit eã salutãdo. 157
Maria differens fuit ab Eua,quia ad eã accessit, non angelus bonus, sed serpens diabolus,non vt eam salutaret,sed vt eã præcipitaret. 214
Maria cur fuerit primo virgo salutanda ab ang.q̃ conceptus filius Dei dicẽdus.215
Maria cogitabat verba angelica salutationis vt se ostendat non esse Euam volubilitate & leuitate,quæ statim verbis serpentis credidit. 223
Maria interpretatur dña illuminata. 224
Maria etsi nobilis, pauperrima tamẽ erat. 271.& ideo abiens in montana ad salutãdum cognatam Elisabet non equitando,sed pedestri itinere ,pfectafuit. ibi.
Maria & Elisabet filiæ fuerunt duarum sororum. 279
Maria quare tribus mẽsibus remanserit in montanis apud cognatam Elisabet misticè interpretatũ,vide & pulchra.f.279
Maria magna sibi facta hymnizans, imo summa & cunctis inaudita sæculis est, quod in se experta est diuini verbi incarnationem. 349
Maria filium suum peperit desideratum a patribus,promulgatum a vatibus,figuratum veteribus, nũciatum ab angelis, adoratum a magis & pastoribus, diuulgatum signis euidentibus. 364
Maria Theocatur,idest Maria verè mater Dei dicitur,asseritur & probatur. 443
Maria maris stella est,imo mare,in ipsa.n. est omnis spes vitæ & virtutis. 759
Maria soror Moisi tympanum capit vt Deum laudet,Dauid psalterium,Eliseus psaltem.Maria virgo viuum,instrumẽtum sumpsit ad Deum laudandum,cognatam Elisabet Spiritu sancto repletã quæ mira proloquitur. 324
Mariæ nomen viginti vicibus in noui testamenti locis reperitur,& quibus.135
Mariæ nomen habens præ oculis non deuias,recogitando fideliter nõ desperas, ipsa protegente non metuis, & ad portum æternæ salutis peruenis. 136
Mariæ natiuitatem magna miracula præcessisse,& maxima consequuta fuisse testatur Diuus Hieronymus. 147
Mariæ venter mulieris præconio Spiritu sancto afflatæ beatus prædicatur. 604
Mariam Apost.& fideles tumularunt. 19
Mariam virginem quatuor in bono solidarunt,amor diuinalis,contemptus mundialis,à fomite præseruatio, & in bono conseruatio 51
Mariam virginem Deum facere angelum non decuit,quia in ea tunc non fuisset incarnatus, nam concipere hominem non potest angelus. 119
Mariam virginem plus valere quam totã cœlestem patriam,vt intelligendũ. 736
Martyr & plus quàm martyr fuit virgo Maria, Hieronymo teste,& quare.655
Martyres Iesu inflammati amore nihili cruciatus varios ducebant. 265
Martyres esse possumus sine ferro,& flamma, inquit Gregorius, si patientiam in animo veraciter conseruemus. 513

Martyres in carne solum patiebantur, & pacem habebant in mente, quia habebant cõsolationes, in virgine Maria fuit oppositum. 656
Martio mense Christus resurrexit a mortuis non sine mysterio cum doctores asserant eo mense, qui est principiũ mensium, mũdum fuisse per Deum creatũ, & sic eodem mense per Christũ recreatum, & per gratiam reformatum. 684
Materialia Deus cognoscit immaterialiter, & hoc ideo quia Deus immaterialis est, simplex, & vnus. 32
Materialia omnia habẽt per Deum fieri, & conseruari. 35
Matrem cur Christus in cruce nõ vocauit virginem Mariam, sed mulierem. 647
Maternitas Dei & hominis virgini Mariæ quænam attulerit priuilegia, & quam multiplicia & excellentia. 442
Maternitatis Dei ad vocationem prædestinata diua virgo effecit, vt nihil de ea dici possit sublimius. 13
Matrimonium perfectum fuit inter Mariam & Ioseph, non in significatione, sed in sanctitate. 198
Matrimonium vt malum a quibusdã fuit hæreticis cõdemnatum, qui ex virginis matrimonio conuincuntur. 194
Medicus verax mentis est & corporis Iesus Mariæ filius. 583
Medicina qualis, quave cura septem mortalibus applicanda sit peccatis. 584
Medicinalia multa & alia plurima Deus reuelauit sanctis prophetis. 24
Mel ex rore generatur, qui de cœlo descẽdit, & signat Deitatem. 398
Melchisedech sacerdos Dei obtulit panem & vinum in sacrificium, & fuit figura corporis Christi, & ibi vide alias figuras. 621
Memoria, intellectus, & voluntas in Maria ad Trinitatis imaginẽ referuntur. 51
Mens superba in magnis semper ambulat & humilia non respicit. 613
Menti prophetarum spiritus propheticus non semper adest, vt patet in Eliseo. 418
Mentem vt inhabitet Spiritus sanctus qualem requirat. 700
Mentalis excessus non fit natura, sed auxilio diuino. 323
Mentali & corporali transformatione fuit Sanctus Franciscus Christo concrucifixus. 731
Meritum triplex est, scilicet congrui, digni, & condigni. 420
Meritum condigni meritum excedit. ibi.
Meritum pensatur secundum dignitatem personæ, & ideo meritũ passionis Christi fuit infinitum. 669
Merito sanctorum de hoc mundo decedentium sicut reuelatũ est, multi a purgatorio liberantur. 661
merito mortalium nõ est facta incarnatio verbi sed gratuitè & ex pura misericordia, ideò Deipara canit: recordatus misericordiæ suę. 349
merita Mariæ Virginis adeo magna sunt, & eius misericordia, & bonitas nostrã præcellant prauitatem & malitiam. 763
merita nostra nequaquam Christum de cœlo ad terram traxerunt, sed demerita vt inquit Augustinus, & peccata. 361
merces cœlestes attulit partus humanus Christi Saluatoris. 383
Messias reputatus fuit sanctus Ioannes baptista. 298
Messias in lege promissus est Deus & homo. 429
Messias venit in mundum non vt regnator sed vt Saluator. 433
Messias dominabitur à mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. 436
Messiæ duodecim qualitates per sacrã scripturam attribuunt, & quænam illæ. 429
Messiam ex patriarchis Abraham, Isaac, Iacob, & Iuda nasci debuisse ponit sacra scriptura. 429
Messiã in lege promissum nõ debuisse pati quatuor sunt rõnes, & quænã illæ. 433
Messiam pati debuisse multis prophetarum vaticinijs prædictum fuit. 436
Messiam iam aduenisse extant testimonia Iudæorum & gentilium. 440
Miletus & Ireneus discipuli Ioannis Euangelista

gelistæ a dormientibus esse suscitatam Virginem Mariam asserunt. 721
Minuta duo solum habemus, animam scilicet & corpus quæ in templo quotidie cordis nostri per bonam voluntatē sunt immolāda, quibus immolatis tibi datur & redditur Iesus Mariæ filius. 495
mirari non semper ignorantiam præsupponit, patet exemplo Christi qui miratus est in fide Centurionis, qui tamē omnia nouit. Sic illud intelligēdum de beata Virgine & mirabatur qualis esset ista salutatio. 248
mirabilia incarnationem Christi operaprę cedentia vide. 228
miraculum mutationis aquæ in vinum in nuptijs in Cana Galilęæ celebratis precibus virginis tribuit Christus quia nūdum venerat hora eius. 593
miraculum in resurrectione Christi primū fuit terremotus magnus, egressio à sepulchro eo clauso remanente, angelorum in monumento apparitio, corporis lacerato, reintegratio, præseruatio in tridiuo, perfecta corporis reorganizatio. Et vide ibi multa miracula. 687
miracula & signa in cęlo sursum facta sunt & prodigia in terra deorsum in Natiuitate Virginis Mariæ. 148
miracula natiuitatem Virginis Mariæ præcedētia D. Hieronym. vocauit magna, natiuitatem verò eiusdem subsequentia vocauit maxima & quare. 149
miracula omnia operantur & fiunt diuina virtute, licet per subiectam sæpe Deus operetur creaturam. 149. & 150
miracula in Eucharistia effecta vide. 615. & seq.
miracula ante Virginis natiuitatē præcedētia, & subsequentia quęnam fuerint. 150
miracula à Christo patrata vide innumera. 438. & 439
miraculosè Apostoli omnes in dispertitis partibus morantes & Dei verbum prædicantes dormitioni Marię personaliter omnes adfuere diuina potentia & dispositione sic operante, & angeli ministerio sancti. 715
myrrha vermes efficacissime necat. 154
miseria humana quę & quanta sit melius experiētia cognoscitur quam lingua dicatur, imo nil est homo nisi miseria. 769
misericordia Dei sine ipsius iustitia non reperitur, sed frequentius effectus misericordiæ percipimus quam iustitię. 199
misericordia nulla maior humano generi contigit quam quando ipse Dei filius incarnatus est. 200
misericordia Dei circa humanum genus multipliciter declarata exordium sumpsit ab Adam in statu innocentię, altera à transgressione vsque ad Noe, alia à Noe, vsque ad Moysen, quarta à Moyse vsque ad Dauid, altera à Dauid vsque ad Christum, sexta à Christo vsque ad iudicium, postrema est in regno residentium cœlestis glorię. 339
misericordia eius à progenie in progenies in cantico Virginis quid significet. 341
misericordiæ suæ sinum aperit Virgo Maria omnib. ipsam piè inuocantibus. 768
misericordiam suam Deus præcipiet exhibet iuxta canticum Virginis timentibus eum. 341
missio angelica quare non primis hominū ætatibus facta fuerit, vide pulcherrima 211. & 212
Ratio quia tunc potius Angelus iustitiæ extitit baculus, quam clementiæ. ibid.
missionem Angelicam sex precedere in virgine debebat & quęnā illa, & ideo sexto mense, & sexta ætate mundi facta illa fuit missio. 212
misterium incarnationis abditum angelis notificatum est Ioseph. 262
misterium incarnationis vt lateret diabolo ne passionem impediret Christus fuit circuncisus. 455
misterio adorationis à Magis completo stella dux disparuit, & nunquam amplius comparuit quod de nulla alia stella dici potest. 451
modus qualiter originale peccatum contrahatur. 110
modus impeccabilitatis in sanctitatis multiplex est. 157

modus

modus prophetādi multiplex est, & item multiplex spiritus prophetiæ. 417. 418.
modus varij quibus Deus voluntatem suā indicat per angelos apparent. 215. cir. fi.
modos quib⁹ se Deus nobis & oībus creatis cōicat, vide quamplures. 96. & 97
Moyses & Paulus i raptu videre Deū. 236
Moyses non imis positus, sed in monte Syna legē accepit, vt doceret filios Israel. 307
Moyses à Deo petijt, vt eius faciem videret, & ab eo exauditus est. 363
Moyses propheta fuit maximus, & in veteri testamento ei similis non fuit. 487
Moyses stans cum Domino & Elias oblitī sunt cibi corporalis & oīum miseriarū, sic & Petrus stans in monte. 534
Moysi ex consortio dñi facies splēdida facta fuit multo magis B. Mariæ. 247
Moysi datus fuit Spiritus prophetandi respectu prēteritorū, scilicet quando scripsit librum, vt etiā Isaac respectu futurorum talis spiritus datus fuit. 418
Moysen, Aaronē, & Mariā pane cęlit⁹ misso Deus pauit in deserto. 182
mons Danieli visus, qui sine manibus abscissus fuit figurabat Christum, quia sine manibus, i. peccato lapis Christus à monte, i. Virgine est abscissus. 386
montium excelsa cacumina mističè nobis multa repræsentant. 307
monstrum sanctissimum & prodigium vocat Virg. Mariam, S. Ignatius martyr in epistola ad Ioannem euangelistam. 711
morbi graues humanum genus exercētes plurimi enumerantur &c. 503
mors Christi V. Mariæ prælliterat dolorē quare resurrectio lętitiam, & glorioſus Christus primò Mariæ apparuit. 750
mors crucifixorū est acerbissima, quia in locis neruosis maximè sensibilib. patiūtur acerbissima tormenta. 652
mortis hora Mariæ Virg. fuit per angelum significata sicut & eidem per angelū incarnatio verbi diuini annunciata. 713
mortuos Christus saluator imperatiuè suscitauit, ꝙ maius est quam supplicatiuè vt fecerunt Elias & Eliseus. 439
mortalium septem peccatorum præsentissimū sunt anthidotum septem ecclesiæ sacramenta. 589
motus ad actionem, quies ad contemplationem referuntur. 50
motus stellæ à Magis visæ difformis fuit a motu orbium aliarū stellarum quippe cum eæ ab oriente in occidens ferātur, hæc ab Arcturo in austrum, scilicet a Ierusalem in Bethlehem. 450
mulier nulla i vtero fuit in veteri testamēto sanctificata, & illud neq; ex aliis scripturæ locis potest deduci, & authoritate doctorum authentica cōprobari. 401
mulier perfidos Iudęos confundit Spiritu sancto illuminata. 605
mulier hæc fuit B. Marthæ famula. ibi.
mulieres gentilium à multis naturæ dotibus & fortunæ commendatæ. 708
mulierū defectus aliqui generales sunt, aliqui verò speciales. 420
multiloquium in quo non deest peccatū summopere vitandum est. 232
mundus in maligno est positus & infinitis periculis circundatus. 530
mundus die Dominico creatus est, & angeli conditi, & homo per resurrectionē renouatus. 684
mundus immundus dici pōt, quia ab omnibus bonis mundus est, & cunctis malis cōtinuo repletus, in quo venti 4. flāt continuo, cupiditatis nēpe & auaritiæ, fęditatis & luxurię, vanitatis & incōstantiæ, timorositatis & malitię: in quo non reperitur nisi fraus, dolus, deceptio, & omne ꝙ habet nos inficere, &c. 769
mundani loquuntur de mūdialibus, philosophi de scientialibus &c. sed Anna ꝓphetissa, nil aliud promebat, q̄ hoc verbum Iesus Mariæ filius. 502
munera & signa maxima humano generi factā sunt 12. correspondentia his 12. q̄ in Cātico Marię fuerunt explicata. 349
NArdus in Virgine Maria humilitatē denotat, crocus austeritatem. 52
Nascendi per angelos in veteri vire testamēto denunciati Isaac, Sampson, & Iosias, quorum superauit denunciationē natiuitas Ioannis Baptistæ. 283
Natiuitas Christi fuit quartus modus natiuitatis

nitatis positus in natura qui est de muliere sine viro. 206
natiuitate Virginis vt cantat ecclesia, totus mũdus est iucunditate & alacritate perfusus. 159
Nathan propheta fuit nepos ex fratre non filius Dauidis. 82
Nathan duo fuere in scriptura vnus propheta missus a Deo ad Dauid, alius Dauidis filius natus ex Bethsabee. ibid.
Nathã vtrũ fuerit filiꝰ Dauid naturalis, vel legalis, & adoptiuus dubitãt nõnulli. ib.
Nathanael a Christo vt verus fuit Israelita cõmẽdatus, in quo non erat dolus. 286
natura angelica in esse naturali potior & nobilior censetur natura humana. 176
natura angelorũ mutabilis est, quia inest illis mutabilitas in natura, sed facit eos in corruptos gratia sempiterna. 414
natura humana angelicæ quoad beatitudinis perceptionem per Christi incarnationem adæquata. 380
natura humana super oẽs in cẽlo est eleuata tã in Christo cui data est oĩs potestas in cẽlo & in terra, q̃ in Maria q̃ imperatrix est cœli & terræ. 422. & 423
naturalis filius distinguitur a legali, & adoptiuo. 82
naturale esse parum putari debet nisi adsit esse spirituale & gratuitum. 177
naturalium rerum diuersi effectus. 48
Nazareth flos, virgultum, sanctitas, vnctio, consecratio, medicina, custodiens, & separatio interpretatur. 212
Nazareth conceptus fuit locus Christi Saluatoris & nutritionis, Bethlehem autẽ natiuitatis, & quare. 530
Nazarenus Iesus dictus est, quia Nazareth cõceptu suo sanctificauit & illustrauit, & benigna gratissimaque sua conuersatione illustrauit. 576
Nazarenus Ioãnes Baptista extitit vocatus, quia domino consecratus. 303
necatos a diabolo V. Maria ad vitã corporalem, & ad pœnitentiam adduxit. 756
necessitatem ostendisse amanti sufficiat, sicut fecerunt Lazari sorores. 593
negationis Christi in passione per discipulos & omnes eius sequaces excepta Virgine Maria triplex fuit modus, & quisnam ille. 675
nobilis generatio parum valet vbi non adest nobilitas morum. 63
nobilitate duplici Maria extitit insignita generis videlicet & virtutum. 90
Noe Deus cũ filiis & vxoribus tã sua q̃ filiorũ ab aquis diluuii præseruauit. 354
nomen alicui imponitur ob plures causas & quænam vt plurimum illæ sint. 459
nomen Iesus vt duas hẽt syllabas, quia Xps duas habet naturas, diuinã videlicet & humanam, diuinam ex patre, ex qua natus est sine matre, humanam de matre, de qua natus est sine patre. 461
nomen Christi Iesu fuit impressum cordi, menti, & ori Virginis Mariæ. 754
nomen Maria a Deo Virgini Deiparæ est impositum. 19
nomen vnum hẽt excellentissimũ diua V. Maria, quod mater appelletur. 134
nomẽ Mariæ nominatissimum est in sacro eloquio, & qua de causa. 136
nomine Iesu tres solum hoĩes vocati fuere Iosue princeps populi Israelitici, secundus filius Iosedech, q̃ fuit sacerdos magnus, tertius Sapiens Ecclesiasticus qui fuit Dei sapientia plenus. 461
nomina varia Deiparæ Virgin. ex sacris deprompta scriptis. 131
nomina multis ab euẽtu solita imponi. 131
nominum Ioanni Baptistæ multipliciũ impositio cur & qualis facta fuerit. 296
nominata Maria dæmones cõtremiscunt & fugiunt. 136
notitiam omnium habet Deus, & omnia intelligit Aristotelis testimonio. 24
nuptiæ factæ in Cana Galilææ erant Ioannis Euangelistæ. 591
nuptiæ apud Isidorum accipiunt̃ pro solẽnitate, apud doctores tamen sanctos accipiuntur pro matrimonio carnali copula cõsummato, vel consummãdo. 196
nuptiæ qualiter Christiano homini sint celebrandę documẽta, vide ppulchra. 595
nuptiarũ oẽ bonũ impletũ est in parentib. Christi, fides, proles, & sacramentũ. 198

OBedientiæ virtus cũ humilitate Deo super omnia placet. 233

obedientiæ effectus multiplices & admirãdos, vide pag. 578
obedientiæ vinculum accipere debemus libẽter cum Paulo, simpliciter cum Dauid, hilariter cum Ioanne, velociter cũ Zachæo, viriliter cum Petro, & Andrea, & indefinẽter cum B. Virgine Maria cũ humilitate & perseuerantia. 579
obiectum nullum sub ratione aliqua finitum potest crescere in finitum. 412
obiectum mouet voluntatem, quia causat in voluntate actum aliquem. 413
obstetrix in Mariæ partu non fuit, vt inqt D. Hieronym. contra Heluidium. 427
obstetrices non fuerunt præsentes in Christi natiuitate, vt attestatur D. Hierony. contra Eluidium. 444
Octauianus imperator Sibillam Tiburtinam consuluit an deberet permittere se pro Deo a Romanis adorari, & quid illacum ipso eius rei gratia egerit. 392
Octo salutationis angelicæ verba mysteriis plenissima declarantur. 218
oculus contemplationis, vt dicit Hugo de Sacram. est obcęcatus qui ordinat ad cõtuẽda & videda intellectualia diuina. 235
odor ad famam refertur iuxta illud Apostoli ad Cor. 2. Bonus odor &c. 54
odor suauissimus de multis sanctorũ corporibus, teste B. Greg. emanauit, quanto magis de V. Marię emanasse putandum est. 718
omniscіens fuit anima Christi ab instanti incarnationis suæ. 534
op⁹ lanæ, lini, & serici, exercuisse V. Mariã Epiphanius Cipriorum Eps attestat. 183
operũ dñi memoria mentẽ accendit, cor eleuat ad cogitandum & diligendũ, animum præparat ad excessum &c. 352
operũ diuinorũ patratio Christũ fuisse verũ Messiã mundo ,pmissum oñdit. 437
orationi quibus horis V. Maria vacabat, ex Hieronymo. 182
orationẽ ad Deiparã Virginẽ in operis huius calce positã, vide D. Bernardi, vt deuotione ita & pietate pleniſſimam, quæ vt nobis suffragetur, & placabilem reddat deiparam & theoticam virginẽ vnice exoptandum est, mihi vt propita sit huius indicis compilatori summis exopto votis quammaxime. 770. & 771
orationes vt sint tres & tria sacrificia lex cur præceperit. 23
orantem angelus Virginem reperit cum ei verbum nunciauit diuinum. 270
orantes Christiani nos vertimus ad Orientem, Iudæi ad occidentem, Sarraceni ad meridiem. 691
orbis conditor orbisque redemptor vnus est Deus, & ideo conditionis & reparationis opera sunt penè similia, eo quod vnius opificis. 55
organizatum fuit & formatũ Christi corpus in instanti & Maria Virgo ad ipsius formationem & organizationẽ actiuè se habuit. 441
originale peccatum, quare ita sit appellatum. Et varia ipsius ibidẽ vide noĩa. 102
originale peccatum est iustitiæ originalis carentia per locum a priuatiuè oppositis. 106
originale peccatum in nobis esse vel fuisse ostẽdit moriẽdi necessitas, carnis siue sensualitatis ad spiritũ rebellio, diuinæ visionis post mortem in non baptizatis priuatio, facilitas ad malum, &c. 106
originale aliqñ accipitur pro pœna originali debita quæ multiplex, fames, sitis, ignorantia, concupiscentia, mors. 107
originale si pro causali accipiatur, videlicet pro suo effectiuo, originale peccatũ est infectio posterioritatis humanæ ex primorum parentum peccato &c. 108
originale quod sit Dei offensiuum, patet quia Deus odit culpam. 110
originale peccatũ dererius est veniali. 155
originalis multiplicẽ acceptionẽ. 106
originale cõtrahere potest intelligi, vel de iure, vel de facto, vel habitualiter vel actualiter, vel cõtrahere naturã, vel secũdum causas inferiores, & sic præseruari præfatis modis potest intelligi. 116
ortu Virginis & natiuitate in limbo qui sinus est Abrahę existẽtes animæ omnes gaudio incredibili affectæ sunt. 169
ostium cęli clausum peccato septem signaculis obseratũ, i. septẽ ętatibus mũdi solus leo de tribu Iuda reserauit. 360

PAlma Christo itineranti puero cũ Maria matre & fugienti in Aegyptum, vt reuerentiam Deo humanato exhiberet inclinauit seſe, vt inquit Cassiodor. 512
paradisi fons terram inebriat non tñ cœlum, seu lymbum, aut purgatoriũ. 580
parentes deiparæ virginis sæculari splendore fuerunt præfulgidi. 73
parẽtes Iesu adeo pauperes erant, vt locũ proprium ad quiescendum non haberent nec inuenirent, sed conductitio stabulo vti deberent. 444
parentum nõ carnalis nos propagatio, sed virtuosa imitatio commendare dẽt. 81
partus Virginis ita mundo innotuit, vt primo nunciaretur pastoribus vigilantib. humilibus, & id quidem per angelũ, & quid hæc missitẽ denotent. 369
partus dolor ad opprobrium est mulierũ quia corruptionis signum. 427
partu sacrato Virginis Mariæ, teste Hieronymo, omnia idola corruerunt, ac eius etiam cum filio ad Aegyptum accessu. 396
passio Christi præuisa & nondum exhibita valuit patrib. qui Christi passionem præcesserunt. 669
passionibus deditus homo non sapit, quæ Dei sunt, nec percipit iustitiæ confinia mens iniqua. 515
pastores vigilantes super gregem suum apparente angelo timent & postea confortantur. 370
pastores angelorum informatione primi fuerunt qui Iesum Christum Mariæ filium venerunt adorandum. 480
pastorum visitationem in Christi factam infantia vaticinio prædixit propheta Ieremias. Ad eam venient pastores cũ grege suo. 67
pastoribus angeli sancti valde familiares antiquitus extitere, vt patet de Abrahã, Isaac, Iacob, & Moyse, & aliis, quib. frequenter sancti angeli apparuerunt. 480
pastoribus imperiũ & dominium sui populi cõmisit Deus, vt Moysi & Dauid, & ex ijs Christus secundum carnem natus est. 481
pastores ex Iudæis, Magi ex Gentilibus in exordio sui Christus ad se adorandum elegit. 474
pater in diuinis Mariam sponsam accepit, spiritus sanctus subarrhauit, & filius ipsam pro generatione temporali in matrem habuit. 265
patres feruidius & impensius diligunt filios quam matres. 519
patres aliquando in sacris ponuntur per naturam aliquando per legem. 74
patres videntes diem Natiuitatis Christi in limbo gauisi & lętati sunt. 388
patres prisci videbant Deum per fidem & contemplationem in effectibus creatis, p apparitionem in effectibus propriis, & deinde in sopore, qui magis ecstasis videtur fuisse quam somnus. 353
patriarchæ præcipuè quatuor fuere Abraham, scilicet, Isaac, Iacob, & Iudas. 73
patientia cœlum acquirit, iuxta illud: Beati qui persecutionem patiũtur, &c. 514
patientia & itineris molesti tolerantia cõmendatur in Ioseph & Maria qui singulis annis a Nazaret pedestres cũ Christo puero ibant in Ierusalem cum Nazaret distet ab Ierusalem milliaribus quatuor & septuaginta. 548
patientiæ virtutem, inquit Gregor. signis & miraculis maiorem puto. 513
patientiam inter cæteras virtutes sibi maxime placere ostendit suo exemplo Xps dũ fugit à facie Herodis quẽ i momẽto interficere poterat. 514
Paulus hic degens dixit se in cœlestibus conuersari. Philipp. 3. 187
Paulus raptus ad tertiũ cœlũ vt per intellectualẽ visionẽ Deũ videret sicut est & quemadmodum beati, &c. 240. & 241
Paulus facialiter & nõ in ęnigmate Deum vidit. idemque contigit Moysi gratuito Dei beneficio. 241
Paulo Stephanus meruit primã gratiã & D. Augustino mater Monica. 103
paupertas læta res est, si læta nõ est, paupertas non est, ait Seneca. 447
paupertas Virg. Mariæ ex eo apparuit, q̃ in p̃sepio reclinarit infantẽ dñm, de quo Isaias vaticinans cecinit, cognouit bos possessorem suum, & asinus &c. 66

pax charitatis fructus est, & ideo pax impio esse non potest. 385
pax triplex Simeoni seni à Deo tributa fuit, videlicet pectoris, temporis, & æternitatis. 497
pacis tẽplũ Romę in ortu Xpi corruit. 439
pacis templum Romæ ꝙ iuxta respõlum idolorũ non nisi partu Virginis corruere debebat ipsa hora natiuitatis Christi cecidit cum statua Romuli quæ in ipso templo à Romanis adorabatur. 387
pace Dei in anima existente ipsa tranquillatur diuinę legi subordinatur, recreat, roboratur, &c. 498
peccatum naturalia bona in homine corrupit, & gratuita detraxit. 102
peccatum generali diuisione diuiditur in originale & actuale. Et actuale in veniale & mortale. 97
peccatum originale vnicum solũ est, quia vnica iustitia priuat originali. 107
peccatum vt euitetur & ab eo vt exeatur octo dẽt cõcurrere & q̃nã illa sint. 454
peccatum originale cęteris paribus fugibilius est quocunque veniali. 116
peccatum aliquando in scriptura sumitur pro peccati pœna, vt in illo loco Petri peccata nostra ipse pertulit. 125
peccatũ teste Greg. in pretiosorũ vestiũ, ludio & apparatu abesse non potest. 287
peccatũ si Deus inultũ nõ relinquit vbi est Dei misericordia? vide ibid. respõ s. 358
peccatum velle & malum defectus est liberi arbitrij. 415
peccato originali homo incurrit ignorantiã, infirmitatem, malitiam, & concupiscentiam, ac culpabiliter, & pœnaliter totum infecit genus humanum. 356
peccatorũ veniã Deus præstat per pniam vt patet de Achab & Manasse. 289
peccatorũ septem mortalium antihodotũ sunt septem Ecclesiæ sacramenta. 589
peccator delinquẽdo postponit Dei timorem, tollit Dei honorẽ, & Deũ quantũ in se est despicit, odit, & contẽnit. 357
peccatorem se ostendere aliud est ab eo quam se peccatorem asserere. 488
peccatores Maria virgo filio reconciliat, confœderat & vnit. 742
peccandi potestas non est de ratione liberi arbitrii prout dicit magister, aliter in Christo liberũ arbitrium nõ esset. 415
peccando homo tria incõmoda incurrit videlicet priuationem incorruptionis & immortalitatis, dominationis & potestatis gratiæ & gloriæ perennitatis. 395
peregrinantes ex amissione viæ dolẽt, thesauri mercatores, magistri discipuli &c. cur ergo Maria dolere non debebat ex triduana filii amissione. 565
personam respicit gratia non naturã. 359
perturbamur, & à nostro alienamur affectu, qũ restringimur alicuius superioris potestatis occursu, vt inquit Ambr. 222
Petrus Apostolus & Andreas frater discipuli fuerunt Ioannis Baptistæ. 298
Pharaonem qui se exaltauit contra dominum dicendo. Quis est Dũs de sede deposuit submergendo in mari. 343
Plato Deum omnia creasse ponit. 26
plenitudo quædam est sufficiẽtię, quæ sufficit ad obtinendã salutẽ quæ fuit in Stephano qui fuit plenus gratia & fortitudine, quædam plenitudo numerositatis & copiæ, sicut est in tota Ecclesia, q̃dam est plenitudo progatiuæ singularis gr̃æ & hæc fuit in Virgine Maria, quæda est plenitudo superabũdãtię, redundantię, & influentię & hęc cum reliquis fuit in Christo, vnde Ioann. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. 539
pompa incredibilis & admirabilis qua virgo Maria a tota cœlesti curia filio Xpo deducẽte ad thronũ sibi ab æterno destinatum fuit perducta. 723. & seq.
Pontifici summo virgini Mariæ iam 12. annum agenti vt assentiretur nuptijs suadenti quid responderit. 189
præceptum de dilectione vt dicit August. sanctus in via adimpleri nõ potest quomodo sit intelligendum. 407
prædestinare est intrinsecum Deo. 5
prædestinatio qd sit propriè accipiẽdo. 4
prædestinatio duplex, actiua. s. & passi. ibi.
prædestinauit Deus aliquos ab æterno. 4
prædestinatio est ponenda iuxta sacræ scripturæ assertionem. 3
prædestinatio vt gloriæ collatio hẽt cãm. 6

prædestinatio an cadat sub meritum. 6
prædestinatio æternitate mensuratur. 7
prædestinatio se extẽdit ad rationales seu intellectuales creaturas. 5
prædestinatio impropriè sumitur pro prę ordinatione & destinatione alicuius ad aliquem finem. 5
prædestinatio est gratiæ præparatio. 5
prædestinatio magnũ Dei donũ est vtpote q̃ nõ fit ex meritis & ab ęterno nec ex aliqua cã ex parte nra quia gratuita. 13
prædestinationẽ Virginis a Deo ante alios factam ostendit in prouerbijs Salomon propheta dum inquit: Dominus possedit me ab initio uiarum suarum ante quam quicquam faceret, a principio. 62
prædicationis principium Ioann. Baptistæ fuit in deserto Iudeæ, in processu prædicauit in omni regione Iordanis. 288
prædicatores sunt cœli enarrantes continuè gloriam Dei. 380
præscientia præcedit prędestinationem ex doctrina Diui Pauli ad Rom. 8. 11
præsens tempus omnem locum cõtinet & quæ in quolibet loco sunt. 9
primi parentes peccando, iustitiam originalem, & pro se, & posteris ab ipsis propagandis amiserunt. 112
primiceria virginũ olim facta est & primaria V. Maria quia seruandæ virginitatis prima fuit votũ faciẽs telle D. Amb. 191
primogenitus aliquando sumitur pro vnigenito. 84
Id dupliciter accipitur in sacra scriptura & quomodo. ibid.
primogenita olim in veteri lege Dñi erãt, & iõ post diem 40. à natiuitate teneatur pater resistere cũ filio sacerdoti, & si diues erat offerebat agnũ anniculum, & pullũ columbę, si pauper vt agnum offerre nõ posset par turturũ offerre debebat aut duos pullos columbæ. 487
principale dans dat & accessorium ex quo colligit in hac vita faciali visione Deũ à Virgine visum quum ipsum humanatum vtero genauit. 243
priuatio distinguitur à materia, nõ per se sed per accidens. 107
prius multis modis dr̃ ẽm Arist. & quot. 19
prius aut posterius nihil in Trinitate sanctissima admittitur. 169
prius & posterius quando non sunt idem realiter, Deus potest facere prius siue posteriori & conseruare ibi.
prodigium fuit nasci Mariam de sterilib. parentibus. 148
prodigium & sanctissimũ monstrũ vocat Ignatius Sanctus martyr Virg. Mariã in epistola ad Ioannem Euangelistam. 711
prodigiosè Ioan. Baptista in hoc mũdo ortus est. (sc. ex parentibus sterilibus, vt non naturæ sed Dei gratiæ & potentiæ eius ortus tribueretur. 283
progenies prima hominum qualiter & in quibus misericordiam Dei fuerit experientia. 339
promissiones factæ de Messia in sacris literis, vtrum sint potius implendę spiritualiter quam temporaliter. 433
propheta fuit Ioan. Baptista & plus q̃ propheta Christi testimonio, quia id quod verbo ꝓdidit, digito demõstrauit. 287
prophetæ gentiles & fideles fuere inter gẽtes referuntur Sybillę, inter fideles Isaias & alij sancti prophetæ. 392
prophetarum menti Spiritus propheticus non semper adest. 418
prophetis olim apparebãt Angeli & ijs reuelabant alijs nuncianda, sicut Nathan cui factum est verbum domini vt nunciaret Dauid. Et Esaię vt dicãt Ezechiæ, & sic de aliis. 257
prophetissa fuit Anna filia Phanuel, quæ Christum natum cum Simeone sene & præsentatum in templo testificatur. 500
prophetissæ fuerunt multæ in veteri & nouo testamẽto, & quæ nã illæ, nulla tamẽ Mariam matrem Domini potuit antecellere, imo ne quidem æquare. 417
prophetauit nemo vnquam vberius quam virgo deipara Maria. 417
prophetandi modus multiplex est, & multiplex itẽ spiritus prophetiæ. 417. & 418
proportionari debẽt locus & locatũ. 492
proportiones omnes & formæ sunt in potentia, in prima materia, & actu in prima forma. 28
prudentię & prudentis, est omnia non solum

lum debitè agere, sed etiã cogitare. 221
pudor non mediocris est inquit Ambr. in Hexameron imperio Dei parere insensibilia elementa et homines quib. sensus tributi sunt non obedire. 578
puer in iussione angeli præmittitur matri quia quęrebat puerum Herodes vt perderet non matrẽ: puer etiam primo ponit quia creator præcedit creaturã. 507
puerorũ interfectorũ ab Herode necis cã fuerunt Scribę, & pharisęi, & qũo. 470
pullos duos turturum vel columbarũ virgo obtulit in templo, & non vnum ad ostendendum ꝙ suus filius non erat solus homo vel solus Deus sed simul ista duo scilicet Deus & homo. 491
punica lingua alma capitur pro adolescentula, & idem est quod Virgo non cognita proprie nõ visu sed tactu, & eadẽ lingua idem est ꝙ Virgo, uel lingua latina Alma idem significat quod sancta. 395
Purificari quadragesimo ab ortus Xp̃i die cur uoluerit V. Maria iuxta legẽ Moysi cũ esset sanctissima & immaculata. 487

Q Vacunq; data specie Deus perfectiorem facere potest. 537
Quadraginta horis stetit mortuus Christus Saluator noster. 682
Quadruplici in discrimine timor inuenit & qualiter ex Damasceno. 651
Qualis est dilectio alicuius talis ipse est ex Aug. Si Deum diligis Deus es, si terram terra. 730
Qualitates & conditiones mulierum, vide pulchras & multiplices. 420
Qualitates & conditiones turturum & columbarum varias & multiplices. 490
Qualitates pessimas irę & multiplices. 523
Qualitates Ioannis Apostoli excellentes quibus meruit adoptari in filium Virginis Marię. 647
Quamdiu in præsenti sumus iuxta Apostolum per fidem ambulamus. 419
Quamobrem Isaias teste Hieron. in prologo, supra eundẽ, non tam propheta quã Euangelista veniat dicendus. 392
Quare non decuerit Christũ de solo homine nasci sicut prima mulier fuit &c. 390
Quare nõ decuerit Christum nasci de muliere corrupta & actu peccatrice, licet potuerit ut dicunt doctores vide. 391
Quare Christus non expectarit resurgere a mortuis in fine mundi. 684
Quatuor clauis anima Christo affigitur & quinam illi sint. 635
Quatuor cornua crucis Christi ostendũt gratiam in quatuor orbis plagas merito Christi diffundi. 637
Quatuor loca erant in inferioribus terrę, ante Christi descensum & quęnam illa. vide ibi pulchra & scitu dignissima. 658
Quatuor sunt requisita in sumptione cibi s. masticatio, traiectio, digestio, & in co medentem conuersio pro parte. 686
Quatuor generibus personarum Spiritus sanctus missus est, & quibus. 704
Quęlibet delectatio voluntatis non est volitio nec qlibet tristitia est nolitio. 411
Quęlibet ratio diuina secundum quam Deus cõtinet creaturam est cognitio sui esse, & creaturę cõtentę in ipso, siue perfectionaliter siue causaliter.
Quemadmodũ primus Adam de terra virgine & immaculata fuit factus, sic de intemerata fœmina & Virgine decuit secundum Adam. i. Christum fieri. 392
Quemadmodum Eua virgo existens causa fuit nostrę damnationis sic Maria Virgo fuit causa nostræ saluationis. 392
Quęnam securitas de beatitudine hominẽ faciat beatum, & quæ non. 417
Quęrere Christum debemus amaritudine compunctionis sicut Maria in triduo dum eum reperit inter doctores in tẽplo, gratitudine deuotionis sicut Magi, magnitudine dilectionis ut Nathanael, amplitudine zelationis ut Zacheus pulchritudine cõditionis vt mater & pater, rectitudine inuentionis ut iusti, sanctitatę operationis, vt sanctę mulieres, & plenitudine cõsumationis vt Magdalena q̃ perseuerãdo inuenit quẽ quærebat. 532
Qui adhæret Deo unus spũs efficitur cum eo, & cõsequẽter q̃ Dei sũt agnoscit. 418
Quia sine dolore peperit V. Maria id signũ nõ fuit sed ꝙ maserit virgo ic corrupta. 393
Quidnam Christus egerit ad inferos descendendo. 659

Quidquid habemus â Deo habemus, quid enim habes, quod non accepisti? quia ois sufficientia nra ex Deo est, & qdqd Deo dam⁹ à manu eius accepimus. 486
Quinimo, aduerbium est affirmandi & iccirco ibi affirmat ét p̃cedẽtia: Quinimo beati q̃ audiũt verbũ Dei & custodiũt illud, vt non tã venter beatus prædicet Mariæ, q̃ verbum Dei audientes & custodientes, vel obseruantes illud. 607
quolibet finito dato Deus potest maius facere. 537
qũo corpus Xp̃i fuerit post resurrectionẽ palpabile, cũ fuerit incorruptibile. 686
quomodo, qualiter & quantupliciter dicatur beatus venter Mariæ Virgini. 609
RAmus palmæ fragrãtiæ singularis, & splẽdoris indicibilis cęlitus Mariæ a Xp̃o filio p̃ angelũ missus est, qñ erat ad cęlos assumenda, & quid denotarit. 714
raptus põt tripliciter accipi, sicut ex tripli ci causa videtur oriri, vide ibi scitu digniſſima, & pulcherrima 237
Raptus aliquis fit ex vehementia passionis siue corporalis, siue spiritualis, vel ex vehemẽtia imaginationis, vel tertio ex vehementia deuotionis. 237. & 238
ratio & appetitus in hoĩe ante præuaricationem non conflictabant inter se nec mutuo rebellabant. 100
rationalis creatura efficitur beata obtento summo bono. 766
Rebecca dilecta vnice ab Isaac est figura dilectionis Dei qua dilexit Virginẽ Mariam & Rachel dilecta a Iacob. 59
rebellio sensualis appetitus ad rõnẽ, q̃ pro originali ĩ suo materiali accipit plurib⁹ nominibus à Magistro vocatur, &c. 107
receptaculũ inter oia creata rõnabilia seu intellectualia nullũ mũdius, purius, & p̃fectius extitit ventre, mente, aĩa, intellectu, & corde B. Mariæ, cũ fuerit ab omni macula p̃seruata, repleta gr̃a, & oĩb⁹ virtutibus perfectissimè adornata. 234
redimere est rem suam iusto precio recuperare. 672
redẽptionis vel redimendi à peccato sex sunt modi. 124
regula iuris est dans principale, dat & accessorium. 578
repletio Spiritus S. in scriptura S. & sacro eloq̃o, vt variè accipiat, vt de Xp̃o dño Maria, Ioãne Baptista & Stephano. 283
res, teste Arist. nõ sunt subicta noĩbus, sed noĩa rebus, quia a rebus sumuntur. 460
Resurrectio mortuorum fiet in momento ad vocem Archangeli, teste Apostol. 615
Resurrectionis die quinquies se suis tradidit videndũ, Marię Magdalenę, alijs Mariis, Petro, duobus euntibus in Emaus, & discipulis Thoma absente. 687
Et ibidẽ vide alias apparitiones factas discipulis Thoma p̃sente, discipulis piscãtibus, discipulis in monte Thabor recũbentibus vndecim, & in monte Oliueti, 500. fratrib. simul, vt testes veridicę resurrectioni non deessent. ibid.
reuelationes & visiones factæ Ioseph spõso Vir. Mariæ, vt plurimũ fuerunt in sõnis factæ, & quare, & cur p̃ angelũ. 255
reuelationes diuinæ magis hũt hoĩb⁹ separatis à sẽsibilib. q̃ circa talia intẽtis. 507
Rex a regendo sic dictus fuit 467
Rex verus Christus dominus a regibus est agnitus, veneratus a regibus, timetur a regibus, inquiritur a regibus, &c. 448
reges 12. Hierusalem spiritualem capiẽtes diabolum signantes, vide p. 558
Rubus cõburi visus a Moyse, & ardens, nõ tñ cõburẽs, denotat deitatẽ veniẽtẽ ĩ Virginẽ & suã virginitatẽ nõ frãgentẽ. 477
rubus ardet, & nõ cõburit, sic & vir patiẽs etsi male pulsetur non tamen deiicitur, inquit Gregor. 513
SAbæ reginæ de virtutibus Salomonis celebre testimonium. 63
Sabbathi dies, qua de cã Virgini deiparæ Mariæ fuerit specialiter dedicata. 675
Sabbatũ Israel in deserto accepit, sed Aegyptii muscarũ multitudine affligunt. 498
Sabbatismus fit anno septimo, idest animæ requies a laboribus. 553
Sabelliani, & Iudæi inter patrem, & filium non discernunt. 679
Sacra scriptura qualiter debeat exponi sapiens Ecclesiasticus docet. 62
Sacerdotes solum erant apud Iudæos ex genere Leui propriè loquendo, & hi dicebant-

cebantur sacerdotes Domini. 74
Sacerdotes impropriè dicebantur dignio res præ cæteris post regem. ibid.
Sacramentum incarnationis Christi vt diabolo celaretur Christum de Virgine nasci desponsata conueniebat. 193
Sacrm incarnationis ineffabile est, iuxta illud Isaiæ. Generõnem eius quis &c. 251
Sacramentum circuncisionis quid declarabat principaliter. 454
Sacrm mrimonij potius dẽt esse & principaliter in coniunctione animorum quã corporum. 199
Sacra antiqua legis erãt in remediũ cõtra originale peccatũ, sicut circuncisio. 124
Sacra gratiã si debitè recipiãt cõferũt. 589
Sacramẽta veteris legis omnia fuere reuocata, & Eucharistia instituta. 619
Sacramẽta sunt cõtra morbũ instituta. 619
sacramentis vitia expurgãtur, & gratia ad ritũ peragendũ abũdãter exhibet. 589
Sacrificium pastorũ acceptauit Deus Abel et Abrahæ, & ex ipsis secundũ carnem natus est. 481
Sadducęi resurrectionẽ negãt carnis. 679
Salomon rex fuit primogenitus Dauid nõ generatione sed dignitate. 84
Salomon â vino abstinẽdo habilis reddebatur ad sapientiæ studium. 294
Salomoni post templi ædificationem Dominus apparuit. 355
Salue regina à monacho Dominicano decantatum, qui a diabolo inquietabatur a Virgine Maria meruit defendi. 757
Saluator & redemptor aduenit Christus post peccatum, qui talis non aduenisset si Adam non peccasset, sed gratificator & glorificator solum. 355
Saluator noster, quare in cruce mori præelegerit, & non aliter. 641
Saluator noster ad infernum damnatorũ non descendit. 661
Saluator a mortuis resurgens primo Virgini Mariæ credit piè apparuisse quãuis id non referant Euangelistæ. 682
Saluator Christus, vt in cœlo ęterno patri pro nobis ostẽdit vulnera, ita Virgo Maria pro nobis aduocando filio ostendit vbera. 721
Salutatio angelica multipliciter fuit admirabilis, & qualiter. 217
Salutatio Mariæ facta Elisabeth cognatæ miranda, imò stupenda fuit, ętũ Elisabeth cõmouit, ipsã spiritu prophetico repleuit, domũ & Ioannẽ sanctificauit, ac tot mirabilia peregit. 302
Salutationis futuræ sibi, & gratiæ accessus à Virgine Elisabeth non fuit ignara, sed illum diuina reuelatione accessum fore cognouit. 309
Sampson ab infantia habuit spiritum dñi ad liberandum populum Dei 478
Sampson ab Apostolo in Cathalogum iustorum ad Hebræos refertur. 163
Sancti multi fuere in bono confirmati, & certificati de varijs donis. 417
Sancti in patria vident Dei essentiã & oẽs beati non visione ænigmatica, sed intuitiua & faciali. 541
Sancti & electi omnia vident quæ ad beatitudinem spectant iuxta traditionẽ doctorum. 746
Sãcti omnes licet habeant cognitionẽ matutinam & vespertinam de Deo, & in Deum non tamen ita intensè & extensè sicut B. Virgo Maria. 749
Sancti omnes reges sunt in regno cęlorũ, & sanctæ omnes reginę. 763
Sanctorum vita in exemplum nostrum à Deo ponitur. 232
Sanctos in quolibet resurrectionis die à mortuis resuscitari credibile esse, inqt D. Ambrobus. 720
Sanctum al quando accipitur pro confirmatione in gratia. 152
Sancta sanctorum nullus intrabat, nisi summus sacerdos. 178
Sãctificatio ex vi vocabuli motum dicit in sanctitatem. 151
Et eiusdem diuersam acceptionem. 156
Sanctificatio duplex fuit in Virgine Maria attestatione doctorum, prima fuit facta in instanti suæ conceptionis, quando anima corpori infundebatur. Secũda vero, qñ in ea verbum Dei angelo annunciante fuit incarnatum. 401
Sanctificatus in vtero fuit Ioãnes Baptista & Spiritum etiam S. accepit. 284

Sancti-

Sanctificatus Ioannes Baptista in vtero matris intelligitur ab omni fœditate originalis peccati purgatus. 303
Sapientia Dei in corpore subdito peccatis habitare dedignatur. 189
Sapientiæ diuinæ altitudo nostra intelligẽtia attingi nequit. 130
Sara bis nupta pudicitiã cõseruauit. 753
Saraceni dñt erroneè Christũ nequaq̃ mortuum fuisse, sed alium similem sibi. 679
satisfactio est redditio æquiualentis alias indebiti. 358
satisfactio vt sit volũtaria oĩno requirit, alias nõ esset satisfactio, sed satispassio. Et q̃re quiruntur ex parte satisfacientis. 358
scandalum idẽ est, q̃ infidelitas eo loci oẽs vos scãdalum patiemini in me in nocte ista. 675
Sceptrũ in Iuda fuit à Dauid vsq; ad trãsmigrationem Babylonis. 76
Sceptro carebant Iudæi tempore natiuitatis Christi, quia ad Herodem alienigenã accesserat. 395
Sciẽtia Dei est omnigena, & omnia Deus nouit ab æterno. 33
scientia, gratia, & sapientia, quo dicantur actu in Christo per experientiam. 544
scientia speculatiua nõ euacuat scientiam experimenti, nec scientia propter quid scientiam quia. 676
Scribæ & Pharisæi Herodi q̃renti, & ab eis scisciti, vbi Xps nasceret mutilatè prophetiã Michęi retulerũt fraudul. 470
Scriptura sancta doctrina est veritatis nihil que contradictionis aut falsitatis in ea valet reperiri. 61
securitas magna cordis est nihil habere concupiscentiæ sæcularis. 447
Sedechiæ filios ante oculos suos iussit occidi Nabuchodonosor & ipsum excæcauit. 86
sedere ad dexterã patris in cœlis Christi quomodo intelligatur. 693
semẽ hominis in instãti nõ trãsfundit, sed in tpe, tõ Xps de semine viri nõ fuit formatus, quia Magistro Sent. teste, corpus Christi in instanti fuit formatum. 391
Senacherib qui dñm contempsit, deposuit Deus de sede, & à filiis pprijs, &c. 343
Senis Simonis cui Christ' oblatus est puer in tẽplo, qualitates, &c. 494
sensibiliũ essentias & qualitates multas & discretas existentes ipse sol vnus & vniformis illuminãs, renouat, nutrit, custodit, perficit, discernit, &c. 739
sensualitatis dñium possedit & habuit sub ratione perfecte diua Virgo. 157
sepulchrum Christo, cur fuerit potius nouum alienum designatum quam vetus & proprium. 665
sepulchrum in petra excisum cur destinatũ fuerit sepulturæ Christi. Et cur id fieri permiserit V. Maria. ibid.
sepulchrũ nouũ pro corpore Virg. diuinit' præparatũ in valle Iosaphat. 718
serpens antiquus malitiæ caput sub pedib. Virginis potestatiuè subiicit, cui' caput contriuit probitate virtutum. 753
seruiẽdũ Deo promptè est nõ pigrè. 233
Seth positus a Deo loco Abel & Enos vir iustus fuit. 77
Sybilla Erithræa prophetando de Deipara dixit: Exurget mulier de stirpe &c. 135
Sibilla Tyburtina vaticinatrix prophetissa Christi ortũ attestata est, & B. Marię partũ, quæ in die natiuitatis Octauiano Imperatori in circulo aureo circa solẽ apparentem Virginem pulcherrimam, i. Virg. Mariam filium gestantem &c. 385
Sybillæ Erithreæ manifestissimum de Christo vaticinium & testimonium. 392
signum qñ in luna esse dicatur. 377
Signum non fuit q̃ V. Maria peperit sine dolore, sed qđ peperit incorrupta. 393
signum datum in attestationem conceptus & partus virginei ab Isaia propheta impiissimo regi Achaz fuit: Ecce Virgo cõcipiet & pariet filium, &c. 393. & 393
signum supra naturam est, q̃ Christus sine virili semine conceptus fuit, contra naturam, quia adhoc natura nõ pertingit vt virgo concipiat & pariat. 395
signum fuit maximũ virginem parere salua virginitate, & vt filius Dei filius fiat hois hoc natura nescit, ignorat vsus, rõ non cõprehendit, vt virgo concipiat & pariat Deum & hominem. 397
signum licet Ioannes fecerit nullum attestante

ſtante Chriſto, extra ſe tamen miracula multa fecit poſt mortem. 299
ſigna plurima Deus ad preces Moyſi fecit in Aegypto. 762
ſignaculum altiſſimæ ingreſſum fuit creaturæ rationali, id eſt, homini atteſtante ſcriptura: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. 169
Simeō interpretatur exaudibilis, & fuit iſtans iſte ſenex in oratione. 494
Simeon ſenex & Anna vetula prophetiſſa Spiritu Dei ducti venerunt in templum vt Deū videret icarnatū, & vt cūctis qđ eſſet Ieſus infans & paruus Marię filius in tēplo prę ſentatus per ipſos declararetur. 501
Simeoni vt ſeni indicibilis contigit conſolatio, q̄ Xp̄m in vlnis detinuerit, ita maior & ineffabilis contigit Marię quæ eū amplexata eſt, oſculata, & vberibus eundem velauit &c. 534
ſimilitudo Dei & hois (de qua in Geneſ. Creauit Deus hoiem ad imaginē &c. in homine ſm D. Aug. nūq̄ extinguitur & deletur peccato, quamuis maculetur. 15
ſimulachra, & idola eorumq; ſtatuę oēs vt Chriſti natiuitate iuxta Ieremiæ & Iſaiæ vaticiniū, & ſpecialiter in Aegypto corruerunt, ita ēt, qñ V. Maria cum ipſo filio Herodis crudelitatem fugientes in Aegyptum peruenerunt. 387
Synagoga tribus tpibus ſtetit, ſ. iudicū, regum, & pontificum, & tandem ad Galilæam gentium tranſmeauit. 279
ſocium ſicut in corde Virginis non habuit Dei dilectio, ſic in operatione icarnatiōnis ſpiritus S. ipſe fuit principium. 227
Sol ſimpliciſſimus eſt, quia non cōpoſitus ex contrarijs ſeu diſſimilibus, quia eſt vniformis & permanens, &c. 739
ſol ſicut incorruptus a ſe dimittit radium, ſic Maria intacta emiſit filium. 399
ſol atteſtantibus Aſtrologis curſum Zodiaci nō niſi poſt 366. dies perficit per 12. ſigna tranſeundo. 376
ſol miraculoſe in Chriſti paſſione obſcuratus fuit ſuo compatens creatori. 438
ſol Xp̄o nato triplex apparuit, & in ſole apparuit circulus ad ſpeciē cęleſtis arcus, ipſum orbem ſolis ambiens, vt dicit Oroſius & Eutropius Chriſtum oſtendēs ortum, qui ſolem ſolus & mundum feciſſet & regeret. 387
ſol iuſtitiæ Xp̄s in Ioannē baptiſtā prę aliis gr̄æ ſuæ radios veluti in materiā magis diſpoſitā immiſit & direxit Virgine ſem per excepta matre Maria 300
ſolis virtutem adæquare non poteſt ignis quantumcunque creſcat. 539
ſolis triplex radius triplicem doctrinā denotat à ſole vero Xp̄o ꝓmanāte, primus radius reſpectu diuinorū, ſecūd⁹ reſpū agēdorū, & 3. reſpectu exēplorum. 377
ſolis itē triplici radio illa triplex deſignabatus vnio, i. Dei & hominis, matris & virginis, fidei & cordis humani, quæ factæ ſunt ſole iuſtitiæ oriente. ibi.
ſolis ꝓprietates varias & multiplices qualitates varioſque effectus, vide. 375
Solennitas annunciationis Dominicæ in dignitate omnes alias excellit. 230
ſoni dolorum, & peccatorū ſunt buccinę nabli, tybię, & cymbali ſoni iuſtorū & gaudij ſunt pſalteria, chori, &c. 54
ſpecies ſuperior cōtinet perfectionaliter inferiorem, non tū formaliter. 41
ſpeciē perfectiorē quacunq; data Deus facere poteſt. 537
Spiritus S. qñ qualiter, & quib. detur. 700
Spiritus S. teſte Gregor. in docendo mora nō indiget, cuius tetigiſſe mētē, &c. 695
Spiritus S. per os Balaā praui, & ſic Caiphę bona prēnunciauit, ſic per verba etiam praui ſacerdotis fit corpus & ſanguis Ieſu Chriſti in altari. 622
Spiritus ſanctus non fuit incarnatus, quia eius proprietas nō eſt vt procedat quomodo natus ſed quomodo datus. 361
Spiritus ſanctus quid in Apoſtolis egerit & Virgine Maria. 699
Spiritus Dñi a Saul īgrato recedens in Danid pſallentem ingreditur. 324
Spiritus S. ex angeli ꝓmiſſione nō ſolū ſuperuenit V. Mariæ in effectu & dono creato, ſed in ſuo eſſe increato, quia ipſius potentiæ ſolius eſt facere, &c. 226
Spiritus ſanctus, quia in corde Virginis ſingulariter ardebat, in eius carne amor

Spūs S. mirabilia faciebat, ait Vgo. 227
Spiritus prophetię datur aliqñ respectu p̄ sentiū vt Giezi seruo Eliſei, pphetæ. 418
Spiritus S. fœcundatio non angelica ſalutatio fuit ſecunda Virginis Mariæ ſanctificatio. 405
Spiritus S. tāgere, docere eſt ſm Greg. 419
Spiritu S. fœcūdatā Mariā fore p̄cinit Eſa. Ecce virgo cōcipiet, & pariet filiū. & idē Egredietur Virga de radice Ieſſe. 64
Spiritus immundi in nomine Ieſu diſcipulis eius ſubdebantur. 160
Status S. Ioannis Baptiſtæ fuit is quem oēs ſubſecuti ſancti in eo imitari potuere Apoſtolorū, Doctorū, Virginum, anochoritarum, prophetarum, patrū, martyrum, & ſic de cęteris iunctis qualitatibus omnium propriis. 299
Status matrimonialis q̄ cū virginitate perpetua ſtare poſſit oſtendunt nuptiæ D. Ioannis Euāgeliſtę in cana Galileę & nuptiæ Virg. Mariæ cum Ioſeph. 592
Status liberi arbitrii quintuplex eſt & quiſnam ille vide. 415
Statuę idolorum & ſpecialiter in Aegypto nocte ipſa natiuitatis Chriſti iuxta Iere. vaticiniū & Iſaiæ corruerunt. 387
Stella quęlibet maior eſt tota terra quātitate. 379
Stella ſecundū Iſidorum a ſtando dicitur ſic Maria ſtella dicitur quia firma, ſtabilis, & in gratia confirmata. 141
Stella quoad formā, eſt pulcherrima, quoad figuram, ſpherica, quoad ſubſtantiā, ſolida, in ſuperficie plana, in ſitu altiſſima, ī motu velociſſima, in quātitate maxima, in lumine ſplendidiſſima, in ptāte virtuoſa, quoad officiū nocte illuminat, quoad eſſe ſtabilis, & tādē quoad ſignū, eſt tēporū, annorum, menſium & dierū denunciatiua. 451. & 452
Stella vt differt à ſtella ī claritate, ita sāctus ſanctum exuperat meritis. 707
Stella Magis apparuit Chriſto nato in oriēte ut teſtatur Euangelium, & ea non fuit in cœlo vbi aliæ ſunt ſtellę fixę, ſed in aere nec cunctis apparuit de regione ſed ipſis, nec de longinquo, ſed de propinquo, vt dicunt doctores. 449
ſtella materialis fuit & tunc creata quando Chriſtus naſcebatur quę apparuit in oriente Magis ſanctis Regibus. 381
ſtella quę Magis apparuit in oriēte in puncto Natiuitatis eis apparuit ſup mōtē victoriale vt dicūt nōnulli in Oriente ſito, vbi iſti Magi erāt iſtius ſtellę ortū expectantes. 449
ſtella Magis apparens apparuit in forma pueri, filij Marię, qui eos alloquens natum prędixit Ieſum Chriſtum & ad adorādū eū vt pergerēt, demādauit. 449
ſtella Magorū ductrix mira operatione alios turbauit vt Herodē & Iudęos, alios lętificauit, ſ. Magos, Mariam & Ioſeph, dęmones exterruit &c. ibid. 451
ſtella maris cur dicatur Maria ratione proprietatis & ratione virtutis. 142
ſtella matutina cur ab Eccleſia vocitetur, Virgo Maria. 144
ſtella à ſtando dicitur ſecundum etimologiam Iſidori. 379
ſtellę & orbes teſte Macrobio eorum motu cauſant concentum & melodiā quas ſenſu non apprehendimus. 380
Stephanus dicitur plenus gratia meruit. n. auream & aureolam, quia Virgo ſiue prędicator & martyr. 219
Stephanus quidam à maris fluctibus primo poſtea carnis tētationibus à deipara Virgine liberatus fuit. 756
Stephanum quendam Gallū Hieroſolymā petētem à naufragio cū ſociis naui licēt fracta inuocante deipara Virgo Maria liberauit. 759
ſublimationis virginis glorioſæ vaticiniū fuit illud pſalmi regii. Aſtitit Regina à dextris tuis, &c. 70
ſubſtantia hominis permanſit iuſtitia originali amiſſa. 98
ſubuerſio Niniue & mors Ezechiæ minata a Deo nō fuit executa ob diſpenſat. 115
ſuperbia angelum fecit diabolum, hominē de paradiſo iecit, confudit labiam vniuerſæ carnis, Pharaonem demerſit, Goliath occidit, Aman ſuſpendit, Antiochū deiecit, Holoferne amputauit, Senacherib interemit, &c. 343
ſuperbos Deus non diligit eo quod ſint

contra mentem & cor Dei. 342
superba mens in magnis semper ambulat, nec humilia respicit. 613
surgere in sacro eloquio à peccato interpretatur videlicet ab originali. 292
suscitata à mortuis V. Maria à Xpo filio pie creditur & decentissime psumitur. 719
TEmplum domini ascendit V. Maria tertio anno suæ natiuitatis vt dicunt doctores. 64
templum pacis Romæ ꝙ iuxta responsum idolorū non nisi per partū Virg. corruere debebat, ipsa hora natiuitatis Christi cecidit cum statua Romuli, quæ in ipso templo à Romanis adorabatur. 387
tẽplum nullū fuit in Aegypto in quo idolum nō corruerit, Puero Christo, & matre Aegyptum intrante. 508
templi variam acceptionem & considerationem, vide 178
tẽplū frequẽtātes Salomonis in Ierusalē ex iussione diuina, diuersa via viri a mulierib. progrediebātur. Et quare. 561. 562
tempus nascitur ex æternitate, & in eam resoluitur. 7
tempus aduentus Messiæ ponitur in prophetia Aggæi prophetæ. 434
tempus quo missus est Gabriel ad Virginē Mariam, ad annunciandum incarnationem filij Dei fuit sex mensibus ante cōceptionem D. Ioannis Baptistæ. 211
tempus natiuitatis Christi Magis cum fuerit per angelū, & stellam nouam reuelatum, quare non etiam locus fuit reuelatus, vide ibi cās multiplices istius. 467
temporis in Deo nulla potest poni differētia aut conditio. 33
tempori Deus non subijcitur alioquin esset corruptibilis. 33. Et est supra ips. 35
tempore vltimo. i. gr̃æ Deus, non participatiuè & causaliter, sed realiter, veraciter, communicatiuè, & formaliter seipsum dedit nobis carnem humanā sumendo faciēdo se hominē, & hominē Deū. 354
temporum priorum infelicitas quę fuerit ne in istis Christus nasceretur. vide 202
temporalia non diligens immaculatum se ab hoc sæculo custodit. 446
tertium cœlū ad quod raptus fuit Paulus Apostolus quid sit. vide 241
testimonium quale, & quam verax & eminens de Christo tulerit Ioann. Bapt. 295
testes duodecim præcipui resurrectionem Christi veridicā mundo attestati sunt, & quinam fuerint illi. 688
Tetagrāmaton nomē sm Iosephū scriptū erat in lamina pontificis. 433
Thalamus vt lectulus æterni regis mundo orientis præsepium fuit. 361
Theodorus hæreticus a Synodo Constanti nopolitana dāmnatus Virg. Mariam tantum hominem genuisse asserebat hæreticè & impiè. 428
Theophili cuiusdam historiā vide mirabilē qui se chirographo dęmoni adstrinxerat p virginē liberatus Mariā triduo post ad cœlum fuit perductus. 756
Theotocos V. Maria a Synodis Ephesina & Cōstātinopolita. vocitata & quare. 428
Theotocon virgo hinc emigrās ab Apostolis panegiricis figliatim laudata fuit. 716
Thobias filium suū timere Deū ab infantia docuit, & mandata eius seruare. 562
Thobiā permisit Deus in cæcitatem incidere vt posteris suæ daretur exemplum patientiæ. 565
Tiburtinæ Sibillę vaticinium de Christo & Maria Virg. deq; Virgine & filio in cœlis Octauiano Cæsari ostenso vide 392
timor, & dolor de amisso puero Iesu Mariæ & Ioseph superuenit nō ex imperfectione & dubio, sed ex affectu compassiuo ad filium. 564
timoris perfecti nemine ꝙ fuit in Christo nō intelligitur seruilis, qui non stat cū perfecta charitate, nō mundialis qui timet damnū rerum tēporalium, non carnalis qui temporalē fugit pęnā, &c. 560
transformatio mentis, & hominis in aliud an sit possibilis. 729
transubstantiatio est possibilis saltē partialiter, & si non totaliter. Est aūt transubstātiatio trāsitio totalis substantiæ in substantiam, & virtute diuina quę infinita est possibilis est. 614
transubstantiationē Dei virtute fieri posse ratione comprobatur. 615
Tribus Iuda & Dauid originē V. Mariæ & Chri-

Christo p cõsequẽs ẽm carnẽ dedere. 81
Trinitas sanctissima nomen Virgini Deiparæ imposuit Maria. 136
turbari in scriptura accipitur pro admirari, vñ Euãgelista dicit de Virg. q̃ fuerit turbata in sermone salutãtis angeli. 221
turbationis causæ variæ fuerunt Mariæ ex angelica salutatione. ibidem
turturi assimilatur Maria per deuotionẽ, columbę per operationem, &c. 58
turturum & columbarum varias & multiplices vide qualitates & condõnes. 490
Valentiniani hæretici dicebant Christum non fuisse natum ex Maria Virgine, sed per eam tanquam per fistulam trãsisse, nihilq; ab ea corporis assumpsisse. 679
Valentinus hæreticus asserebat Christum corpus suum è cęlo secũ adduxisse. 445
valor maximus sacramenti Eucharistiæ videatur. 624. & seq.
venter Mariæ virginis quomodo & qualiter quantupliciterq; dicatur beatus. 609
verbum Dei est ars quædam omnipotẽtis atque sapientis Dei plena omniũ rationũ viuentium, & incõmutabilium. 39
verba Christi in cruce non minoris fuerũt efficaciæ q̃ verba sacralia, quib. corpus & sanguis Christi fit panis & vinũ. 645
verborum septem Christi in cruce prolatorum virtus & significatio habetur. 640
verax Christi resurrectio per tria veniebat probanda, scilicet veritate humanæ naturæ, identitate substantiæ & personæ, & fœlicitate gloriæ. 685
verior certitudo, vt dicunt Doctores, per causam habetur quam per effectũ. 248
viator quotupliciter accipiatur, vide ibi pulcherrima & scitu dignissima. 234
victus Ioannis Baptistæ locusta fuit, & mel silueſtre, latex pro potu, cilicium vestis ex setis camelorum, stratum terra, cerui cal saxum vel lignum. 286
videre in somniis, & videre in somnis differunt, & qualiter. 256
visio corporalis quatuor requirit. 236
visio diuinæ essentiæ attestatione sanctorũ multis in præsenti vita cõstitutis ex priuilegio singulari contigit. 240
visio diuinæ essentiæ permanens & mansiua non est ponenda de facto fuisse in Virgine, quia hoc de Christo solum est tenẽdum, &c. 248
visio Dei duplex est, quædam stabilis, perpetua, & mansura, qualis est beatorum in patria nunc existentium, qui Deũ sine fine videbunt, alia est transiens sicut fuit illa Pauli sancti in raptu. 234
visio Dei in patria est clara & facialis, visio vero viæ est ænigmatica, & speculans, &c. 406
visio Dei multis sanctis nondum a corpore exutis concessa est, vt Moisi, Paulo, Stephano, & Isaiæ: ideo ea piè creditur virg. Deiparæ non fuisse denegata. 419
visiones & reuelationes factæ Ioseph sponso virginis Mariæ, vt plurimum fuerunt in somnis factæ, & quare, & cur per angelum. 255
visiones Dei variæ patribus factæ in veteri testamento leguntur. 353
virga floret Aaron, quia sine virili semine cõcepit Maria Deum, & hominem. 231
Virgo cum Apostolis in die Pentecostes Spiritum sanctum accepit. 152
Virgo Deipara quot vicibus fuerit sanctificata. 153
Virgo Maria an habuerit esse in Deo ab æterno. 21
Virgo Maria in veteri testamento pluribus typicis, modis & figuris, extitit designata. 43
Virgo Maria per Seraphim in sacro eloquio fuit figurata, & sic per reliquos angelorum ordines. 45
Virgo Maria precib. humanis calefacta statim nobis pluuiam auxilii immittit. 51
virgo Maria de Pontificibus nata fuit. 77
virgo Maria fomitem non habuit originalis peccati. 128
virgo Maria licet omnibus gratiis a Deo dotata, reddere æquialens Deo de beneficiis acceptis non potest. 171
virgo Maria in quo loco templi habitauit, iuxta Epiphanium, & Hieronymũ. 178
virgo Maria ab angelis in templo degens escam accipiebat quem a sacerdotibus habebat pauperibus erogabat. 183
virgo Maria virgo fuit carne, virgo mente, & vir-

& virgo professione. 190
Virgo Maria fuit despõsata & nupta licet canat Ecclesia, Beata mater & innupta virgo, quod est a nullo cognita. 196
virgo Maria secundum sanctos prius concepit Christum mente, & demum ventre. 243
virgo Maria triplicem habuit spiritũ propheticum in hac vita. 247
virgo Maria in Cantico suo Magnificat, cur dixerit, Fecit mihi maga, & non magnum. 336
virgo Maria concepit Christum non ex viri semine, sed mystico spiramine. 395
Virgo Maria corpore, mente, deuotione, & professione virgo fuit 396
virgo Maria in secũda sanctificatione fuit copiosiori gratia sanctificata, fuit autẽ secunda sanctificatio quando in ea verbum fuit incarnatum. 403
virgo Maria non solum habuit spiritũ propheticum, sed etiam intelligentiam spiritus prophetiæ. 418
virgo Maria excepta fuit ab illa sententia in mulieres omnes a Deo lata, In tristitia paries filios. 418
virgo Maria sola fuit tempore passionis Christi, io qua fides nostra vera & integra permansit. 680
virgo Maria non aliter viuebat, quàm docebat, nec aliter scribebat viuendum, quàm ipsa viueret & doceret. 711
virgo Maria mente & corpore virgo virginitatis prima institutrix fuit. 726
virgo Maria scientiã habuit naturalium, sapientiam spiritualium, & intelligentiam prophetalium. 728
virginis Mariæ merito & interuentu suppletur indignitas obsequentis. 767
Virginis Marię beneficia in nos immensa sunt, Deus humanatus, homo exaltatus, Deus reconciliatus. 137
virginis natiuitas quæ humano generi cõmoda attulerit. 166
virgini Mariæ in instanti incarnationis filii Dei donum contigit post dicta hæc verba salutanti Angelo: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. 378
Virginem Mariam nasci sine concubitu non decuit, quia isto modo solus Christus nasci debebat. 119
virginem matrem vt ascendere templum triennis quindecim causæ impulerunt, & quęnam illę. 171
virgines multę in veteri testamento fuerunt, sed de nulla legitur, quod de seruanda virginitate votum emiserit. 191
virgines, teste Hieronymo, plus amat Christus, quia sponte tribuunt quod eis non fuerat imperatum, quia maioris est meriti quod non cogitur & offertur. 192
virginum custos & castitatis amator Christus. 388
virginitatis integritate subsistente peperit virgo Maria Saluatorem vaticinante Esaia vltimo capite: Antequam pareturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit masculum. 65
virginitatis multiplices effectus. 192
virginitatem suam Deo consecrasse & vouisse V. Mariã expresse asserũt Doc. 189
viri dignitas coniugis pãdit nobilitatẽ. 213
viridia operationem in virgine denotant virtuosam, croceã austeritatem, nigra dolorem passionis Iesu, &c. 53
vineę Engaddi ipsa nocte Natiuitatis floruerunt, fructum protulerunt, &c. 387
vineę balsamum producentes nocte Natiuitatis Christi Mariã Virg. significabant, quę fuit vinea electa dñi Sabaoth. 387
vinum & ciceram Ioannes Baptista bibere abhorruit. 286
vinum quare defecerit in nuptiis Canę Galileæ. 92. & seq. vide pulchra.
virtus diuina licèt posset facere aliq̃d maius & melius q̃ sit habitualis gratia Christi, non tñ posset facere q̃ ordinaret ad aliq̃d maius quàm sit vnio personalis ad filium vnigenitũ a patre, ẽm S. Tho. 535
virtute diuina Rubus ardebat & non cõsumebat, q̃d mirũ de corpe Christi q̃ sub speciẽ panis latẽs nõ cõsummatur. 618
virtute increata, & concreata fit in Eucharistiæ sacramẽto transubstantiatio. 615
virtutes verę sunt ẽm D. Greg. diuitię. 89
virtutes multę ad opus incarnationis in Virg. Maria existentes concurrerunt, & quænam

quænam illæ, Solitudo, virginitas, humilitas & obedientia. 218
virtutes dantur & infunduntur in baptismo extra, de sum. Trin. & fide Cath. 158
virtutum præcipua in virgine fuit ipsa humilitas. 178
vis volitiua in dæmonibus & damnatis affligitur. 411
visitat Virgo Maria suos deuotos corporaliter, et de moniali in Saxonia refertur, quę omni die tot Aue Maria dicebat, quot sunt psalmi in psalterio. 759
vita præsens nō gaudij sed mœroris est. 641
vita, & scientia proprie dicūtur de Deo. 25
vita quorundam in Christi genealogia positorū à Matthęo & Luca nō habetur. 79
vita contemplatiua potior & melior actiua, & ipsius qualitates & commoda vide. 269
vitæ series, & operarum partitio virginis Mariæ videtur. 182. in fine
vitā nostram reddunt hæc duo laudabilē & Deo acceptam carnis maceratio & oratio, vt angelus ostendit Thobię. 503
vitaliter omnia sunt in Deo ex hoc quod dicit Euangelista Ioann. Quod factum est in ipso vita erat. 41
vnio creaturę rationalis ad Deum est finis gratiæ. 536
vnio creaturę rationalis ad Deū nō potuit esse nec intelligi maior quam quæ est in persona. 536
vnio humanitatis Christi hypostatica ad verbum, nobilior est quam sit beatifica ad obiectum beatificum præcipuè sumptum. 230
vnctio Iudæorum, tam sacerdotalis, quam regalis, teste Daniele, in aduentu veri regis & pōtificis Iesu Christi cessare debebat. 279
vocatio diuæ virginis ad gratiam & gloriā & ad specialem prærogatiuam, vt Dei mater esset, fuit internalis, &c. 20
voluntas, virtus, & potestas idem sunt in Deo. 2
voluntas Dei causa prima est sanitatis, ęgritudinis, pręmiorum atque pœnarū, gratiarum atq; retributionum. p. eadē & 4
voluntas duos actus præsupponit, seu in voluntate duplex est actus ponēdus & quisnam ille. 410
voluntas creata est potētia finita, & limitata, & Deus obiectum est infinitum. 412
volūtas est libera libertate cōtradictionis, & libertas est sibi intrinseca. 413
voluntas per nullam causam secundā, vel per quemcunq; habitum potest necessitari, & reddi impeccabilis. 414
voluntas in nullo statu potest nō esse volūtas, & libertas est sibi intrinseca. 414
volūtate Deo obedimus, & ideo in ea tanquam in subiecto iustitia originalis venit collocanda ex Landulpho, quamuis Petrus Aureolus & male illam in sensuitate collocauit. 102
velle & nolle est in potestate volūtatis. 410
velle & nolle habent actum medium per abnegationem vtriusque. 411
vouentib. virginitatem nō solum nubere, sed etiā velle nubere, damnabile est ex Hieron. & ibi vide qūo excusetur Virgo Maria in matrimoniū consentiens post votum virginitatis emissum. 195. & 196
vox salutationis Mariæ potentissima infantem fecit in vtero matris Elisabeth exultare. 317
vxor Loth passa est transubstantiationē & ipsius transubstantiationis plura vide exempla ibid. idque ex veteri testō. 614

Zacharias memorans dominū vel auxilium domini interpretatur. 312
Zacharias, & Elisabeth ambo merito Ioannis prophetant abdita pandentes. 285
Zacharię pontificis laudes, & præconia vide. 310
Zachariæ domus fœlicitas, & benedictio ex aduentu virginis deiparæ vtero sanctissimo ferēs incarnatum verbum cau sata. 301
Zachæus recepto Christo intra domum salutem obtinuit, & Dei amore inebriatus dimidium bonorum dat pauperibus. 244
Zorobabel primus fuit post Reges Dux in Israel. 76

FINIS.

DE VITA B. MARIAE VIRGINIS DEIPARÆ Liber Primus.

IN QVO BEATAM MARIAM IVXTA EIVS primam nominis interpretationem fuisse verè illuminatam, ostenditur.

FRVCTVS QVI CONTINENTVR IN hoc primo Libro hi sunt;

Maria Deo cognita.
Maria figuratur.
Maria verbis prædita.
Maria adornatur.
Maria Dauid genita.
Maria nunciatur.
Maria vt lux edita.
Maria nominatur.
Maria mundo oritur.
Maria plebs lætatur.

Summa primi Fructus huius primi Libri.

ISTE primus liber declarat suis Fructibus, quod Virgo benedicta iuxta sui nominis interpretationem verè fuit illuminata: & hoc agit à primo Fructu vsque ad decimum inclusiuè, vbi ostenditur iuxta varium modum accipiendi. Illuminata, quod veraciter hæc prima interpretatio nominis Beatæ competit Mariæ, hoc inquam claret si attendatur primo eius prædestinatio & præuisio, de quibus loquitur primus Fructus, scilicet, Maria Deo cognita, ipsa enim fuit ante alios, & præ alys à Deo cognita & electa, ac gratificata, quare perfectissimè in mente diuina ipsa est tot muneribus gratiarum illuminata.

FRVCTVS PRIMVS.

Maria Deo cognita.

EXPOSITIO BREVIS.

FIDELIVM omnium Sancta mater Ecclesia Catholica, Magistra, Directrix & Mater Domini, Maria, Verbi sui matrem ab æterno præordinasse declamat, sicq; in conceptu illo intellecta diuino, ante omnem puram creaturam dignitate perfectionis & gratiæ, gradum præ destinationis quoad primitatem, præ omnibus obtinet potiorem.

EXPOSITIO MAIOR.

VOLVNTAS Diuina in esse immensa, in virtute efficacissima, quæ teste Doctorum egregio B. Augustino 3. de Trinitate, cap. 4. vt recitat Magister in 1. dist. 45. prima & summa causa est omnium specierum atque motionum: nihil enim fit quod non de intimiore, atque intelligibili aula summi Imperatoris egrediatur fm ineffabilem iustitiam. Vbi enim non operatur quod vult Dei omnipotentis Sapientia, quæ prætendit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, & concludit Magister in fine cap. Itaque non nisi Dei voluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorum, atque pœnarum, gratiarum & retributionum. Hæc igitur sola est vnde ortum est quicquid est, & ipsa non est orta, sed æterna. Hæc Augustinus, & Magister. Sicut ergo hæc voluntas in posse est omnipotentissima, cum idem sit in Deo voluntas, virtus, & potestas: sic etiam in omnibus est iustissima & rectissima, vt prima norma, rectitudo, & regula veraciter censeatur. Siquidem Dei voluntas sic orbem, & mundana in initio condidit, vt ab æterno totali tempore, seu temporis principio ea fieri voluerit, sic ad esse produxit, vt ea decreuerat producenda, sic distincta natura & perfectionum gradibus effecit, vt ipsius laudaretur dispositio summæ artis, sic disposuit, vt diuersos status, situs, fines, & terminos haberent pro præsenti, & futuro, omnia suæ virtutis nexu firmans stabiliter, & debito ordine disponens suauiter. Extra se cuncta sic peregit, quod tamen libere. Sic sua dona dat & distribuit, vt gratuitè, & præsertim prima. Sic deputat, & ordinat quod decentissimè, sapientissimè, & æquissimè. Sic esse producit, & finem præordinat, vt ab æterno sic destinasse probetur: tamen nihil extrinsecum eius possit esse causa, cum ipsa sit prima, & ab æterno omnia vult & intelligit, & si non pro æterno quæ fecit

& per-

agenda decreuit. Deniq; hæc voluntas etsi Angelos & primos parentes bonitate naturalium ac donorum quorundam gratiæ gratis datæ insigniter decoratos creauerit, prout Magister docet in 2. Sentent. & multos Angelorum & hominum liberè & rectissimè præordinauit ad gloriam, nullis meritis præuiis, aut futuris ad sic disponendum ipsam impellentibus, vt Magister ostendit dist. 41. cap. 1. Alios verò iustissimè & equissimè vt patet per Magistrum loco iam dicto, & distinctione 40. cap. vlt. ad pœnam deputauit æternam. Etsi hæc veritas pro secunda parte pateat in damnatis, & pro prima in saluatis verificetur, præcipuè tamen hæc apparent in gloriosa Dei Genitrice Maria, quæ non solum ad gloriam & gloriæ gradum quem obtinet, fuit prædestinata, vt docet Beatus Hyeronim. in sermone Assumptionis, qui incipit Hodie. Sed ad hanc specialem gratiam vt Dei esset Mater dignissima. Insuper Sancta attestante Ecclesia, vt patet in Vigiliæ Assumptionis Epistola, & in Epistola Natiuitatis Virginis, Beatam Mariam est tenendum, ante omnem puram creaturam a Deo prædestinatam fuisse. Pro huius materiæ difficillimę veritate cernenda, prout iste primus Fructus declarare conatur, aliqua erũt succinctè videnda. Primũ, an Virgo fuerit prædestinata, & an ex aliquo a Deo extrinseco diuinam voluntatem antecedenter promouente velut ex causa. Secundum, an respectu huius quod est esse Mater Dei, in Beata Virg. Maria prædestinatio est ponenda. Tertium, an admittendum sit, quod virgo ante omnem puram creaturam sit prædestinata. Quartum, quid ex hoc honoris & excellentię proueniat Virgini glorioſę. Quintum, aliqua contradicẽtia faciẽtia difficultatem erunt remouenda. Pro primi euidentia sunt aliqua præmittenda: primũ, quod prædestinatio sanctorũ est ponenda iuxta sacræ scripturæ assertionem; patet hoc ex veteri testamento. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti. *Exo. 32.* Et Psal. 68. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Psalmo 138. In libro tuo omnes scribentur. & Isaias sanctus: Vocabitur omnis qui scriptus fuerit in libro. Hoc idem etiam habetur ex noui Testamẽti scriptura. Vnde apud Matth. Sedere ad dexteram & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. *Matth.* Et cap. 25. Venite, possidete regnum vobis paratum ab origine Mundi. Et, Quos præscisiuit, hos & prædestinauit. Et alibi, quos prædestinauit cõformes fieri imagini filij eius. *Roma. 8. & 8.* Et, Elegit nos ante mundi constitutionẽ, & sequitur, prædestinauit nos in adoptionem filiorum. *Eph. 1.* Et Actuum 10. De testibus præordinatis a Deo. Et cap. 13. Crediderunt quod præordinati erant ad vitam æternam. Hoc idem apparet per Augustinũ in libro de prædestinatione sanctorum. Et per Magistrum in 1. dist. 35. cap. 1. & dist. 40. capite vltimo, & 41.

capite 1. quare apparet, quod Deus nos elegit ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate, & per consequens, quod Sanctorum prædestinatio sit ponenda. Secundum præmittendum est, ne in æquiuoco procedatur, quid est prædestinatio: & dicitur, quod prędestinatio accipiendo propriè, est æterna præparatio à voluntate diuina creaturæ rationali, siue intellectuali gratię finalis in presenti, & glorię in futuro. Ista descriptio claret quo ad primam partem, scilicet, quod ipsa sit ęterna præparatio ex authoritate allegata Apostoli ad Ephesios, & per Magistrum, vt supra, ponentem prędestinationem, nō temporalem esse, sed ab ęterno, dicentem. Prędestinauit enim Deus ab ęterno homines ad bona eligēdo, & prædestinauit eis bona præparando: patet etiam hoc, quia electio Dei, actiua non est temporalis, sed æterna, ex distinct. 32. libri 3. Aduertēdum tamen, quod prædestinatio est duplex, scilicet actiua, & passiua, similiter nomen prædestinationis accipitur aliquando, vt docet Magist. in 1. dist. 41. cap. 1. prò effectu qui est erga apposita. Gratiæ enim quæ apponitur, effectus est prædestinationis, nā prædestinatio actiua, non ad tēporalia, sed ad æterna: passiua non ad æterna, sed ad tēporalia refertur, vt dicit Magist. in 1. dist. 35. c. 3. in fi. & de temporalibus tantum sunt. Ex ista prima particula sequitur Deum ab æterno aliquos prædestinasse, quod vtiq; est pro primo præmisso. Illud sequit ex dictis, necnō sequitur nullū esse prædestinatum temporaliter, sed ab æterno accipiendo proprie prædestinationē, hæc dico, quia aliqui secundum Doctores sunt prædestinati secundum præsentē iustitiam, & nō secundum æternā. Secunda pars dictæ descriptionis patet, quod sit a voluntate Diuina per Magistrum supra allegatum, adducendo authoritatem Augustini de Trinitate. Itaq; non nisi voluntas Dei causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorū, atq; pœnarum. Ex qua parti cula sequitur, quod si volūtas Dei sit causa prędestinationis ad extra, videlicet in conferendo gratiam & gloriam, tamen ad intra, respectu prædestinationis diuinæ, nulla propriè sibi correspondet causalitas. Ratio: quia voluntas diuina est idem prædestinationi diuinæ, & nihil efficit se proprie in esse. Quare voluntas diuina non est causa talis prędestinationis. Volūtas igitur diuina respectu prædestinationis diuinæ ad extra, quomodo debet dici causa? respondetur, quod cū volūtas Dei sit respectu Prędestinationis, talis aliquo modo prior, ex natura rei videtur quasi ratione talis prioritatis respectu eius causalitatē habere: similiter etiā, quia prædestinatio præexigit voluntatem Diuinam, isto modo potest dici quasi causalis respectu eius, non tamen propriè, vt per ipsam suū capiat esse, quia sic causa accipitur in præsenti. Tertia pars quod sit creatura rationalis seu intellectualis, patet, quia nulla

alia

alia creatura propriè est susceptibilis gratiæ & gloriæ, & ideo prædestinatio propriè vt hic accipitur, nõ se ad alias extendit creaturas. Impropriè autem accipiendo prædestinationem pro præordinatione, & destinatione alicuius ad aliquem finem, possunt dici omnia prædestinata, sed impropria est acceptio. Quarta pars, quod sit gratiæ præparatio, manifestat Augustinus, de Prædestinatione sanctorum ca. 12. & recitat Magister, in 1. dist. 39. c. 5. dicens: Prædestinatio est gratiæ præparatio. Quod verò sit gratiæ finalis, patet, quia nisi adsit gratia finaliter, quis non saluatur; & ideo Magister in 1. dist. 41. ca. 3. dicit: quod prædestinationis effectus illa gratia est qua in præsenti iustificamur, atque ad rectè viuendum, & in bono perseuerandũ, adiuuamur, & illa qua in futuro beatificabimur. Quod verò sit gloriæ & beatitudinis in futuro, apertè manifestatur per illud. Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Idem ponit Magister dist. 35. ca. 1. Ex harum prima particula, scilicet gratia, vr̃ sequi, quod prædestinationis nullum potest esse meritum, nec causa, ex parte creaturæ rationalis. Istud ostendit Magist. dist. 41. c. 1. vbi sic inquit. Misericordiæ meritum non inuenimus, quia nullum misericordiæ meritum, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Miseretur ita que secundum gratiam quæ gratis datur, & subdit: Gratia enim quæ aliquando prædestinationis nomine accipitur, effectus est prædestinationis. Quum igitur gratiæ quæ apponitur homini ad iustificationẽ nulla sint merita, multo minus & ipsius prædestinationis, qua ab æterno elegit Deus quos voluit, aliqua possunt existere merita. Hæc Magister. Patet etiam, quia nullum extrinsecum potest esse propriè causa prædestinationis diuinæ. Ratio: quia independenter se habet Deus ad quodlibet extra se, cuius oppositum sequeretur ponendo aliquid aliud a Deo esse causam. Quod sequitur, quod Deum prædestinare quẽcunque, non est in potestate alicuius extrinseci, ab ipso Deo, patet, quia prædestinare est intrinsecum Deo: sequitur etiam quod æquè cõtradictio est, Deum prædestinare esse in potestate creaturæ, sicut Deũ esse vitam, & huiusmodi. Præfatis obuiare videtur verbum Gregorij, primo Dialogorum, cap. 23. & allegatur 23 quæst. 4. Obtineri, vbi dicit, obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non sunt, sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus eorum obtineantur: Nam ipsa quoque cælestis Regni prædestinatio, ita est ab omnipotente Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotẽs Deus ante secula disposuit dare. Qua auctoritate innui videtur, quod precibus sanctorũ obtineantur quæ prædestinata sunt, & cũ gratia, & gloria, sint talia, videtur, quod sancti dicta suis precibus valeant impetrare. Dicitur insuper, quod sancti ex labore ad id perueniunt, qd Act. 13

ante sæcula Deus disposuit eis dare quib. innuitur, aliquã esse causam prędestationis diuinæ. Respondetur, & dicitur, sm Bonauenturam & Guglielmum de Marra, in 1. dist. 41. q. 1. quod prędestinatio tria dicit. Primum est, propositũ diuinę voluntatis de glorificatione hominis. Secundũ est, temporalis gratificatio. Tertium est, ęterna glorificatio. Prędestinatio ergo quantum ad primũ, primo modo vt dictũ est cadere non potest sub merito, quia nec vt præuiso, nec vt exhibito, quia tẽporale nõ põt esse causa æterni. Quo ad secũdũ patuit ex dictis, quod ex parte prædestinati meritũ ipsius nullo modo potuit esse causa collationis gratię ex digno, vel condigno, licèt aliqui dicant ex cõgruo: tñ licet meritũ ipsius prædestinati non possit esse causa suæ graficationis, põt tñ aliàs esse sicut sancti, qui impetrant nobis primam gratiã merito digni, licèt non condigni, vt dicit Bonauent. Hoc habemus tenere de Christo, qui meruit nobis gratiã & gloriã, tã per pręuisũ suũ meritum, quã per exhibitum, vt dicit Magist. 3. Sent. dist. 18. accipiendo præuisum meritum, non pro merito quod Deus scit esse futurũ in creatura, sed pro illo quod est æternè meritũ, æternè ualet gratificatũ à Deo, sm incõmutabilem Dei legem. Istud enim intelligo ęternum meritum pręuisum, quia à Deo æternaliter acceptatum, & istud est
Apoc. 5. meritum Christi de quo dr. Dignus est Agnus qui occisus est ab origine mundi. Quo ad tertium, quod dicit prædestinatio, s. quod est gloriæ collatio, est concedendũ quod hẽt causam, vt dicit Greg. suprà allegatus, videlicet passionẽ Christi, & merita propria licet differenter, quia passio Christi est causa meritoria ex cõdigno, sed nostra merita solũ ex congruo, simpliciter loquendo. Quib. apparet qũo prędestinatio est à Deo, & qũo quo ad effectus est ab ipso, & ab alijs. Ex isto secũdo præmisso, sequitur tertiũ, quod accipiendo prædestinationẽ nõ pro effectu, sed pro causa, talis potius est æternalis, & ab æterno, q̃ tẽporalis, vt ex dictis in præcedenti, in prima particula descriptionis prędestinationis apparet. Quo sequitur, quod nullum temporaliter accipiẽdo propriè prędestinationẽ Deus p̃destinat. Quartũ quod erat premittẽdũ est, nihil tẽporale & creatũ futurũ quod in creatura intellectuali inesse deberet, põt causaliter se habere respectu voluntatis diuinæ ipsã prędestinãtis, Ratio: quia posterius nõ est causa prioris. Insuper talis p̃destinatio nõ esset ex gratia, cõtra Apostolũ & Magistrũ. Ex quo sequitur, quod fides, vsus liberi arbitrij bonus, & sic de consimilib. cã prędestinationis propriè acceptæ, nõ posũt esse: quia omnia talia sũt tẽporalia quæ æterni causa esse non possunt. His præmissis, sequitur respõsio ad quæsitũ, quòd inconcusse tenendũ est, Gloriosam Dei Genitricem Mariã, ab æterno fuisse prædestinatã, vt ex secũdo pręmisso quo ad primã partem, & quo ad secundã partẽ, ex primo colligi põt. Sequitur etiam quod facta est gratuitè & liberrimè prout ostendit

secunda

secunda particula secundi præmissi cum quarto. Nunc uidendum est de secundo, an respectu huius quod est esse Mater Dei, sit B. Maria & fuerit prædestinata. Vbi est aduertẽdum primò, quod præcipuũ inter dona gratuita homini concessum est humanæ naturę, à Dei verbo assumptio. Ista est B. Augustini, 13. de Trinit. c. 19. dicentis: In reb. per tps ortis, illa summa est gratia, quod homo in vnitatẽ psonæ coniunctus est Deo. Hoc patet: quia anima Christi omni gratia plena fuit, & statim glorificata & beatificata. Sedò cõcedendum est quod Christus vt homo fuit p̃destinatus vt esset Filius Dei: ista est Apostoli Rom. 1. & Magist. 3. Sent. dist. 10. ca. vlt. vbi dicit. Sanè potest dici, & personã filij quę semper fuit, esse prædestinatam fm hominem assumptum, vt ipsa scilicet ens esset Dei Filius, & naturam humanã vt verbo patris personaliter vniretur. Quo dicto, sequitur tertio, cũ esse Mater Dei sit gratia maxima puræ creaturæ conferibilis, Beata Maria non solũ est prædestinata ad gloriam, & gratiã, sed ad hanc specialiter gratiam, vt esset Mater Dei. Istud potest haberi ex verbo Ecclesiast. q̃ dicit de Virgine Beata. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo. Sed q̃n fuerit *Sap. 24.* creata, subditur ibidẽ: Ab initio, & ante sęcula creata sum. Istud ẽt habetur ex epistola Natiuitatis Virginis. Dñs possedit me, & sequitur, ab eterno ordinata sum. Hoc ẽt patet ratione: quia dicit Greg. suprà allegatus, quod obtineri non potest quod prædestinatũ non est: sed ad istã gratiam Virgo peruenit vt Lucę 1. videre est. Fuit ergò ad hoc electa, & à Deo cognita, & prædestinata. Quo verò ad tertiũ, videndum est, an debeat concedi, quod virgo Maria ante omnẽ purã creaturã sit à Deo præuisa, & prædestinata. Pro cuius euidentia sunt aliqua notãda, & primũ, cũ dictũ sit æternitate prædestinationẽ mensurari, ac cõsequenter sit tenendũ quod quilibet prædestinatus, ab æterno sit prędestinatus, tenẽdũ est tñ, quod in ipsa æternitate omnis tẽporis diuersitas & quo ad præteritum, & quoad futurum ac prẽsens continetur. Hoc patet ex tribus. Primũ est, quod æternitas est cuiuslibet alterius mensura originalis, causa & origo principiatiua, vt per Dionys. 5. ca. de diuinis nominibus habetur, qui vocat æternitatem diuinã sęculũ, tẽpus, & mensurã sæculorum: qm̃ ipsa causaliter deuiat omne tẽpus. Ad istũ intellectum exponit Linconiẽsis. Deus est inquit, sęculũ sæculorum, id est æternitas ex qua sunt sęcula. Hoc idẽ ostendit Anselmus Prosolodion c. 20 dicens, ipsam esse sæculum sęculorũ, sęculũ inquã, propter indiuisibilẽ vnitatẽ, sæcula verò, propter interminabilem imm̃ensitatẽ. Et ponit ibidẽ, q̃ est causaliter omnia sęcula, & ideò est ante & vltra oĩa sæcula. Idẽ dicit Hermes, de Verbo æterno. c. 24. qđ solus Deus est immobilis, & immobilis æternitas in qua omniũ tẽporũ agitatio sumit exordiũ, & oĩa in ipsa agitãtur. Et libro de cœlo & mũdo idẽ dicit cap. 1. quod ex æternitate tẽpus nascitur, & in eã resoluit.

patet ét hoc, quia Deus est oīum originalis causa & principiū, quare & æternitas cuiuslibet mēsuræ cū idē sit identitate cū Deo, ex 1. Sent. dist. 8. secūdū q̄ æternitas cuilibet instāti tēporis, & cuiuslibet tēporis partibus simul p̄sentialiter coexistit, vt Greg. 16. Moral. c. 16. super illud. Qui autē nouerunt eū, ignorāt dies eius: Vbi inquit: Nos itaq; inter tēpora voluimur per hoc q̄ creatura sumus. Deus autē qui creator est omniū, æternitate sua tēpora cōprehēdit. Et 19. Moral c. 26. super illud Iob 10. Nunquid sicut dies hominis dicit. eiq; nec trāsancta pereunt, nec adhuc vētura quasi quæ nō appareant desunt, quia qui semper esse habet, cūcta sibi præsentia aspicit. Anselm. pariter lib. Cōcordiæ p̄destinationis & liberi arbitrij, c. 3. loquens de æternitate, inquit: Nihil est tibi nisi p̄sens, nō est tñ ibi pręsens tēporale, sicut nostrū, sed æternū in quo tēpora cuncta continētur, & subdit, qđ æterno præsenti simul clauditur omne tēpus, & quæ sunt in quolibet tēpore: & subdit. Habet æternitas suū simul, in quo sunt oīa quę simul sunt loco, & tēpore, & ét simul sunt in locis diuersis, vel tēporibus. Tertiū q̄ in ipsa ęternitate solū vnicū & simplex instās est ponēdū: qa quidquid ibi est, semper est instans impartibiliter, insuccessibiliter, & immutabiliter. Quod solū Vnicū instans & non plura sint, patet: quia in Deo nulla est vicissitudo mutabilitatis, & successio. Quare ibi instantiū pluralitas & multiplicitas nō potest poni. Ex his tribus colligitur, qđ omne tp̄s in æternitate cōtinetur. Ex quib⁹ sequitur primò, q̄ tota æternitas nō est maior nec multiplicabilior suo instāti, ex quo ibi est tm̄ vnicū instans: Secundò sequitur, q̄ instans æternitatis in ipsa æternitate simplicius est, quia idē est cū æternitate. Tertiò sequitur, qđ idē est instans ęternitatis & sua æternitas, & è cōuerso. Si enim nō essent idē inspectu, oporteret qđ æternitas esset maior & multiplicabilior suo instanti, vel è cōuerso. Quartò sequitur, q̄ nequaquā ijs obstantibus, æternitas dr̄ longa, magna, & infinita, nō denominatione intrinseca, sed extrinseca: quia tota simul ex dictis coexistit tēpori magno & infinito si poneretur, quare ex tali coassistentia, tales transumptiuas recipit denominationes. Quinto sequitur, q̄ ipsa dr̄ fuisse & esse similiter prius & posterius fore, quibus dictis, patet, qūo intelligatur illud Iob. Nunqđ sicut dies hominis dies tui. Et Psalmista: Melior est dies vna ī atrijs tuis. Et Iob 36. Numerus annorū eius inęstimabilis. Et Psalmista: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos. Et alibi: Tu autē idē ipse es, & anni tui nō deficiēt. Quia enim æternitas coexistit tēpori, & tēporibus, potest dici singulariter & pluraliter, omne tēpus, omnis dies, & oīs annus. Secundū, notandū, qđ de actibus Dei intrinsecis & si nō propriè Fuit Est, & Erit, dr̄ s̄m scripturā & sanctorū attestationes. Prima pars qđ impropriè patet: quia oīa talia mensurantur per pręteritū scilicet, & futurū, & talia, nō sunt talia, ergo de Deo propriè nō dicuntur, sed

Iob 24.

Iob 10.

transum-

transumptiuè. Huius aũt transumptionis causa est: quia non habemus verbũ propriè significans æternitatis stabilẽ mãsionẽ; quare necessariò cogimur transferre fm similitudinẽ qualẽcunq;, verba nostra tẽporalia fm differentias quaslibet tẽporales, ad æternitatẽ & Deum æternũ, actusq; suos intrinsecos coæternos: qa omni tẽpori coexistunt, & nulli tẽpori defuerunt, aut desunt, aut deerunt in futuro. Secunda pars patet de generatione filij. Dñs dixit ad me, Filius meꝰ es tu, ego hodie genui te. De filio ẽt apud Ioannẽ. Exiui a patre. De Spiritu sancto quoq; idem: Quęcũq; audiet loquetur. Et sic de similib. Apostolus ẽt Rom. 8. dicit. Quos pscivit hos & pdestinauit, vocauit, iustificauit, & magnificauit. Et sic talia multa sunt in scriptura. Sed quomodo dicantur, & dici possint de Deo, Anselm. narrat, vt dictũ est suprà exponẽdo ẽt authoritatẽ Pauli dicẽtẽ. Propositũ fm quod vocati sunt sancti in æternitate est, in qua nõ est præteritũ, vel futurũ, sed tm̃ præsens immutabile est. In æternitate. n. non fuit aliquid, aut erit aliquid, sed tm̃ est. Quãuis aũt ibi nihil sit nisi præsens, non est tm̃ illud præsens tẽporale, sicut nostrũ, sed æternũ, in quo tẽpora cuncta continentur. Equidẽ quẽadmodũ pręsens tẽpus cõtinet oẽm locum, & quæ in quolibet loco sunt, ita æterno prę sẽti simul claditur omne tẽpus, & quæ sunt in quolibet tẽpore. Cũ ergo ait Apostolus quod Deus sanctos suos præscivit, prædestinauit, iustificauit, magnificauit, nihil horũ prius aut posterius apud Deum est, sed oĩa simul æterno præsenti sunt intelligẽda. Hẽt. n. æternitas suũ simul, in quo sunt oĩa quæ simul sunt loco, & tẽpore, & q̃ sunt in locis diuersis, vel tẽporib. Vt aũt ostenderet idẽ Apostolus, non illa verba pro temporali significatione posuisse, illa ẽt quæ futura sunt, ꝑteriti verbo temporis pronunciauit: nondũ. n. quos præscivit nascituros adhuc sic iã tẽporaliter vocauit, iustificauit, & magnificauit. Vnde cognosci põt, eũ pp indigentiã verbi significãtis æternã præsentiã, vsum esse verbis præteritæ significationis: qm̃ quæ tẽpore præterita sunt, ad similitudinem æterni pśentis omnino immutabilia sunt. Hoc idẽ asserit Augustinus exponens illud Ioannis c. 16. Quæcunq; audiet loquetur. De spiritu sancto sic inquit. Nec manifestat quod verbũ futuri tẽporis positũ est, non. n. est dictũ, quæcunq; audiuit, sed quæcunq; audiet loquetur. Illa quippe audientia sempiterna est quia sempiterna scientia. In eo aũt quod sempiternũ est sine initio, & sine fine, cuiuslibet tẽporis si verbũ ponatur, siue pśentis, futuri, vel præteriti, nõ mendaciter ponitur: Quãuis. n. natura illa immutabilis & ineffabilis nõ recipiat Fuit, & Erit, sed tm̃ Est, ipsa. n. veraciter est, quia mutari non põt: & ideò illi, tm̃ conuenit dicere. Ego sum qui sum, & dices Filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Tm̃ pp mutabilitatẽ tẽporum, in quib. versatur nostra mortalitas, & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus, Fuit, & Est, & Erit. Fuit, in ꝑteritis sæculis, Est, in pręsentib. Erit, in futuris, Fuit, quia nunq̃ defuit, Erit,

Psal. 2.

Rom. 8.

Io. 16.

quia

quia nunq; deerit, Et Est, quia semper est. Neq; erit veluti quia non sit cum præteritis occidit, aut cũ præsentib. velut qui nõ maneat labitur, aut cũ futuris velut qui non fuerat orietur. Proinde cũ fm volubilitatẽ tẽporum, loquutio humana varietur, qui per nulla deesse potuit, aut põt, aut poterit tẽpora, vera de illo dñr cuiuslibet tẽporis verba: Sẽper audit vtiq; Spiritus sanctus quia semper scit: Igitur sciuit, scit, & sciet, ac per hoc, & audiuit, & audit, & audiet. Cui concordat Gregorius 23. cap. Moralium, exponens illud Iob 36. Semel loquetur Deus. Sic dicit. Quod autem non ait, loquutus est, sed loquetur, non valet tempus præteritum, sed futurum ponens. Liquet omnibus quia Deo nec præsens, nec præteritum tempus congruit, nec futurum. Tãto ergo in eo quodlibet tempus ponetur liberè, quanto nullum verè. Neque enim quodliberè dici poterit, si saltem vnum propriè diceretur. Inde itaque dici, inde eo tempus quodlibet audacter licet, vnde in eo dici propriè nullum licet. His igitur patet, hoc secundum notandum quibus euidenter concluditur, quod etsi impropriè, non tamen mendaciter potest dici & concedi, Deum prius intelligere istum, & velle, & prædestinare, & sic de consimilibus, quam alium. Et ex his sequitur responsum ad tertium quod hic quærebatur, s. quod Virgo Maria potest dici tali modo transumptiuo, ante omnem puram creaturam à Deo cognitam & prædestinatã, iuxta quod de ea dr. Quod sit primogenita ante omnem puram creaturam. Vbi sciendum, quodi si ly (Ante) referatur ad Dei cognitionẽ in se, est similiter negandum, quia in Dei cognitione non est priori tas, aut posterioritas. Si verò referatur ad modum transumptiuum quo fm differentias temporis loquimur de Deo, & de æternitate põt hoc & de Virgine concedi. Et licèt ex dictis possit concedi: aliter tamen potest dici de præfatis insinuando scilicet quod cum fm Aristotelem 5. Metaphisices, capite, de Priori. Prius, dicitur multis modis: vno modo dicitur illud, quod est perfectius: sic dicimus quod forma est prius & prior materia, perfectione. Sed è contra natura, s. materia est prior forma. Si sic igitur prius accipitur in proposito, quod est perfectius, id est ad maiorem gratiam & eiusdem gradum, & maiorem gloriam prædestinatur. Sic potest concedi, quod vna creatura cognoscitur & prædestinatur a Deo ante aliam: hoc est, Deus præuidit illam, & prædestinauit ad maiorem gratiã in præsenti & gloriam in futuro conferendam quã alteri. Sic potest dici in proposito, de Virgine Maria, quod ipsam prædestinauit ad hanc gratiam præ cæteris, vt esset Mater Dei, & maiorem habitum gratiæ in præsenti, & gloriæ perciperet in futuro, præ cæteris puris creaturis: & sic hoc modo est cognita a Deo ab æterno ante omnem puram creaturam. Iste modus dicendi, etsi pateat ex dictis, potest tamen haberi per simile, per id quod Magister Sententiarum ponit in tertio distinct. trigesimasecunda vbi, etsi dicat, quod dilectio Dei

sit

sit immutabilis, & æterna, & non intēdatur vel remittatur, tamē cōcedit has propositiones. Primā: Quod Deus magis diligit vnū, quā alium, & minus. Quam propositionē probat authoritate Augustini, declarās ipsam, sic dicit. Quod verò rationales creaturas. i. homines vel Angelos alios magis, alios minus diligere dr̄, non mutabilitatē charitatis eius significat, sed q̄ alios ad maiora bona, alios ad minora bona dilexit, alios ad meliores vsus, alios ad minus bonos, oīa. n. bona nostra ex eius dilectione nobis proueniunt. Secunda propositio est: Quod etiā nunc magis diligit & ab æterno: vnum, q̄ aliū. Magister subdit: Electorū ergo alios magis, alios minus dilexit ab æterno & diligit etiā nunc, quia alijs maiora bona, aliisq; minora ex dilectione sua præparauit, aliisque maiora, aliisq; minora confert in tēpore: vnde magis vel minus dr̄, vel illos diligere. Et subdit pro declaratione prædictorum. Consideratur enim duobus modis dilectio Dei: fm essentiam, & fm efficientiam: nō recipit magis & minus fm essentiam, sed fm efficientiam tm̄, vt magis dilecti dicantur, quibus ex dilectione ab æterno maius bonum prę parauit, & in tempore tribuit, & minus dilecti, quibus non tantum. Tertia propositio, quam Magister concedit est, quod homo potest à Deo incipi diligi, & tamen dilectio Dei est æternaliter. Sed qualiter debeat intelligi, ostendit ibidem authoritate Augustini, cum inquit. Æternę dilectionis sortiuntur effectum, scilicet gratiam, vel gloriam, vel quādo conuertuntur & iustificātur, dicuntur tunc incipere diligi à Deo, & subdit Augustinus ibidem, quod id eo modo dicatur, quo potest humano affectu capi, quod dicitur. Quarta propositio, quam cōcedit ca. 4. eiusdem distinctionis est, quod aliquis magis diligitur à Deo vno tēpore quam alio, referendo hoc ad dilectionis effectum, nō ad dilectionis essentiā. Si ergo tali respectu dictæ cōcedūtur propositiones, q̄ Deus pōt incipere diligere, & q̄ magis vnū, & minus, quam alium, & vno tempore, quā alio, & tñ vt dicit Augustinus, omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit, sicut prædestinauit. Pōt igitur iuxta hæc & dicta modo trāsumptiuo, & effectuali, ante omnē purā creaturam, & cognouisse beatam, & prædestinasse Mariā. Nec apparet, cur non præsertim cum tā de ęternitate ante, & post, & prius, & posterius, possunt dici, & de actibus Deo intrinsecis dicantur, modo nostro, verba cuiuscunq; temporis, vt dictum est, & quod maius est incipere vt dicunt Augusti. & Magister, nunc allegati. Patet ergo ex his, qūo responsio ad istud tertiū est intelligenda, quod erat videndū, & quod tenendū de prædictis. Restat igitur nunc de quarto aliqua videre, scilicet, quid beata Maria ex hac sua prædestinatione habuerit, & prę cæteris plenius & excellentius, & sequendo Apostolum Romanorum 8. vbi ponit vnum præcedere prædestinationem, scilicet præscientiam, quia inquit: Quos præsciuit, prædestinauit, quatuor ponit concomitantia,

scilicet,

scilicet, Vocationē, Iustificationem, Magnificationē, & conformitatem imaginis filij Dei, & sic patet, qđ in quolibet nunc in patria existente, & sic consequenter in Virgine, sex concurrerunt, ſ. Præcognitio ſeius, Prædestinatio, Vocatio, Iuſtificatio, Magnificatio, & Conformatio. Sed vt dixi etſi iſta fuerint in quolibet nūc in patria exiſtēte, perfectius modo iam dicto, & excellentius in Beata Dei Genitrice Maria fuere. Proſequendo igitur prædicta more Apoſtoli, B. Maria habuit ſex ipſam excellentiſſimē dignificātia, quorū primum eſt: Refulgentia præuiſionis, fuit enim à Deo cognita vt aſſerit hic primus Fructus. Sed qūo? Dictū eſt quod ante oēm purā creaturā: Deus enim cum omnia cognoſcat, vt in ſolutione patebit, cū apud ipſum omniū rerum intelligibiliū ſtent cauſæ & Idee, vt dicit Aug. 1. Confeſſionum. Atq; Boetius 3. de Conſolatione. Et ſm Doctores & Philoſophos, cum ſcientia Dei reſpectu rerū ad extra ſit practica, hinc eſt, quod in ipſo vt in artificio vniuerſali ſunt omnia exemplaria, vt docet Cōmentator 12. Metaphiſicæ & Dionyſius in libro de diuinis nominibus, nō temporaliter, ſed eternaliter, vt docent Aug. 15. de Trinit. Boetius 5. de Conſolatione, & Magiſter Sent. in 1. diſt. 35. Et licet talia exemplaria ſiue Ideæ quæ ponuntur in Deo, ſint ipſa diuina eſſentia, cum quidquid ſit in Deo, ſit ipſe Deus, ex diſt. 8. primi, & duodecimo Metaphiſicæ, cōmento 39. & 51. tenendo tamen iuxta modum præmiſſum, quod vna creatura in Deo ſit prior, alia, quia perfectior. Beata Maria in Deo perfectius relucet & reluxit quam aliqua alia creatura, vt perfectius potius ad effectum referatur q̄ ad ipſam diuinam eſſentiam cauſaliter repræſentantem omnia, & immensè. Poteſt ét aliter dici, quod cum creaturarum perfectio tam intenſiuè, quam extenſiuè repreſentetur in Deo, prout ſuit in rerum natura, & non ſolum perfectio quidditatiua, ſed aliæ cōmunicabiles creaturæ, prout cōmunicare ſe cōpetit eis: Hinc eſt q; ſicut creaturæ varijs gradibus dicuntur intenſiuè & extenſiuè, ſic re vera extēſiuè repreſentantur ſm earum perfectionē, (ſi ſ. e cōpetat eas vocari a diuina eſſentia). Non enim Arbor producta cū perfectione hac, quod eſt ſentire, vel intelligere, vel velle, in diuina relucet eſſentia, & repræſentatur, aliter falsò repræſentaret. Quare cum Beata Maria præ cunctis creaturis extenſiuè, dona & munera gratiarū participauerit, ſequitur, quod ſpecialiſſimum eſſe habet, & habuit ipſa præ alijs in Dei cognitione. Quod ſequitur, quod ſi ad gloriam ſaltem accidentalem Beatorum cognitio eſt veſpertina, ſcilicet creaturarum in Verbo, quod ſanctis Angelis ipſam in ſpeculo diuino cernentibus futuram ad magnam gloriam fuit, & eſt nunc beatis: imo quod maius eſt, ipſimet beatæ Marię ad gaudium eſt, ſe in illa ineffabili arte, omnia cauſaliter & idealiter repræſentare videtur. Sic ergo Dei præſcientia excellentiam aſtruit Mariæ, quæ à Deo præſcita, id eſt ante cognita, vt dictum eſt

modo

modo prę omnibus singulari. Secundum est complacentia & vehementia dilectionis diuinæ, quia dicit Apostolus, Quos præsciuit, hos & prædestinauit. Bonitas enim diuina, etsi immęsa sit sui parte, varieq; ad extra creaturas se diffundat: illas dicimus creaturas eã participare plenius, iuxta dicta, ad quas maiori plenitudine intensiuè & extensiuè se diffundit, & cõsequenter tales proportionaliter a Deo diligi affirmamus. Prędestinatio ergo cum magnum sit Dei donum, utpote cum non fiat ex meritis, quia ab æterno, nec aliqua sit causa ex parte nostra assignanda, quia gratuita, sitque ordinatio ad obtinendam vitam æternam, quę prędentialiter Deus est, quo nihil melius, maius, & vtilius potest homini dari sui beneficatiuũ, & quietatiuum, ac gratia in præsenti, qua ad id perueniatur sit largitiua, merito à Deo prędestinari, ad gloriam, & laudem redundat Sanctorum. Quare Dei Genitricis Mariæ laus, & præconiũ ex hoc habetur, quia à Deo præuisa & prædestinata non tantum ad gloriam & gratiam fuit, sed insuper ad superexcessiuum statum in gloria, & præmium prę cunctis alijs. Mariæ ergo prædestinatio hoc modo Dei complacentiã circa ipsam arguit, & suæ vehementiam ostendit dilectionis, tam pro præsenti quam pro futuro. Tertium est excellẽtia vocationis, quia inquit Apostolus, quos præsciuit, hos & vocauit, scilicet ad statum gratiæ. Vbi aduertendum, quod etsi Deus plures ad statum gratiæ vocauerit in prę-senti, differenter tamen ad suam genitricem Mariam, quod patet: Primò, quia a statu culpæ saltem originalis omnes vocati sunt ad gratiæ bonum quod non extitit in Maria, quia etsi de iure culpam originalem contraxisset, de facto tamen ne contraheret per gratiam fuit præseruata, vt Fructus septimus declarat. Secũdò, quia ad maiorem plenitudinem gratiæ est vocata præ alijs, vt Fructus sextusdecimus, & vigesimusquartus ostendunt. Tertiò, quia nonnullis datur gratia creata solum, sed in Maria fuit gratia creata, & increata: quia Verbum Dei, & Spiritussanctus. Quartò, quia Maria per gratiam in statu fuit collocata totaliter virtuoso, saltem post Incarnationem Verbi, ut nullo modo posset peccare, vt dicit Alexander de Ales, prima parte tertij, quæstione octuagesimaoctaua. Quintò, diuersitatem vocationis Marię, & aliarum creaturarum purarum a Deo ostendunt, nominatio singularis Mariæ, sanctificatio, & sic de alijs, de quibus erit sermo in sequentibus. Sed vnum hic præcipuè arguit, videlicet ad Dei Maternitatem vocatio, quo nihil sublimius de ea dicitur, vt Fructus decimus octauus ostendit: Tunc enim ipse fons gratiarum & donorum fuit in Maria, & plenitudo, vt sacer ostẽdit Hieronymus, in Sermone Assumptionis, qui incipit, Hodie. Quibus excellẽtia vocationis Mariæ a Deo & aliorum declaratur. Quartum est eminentia præseruationis, quia

dicit

dicit Apostolus, quos vocauit, hos & iustificauit. Vbi aduertendum quod iustificatio in Virgine facta à peccato, quod infuerit in ea, intelligi non potest, cũ fuerit pſeruata, vt Fructus ſeptimus, nonus, & vigeſimus quartus oſtendunt. Quomodo ergo dicetur iuſtificata? Reſpondetur quod iuſtificari poteſt intelligi de non iuſto negatiuè facere iuſtum, & ſic competit cuilibet, qui prius homo non eſt, & poſtea eſt, vel de non iuſto priuatiuè, & ſic cõpetit cuilibet in peccato originali cõcepto, vel veniali ſeu actuali peccato infecto, & ſic qlibet talis poteſt dici iuſtificatus, quando per gratiam emendatur, & hic modus in Virgine poni non poteſt, quia ab omni peccato præſeruata. Aliter poteſt intelligi iuſtificari, ſcilicet de minus iuſto facere magis iuſtũ, vel de iuſto vno modo, facere iuſtum pluribus modis, & ſic debet intelligi de glorioſa Virgine Maria. Cum enim à labe omnis peccati fuerit preſeruata, reſtat vt prefatis vltimis modis iuſtificata dicatur. Vel poteſt dici iuſtificata à peccato, quod infuiſſet de iure, ſed non quod infuit de facto. Iſte modus dignificat Dei potentiam, quæ potior arguitur preſeruando à malo, quam à peccato liberando, & virginem commendat Mariam, quę prę cunctis hominibus creatis hoc gratię munus à Deo poſſedit, vt ab omni preſeruaretur peccato. Quare ſicut in præfatis ſic & in iſto eminentia ex præſeruatione declaratur Marię. Quintum eſt eminentia operationis, quia dicit, quos iuſtificauit, magnificauit. Quę enim creatura a Deo fuit, & eſt magnificata vt beata Maria. Ipſam enim fecit Deus màgnficam ante ortum, & poſt, figurando, vt dicit ſecundus Fructus, declarando, per prophetas, vt oſtẽdit tertius Fructus, nobilitando, vt dicit quartus & quintus Fructus, nunciari mandando, vt declarat ſextus Fructus, à macula originali preſeruando, vt docet ſeptimus Fructus, nominando, vt aſſerit Fructus octauus. Sic eam naſci faciendo, ad templum deducendo, fęcundando, & ſic de alijs à Deo in Maria geſtis: prout claret in Fructibus ſequentibus: ſed ſpecialiter Deus fecit eam magnificam. Primò, reſpectu hominum eam prędecẽtium, quia eam preſeruauit. Secundò, reſpectu mulierum, quia Virginem Deo filio fecundauit. Tertiò, reſpectu Angelorum, quos puritate, & reſidentia glorioſa ſuperat. Quartò, reſpectu dęmonum & infernorum, quos proſtrauit, caput conterẽdo poteſtate virtuoſa. Quintò, reſpectu actiuorum, quia in capite miſerorum Chriſto (teſte Hieronymo, & Anſelmo) miſericordię, & pietatis opera exercuit, ut patet Fructu 45. Sextò, reſpectu cõtemplatiuorũ, quia rapta fuit (vt piè creditur) ad Dei viſionẽ, vt Moyſes, & Paulus nõ ſemel ſed pluries, vt Fructus dicit decimusſeptimus. Septimò reſpectu beneficiorum humano generi collatorum, quę, & quanta, quot, & qualia ſint Fructu vigeſimoſexto declaratur. Octauo reſpectu infidelium, & Hęreticorum, quos vt cantat Eccleſia ſuo fructu, & fide extirpauit.

extirpauit. Nonò, respectu signorum & miraculorum, quibus replet mundum, & quoad status, & sexus, vt Fructus septuagesimus quintus demonstrat. Decimò, respectu miserorum quos iuuat & protegit, saluat ac defendit. Vndecimò, respectu omnium beatorum quos sua illustrat gloria, vt fructu sexagesimonono declaratur. Duodecimò, respectu diuinorum & volitorum, Deus enim eam exaudit in cunctis, & quæ vult agit, vt fructu septuagesimosexto claret. His igitur concluditur, quod Deus Beatam Mariam magnificat, & magnificauit. Quapropter ipsa veraciter decantauit Lucæ primo. Magnificat anima mea Dominum: & rationem assignat, quia exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo, & subdit: Fecit mihi magna qui potens est. Verè enim in ea peregit magna, vt fructu vigesimosecundo in expositione huius Cantici ab ea conditi referatur. Sextum est cohærentia similitudinis & imitationis, quia dicit Apostolus. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filii eius. Vbi sciendum, quod similitudo & conformitas potest intelligi quantum ad similitudinem impressam: & istam omnes homines habent, etsi dispariter quo ad gradum, quia dicitur: Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Ista similitudo in homine nunquam secundum Augustinum extinguitur, & deletur, peccato quamuis maculetur. Et quia istam conformitatem similitudinis & imaginis habent boni & mali. Paulus in verbo proposito de ista non loquitur, nec etiam loquitur de similitudine imaginis, & conformitatis expressè, quia hoc creaturæ non competit, sed solum Dei filio qui est imago Dei visibilis, vt dicit Apostolus & figura substantiæ eius, Hebræorum primo. Sed loquitur de conformitate imitatiua, virtuosa, & perfectiua, quæ quidem consistunt in conformitate vitæ & perfectionis. Secundum quod possibile est creaturam creatori conformari ad caput omnis perfectionis Iesu Christi, quem sic creatura rationalis imitando, tanto perfectior censetur, quanto eidem exterius & interius quoad animam, virtutes, dona, & gratias plenius conformatur. Nisi enim adesset hæc conformitas per gratiam in prædestinato, vel quantum ad habitum, quemadmodum est in pueris baptizatis, & postmodum mortuis, in quibus ratione gratiæ baptismalis virtutes quo ad habitum infunduntur, per Decretalem Domini Ioannis X X I I. & habetur in Clementinis, vel quantum ad actum in adulto, ad beatitudinis præmia non veniret. Prædestinauit ergo Deus tales conformes fieri. Per quem? certè per se, qui dat potestatem & gratiam filios Dei fieri? Sed cuius? certè imaginis non primi Adæ Prævaricatoris, sed filij eius, scilicet Domini nostri Iesu Christi omnium Redemptoris. Attende ergo, quod non dicit conformes fieri imagini

gini, sed imaginis: quia primum omnibus ineſt, ſecundum ſolum imitatoribus Chriſti ineſt : Hæc verò imago filij Dei poteſt intelligi conformitas quantum ad animam , ſicut & ſi in anima ſit imago Dei naturalis, ſit etiam & virtualis : ſed quomodo ? vt quemadmodum Deus eſt in ſui natura actualiſſimus , quia immortalis . Æternus , quia indefinibilis . Simpliciſſimus, quia incorruptibilis. Clariſſimus , quia inobfuſcabilis. Perfectiſſimus, quia immutabilis. Vigoroſiſſimus, quia inſuperabilis. Subtiliſsimus , quia impartibilis. Incircunſcriptus, quia indimenſionabilis. Virtuoſiſsimus, quia participabilis. Puriſsimus , quia incommixtibilis. Actiuiſsimus, quia infatigabilis. Capaciſsimus, quia immenſus, & non arctabilis. Sic anima ſit per gratiam immortalis , & actualiſsima peccatorum dimiſsione, vt ſicut eſt immortalis natura, ſic non mortalis peccato per gratiam. Æterna remotione affectus, & ſuæ dilectionis à mundanis, quæ caduca ſunt & non ſtabilia. Simplex intentione ſancta, recta, & ſincera: Clara omnis malitiæ abiectione. Firma animi tranquillitate. Fortis propoſiti conſtantia, ſubtilis mentis munditia, libera vt non teneatur inhæſione ad aliquid citra Deū. Bona communicando ſibi à Deo collata. Pura ex ratione prædominante. Sollicita in operando Dei voluntatem. Deinde ſit immenſa ex hoc vt in nullo alio à Deo complaceat, ac ſui pro fine velit habere. His denique modis fit conformitas gratiæ per imitationem ſactam animæ ad ipſam imaginem filij Dei, & poteſt dici hęc conformitas intrinſeca, quia animæ ad conditiones diuinas ſpiritualiter intellectas. Alia poteſt eſſe conformitas extrinſeca, quæ etſi ſit principaliter in anima, & ab anima, & ex gratia: eſt tamen à toto homine, & ideò poteſt cenſeri quodammodo extrinſeca, & hoc poteſt eſſe dupliciter, ſemper referendo conformitatem ad Dei filium. Vna vt referatur conformitas imaginis ad virtutes, & mores Ieſu Chriſti, vt ſicut ille humilis, obediens, pauper, patiens, benignus, manſuetus, & ſic de aliis, ſic & homo quem Deus prædeſtinauit vt conformis ſit imagini filii eius, vt quemadmodum ille ambulauit, ſic & ipſe à Deo virtuosè electus Dei gratia peragente efficiat. Alia vt referatur conformitas ad actus ſingulos vitæ Chriſti , ſic videlicet , vt ſicut Chriſtus fuit declaratus , prophetatus, figuratus, nunciatus, & ſic de cæteris actibus. Sic aliquis dicatur à Deo prędeſtinatus, hoc modo vt eſſet ſic conformis imaginis filii eius, ideſt actuum ſingulorum vitę Chriſti, & ſic intelligendo Beata Virgo Maria, de qua nunc eſt ſermo, ſicut in prędecentibus prę cęteris fuit prędeſtinata, ſic & in iſto vt eſſet conformis imaginis filij eius . Si enim hęc conformitas intelligatur quo ad animam iuxta prędata, ipſa Virgo fuit conformis imaginis

ginis increatæ ſpiritualiter intelligendo. Ipſa enim ab omni peccato fuit præſeruata ex fructu ſeptimo & nono, & ſic immortalis. Æterna, ex contemptu terrenorum. Sincera, intentione, ſecundum Ambroſium. Lucida, ex diuina irradiatione. Stabilis in propoſito, vt patet fructu duodecimo. Conſtantiſſima, in Dei opere, ex fructu decimotertio. Promptiſſima ad exequendum diuina, ex fructu decimonono. Nitida ex auerſione à terrenis ſuæ mentis, ex fructu decimoquarto. Expedita, ad contemplationem, ex fructu decimonono. Hominem diligens ſanguine redemptum filij. Mandata Dei proſequens, ex fructu quadrageſimoſeptimo, Deum finem omnium obtinens, & poſſidens, ex fructibus decimuſeptimus, & ſexageſimuſeptimus. Horum ratione primi, ipſa fuit actualiſſima, ratione ſecundi ſtabiliſſima, ratione tertij ſimpliciſſima, ratione quarti, lucidiſſima, ratione quinti, perfectiſſima, ratione ſexti, rigoroſiſſima, ratione ſeptimi, efficaciſſima, ratione octaui, actiuiſſima, ratione noni, puriſſima, ratione decimi, velociſſima, ratione vndecimi, virtuoſiſſima, ratione duodecimi, eſt tranquiliſſima. Quæ omnia oſtendunt quandam conformitatem ſpiritualem imitatiuè Virginis Beatæ ad ipſam incircumſcriptam Dei imaginem, & ſic ſua benedicta anima conformis fuit imaginis filij eius, hoc modo iam dicto. De ſecundo modo, conformitatis videlicet Beatæ Mariæ ad Ieſum Chriſtum ſuum & Dei Filium, quo ad virtutes & mores, de quo modo docet Apoſtolus, dicens. Nos ambulare debere ſicut & ille ambulauit: quia de hoc habetur plenè fructu quadrageſimoſeptimo. Sufficiant ad præſens aliqua ad hæc mouentia, & oſtendentia id quod dicitur. Primum eſt, Virgo Maria plena fuit plus gratia quacunque alia creatura, vt dicit Hieronymus in ſermone de Aſſumptione. Hodie, & gratia reddit proportionabiliter habentem magis conformem Deo. Quare propoſitum habetur. Secundum, Maria inſuper ſanctiſſima nuncupatur, & in hoc præcellit alios ſanctos: quare & perfectior, & ſic capiti perfectionis magis conformis. Tertium, Cæteris Maria intimius transformatur nunc in Deum, vt fructus ſexageſimuſeptimus oſtendit: quare & ſimilatur. Quartum, Virgo Dei præcepta impleuit, eiuſque conſilia, quare intentum habetur. Quintum, in gradu præmij præ aliis ipſa extollitur, quare & intimior filio, viciniorq; inuenitur. Quomodo eſſet in gloria vicinitas maior præ cunctis niſi in præſenti maior virtutum proportio, conuenientia, & ſimilitudo fuiſſet. Sancti Apoſtoli Petrus videlicet in perſona omnium dixit Chriſto. Quod ipſum fuerunt proſequuti. Ab iſta imitatione ſecluditur ne Virgo? non denique: quare beata Maria conformis hoc modo imaginis filij reperitur. Sed quia beata Maria etſi in iam dictis filio fuerit conformis multi alij ſancti ſimiliter fuerunt, licèt ipſa perfectius cunctis. In tertio etiam modo ipſa conformis repe-

ritur,& non solum conformis reperitur, sed etiã hoc tertio modo conformitas B. Maria dignificatur, hunc aũt conformitatis modũ aliqualiter & succinctè declarabo: & connectendo vitam Virginis simul & filij, simul sciendum, quod isto modo potest ostendi, videlicet ponendo vnum de Christo, & aliud de Virgine Maria sic dicendo summatim.

Iesus promissus patribus.	*Maria condonatur.*
Iesus expressus nutibus ideſt typis.	*Maria figuratur.*
Iesus verbis exponitur.	*Maria declaratur.*
Iesus altè progreditur.	*Maria decoratur.*
Iesus nasci depromitur.	*Maria nunciatur scilicet nascenda.*
Iesus sanctè concipitur.	*Maria præseruatur.*
Iesus natus mirificè.	*Maria Deo datur.*
Iesus ortus latificè.	*Maria plebs latatur.*
Iesu nomen imponitur.	*Maria nominatur.*
Iesus ad templum ducitur.	*Maria præsentatur.*
Iesus latè excipitur.	*Maria collocatur.*
Iesus à Regno pellitur.	*Maria profugatur.*
Iesus patri subijcitur.	*Maria ancillatur.*
Iesus verbo diffunditur.	*Maria imitatur.*
Iesus uita agnoscitur.	*Maria approbatur.*
Iesus cruci affigitur.	*Maria conclauatur.*
Iesus expirans moritur.	*Maria euocatur.*
Iesus terra reconditur.	*Maria tumulatur.*
Iesus surgens veridicè.	*Maria suscitatur.*
Iesus scandens magnificè.	*Maria subleuatur.*
Iesus gradu prouehitur.	*Maria abissatur.*
Iesus orbi præficitur.	*Maria sublimatur.*
Iesus fontalis radius.	*Maria gens lustratur.*
Iesus dator largifluus.	*Maria bona dantur.*
Iesus victor exercitus.	*Maria dominatur.*
Iesus rex mundi inclitus.	*Maria inquiratur.*

In his ergo viginti sex considerationibus de Christo, beata Maria sua pijssima mater ipso inuenitur conformis. Conformis reperitur Maria Christo: Primò, sicut Christus fuit Patribus promissus, Abrahę, Isaac, Iacob, Dauid & aliis. Sic Maria cum ipsa mediante Christus natus sit ex præfatis. Sed expressè promissa fuit per ipsum Deum alloquentem serpentem. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, & per Esaiã cap. 9. Egredietur Virga de radice Iesse, & alibi: Erit mõs Domini præparatus, & sic de aliis prophetijs quibus facta est patribus promissio de ipsa beata Maria. Secũdò, vt sicut Christus fuit expressus nutibus, scilicet figuris demonstratus, sic & beata Maria, vt fructu secundo patebit. Tertiò, vt Christus Iesus fuit verbis declaratus, & expositus, quo ad actus singulos suæ vitæ, sic & beata Maria, ut fructus 3. declarat. Quartò ad instar vt Iesus est altè progenitus, scilicet ex patribus, Patriarchis, iudicibus, Principibus, Regibus, Ducibus, Prophetis,

Gen. 21. Gen. 26. Gen. 28. Gen. 3.

Sapien-

Sapientibus, Doctoribus, Sacerdotibus, Rectoribus, & Sanctis hominibus. Sic & Beata Maria, vt Fructus 4. & 5. ostendunt. Quintò, vt Iesus ab Angelo nasci depromitur, sic Beata Maria nascenda ab Angelo parentibus nunciatur, vt Fructus 6. ostendit. Sextò, velut Christus Iesus carnem sumes, eam ab omni peccato immunem habuit, & animam, sic Anima Virginis in coniunctione ipsius ad carnem. s. corpus, non fuit aliquo peccato originali infecta, sed p gratiã preseruata. Quare sicut Christus sancte cõcipitur sic Maria preseruatur ex Fructu 7. Septimò, vt Iesus natus est mirificè, scilicet diuino miraculo, sic Maria diuino miraculo data est parentibus sterilibus, etsi in modo concipiendi & nascẽdi nulla sit conformitas, sed difformitas omnimoda, ut patet ex Fructu 6. Octauo, vt Iesus est ortus lætificè, quia iubilãtibus Angelis, sic in ortu B. Mariæ Angeli & alij magnum gaudiũ celebrarunt, vt Fructus 11. ostendit. Nono, vt Iesu diuinitus nomen imponitur, sic Mariæ, hoc enim nomen Maria a Deo Virgini est impositum, vt Fructus 8. declarat. Decimò, sicut Puer Iesus ab ipsa Dei genitrice Maria & parentibus ad templum ducitur, sic Maria parua a suis progenitorib. cõspectui præsentatur diuino, vt Fructus 11. demonstrat. Vndecimò, vt Iesus lætè a Simeone excipitur, & intra eiusdem vlnas locatur, sic B. Virgo Maria a summo sacerdote oblata, à parentibus susci pitur & in templo remanet, & locatur. Duodecimò. Vt Iesus à Regno pellitur persequutione Herodis iniqui, sic & B. Maria vnà cum ipso suo filio profugatur & emittitur, vt Fructus 37. ostendit. Tertiodecimò vt Iesus patri subijcitur, sua præcepta seruans, ad templum ætatis suæ anno 12. ascendendo, sic & B. Maria vt Ancilla humilis ascendit, & se cunctis diuinis mandatis subiecit, vt declarat Fructus 11. Quartodecimò, vt Iesus verbo diffunditur quando ciuitates circumibat & castra, & suos discipulos & alios docebat de verbo Dei, sic Maria post Christi ascẽsum, vt dicit Hieronymus in Sermone de Assumptione, Cogitis. & Fructus 5. ostendit. Quintodecimò, vt Iesus vita agnoscitur, quia diuina, Ipsum enim totus sequebatur Mundus, sic re vera B. Mariæ vita fuit singularissima, & approbata, vt Fructus 61. referat euidẽter. Decimosextò, vt Iesus cruci affigitur, & lanceatur, sic Maria gladio compassionis transfoditur, & passionatur, iuxta Simeonis dictum Lucæ 2. & Fructus 52. ostendit Decimoseptimò, vt Iesus expirans moritur, sic B. Maria per mortem corporis euocatur a vita præsenti, vt in Fructu 62. est videre. Decimooctauò, vt Iesus inunctus aromatibus sepelitur à matre & fidelibus, sic B. Maria, à sanctis Apostolis & alijs in Christo credentibus in sepulchro collocatur, & tumulatur, vt Fructus 60. continet. Decimononò, vt Iesus surrexit & resurrexit à mortuis veridicè, sic ipsa B. Maria vt communiter Doctores asserunt, & Fructu 64. recitatur, à morte corporis fuit à filio resuscitata. Vigesimò, vt Iesus cœlos ascendit magnificè in sua ascensione,

sic B. Maria tota cœlesti Curia vallata, cœlum adijt in sacra sua assumptione, vt 65. Fructus docet. Vigesimo primò, vt Iesus gradu prouehitur, quia in maiori est gloria possibili puræ creaturæ, sic B. Maria in summa gloria possibili purę creaturæ abiissatur, vt Fructu 68. declaratur. Vigesimo secundò, vt Iesus orbi præficitur, quia data est sibi omnis potestas in cœlo, & in terra, Matth. vltimo, sic B. Maria à Christo facta est Imperatrix & Domina cunctorum, vt Fructus 77. ostendit. Vigesimo tertiò, vt Iesus est fontalis radius illuminans & recreans mẽtes beatorum, sic cœlestis Curia à gloria illustratur Mariæ, vt Fructus 69. insinuat. Vigesimo quartò, vt Iesus dator largifluus, quia quidquid petitur in nomine eius à patre datur, Iohannis 16. sic B. Maria inuocantibus se subuenit vniuersis, vt Fructus 75. docet. Vigesimo quintò, vt Iesus victor exercitus, scilicet dæmonum, quia apprehendit serpentem antiquum, qui est Diabolus & Sathanas, & ligauit eum: Apoc. 10. sic Beatæ Marię ipsæ hostis antiquus potestatiuè subijcitur, vt Fructus 73. & 74. clarè ostendunt. Vigesimo sextò, vt Iesus Rex mundi inclitus, & Deus est, quare ad ipsum vt ad Deum & Dominum vniuersorum in omnibus est recurrendum, sic post ipsum beata Maria sui genitrix est à nobis inquirenda, exoranda, & veneranda, vt Fructus 8. ostendit, & causam assignat. His ergo viginti sex modis conformitatis vitæ Virginis ad vitam Christi, Beata Maria panditur etiam Christo similem fuisse in virtutibus & moribus, & Christo conformem in vitæ suæ actibus. Quare bene dicit Apostolus quod Virgo Maria fuit prædestinata conformis fieri imaginis filij eius. Quod erat sextum quod ex prædestinatione diuina beata Maria possidebat, & præ alijs habebat. Sic igitur ex præfatis sex apparet, Beatæ Marię inter alios ex prædestinatione sua à Deo cognitione, excellentia, & eminẽtia. Benè ergo dicit sacer Apostolus quod Deus eam præsciuit, non solum scientia simplicis intelligentię, sed visionis, determinationis, & approbationis. Scripsit enim eã in libro vitę non ex tempore, sed ab ęterno prædestinãdo. Huius inscriptio indelebilis est & sempiterna, & prædestinatio diuina. Quare ipsam suam genitricem sapientia ipsa prædestinauit ad gratiam & gloriam, & ad hanc specialem prærogatiuam, vt esset Dei mater. Ad quã gratiam sequuta est vocatio eius, & internalis, per irradiationem & reuelationem diuinam, & extrinseca, per annunciationem Angelicã, necnon & iustificatio, iustissimam faciendo, quo ad Deum, se, & Angelos, iustam eam ostendendo in omnibus operibus, veram in sermonibus, sanctam in intentione, rectam in obseruationibus mandatorum coram se, & hominibus. Quapropter congruum fuit, vt eam Magnificam faceret & ostenderet in suo sacro ortu, pueritia, desponsatione, fœcundatione, in filij generatione, Ioannis & Elisabeth visitatione, & sic in tota vita, & conuersatione, ac post fœlicem sui dormitionem,

tam

tam in eius Assumptione, quam in sua super omnes sublimatione. Magnificauit igitur eã, magnã ostendendo, & specialiter in hoc quod ipsam conformem fieri voluit imaginis filij eius, virtutibus, operibus, & vitæ actibus, vt præmissa ostendunt. Clarè ergò patet, quid ex bene dicta prædestinatione Maria habeat, & habuerit dignitatis præ alijs. Restat consequẽter videre de quinto & vltimo, videlicet, de solutione dubiorum. Primum dubium est, de modo quo Deus intelligit & cognoscit Virginem Mariam, & intellexit ab æterno, & alias creaturas. Secundum dubium, an sit concedendum, quod Virgo Maria, aut alia creatura habuit esse in Deo ab æterno? Quibus uisis, erit finis huius primi Fructus. Ratio primi dubij est: propter diuersitatem Doctorũ, & aliorum, loquentium, quomodo Deus intelligat, an per propriam essentiam, vel per aliud, id est ipsam creaturam obiectibiliter relucentem in diuina essentia. Ratio secundi dubij est: quia cũ virgo sit cognita a Deo ab æterno, & cognitum oporteat esse in cognoscente, quia nulla creatura habuit esse in se ipsa ab æterno, videndum est, quale esse habuerit in Deo. Ad primum dubium respondendo, non secundum mentem principaliter Theologorum, sed Philosophorum, & cum ipsis Catholicos Doctores concordando sunt aliqua præsupponenda. Primum præsupponendum est, quod Deus intelligit. Istud patet per Commentatorem 12. Metaph. cõmento 36. sic dicentem. Dictum est in octauo Physicorum, quod mouens hæc corpora cęlestia in nulla materia existit, sed est Forma abstracta. Amplius in libro de Anima dictum est. Inter formas absolutas esse intellectum. Quapropter hic mouens est intellectus, & est mouens, quia agit motum, & est finis motus. Ex qua authoritate sequitur, quod cum Deus sit intellectus, & in ipso non sit potentia, ex commento 31. 12. Metaph. ergo intelligit actualiter, vt dormiens intelligeret, ex commento 51. Item in primo motore idem est intellectum, & desideratũ, ex 12. Metaph. Item intellectum & voluptuosum in intelligẽtijs citrà Deum, est ipse Deus, vt patet ibidem. Igitur Manifestat hoc etiam, quia cum talia non possit accidens recipere, sequitur propositum. Quomodo ergo Deus esset intellectum in alijs si ea non intelligeret, nec se. Item commẽto 38. 12. Metaph. loquens quomodo Deus diuersimodè coniungatur cum intelligentijs & intellectu nostro, dicit: Cum tali principio continuum & cœlũ, & natura, sicut in nobis bona dispositio paruo tempore, & subdit. Iam declaratum est, quod cœlum & natura continuatur cum principio quod est intellectus, quasi in fine gaudij & voluptatis. & consequenter ponit, quod tale principium est intellectus agens, de quo dictũm est in 3. lib. de Anima, in cuius coniunctione cum intellectu nostro stat nostra fœlicitas. Ex quo patet, quod ex quo Deus est intellectus, & non potentia, est in eo, quia est actus purus, ex commento isto.

Est etiam in fine nobilitatis ex commento 37. Sequitur, quod est purum intelligere. Item voluptas est actio primi principij, ex commento 15. 12. Metaph. & est commentum 39. & ista stat in comprehensione, vt habetur ibidem: Igitur & concludit. Intellectus autem per se, est eius quod est nobilius per se esse, & subdit, quod Deus semper actu intelligit, aliter sua actio non esset voluptuosa, & subdit; voluptas Dei est per comprehensionem sui ipsius, & addit quod habet vitam, quia actio intellectus est vita, id est dicitur de eo vita, hoc enim nomen vita dicitur de comprehensione. Et cum actio intellectus comprehendens, est actus intellectus, est vita. & addit, est intellectus per se, & habet vitam nobilem actio eius vita, & habet vitam in fine nobilitatis, & ideo vita & scientia, propriè dicuntur de eo. Est igitur Vnus Deus Sapiens. Item commento 51. per totum probat Commentator, Deum intelligere, & quod sciens est, & vtitur scientia sua actu, non vt dormiens. Itē quod est intelligens, aliter non esset perfectū ens, quia nobilitas non ineſt ei, nisi quia intelligit, & consequenter concludit, quod intellectus, intelligens, & intellectum, idem sunt in eo, & quod non intelligit successiuè, sed subitò, & quod non intelligit vilia. Probat etiá per alias rationes, Deum intelligere ibidem: Patet etiam dictum suppositum, quia intelligere in Deo, dicit perfectionem simpliciter, appellando perfectionem simpliciter, secundum Aristotelem in Deo, qua non stat Deum carere & esse simpliciter perfectum, & vniuersaliter. Patet ex 5. Metaph. commento 22. capite de perfecto, vbi post acceptiones multiplices de perfecto, dicit: talia dicuntur perfecta simpliciter, quorum nihil inuenitur, per quod dicantur imperfecta, & nihil est extrinsecus perfectionis quod non est in eis, & ista est dispositio primi principij scilicet Dei. Modo verò si Deus non intelligeret, non esset perfectus. Item nihil est nobilius Deo, cum perfectius sit intelligēs non intelligente. Item quæ dicuntur de Deo, item in Deo, idem sunt intellectus, intelligere, & intellectū. Ex quibus sequitur primò, quod Deus est vita intellectiua. Secūdò, quod est sibi ipsi cognitio sui, ita quod sua essentia est sibi ratio cognoscendi, & actualis cognitio, quia intellectus & intellectum, idem sunt in eo, & aliud non est sibi ratio intelligendi, quam sua essentia, & actu semper intelligit. Tertiò, sequitur quod est cognitio sui ipsius comprehēsiua, ex quo sunt idem in eo intellectus, intelligere, & intellectum. Quartò sequitur, quod est cognitio omnium aliorum quia in ipso sunt omnes formæ, quia est primum artificium, & quæ sunt in eo, sunt ipse Deus. Qualiter verò sit cognitio aliorum, statim dicetur. Quintò sequitur, secūdum positionem Arist. & Commentatoris. Quod impossibile est & contradictionem includit aliquid intelligi perfectius essentialiter, primo tam intensiuè quam extensiuè, quia ipse solus est infinitus, ex octauo Physicorum,

sed

sed quod extensiuè quo ad multitudinem perfectionum : patet, quia omnis perfectio simpliciter debet sibi attribui, aliter non esset vniuersaliter perfectum, nec esset nobilius entium. Similiter est infinitæ simplicitatis, perfectionis, nobilitatis, & actualitatis. Ex quo sequitur quod Deus qui est primum principium, est ens vniuersaliter perfectum, & tam intensiuè quam extensiuè infinitum. Secundum pro supponendum est, quod Deus ex mente Philosophorum non solum intelligit se, sed omnia alia à se: quod intelligat se, dictum est, sed quod intelligat alia, patet ex Arist. qui primo Cœli & Mundi, parum post principium, loquens de numero ternario, dicit: Per hunc numerũ adhibuimus nosmetipsos magnificare Deum vnum Creatorem, eminentem proprietatibus eorum quæ creata sunt, sed frustra Deum magnificaremus, eum laudando, & glorificando, nisi de nobis haberet scientiam & prouidentiam. Vocat etiam eum creatorem, & per consequés est causa rerum, & non nisi, per scientiam, quæ est causa rerum & per voluntatem. Quem locum exponens Commentator, asserit, quod secundum istum numerum tenemur magnificare Deum creatorem in orationibus, & in sacrificijs : & ideo vt dicit, ista fuit causa, vt lex præciperet, quod orationes essent tres, aut sacrificia tria. Sed frustrà orationes & sacrificia fierent, si non ea cognosceret. Item Arist. de bona fortuna, versus finem, quærit causam, eiusq; est concupiscere, quæ oportet, & quando, & eius quod est intelligere, verè, & consiliari rectè. An Fortuna & intellectus sit causa, vel aliquod aliud principiũ, vt Deus. Et respondendo inquit, quod sicut Deus est vniuersale principium mouens in vniuerso, ita Deus in Regno animæ est principium specialiter mouens intellectum, sicut organum suum, ad rectè intelligẽdum. Vndè post longam inquisitionem ait : quod autem quæritur hic, quis est motus principium in Anima, soluendo ait: palam, quemadmodum in toto Deus mouet aliquo modo omnia, vt in nobis est dominium rationis, aut principium, non ratio, sed aliquid melius. Quid igitur erit melius? vtique & scientia, & intellectu, nisi Deus, virtus, intellectus, organum. Sed constat, quod Deus hoc non facit, nisi intellectum illuminando. Item in eodem libro. cap. 2. dicit. Deus benè videt præsens, & futurum, & quorum res perijt, ideſt præterita. Item 12. Metaph. concludendo dicit, se ipsum intelligit, siquidem potentissimum est. sed constat eum non esse potentissimum respectu sui, sed aliorum, igitur & in eodem versus finem determinat, quod ipsius vniuersi est duplex bonum, s. separatum, quod est vltimus finis, ex quo sicut ex bono fine optimo appetibili, dependet cœlum, & tota natura, & est bonum vniuersi coniunctum, quod est bonum ordinis, sicut videmus in exercitu, nã bonum exercitus est in ipso ordine exercitus, & in Duce qui exercitui præest. Et comparando ista bona ad inuicem, dicit Arist. Quod bonũ,

quod est in Duce, est maius bonum, quam quod est in ordine, quia finis potior est in bonitate his, quæ sunt ad finem. ordo enim exercitus est propter bonum Ducis adimplendum, & non è conuerso. Non enim Dux propter ordinem cum Dux sit causa ordinis sed non ordo causa Ducis. Ideo necesse est quod non solum ordo exercitus sit propter Ducem sed et iã quod a Duce sit ordo exercitus, & ideo concludit Arist. quod entia nolũt male disponi. Vnus ergo princeps, & cum princeps Deus omnia disponat, ergo ea intelligit. Insuper Aris. dicit. Primum est necessarium, non contingẽs aliter, sed simplex, ex tali ergo principio dependet cœlum & natura. Item 3. Metaph. deducit Empedoclem ad hoc inconueniens, ponẽtem quodlibet cognosci per simile, & Deũ non habere odium, quod accidit felicissimum Deum minus prudentem alijs esse, nam nec cognoscet elementa, odium enim non habet, igitur. Item in libro de Mũdo, cap. 5. inquit: Antiquus sermo & paternus est cunctis hominibus, quod omnia Deo & per Deum consistant, & infra. Est re uera Saluator, & Genitor omniũ Deus, quæcunque, quomodocunq; fiunt in hoc Mundo. Et unica actione ostendit, quod Deus fecit omnia opera huius Mundi, & subdit. Cum sit vnus Deus, multinomius est appellatus, & nominatus ab omnibus passionibus quas ipse inuocat. Vocamus autem eum Iouem: dicitur etiam Fulmineus, Pluuialis, à plunia. Tonitrualis, sonus, Tempestuosus. Ex tali deducto concludit in fine, & dicit, Cœlestis, & Terrestris appellandus est, à qualibet natura & fortuna velut ipse ens omnium causa. & cap. 13. dicit, quod in naui nauta, seu gubernator secundum aliam translationem, in curru auriga, in choreis coraula, in ciuitate lex, in agmine siue exercitu Dux, sic Deus in mundo. Ipsæ enim immobilis mouens cuncta, & circunfert quo vult Ideis & naturis, & subdit in eodem capitulo quod omnia tam in herbis quam arboribus, elementis quam animalibus, & Stellis, ac cœlorum motibus & temporibus, diuinis parent decretis, & cuncta Deus disponit igitur. Et cap. vltimo loquẽs de Deo inquit hũc semper concomitatur vltio & iustitia. Item in libro de bona fortuna capite 2. Deum dignificamus Dominum existentem talium, vt dignis distribuat bona, & prauis mala, igitur. Item de secretis secretorum, parte 1. c. 1. Deus inquit suas diuitias abundanter influit in animas sapientum, & studentibus gratiam tribuit cognoscendi, cui nihil difficile, sine quo nihil est possibile possideri, & vlterius dicit, quod Deus excelsus & glorioſus, multa medicinalia, & alia plurima reuelauit Prophetis sanctis, & quibusdã alijs, quos prælegit, & illustrauit radijs diuinæ sapientiæ, & decorauit eos scientię dotibus. Ex quibus Arist. dictis patet, Deum omnium habere notitiã, & omnia intelligere. Secundo idẽ ostenditur ex dictis Commẽtatoris Auerrois, quod Deus extra se omnia agnoscat, nam 2. Metaph. commento 8. exponens illud Arist. omne au-

ne autem illud quod est maximè verum sit causa veritatis quæ sunt post, dicit Commentator. Cum declaratum est quod causa in quolibet genere entium est magis digna in esse & veritate, quam illa quorum est causa in illo genere, manifestum est, quod si hoc est prima causa omnium entium, quod illa causa est magis digna in esse & veritate, quam omnia entia, quæ non acquirunt esse & veritatem nisi ab ista causa. Et igitur tãtum ens, & verum, per se, & omnia entia, & vera per esse, & veritatẽ eius, igitur. Item 3. de Anima, dicit, quod nihil aliud est causa entium nisi eius scientia. Item 12. Metaph. Veritas est, quod secundum quod scit seipsum, scit entia in esse quod est causa esse eorũ: verbi gratia, qui scit calorem ignis tantum, non dicitur nescire naturã caloris existentis in reliquis calidis, sed iste est ille qui scit naturam caloris secundum quod est calor, & sic principium scit naturam entis in eo quod est simpliciter, quod est ipsum, igitur cognoscendo se, alia cognoscit. Item dicit ibidem, quod scientia equiuocè dicitur de scientia sua, & nostra, sua. n. scientia est causa entis, ens autem est causa scientiæ nostræ: sed Deus nullius est causa per suam scientiam nisi sit ab ipso cognitum, igitur. Item 12. Metaph commento 37. ponit, verum esse, Deum aliquo modo habere curam de indiuiduis, & si sit quomodo ergo non intelligit id de quo habet curam? Item commento 38. Deus est nobilius inquit omnibus rebus, & per consequens omnia cognoscit quibus est nobilius. patet consequẽtia: quia ex quo est nobilius omnibus, ergo scit se esse nobilem, quia cognoscit se ex præmissis, & per consequens scit se esse quid nobilius omnibus entibus. Item eodem cõmento Deus est id quod mouet omne. Et commento 44. substantia prima est quæ mouet omnia, & si sit, scit quæ mouet & cognoscit, siue moueat immediatè, siue mediatè. Item 12. Metaph. commento 44. dicit. Quod sicut artificialia principia sua accipiunt à primo artificio vniuersali, sic est dispositio de primo principio respectu intelligentiarum orbem mouentium. & commento 19. inquit: omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia & acta in prima forma, & idem dicit tertio de Anima commento 36. igitur. 12. Metaphys. commento 47. dicit Deum mouere primum motum, & quod mouet alia, & concludit Deum habere curam circa omnia entia: Quomodo ergo curaret de entibus, si ea non cognosceret. Item dicit 12. Metaphys. commento 38. Quod fortuna hominum est ex continuatione cum primo principio. Item commento 44. ponit, quod prima causa est causans animam primi cœli. igitur. Item cõmento 39. post multa. Quod vita & scientia propriè dicuntur de Deo. Est igitur Deus viuus, sapiens: & cum sapientis sit omnia ordinare, ex prologo Metaph. sequitur propositum, quod intelligit ea quæ sunt extra se. Item tractatu 2. de substantia orbis, cap. 3. dicit, quod Deus est causa

agens

agens totum, & ordinans cœlum & mundum, & postquam dixit, quod corpus cœleste indiget, non tãtum virtute mouente semper, sed etiam virtute largiente in se, in sua substantia permanentiam, concludit, hic est Deus agens orbem, id est faciens ipsum in dispositionibus necessarijs in inueniendo finem propter quem fuit. Ex his & alijs quæ possunt adduci, patet, quod Commentator ponit Deum extra se alia intelligere: sed de modo, dicetur inferius: Tertiò hoc idẽ asserit Plato, qui Deũ omnia creasse ponit: asserit enim D. Augustinus 9. Confessionum, se in libris Platonis inuenisse principium Euangelij Ioannis, vsque ad, Fuit Homo missus a Deo. Similiter idem Plato in primo Timei, cap 1. loquens de genitura mundi, sic dicit. Optimus erat de optimo. Porrò inuidia longè relata est. Itaque consequenter cuncta sui similia prout cuiuscunque natura capax Beatitudinis esse poterat effici voluit. Quã quidem voluntatem Dei originem rerum certissimam, si quis ponet rectè eum putare cõsentiam. & 2. Timei. c. 15. dicit, quod bono Philosophiæ nihil vnquam diuina munificentia maius ad hominum genus cõmeauit. Item ibidem. Nec fas erat bonitati præstanti quicquam facere, nisi pulchrum, & secundum eum præstans Dei bonitas cuncta fecit. Item ponit Angelos diuina bonitate & voluntate firmatos & stabiles, ergo eos cognoscit. Quarto hoc ostendit ille Philosophus summus Hermogenes, siue Hermes Trimegistus, libro de verbo æterno, cap. 21. dicens. Summa gubernatorum superiorum summo illi Domino parent, cuncta enim ex eo dependentia, atque defluentia. Et cap. 22. & 31. omniũ patrem Deum nominat, & Dominum omnium. Et ca. 33. dicit: Deum mouere omnia cœlestia, terrestria, superiora, & inferiora, temporalia, rectè lege diuina conscripta. Et cap. 10 dicit, quod præscientia omniũ rerum est Deitas. Et libro de Mundo & cœlo, cap. 1. ostendens omniũ Deum causam esse, dicit. Est igitur causa ille Fons luminis, seminarium vitæ, quæ dicitur plenitudo scientiæ, bonum bonitatis diuinæ clementiæ, quæ per omne mundi corpus in modum circuli collocata, & nunc intrinsecus, & nunc extrinsecus posita, cuncta regit & componit, & ad procuranda omnia, & conseruanda ignita, & spherica perpetrare non desinit agitatione, illic iniunguntur in specie indiuiduali singularitate conscripta quidquid vniuersale, quidquid mundus, quidquid mundi machina, quidquid tempus, quidquid in temporalibus parturiunt elementa. Illic textus operis, fatalis series, sæculorum dispositio, temporalium omniũ meta summi dispensatoris digito exarata. illic nodus perpetuitatis, mens itaque diuina nulla fatigatione officium deponit, sed seipsam & mundum, & omnia, quæ intra eum sunt perpetua, & infatigabili vtilitate, seu alia stabilitate sui sustentare non desinit, ex quo patet Deum omnia cognoscere. Quinto propositum probatur per Hammonium Armenum, qui in commento super primo Perihermenias, c.

vlt,

vlt. sic inquit. Dicendum quidem Deos cognoscere omnia facta, entia, & futura, (modo tamē Dijs conueniēti) Hoc autem est una & determinata, infallibilique cognitione, propter quod quidem & contingentiū scientiam dicendum est eos comprehendere. Et infra. Cognoscere (inquit) ipsos cōtingētia, ipsorum natura est, propter hoc quod hæc quidē indeterminatam habentia naturam posse quidem euenire, posse, & nō euenire. Illos aūt velut modo nobiliori q̄ sit ipsorum natura cognitionē ipsorū præaccipiētes determinate, & hoc scire etenim res partibiles impartibiliter & indistāter cognoscere ipsos est necessariū, & plurificata vnitiuè, & tēporalia ęternaliter, & generabilia ingenerabiliter. Hęc iste. Ex his patet propositum. Sextò ostēditur propositum per Auicennam, qui tertio de Anima, capite secundo, dicit: omnia quæ in mundo sunt præterita, præsentia, & futura, habent esse in sapientia creatoris. Et octauo Metaph. c. 6. dicit: Necesse esse, non intelligit quidquid est, nisi vniuersaliter, & tamen cum hoc non deest ei aliquod singulare: & ideò nō deest minimū in cœlo & in terra, & hoc est de mirabilibus quod nō potest imaginari nisi qui fuerit subtilis ingenij. Et 10. Metaph. dicit: Quod quia primus verus est, nouit hoc totum, ideò ab ipso incipit esse omne eius quod fit. Et octauo Metaphys. dicit: Quod ipse est principium omnis esse, tunc intelligit ex seipso id, cui ipse est principium. Idem dicit Themistius, quod Deus omnia intelligit, ex quo intelligit se esse principium eorū, igitur intentum habetur. Septimò, præfata de Deo asserit Sixtus Pithagoricus in suis sententijs, vbi dicit: Exordium a Deo sume in agendis quæ agit, & rursus hoc posse à Deo quod dignum est præstare Deo, & iterum, ea pete a Deo quæ accipere ab homine non potes, & subdit nunquid putas Dei sapientiā insensibilem, & addit cogitatio hominis Deum non latet, & ideò cogitatio tua pura sit ab omni malo. Et infra. Nequaquam latebit Deum agens iniustè, sicque nec cogitans quidem. Igitur ex his habetur propositum. Octauò, nostrum intentum arguit 22. diffinitio data a viginti quatuor Philosophis de Deo, dicens. Deus est ex quo est quicquid est, non partitione per quam est, nec variatione in quo est, nec commixtione. Tullius quoque ut allegat Augustinus 12. de Trinitate, cap. 20. talem dat diffinitionem. Deus est quædam mens soluta & libera, secreta, ab omni conexione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsaque prędita nutu sempiterno Macrobius in libro de sōno Scipionis, quasi per totum, Deum habere omnium cognitionem, & cūcta regere, declarat. Hoc idem habetur in libro de causis, propositione sexta, & in commentis correspondentibus propositioni 8. 9. 17. 19. 22. & 23. Ex quorū omnium dictis apparet, Deum ex se factorum habere notitiam, claram, et manifestam. Habito ergò, quod Deus cognoscit alia a se, & intelligit, & sic Beatam Mariam & alias omnes creaturas, restat uidere, per quē modum

dum,scilicet,an per essentiam suam,an per ipsas creaturasmet,esse intelligit agnoscat. Et prosequendo hãc materiam secundum opiniones Philosophorum,ponenda occurrunt aliqua quæ de mente Arist. esse videntur.Primum:essentia primi est ars uniuersalis cuiuslibet rei possibilis, seu factibilis. Ista patet per Commentatorem 12. Metaph. commento 44. vbi ostendit, quod sicut omnia artificialia sunt,& principia sua accipiunt à primo artificio vniuersali, sic est dispositio de primo principio,respectu intelligentiarum orbes mouẽtium. Et etiam in eodẽ libro dicit, quod omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia,& actu in prima forma. Item Arist.& Cõmẽtator ponunt primum principium esse primam formam,& vltimum finẽ substantiæ sensibilis. Sed nec est forma intrinseca ut dicetur, & substantialis, sed extrinseca & exemplaris.Item propositione 10.de causis. Omnis intelligentia plena est formis, si intelligit tam de prima, quàm de alijs habetur intentum, si non, & cum prima sit causa intelligentię, animæ,& naturæ,& causans scientias,igitur. Item 12.Metaph.Scientia Dei est causa rerum. Item essentia primi extra se omnia intelligit, igitur quod intenditur est verum:& antecedens patet ex supra dictis. Ex quo sequitur secundum Arist.& Commentatorem, quod scientia quam habet Deus de rebus extra,est practica, & non merè speculatiua,quia est causalis. De scientia Dei quod sit practica respectu producibilium ad extrà,non solum est verum,secundum Arist.& Commentatorem,sed etiam secundum Theologos,scilicet Scotum,Petrum Aureoli & Landulphum imitatorem Scoti, vt est videre 1. Sent. dist.37. Scoti.Sed de istis nihil ad præsens:quia materia ista Physicè tractatur. Ex isto potest inferri una conclusio contra plures Theologos, videlicet,quod secundum mẽtem Arist. & Commentatoris potest concludi Deum esse omnipotẽtem, quia est ars causalis omnium,& practica,& mouet alia,sicut amatum & desideratum,& ex Commento super propositione 8.de causis,hꝝ. Si igitur intelligẽtia est causa rerum per hoc, quod est ipsa intelligentia,tunc proculdubio esse rerum in intelligentia,est intellectuale.Iã manifestum est ergò quod res supra intelligentiã,& sub ea sunt per virtutem intellectualem intelligibilẽ. Istud fuit deductum in summa,scilicet,Deum esse primum efficiens,& quia nõ est præsentis speculationis,omitto ad præsens. Secundum quod ponitur, est istud.Nullo extrinseco diuinus intellectus perfici potest seu vitaliter immutari, vt patet per Commentatorem 12. Metaph.dicẽtem. Intellectum diuinum necesse est esse valde nobilem & perfectum,ergo per alium non perficitur.Item eodem commento. Si aliquid à Deo extrinsecum diuinum moueret intellectum, cum obiectum mouens intellectionem causet:sequitur primo,quod in Deo Intellectus & intellectio,non sunt idem,contra Commentatorem. Secundò sequitur,

quod

quod Deus non sit purus actus, nec scientia sit, vt actu utentis, sed in potentia, & per consequens non actus purus. Tertiò sequitur, quod intellectus Diuinus patitur à re intellecta, ex quo non sit actus purus. Quartò sequitur, quod Deus non sit separatus à materia, ex quo intellectus & intellectum non sunt idem. Quintò sequitur, quod illud per quod intellectus diuinus perficitur, sit nobilius eo, quia actione intellectus Deus perficitur per Commentatorem. Intellectio enim perfectio est intelligentis, & sic intellectio Dei nō erit sua actio. Sextò sequitur, quod Deus non sit primum entium: quia intellectus sequitur id, quod intelligit. Item quidquid est in Deo, est Deus, ergò cum tale extrinsecum ponatur in Deo, erit Deus, & sic Deus non erit in fine simplicitatis, contra Commentatorem. Item quod aliud intelligit motiuè, transmutatur in illud & per consequens Deus transmutaretur in vilius. Prædictę rationes, & aliæ plures, habentur à Commentatore 12. Metaph. Cōmento 51. Ex isto possunt aliqua inferri. Primò. Quod nulla res alia à Deo in ratione mouētis ad intellectum diuinum se potest quomodocunque habere: & ratio est: quia Deus esset potentialis respectu talis intelligibilis, & intellectionis eiusdem. Secundò quod accipiendo terminare intellectum ad quod stat vltimus terminus ipsius intellectus nihil extra Deum potest diuinum intuitum intellectiuum terminare. Quia nihil extrinsecum præcipuè sumptum potest hoc. Tertiò quod appellando intellectum terminare, id est habere esse cognitum aliquid extrinsecum, diuinum intellectum sic accipiendo debet concedi terminare: quia Deus cognoscit illa quæ sunt extra se, & per consequens, talia à diuino intellectu apprehenduntur & non motiuè, nec vt terminus obiectiuè præcipuè ipsius intellectus igitur solum habent esse cognitum & intellectum. Tertium quod ponitur, est istud: Sola diuina essentia est obiectum à Diuino intellectu cognitum, & apprehensum, ita quod ad ipsum vt ad obiectum terminatiuum, terminatur contuitus diuinus, & hoc patet ex præmisso, & ex aliquibus ex Comentatore subsequentibus dictis. Primum est commēto 51. 12. Metaph. vbi dicit: quod intelligere Dei, est sua substantia: patet, quia sua substantia est sua actio, & econuerso. Et etiam, quia est actus purus & simplex. Secundum motiuum in eodem commento est, quod in Deo intellectus, intellectio, & intellectum, sunt idem. Tertiū est commento 37. quod Deo nihil est nobilius. His tribus positis sequitur tertium præmissum, quia intelligere Dei, est Deus, nihilq; sit extrinsecum à Deo, sic nobile vt Deus obiectum, quod idem est quod intelligere Dei ex secundo motiuo, & intellectio Dei aliud esse non potest, quam essentia ipsius Dei. Quartum quod ponitur est, quod diuinum intelligere est simplex omninò, quia intelligere Dei, est essentia Dei, & Deus est in fine simplicitatis, igitur. Item Commentator eodē

com-

commento ostendit, quod necesse est, quod nobile in vnoquoq; genere sit omnino simplex, indiuisibile & singulare, & extra compositum, & per hoc cõcludit, quod intellectus diuinus est vnus simpliciter absq; aliqua multiplicitate. Ex isto sequitur secundum commentatorẽ quod Dientia Dei non sit discursiua, quia simplex. Secundo sequitur, quod sceus nihil successiuè intelligit, sed subitò, quia simplex. Tertiò sequitur, secundum mentem Arist. & Cõmentatoris, q̃ materialia, immaterialiter composita, similiter temporalia, intemporaliter, mutabilia, immutabiliter, & sic de alijs, Deus intelligit. Quia simplex, quia subito intelligit, nec discurrit. Et hoc idem asserit Ammonius superius allegatus, nec mirum, cum sit supra omne tempus, omnem motum, omnẽ matriam, & omnem potentiam, vt commentis pluribus, & capitulis, Arist. deducit & Cõmentator. Ex his quatuor sic positis, sequitur quintum & vltimum, declarans modum, quo Deus intelligit extra se existentia, & est istud. Quod Deus illa quæ sunt extra se, per illa nullatenus, sed per suam intelligit essentiã. Hoc patet: quia nulla creatura ad intellectum diuinum se habet motiuè, nec principaliter, sed sua essentia est obiectum diuini intellectus, nec per aliud a se diuinus intellectus potest perfici, igitur ex quo intelligit ea quæ sunt extra se, ex prædictis, & alijs sequitur, quod alia à se, per suam essentiam intelligit. ex quo apparet, quomodo debeant intelligi Aristoteles, & Commentator, si inueniantur dicere, quod Deus extra se nihil intelligit: quia non negant, quin Deus extra se intelligat: Sed quomodo? quia non per ipsa intelligit, quia suum intellectum non possunt perficere & mouere, ac in se ipsis terminare, sed omnia prædicta intelligit per suam essentiam, vt artem vniuersalem omnium repræsentatiuã, & isto modo negat Commentator Deum cognoscere vilia, quia talia intellectum non possunt mouere diuinum, aliter per aliud perficeretur, & sic intellectus diuinus vilesceret, vt in secundo posito est deductum. Et quod sic debeat intelligi, patet, quia concludit, quod intellectus diuinus à nullo perficitur, & quod Deus omnia intelligit, & diuina essentia omnia representat. Nec obstat si dicatur, quod Deus intelligendo suam essentiam, non debet intelligere vilia, nam secundum Arist. & Commentatorẽ, 2. de Anima, & super octaua propositione de causis: oĩs intelligentia scit quod est supra se. Et alibi. Omnis sciẽs melioré rem, & deteriorem nescit, nisi fm modum suæ substãtię, & sui esse, non secundum modum, fm quem sunt res: & concludit, quod intelligentia non apprehendit res, nisi secundum modum suæ substantiæ. Ex quo verbo sequitur, q̃ intellectus diuinus apprehendens sua essentia res uiles nullatenus impurificatur. Item secundum Commentatorem 12. Metaph. commento 51. Deus cognoscendo se ipsum, secundum entitatem propriam suam perfectissimam, in qua, vt probatum

est,

est, eminenter & causaliter continere omnia & perfectiones aliorum cognoscunt omnia. Quod sic intelligat, patet: quia dicit quod si ignis cognosceret naturam sui caloris, cognosceret calorem in alijs participatum: sic ponit esse de Deo cõtra Themistium. Ex quo sequitur, quod cum secundum Aristot. & Commentatorem quidquid est perfectionis, Deo tanquam summæ perfecto debet attribui, talis modus cognoscendi per essentiam suam, & non per alia sic perfectionis talis, est merito Deo tribuendus. Patet ergo quomodo Deus omnia ad extra cognoscit, & per quid, quia per essentiã suam. Ex dictis possunt aliqua inferri quæ sunt de mente Aristo. & Commentatoris. Primum est, quod primum principium Deus ipse, alicuius extra se est cognitiõ actualis seu notitia. Secundũ est, quod primum principium est formalis notitia cuiuslibet gradus essendi ad extra, quia est cognitio sui actualis, & per consequens intelligit se secundum omnem conditionẽ & proprietatem. Tertium est, quod est scientia de quolibet non necessario ad extrà, quia cognoscit omnia ad extra. Item tale non est intrinsecè necessarium. Quartum est quod est scientia de quolibet vero cõtingẽti ad extra, quia omnia nouit, & modus possibilis declaratus est suprà per Hammonium. Quintum, quod est immensa cognitio ad extra cuiuslibet veri necessarij, vel contingentis, quia per essentiã suam. Sextum est, quod quælibet intelligentia citrà primam, perfectius se intelligit in prima intelligentia quam in sua natura, quia intelligendo se in prima, diuina essentia ei obijcitur obiectiuè, & per consequens per ipsam intelligit se. Septimum, quod quælibet intelligentia, citra primã diuinam essentiam cognoscendo, perfectius alia extra Deũ cognoscit, quam si eam in proprio genere cognosceret: quia eadem ratio est de se, & de alijs. Octauum est, quod ponendo diuinam essentiã actem vniuersalem, vt dictum est, & ipsa est simplex, ac cognoscens, & cognitum, sunt idem, quod in Deo est summa simplicitas, & per consequens cognitio multiplicitatis creaturarum in Deo, multiplicitatẽ non ponit. Nonum est, quod scientia Dei non est vniuersalis, nec particularis, non vniuersalis: quia vt dicit Commentator, nulla est potentia nisi in scientia eius: nec particularis, quia infinita, ideſt indeterminata esset, ex 12. Metaph. Commento 51. Decimum, quod intellectus diuinus materialis esse non potest: quia intellectus, intellectum, & intellectio, sunt idem. Vndecimum, q̃ ista est impropriè: Deus potest intelligere, sed ista ꝓpria est: Hic Deus est ipsum intelligere, patet: quia prima includit exitum de potentia ad actum, quod Deo non conuenit, per Commentatorem 12. Metaph. secundà verò, quia dicit actũ, ponenda est. Duodecimum est quod fatendũ est, quod Deus nõ vt dormiens, sed vt vtens actualiter scientia sua, sic dicitur intelligere, quia cum sit in fine perfectionis, in eo est dispositio nobilis. Alia plura possunt

sunt inferri, quæ ꝓ præsenti omitto. Prędicta omnia sunt deducta ex dictis Aristotelis, & Commentatoris, quæ sive vera, sive dubia sint in multis concordant dictis Doctorum Theologorũ. Vbi sciendum primò. Quod in eo quod dicit, quod diuina essentia cognoscendo se, cognoscat alia, concordat Beatus Dionysius, de Diuinis nominibus, cap. 7. dicẽs: Quod diuina sapientia, quæ idem est respectu cum diuina essentia, se ipsam cognoscens, scit alia. Secundò, quod in eo quod dicũt, quod diuina essentia est ars causalis omnium, concordat Augustinus 6. de Trinit. cap. 4. vbi dicit. Quod verbum est ars quædam omnipotentis, atque sapientis Dei, plena omnium rationum videntium & incommutabilium, & omnes vnum in ea: & 11. de Ciuitate, cap 2. dicit. In Dei scientia sunt thesauri rerum intelligibiliũ, in quibus sunt omnes visibiles atque incommutabiles rationes rerũ visibilium. Tertiò in eo, quod dicunt, ꝙ Deus non intelligit alia per alia, sed per essẽtiam suam, concordat Augustinus libro octuagintatriũ quæstionum, quæst. 46. Vbi dicit: Quod nec quicquam Deus extra se intuetur, & tamen secundum Theologos & sacram scripturã Deus omnia nouit. Quartò in eo quod dicunt, quod vnico actu & visione, omnia concernat, concordat August. 15. de Trinitate, dicens: Quod Deus non singula cogitando aspicit, sed vna æterna immutabili, atque ineffabili visione, cuncta complectitur quæ nouit. Quintò in eo quod dicunt, ꝙ Deus intelligit mutabilia immutabiliter, & temporalia intemporaliter, & sic de alijs, concordat Dionysius de Diuinis nominibus, cap. 7. part. 6. dicens: Igitur seipsam diuina cognoscens sapientia, cognoscit omnia immaterialiter materialia, & etiam indiuisibiliter diuisibilia, & multa vnitiuè in ipso vno omnia producens, & cognoscens. Super quo verbo, Commentator Dionysij assignans rationem cum superius dicta, inquit: Nã materialia Deꝰ cognoscit immaterialiter, & hoc ideò, quia Deus immaterialis est, & simplex, & vnus. Vnde qualis ipse est, talis est & eius cognitio. In propria ẽt simplicitate vel vnitate, omnia cognoscit æternaliter, & ad esse omnia producit. Cũ enim Deus fm vnam simplicem causam, omnibus existentibus dat esse consequitur, vt secundũ eandem causam, causaliter sciat omnia, tanquã ex ipsa causa existentia, & in ipsa præexistentia. Nec percipit existentiũ cognitionẽ ex ipsis existentibus, sed singulis existentibus, se & alia cognoscẽtibus, & sui, & aliorũ cognitionẽ largitur. Non. n. Deus habet vnã propriã cognitionẽ sui, & aliam communem omnium existẽtium, omnia comprehendentem, sed cognitione sui cognoscit alia. Ipse. n. seipsum cognoscens, causam omniũ extra se videtur alicubi intendere: si ignorat ea quæ à se sunt & quorum ipse est causa. Deus ergo cognoscit existentia nõ scientia existentiũ, sed scientia ipsius. Sed angeli dicuntur scire omnia, quæ in terra sunt, non ꝙ cognoscãt sensibilia per sensus

corporeos,

corporeos, sed secundum propriam virtutem, & naturã entis deiformis. Ex quibus verbis apparet positio Arist. & Hammonij suprapositа. Sextò, in eo quod dicunt, quòd Deus non cognoscit successiuè, sed subitò, nec cum discursu aut collatione. Dionysius concordat ibidem in eodem libro, dicens: Non enim ex existentibus existentia discens nouit diuina mens, sed ex ipsa, & in ipsa secundum causam omnium scientiam, & cognitionem, & substantiam, præhabet, & præaccepit, non secundum visionem singulis se immittens, sed secundũ vnam causę continentiam omnia sciens, & continens, sicut lumen secundum causam per semetipsum tenebrarum præaccepit visionem, non aliunde videns tenebras quàm à lumine. Vbi Dionysij commentator, sic expõnens dicit: Diuina mens omnia continet, & ab omnibus segregata cognitione præaccipiens se ipsam scientiam omnium, secundum quod ipse est causa omnium, sciens & producens angelos causaliter, antequam ipsi angeli fierent. Similiter omnia intra se præaccepit, antequam ipsa fierent, & à se ipso tanquam principio omnia sciens; & ad esse deducens. Quod scriptura innuit dicens: Qui scit omnia antequam fiãt. Diuina enim mens non nouit existentia tanquam discens ea ex collatione existentiũ, sed ex se ipsa, & in ipsa causaliter præhabet & præaccepit omnium scientiam, & cognitionem suam, non singula sibi singulatim inspiciens, quàm ex varijs causis ea cognoscens, sed secundum simplicis causæ continentiam, qua ipsa omnia sciens & continens, sicut lux visionem tenebrarum in se ipsa causaliter præaccepit, & videt tenebras, non ex alia causa quàm ex lumine. Hæc Dionysij commẽtator. Ex quibus Dionysij verbis apparet, quomodo Deus omnia nouit non successiuè, sed vnico contuitu. Nec est diuersitas causarum in cognoscendo, sed vnica. Nec alia per alia, sed per suam substantiam cognoscit, positiua cognoscit vt causaliter cõtinens ea: priuatiua per sui oppositi cognitionem, vtpote tenebras per lumen. Sed nec cum discursu, sed subito, & vnico simplicissimo actu; quæ omnia ex dictis philosophorum sunt deducta. Hoc idem fuit ostensum per Augustinum 15. de Trinit. cap. 7. Ex dictis ergo apparet, quomodo Deus omnia cognoscit secundum mentem Arist. & Commentatoris, & aliorum philosophorum, & sic quomodo cognoscit Virginem Mariã & alios. Sed licet dictum sit quomodo Deus cognoscit Virginem Mariã & omnia futura, vt patuit, & de modo fit dictum secundum Augustinum, quo dicto concluditur, quod Deus non aliter cognoscit præterita, quã præsentia, & futura, & præsentia & futura nõ aliter quã præterita, quia futuritio & præteritio in Deo non est, sed in rebus ipsis. Vt igitur videatur de modo secũdum opiniones Arist. & Commentatoris, quod Deus cognoscit futura, & per cõsequens B. Virginem futurã antequã esset, quia de huiusmodi cognitione præsens Fructus loquitur, sunt aliqua dicta Arist. & Commentatoris ponenda. Primum dictum est istud. In Deo nulla differentia tẽ-

poris potest poni, aut cõditio. Et licet istud pateat ex præhabitis, tñ probatur. Quia Deus tempori non subijcitur: quia tunc esset corruptibilis, nec esset actus purus, moueretur & ipse Deus, quia tempus est mensura motus, ex 4. Phys. Ex quo sequitur, quod Deus cũ sit purus actus, & simplex, nullũ prius & posterius potest in ipso rationabiliter poni. Secundum dictum est, quod sicut essentia primi est simplex in essendo, sic in cognoscendo quia Deus simplex est, & cognoscit alia per essentiam suam: Insuper qualis ipse est, talis est eius cognitio, cum in ipso intellectus, intellectum, & intellectio, idem sint; ex quo sequitur, quod in eo distingui non possunt, quia non esset simplicitas, nec in essendo, nec in cognoscendo. Tertium dictum est, q; Deus est summa æternitas: quia cum Deus sit simplex, sibi non deest. Item dando oppositum esset æternitas prius Deo: quia postponi non potest: tunc enim non esset æternitas, & si sic, igitur esset mensura Dei, & sic Deus non esset primũ ens. Ex quo sequitur quod æternitas est quid simplex, quia idẽ cũ Deo. Secundò sequitur, quod varietas in ipsa non consistit. Tertiò quod cũ Deus omnia sciat, ab æterno oĩa nouit. Quartò sequit, quod quidquid Deus scit, immutabiliter scit, quia ibi varietas non est. Quartũ dictum est. Nulla res extra Deum est cã scientiæ Dei, quia tũc intellectus Dei pateretur, & temporale esset cã æterni. Ex quo sequitur, quod res præsens, præterita, vel futura non est cã diuinæ scientiæ. Quintum dictum. Nihil est Deo attribuendum, & in ipso ponendum, quod ipsum imperficiat: quia est optimum ens, in fine perfectum; ex quo sequitur, Deum extra se, omnium habere notitiã aliter non esset perfectus, vt suprà deductum est. Sextum dictũ. Diuina essentia est omnium, tã intrinsecorũ Deo, q; extrinsecorum à Deo perfectè representatiua: quia Deus intelligit se, igitur se sibi perfectè representat, quia intellectus, intellectum, & intellectio, idem sunt in eo, & quia intelligit quæ sunt extrà, & res non sint cãæ intellectus Dei, ergo essentia diuina oĩa talia representat, cum ipsa sit obiectũ intellectus diuini. Ex quo sequitur, quod diuina essentia (si talis modus loquendi sit decens) præterita, præsentia, & futura, id est illa, quæ sunt præterita, præsentia, & futura, quo'ad nos, & ad nostrũ modum intelligendi, & in se ipsis perfecta representat. Ex quo sequitur, quod cum quidquid diuina essentia representat, diuinus intellectus intelligat, quod omnia præterita, præsentia, & futura scit, & nouit: & hoc est, quod Arist. dicit, vt allegatum est suprà, in libro de Bona fortuna, quod Deus benè videt presens, & futurum, & quod præterjt. Ex quo sequitur, q; Deus futura determinatè scit, quia ab æterno immutabiliter diuina essentia representat, nec res sunt causa scientiæ Dei, nec diuinum esse supponitur differentijs temporis, nec sua cognitio, vt probatum est. Ex quo sequitur primò, quod ista consequentia fm Arist. & Commentatorẽ, non valet. Res in seipsa non est, ergo non cognoscitur à Deo: quia id quod futurum est, nondum est, & tñ vt patet ex iã dictis, id

ctis, id cognoscitur à Deo. Secundò: Quod istæ propositiones oēs impropriæ sunt, s. Deus intelligit, intellexit, & intelliget aliquid. Patet, qa absolutus est ab omni temporis diuersitate, cum sit suprà tempus. Tertiò, quod impropria est ista. Res præteritæ, Res præsentes, & Res futurę, sunt cognitæ à Deo, quia istæ denotant aliquid præsens, præteritum, & futurū, modo nostro esse in Deo. Quartò sequitur, q̄ ista est vera. Res quæ in se ipsa est præterita, præsens, & futura, in instanti æternitatis est à Deo cognita. Patet vlterius, quàm difficilè sit aliquid propriè de Deo effari: superior. n. est omni narratione, vt dicit sexta propositio de causis. Sequitur vlterius, quod ista consequentia fm Arist. non valet: Quia res est, Deus scit eā, id est, positio rei est cā scientiæ Dei, quia è conuerso est, sciētia. n. Dei est cā positionis rei in esse. Ex dictis sequitur, quod cùm nos videmus veritatem rei, ab eo quod res est, & falsitatem quando non est, per Arist. in Prædicamentis, sequitur, quod solùm verū esse vel falsum, asserere valemus de re præsenti, præteritaq;: de futuro autem quia nondum est in seipso, de ipso neutrā partē asserere valemus, vt dicit Arist. in Perhyermenias, sed ipse solus Deus partē verā, vel falsā asserere valet de futuro contingenti, qui omnia nouit, & cui nihil est præteritum, seu futurum. Et sic cū in determinatione futuri cōtingentis quo ad nos, quātum ad veritatē vel falsitatē, stat, Deum talium habere notitiā determinatā. Sed quo, cum determinata notitia Dei quo ad futurū stent contingentia ad vtrūlibet in summa, ex Fructu præsenti est deductum. Sic ergò apparet ex dictis, quod Deus hēt omnium rerum præteritarū, præsentium, & futurarū tā Physicè, q̄ Theologicè, notitiā clarā & euidentem, & quomodo: & consequēter patet, quomodo Deus intellexit B. Virginem Mariā ab æterno, & oēs alias creaturas, & sic clara est responsio ad primum dubium. Ad secūdum dubium: Quomodo B. Virgo & reliquæ creaturæ à Deo cognitæ, quale esse hēant in Deo cognoscente oēm eius intellectum, oportet quod in se præsentialiter, vel in specie deriuata ab obiecto, causaliter in cognoscente hēat esse, & cùm omnia habeant esse in Deo, dicente Apostolo Rom. 2. Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oīa. Et Act. 17. in Deo mouemur, viuimus, & sumus. Hoc idē asserit Arist. & Comment. 12. Metaph. Qd oēs proportiones, & formę, sunt actu in prima forma, & per cōsequēs ēt B. Maria. Sed qualiter in eo est, & fuerit, est vidēdū. Pro cui° euidētia, quia doctores diuersimodè in hac materia loquunt, ipsorū dicta simul connectēdo, dico, q̄ in Deo est B. Maria, & oīa, quatuor modis, causaliter, eminēter, perfectionaliter, & vitaliter. Dico primò, q̄ B. Virgo Maria & creaturę sunt & fuerunt in Deo causaliter. Vbi sciendum, q̄ creaturā esse in Deo causaliter, potest intelligi quadrupliciter, fm quatuor genera causarū. Primò pōt intelligi, q̄ sit ibi materialiter, & isto modo nullus Philosophus, aut Theologus ponit, nisi (vt dicetur) effectiuè, & conseruatiuè, quia oīa materialia habent per Deū fieri, & conseruari.

Aliter pōt intelligi creaturā esse in Deo similitudine materiæ, sic videlicet, q̄ quia materia respectu formæ hēt duplicē habitudinē, vna est perfectionis in materia, quia materia est subsistentia formæ, altera imperfectionis, quia materia hēt perfici per formā. Ad propositum, quod creatura sit in Deo prima habitudine, s. quod sibi Deus sit subsistentia, & hoc si intelligatur, q̄ per Deū tanq̄ per cām subsistat, est verum, sed modus loquēdi est improprius. Si verò intelligatur, quod subsistat per Deū vt suppositū, hoc non est concedēdū, nisi de natura humana à Verbo diuino in vnitatem personæ assumptā. Secunda habitudo materiæ ad formā si intelligatur, q̄ Deus informando creaturā, sicut forma materiā, creaturā perficiat, non est admittenda. Si verò intelligatur, quod creatura p Deū vltimatè Dēo, & in Deo hēt perfici, & quietari, sic est cōcedenda: sed quia improprij sunt tales modi ad propositū, iō dimitto tales. Secundo modo pōt intelligi, q̄ creaturę sint in Deo ſm genus cāæ efficientis, & conseruantis, & quia Deus oīa efficit, & conseruat, dēt cōcedi effectiuè, vt ex scriptura Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terrā. Et Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt: Et tota sacra scriptura hoc asserit. Hic est primus articulus nostræ fidei: Credo in Deum patrem omnipotentem, factorem cęli & terræ, visibilium & inuisibilium. Hoc idem asserit Arist. in lib. de Mundo, Hermes in libro de Verbo ęterno. Augustin. exponens illud Ioannis: Oīa per ipsum facta sunt, dicit: Sic accipite fratres, Oīa per ipsum facta sunt: vniuersa creatura per ipsum facta est, maior & minor, nulla. n. forma, nulla cōpages, nulla concordia partium, nulla qualiscunq; substātia est, quæ possit habere numerum, pondus, & mensurā, nisi per illud Verbum, & ab illo creatore, cui dictum est: Oīa in pondere numero, & mensura disposuisti. Deus fecit oīa, & in suis gradibus oīa collocauit: omnia ergò per ipsum facta sunt. Idē dicit 2. de Ciuit. Dei, ca. 2. Non est aliqua natura in infimis extremisq; bestiolis, q̄ ille non cōdidit, à quo est omnis motus, oīs species, oīs ordo, siue quo nihil verū cogitari pōt, aut inueniri. Hoc idē pulchrè declarat Dionysius de Diuinis nomin. & suus Commentator, cap. 5. par. 7. & Anselmus de Casu diaboli, ca. 20. Secunda pars, s. quod Deus omnia conseruet, patet per Arist. 12. Metaph. Primū est necessarium, & non contingens aliter, sed simplex: ex tali ergò principio dependet cęlū & natura. Hermes de Verbo ęterno, ca. 21. dicit idē. Auicenna 1. suæ Metaph. & Algazel 2. Metaph. suæ, dicto 12. dicūt, quod possibile esse, & non esse à necesse per se dependet: omne enim aliud à necesse esse necessariò prouenit ab eo, & quod vniuersitas est possibilis, & causæ omnes proueniunt à necesse esse. Hoc idem ostendit Boetius tertio de Consolatione. Sacra scriptura idem ponit, Sapientiæ secundo. Quomodo. n. posset aliquid manere nisi tu voluisses, aut quod à te vocatū nō est conseruaretur Et Apostolus Hebr. 1. Quod Deus locutus est in filio, portans omnia verbo virtutis suæ. Quod Chrysostom.

exponens,

exponens, dicit: Ferens omnia, hoc est, gubernans: siquidem cadentia & ad nihilum tendentia continet: non enim minus est continere mũdum, quàm fecisse. Sed si oportet aliquid audacius dicere, adhuc amplius est, nam in faciendo ex nullis existentibus rebus essentiæ formatę sunt vel productæ: in continendo verò quæ factę sunt, ne ad nihilum redeant, conseruantur. Hæc ergò dum reguntur, & ad inuicem sibi re præsentatiua coaptantur, magnum & valdè mirabile plurimæq; virtutis inditium declaratur. Augustin. 12. super Genes. ad literam, cap. 14. tractans illud: Genes. 1. Requieuit die septimo ab vniuerso, dicit, quòd à gubernatione cœli & terræ, & omniũ quæ creauerat, nunquam cessauit Deus, alioquin (vt dicit,) omnia laberentur in nihilum. Creatoris namq; potentia, & omnipotentis virtus, causa est subsistendi creaturæ, quæ si ab eis aliquando cessaret, simul & earum species cessaret, omnisq; creatura concideret. Patet ergo, quod sicut Deus omnia efficit immenso agere quo ad gradum, sic omnia in esse conseruat. Sed hic est dubium: An Deus agere debeat respectu creaturę productæ totale. Respondeo, quod sic: quia est agere totale virtualiter, non tamen formaliter: quia aliud non excludit. Est ergò totale, non tamen totaliter. Aliud dubium, an Deus ad omnem effectum cõmunem sibi & causæ secundæ, mediatè, vel immediatè concurrat. Respondetur quòd quadrupliciter potest intelligi mediatè. Vno modo, quòd talis effectus ab ipso dependeat effectiuè, & idem sit immediatè producere, quod ab ipso effectiuè dependere. Debet concedi: quia possibile esse, & non esse, à necesse esse dependet, & sic quodlibet citrà Deum dependet à Deo. Secundo modo potest intelligi immediatè agere, non excludendo omne aliud agere, sed illud, à quo sine medio effectus fluit per oppositum, ad agere, quod solum est determinatiuum, & non executiuum: & sic intelligẽdo, cum Deus sit virtus essentialiter actiua ad extra, patet, quia in causis efficientibus est ordo, nec in infinitum processus, & per consequens prius aget, quia causa secunda eget agere causæ primæ, & non è conuerso, & immediatius, ex quo prius ad quemlibet effectum cõmunem causæ secundæ, quàm aliqua alia causa, & consequenter in dependentius. Ex hoc patet, quod hæc cõsequentia non valet. Effectus fluit immediatè à Deo, ergo à solo Deo producitur. Sed benè valet, ergo à solo Deo potest produci. Tertio modo potest intelligi, Deum immediatè agere, quia nedum immediatè agit ad effectum causæ inferioris, sed etiam determinat ipsum ad agere, & sic etiam debet concedi. Nulla enim causa secunda potest ad aliquem effectum producendum concurrere, nisi à prima præmoueatur: ratio, quia nulla causa secunda per se potest existere, quare nec agere: Ad hoc Augustin. super Genes. ca. 29. diffusè ostendit, quod Deus mouet omnem creaturam spiritualem, & corporalem. Idem dicunt Dionys. in libro de diuinis nominibus,

& S. Hierotheus. Ex quo sequitur primò, q̃ non stat causam secundam agere, & Deum ipsam immediatè non mouere. Secũdò sequitur, quod non stat aliquem effectum à causa secunda immediatè produci. Quo sequitur, quod nulla propositio tribuens quodcunque causatum causæ secundæ, est immediata. Tertiò sequitur, quod causam secundam agere, potest esse terminus diuini posse. Quartò sequitur, quod nullum agere secundæ causæ distinctum ab agere primæ causæ, siue per se consideratum, infert efficaciter suum effectum esse, quia se solo agere non sufficit. Quintò sequitur, quod quodlibet agere causę secundæ, vt terminus causalitatis immensæ præcipuè infert effectum ineſſe, ita quod ad ipsam effectus sequatur. Ex quo apparet, q̃ agere causæ primæ, est necessarium ad agere causæ secundæ, quia nisi promoueatur à prima, agere non valet. Quarto modo, potest intelligi, Deum immediatè agere, scilicet se solo supplere influxum cuiuslibet causę inferiorum, respectu effectus ab ipsa causa secunda cum ipsa prima producibilis. Vbi sciendum, quod intelligendo solummodo de influxu effectiuo, hoc potest fieri quadrupliciter: primò, quod possit supplere in esse finiti, & limitato gradu, scilicet, quo agit causa secunda, & sic inteligendo est negandum. Ratio: quia nihil finitè & limitatè Deo correspondet, sed simpliciter immensè, & infinitè, vt dictum est. Secundo modo vt intelligatur respectu complexè significabilis, & sic non potest, quia implicat. Tertio modo, quod intelligatur Deus in esse immenso, infinito, & illimitato, & sic conceditur. Quartò põt intelligi, q̃ Deus respectu incomplexè significabilis, quod est hoc aliquid, & non est aliquale esse, posset supplere in esse immenso. Debet concedi. His patet, quemodo intelligatur regula prima. Quidquid põt Deus causa secunda mediante, potest se solo. Sic ergo patet, quomodo creaturæ sunt in Deo secundum genus causæ efficientis, & conseruantis. Tertio modo potest intelligi, omnia esse in Deo secũdum habitudinem causæ formalis, & hoc sumi potest quadrupliciter: Vno modo, quod Deus informet creaturã uel è conuerso creaturæ Deum, & hoc non, quia Deus est actus purus, Secundò, q̃ Deus & creatura, cõstituant tertium per se, quemadmodũ forma & materia, & hoc nõ: quia Deus non est compositus, nec cõponibilis ex dist. 8. primi Sententiarũ. Tertiò quod sint in Deo exemplar, quia forma exemplar dicitur, ex tertio Metaphys. & sic debet concedi cum Deum omnia cognoscat, vt dictum est: quod enim Deus sit omnium forma exemplaris, & exemplatiua, patet per Augustinum, de Verbis Domini, Sermone 38. Et de Libero arbitrio, libr. 2. capite 28. Similiter Dionysius cap. 20 de Diuinis nominibus, & Linconiensis tractatu de prima forma, qui dicunt, quòd Deus est forma omnium formatorum: loquuntur enim de forma exemplari, iuxta illud Boetij, tertio de Consolatione.

Ducis

Ducis ab exemplo, pulchrum, pulcherrimus ipse.
Mundum mente gerens, similique imagine formans,

Patet ét rõne: quia Deus nihil agit, ignorãs nescíens, & irrationabiliter; quare necesse est rationes fiendorum in ipso existente, & immutabiliter præfuisse. Quod verò omnia sint in Deo exemplariter, docetur per Hermetem de verbo æterno, 2. capite, vbi dicit: In creatore fuerũt omnia, ante quam omnia creasset. Et cap. 15. loquens de rebus mundanis & mundo. Non erant, inquit, quando non erant, sed in eo iam tunc erant, vnde nasci habuerunt. Idem Dionysius de diuinis nominibus, & pariter Magister Sententiarum, & Venerabilis Beda, exponens, Quod factum est, in ipso vita erat. Et August. 6. de Trinit. cap. 10. Quod verbum Dei est ars quædam omnipotentis atque sapientis Dei, plena omnium rationum viuentium, & incommutabilium, & omnes vnum in ea. Idem ponit de Trinit. 11. & 83. quæstionum, vbi tractat de Idęis. Conformiter & Origenes, super illud in ipso vita erat. Sed notandum, quod iste modus essendi exemplare, in Deo, differt à modo essendi efficienter: in aliquo enim est aliquid sicut in efficiente, quod tamen non est in eo sicut in exemplari, vt patet per Dionysium, cap. 5. de diuinis nominibus, dicentem, quod ista sensibilia sunt in sole, sicut in causa efficiente: & tamen non sunt in eo, sicut in forma exemplari, quia non primò cognoscit ea. Vlterius sciendum, quod istæ rationes quæ ponũtur in Deo, siue dicantur exemplaria, & substantificè, vt dicit Dionysius, siue dicantur Ideæ, vt dicit Augustinus, sunt ipse Deus, quia quidquid est in Deo, est ipse Deus, ex primo Sententiarum, distin. 8. & sunt regulariter ipsa diuina essentia, quantum ad absolutum, quod important principaliter, & in recto, licet alia connotent secundariò, & in obliquo, vt dicit Bonauẽtura, & Petrus Aureoli 1. Sent. dist. 35. Quartò potest intelligi, quod creaturæ sint in Deo vt forma immutatiua, & qualiter debeat intelligi patet ex supradictis. Quartò modo potest intelligi, omnia esse in Deo secundum habitudinem causæ finalis. Et hoc cõcedendum est, non solum à quolibet Catholico, quia ipse est α. & ω. principium, & finis. Et Augustinus 22. de Ciuitate Dei. Quod ipse est finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, & sine fatigatione laudabitur. Sed hoc etiam à quolibet Arist. imitatori debet concedi: cum enim in causis per se, nõ sit in infinitum processus, sed est deuenire ad vnum primum, vt dicitur 2. Metaph. Et quod idem respectu eiusdem, nõ potest esse causa in omni genere causarum, ex 2. Physicorum, nec in causis, est circulatio, ac in causis essentialiter ordinatis est ordo: quare est deuenire ad vnum supremum, & primum entium, ineffectibile, non materiatum summè simplex, non formatum, non finitum, non excessum, independens, sibi plenè sufficiens, & istud est Deus ipse, prout Arist. & Commentator

12.Metaph.multis commentis eſtendunt: quod quidem, ſicut eſt omnium principium effectiuum,ſic & finituum: quia vltimus terminus excluſiuus totius latitudinis entis creabilis,vt probatum eſt Fructu præſenti,in ſumma.Cõſtat igitur, quomodo intelligitur quòd omnia ſunt in Deo cauſaliter,& per conſequens Virgo Beata.Dico etiam, q; Virgo Maria,& omnia,ſunt in Deo ſecundo modo,ſ.eminenter. Vbi ſciendum,quod iſtum terminũ,(Eminenter) Doctores variè accipiunt. Scotus in tractatu de primo principio,dicit,quod(Eminenter) idem eſt,qd prius,perfectius,& excedẽs omnia,ita quod(eminenter continere omnia)ſecundum ipſum,& principaliter,perfectionaliter,& omnia in ipſo eſſe.Franciſcus de Maioronis dicit, quod per Eminenter,debet intelligi,infinitè.Petrus Aureoli,in 1.diſt.55.q.2.art.2.dicit,quod Deus qa eſt ſimilitudo propria cuiuslibet, non vniuoca, ſed æquiuoca omnium naturarum, & omnium quidditatum, ſimillima quidem omni entitati, eſt omnis entitas eminenter,& ſic continet omnia eminenter, & ſubſiſtenter,& nõ formaliter. Sed quia vocabula ſunt ad placitum,accipio hic,quãdo dicitur,quod omnia ſunt in Deo eminenter,pro immensè, ita quod omnis perfectio,quæ reperitur in creatura, quæ perfectionem ſimpliciter dicat,ſi aliqua talis propriè reperiatur, cùm talis ab aliqua perfectione ſimpliciter exiſtente in Deo originaliter defluat,ideò quælibet talis eſt immenſa. Iſta habet duas partes. Prima eſt,quod omnis talis perfectio in creatura originetur à perfectione exiſtente in Deo. Iſta patet:quia nihil improductum in creatura reperitur, nec creatura eſt à ſe, ſicut nec ſuum eſſe:quare propoſitũ. Et quod tales denominationes perfectionum a Deo procedant cauſaliter,patet ex dictis,cùm omnia à Deo ſint effectiuè.Hoc tamen declarat Auguſtinus 2. Confeſſionum, dicens:Tu Domine quia pulcher es,pulchra ſunt, quia bonus eſt,bona ſunt,& qa.es,ſunt.Et primo de doctrina Chriſtiana: Quia es,ſumus: & quia bonus es,boni ſumus: Igitur propoſitum. Secunda pars, quod tales perfectiones in Deo ſint immenſæ, oſtẽdit Auguſtinus de Ciuita. Dei,cap.6.& 13.de Trinit.cap.4.dicit:In Deo eſt vita, intelligentia,ſapiẽtia,bonitas,pulchritudo,& iſta omnia ſunt eſſentia. Cùm igitur ſua eſſentia ſit immẽſa,habetur propoſitum, quomodo omnia ſint in Deo eminẽter.Sed hic eſt dubium vnum:ſi pro eo quod perfectiones omniũ continentur in Deo,& Deus eſt omnia eminẽter,modo iam dicto quare non dicatur lapis,leo,lignum,ſicut dicitur vita viuentium,& huiuſmodi. Reſpondetur primò, quòd tales denominationes non ſumuntur ſimpliciter a perfectionibus, ſiue denominationibus perfectionum ſimpliciter diuinarum in creaturis repertarum:quia leo nõ denominatur ſimpliciter,& præcipuè a prima perfectione,quod eſt eſſe: nec a ſecunda,quod eſt viuere,præcipuè,& ſic de alijs conſimilibus,ſed nomen ſumitur à toto compoſito,ſcilicet forma,ideò Deus talibus nominibus

unncu-

nũcupari non potest, licet nominibus non compositis, sed talium perfectionum censeatur: nam dicitur esse vita. Secundò potest dici quod sit leo, lapis, & huiusmodi nominibus denominetur à sua perfectione: quia talis est cum limitatione: ideò, quia dictum est, q̃ immensè Deo correspondet omnis perfectio, & non limitatè, nec finitè, ideo talibus denominationibus vocari nõ põt. Tertiò põt dici, q̃ si species superior contineat perfectionaliter inferiorẽ, non tñ formaliter, & sic superior nõ possit denominari denominatione speciei inferioris hac de cã multo magis in Deo. Quare talibus noibus non potest vocari. Per dicta ad Doctores oppositũ asserere videntes, põt dici per premissa. Patet ergo, qũo B. Maria, & omnia, sunt in Deo eminenter, modo iam dicto. Dico tertiò, q̃ omnia sunt in Deo perfectionaliter, & præcipuè B. Maria: vbi aduertendum, quod hoc dupliciter potest intelligi, vno modo per æquiualẽtiã, vt perfectio argẽti est in auro, per æquiualẽtiam, & eo modo quo dicimus q̃ habẽs pecuniã, habet oĩa: & sic reuera oĩa sunt in Deo, quia præualet in infinitum omnibus entibus, omnibus bonis creatis, & creabilibus, cum sit summum bonum terminatiuum, & quietatiuũ appetitus rationalis: Iuxta illud Exodi 23. Ostendam tibi omne bonũ. Et isto modo potest dici, quod omnis bonitas, dignitas, & sic de alijs, sit in Deo, & consequenter, omnis creatura. Alio modo potest intelligi, quod omnis creatura sit in Deo perfectionaliter, sic scilicet quod cũ omnia, quę sunt in creatura sint imperfectioni annexa, vt esse, sapere, et sic de alijs, resecata omni imperfectione, Deo possunt attribui, & sic intelligendo iuxta regulam Augustini de Bono, cap. 9. & de Trinitate, c. 3. omnia sunt perfectionaliter in Deo, non cõtractè, & particulatè, sed absolutè, & illimitatè. Dico quartò, quod B. Maria, & oĩa, sunt in Deo vitaliter, & quia hoc dicit Ioannes: Quod factum est, in ipso vita erat. Et in Actib. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Et Augustinus, omnia, inquit, vita sunt. Quod qualiter sit intelligendum, nunc declarandum est. Vbi sciendum, quòd nulla creabilis essentia, est, vel potest esse in Deo formaliter vita. Ratio, quia aut vita creata, & istud includit contradictionem, aut vita creatrix, aut esset immensè vita, & si sic, quælibet esset formaliter Deus: aut finitè solùm, & si sic, in Deo esset latitudo, quod non est possibile, cùm sit simplex omnino. Insuper, cum Augustinus dicat, quod in Deo omnia sunt vita, viuentia videlicet, & non viuentia; si ergo quælibet esset formaliter vita in Deo, tunc non viuentia essent formaliter vita, quod contradictionem implicat. Similiter, esse talium creaturarum in Deo, nullo modo esset distinctum à diuino esse. Ratio, quia ex quo habent perfectius esse in Deo, quàm in proprio genere, non sunt distinctæ à diuino esse. Esse denique creaturæ in Deo nõ est intrinsecè vita, sed solummodo extrinsecè, & denominatiuè. Ex quo enim tale esse creaturæ non ponit distinctũ esse à diuino esse, nec

aliqua

aliqua creatura potest esse diuinum esse formaliter. Creaturam ergo est se vitã in Deo, est solum denominatio extrinseca creaturæ. Ex quo apparet, quod hæc consequentia non est bona: Creatura est in Deo, ergo est vita, nec ista similiter: Creatura est in Deo, ergo est. Et notãdũ, quod hic fit processus à secũdum quid, ad simpliciter, quasi creatura habeat esse secundum quid, in Deo, cùm in Deo sit perfectius, quàm in genere proprio, sed non valet; quia est processus à denominatione extrinseca, ad intrinsecam. Esse enim creaturæ in Deo, non est intrinsecum esse creaturæ, & ideo ex hoc non sequitur creaturam esse, vel intrinsecè esse. Ex quo apparet, creaturam esse in Deo, esse intrinsecam denominationem Dei, non tamen intrinsecã creaturæ. Quomodo ergo dẽt intelligi, quod creatura habeat esse vitæ in Deo? Respondetur, quod põt dupliciter intelligi: vno modo, intelligendo, quod cuiuslibet creaturæ ratio, qua denominatur vita ī Deo, est in se formalitet vita, ita quod talis ratio in se est intrinseca, & formaliter vita, & denominat extrinsecè creaturam in esse vitæ, & sic nõ omnis creatura est vita in Deo, quoniam non omnis creaturæ ratio causalis, vel perfectionalis diuina, est in se formaliter vita, sed solius creaturæ, quæ potest a Deo participare esse vitale. Secũdo modo, talis ratio potest dici regulariter vita, ex identitate, cùm quilibet talis sit regulariter essentia uitalis immensa, & sic quælibet creatura secundum qualemcunque cõtinentiam primam est in Deo vita, quoniam cuiuslibet talis creaturæ ratio in Deo siue perfectionalis, siue causalis, est regulariter immensa vita. Aliter potest dici secundum Augustinum, & Doctores: Creaturã esse vitam in Deo, quia esse vitam in Deo, sicut & in alijs intelligentijs creatis, potest accipi, vel pro actu primo, s. pro re, quæ est in se vita, & isto modo nõ quælibet creatura est in Deo vita, quoniam non quælibet ratio diuina secũdum quã creatura dr esse in Deo vita, est in se formaliter vita. Vel põt accipi pro actu secundo, scilicet vitali, quæ denominatur vita, & hoc quod vitaliter immutat potentiam, & sic omnis cognitio, vel volitio, est vita, & sic dr, quod quælibet ratio diuina secundũ quã Deus continet creaturam, est cognitio sui esse, & creaturæ contẽtæ in ipso, siue perfectionaliter, siue causaliter. Sed ex dictis oritur dubium; quia dictum est, esse creaturæ est perfectius in Deo, quam in proprio genere: cur non sequitur creaturam æternaliter esse, sicut ex æterno esse in genere proprio sequitur. Respondetur, quod esse creaturæ in Deo, est immensum esse ipsum diuinum, tale autem esse non denotat intrinsecè creaturam, sed extrinsecè, non sic est autem de esse in genere proprio. Quòd vero nõ denominet intrinsecè sed extrinsecè tale esse, patet, quia si per impossibile creatura inciperet esse vita in Deo, nulla esset, nec sequeretur mutatio in creatura, sed in solo Deo. Quare talis denominatio est potius creaturæ extrinseca, quã intrinseca. Ex dictis igitur apparet, quomodo

creaturæ

creaturæ habeat esse vitaliter in Deo, & per cõsequẽs Virgo Maria, & omnia alia in Deo habent esse, causaliter, eminenter, perfectionaliter, & vitaliter: & qualiter habuit esse ab æterno, & quomodo, & sic est ad quintũ, quod erat videndum, responsum. Manifesta est igitur & aperta ex dictis, gratia diuina largiente, declaratio primi Fructus, scilicet, Maria Deo cognita: & quomodo intelligatur: & per consequens patet expositionis declaratio illius, quod pro talis fructus breui expositione ponebam, videlicet fidelium omnium sancta Ecclesia catholica magistra directrix, & mater.

FRVCTVS SECVNDVS.

Maria figuratur.

EXPOSITIO BREVIS.

FIGVRIS, & ænigmatibus variis in sacro eloquio de Virgine Maria notitia traditur, vt cuius sanctitatem, gradum, & perfectionem, oculis cernere non valet corporeis, diuersis manuductus typicis exemplis, Virgini applicatis, conspiciat licet imperfectè obtutus mentalis.

EXPOSITIO MAIOR.

EXcelsae Genitricis Dei Marię prerogatiua, etsi ea multis cõsurgat (prout in sequẽtibus latius patebit) pręcipuè tamen ex hoc comprehenditur, quod ipsa Beata Virgo, in veteri testamento pluribus typicis modis & figuris extitit designata, hoc dicẽte beato Hieronymo, in sermone de Assumptione, qui incipit. Hodie. Vbi ipse doctor, inquit: Quidquid humanis potest dici verbis, minus est ad laudem eius. Rõnem assignat, dicẽs. Quia diuinis & angelicis est excellentius prædicata, & laudata præconijs. A prophetis quidem prænunciata, à patriarchis figuris, & ænigmatibus præfigurata, ab Euangelistis exhibita, & monstrata, ab angelo veneranbiliter ac officiosissimè salutata. Beato Ambrosio in Sermone de Natiuitate Virginis hoc asserente. B. Maria priusquàm nasceretur, erat prę nunciata, & designata oraculis. Deuoto inquiente Bernardo, in serm. de Natiuitate Virginis: Longè, inquit, ante sanctis patribus cęlitus repromissa, quod mysticis præfigurata micaculis, quod oraculis prænunciata diuinis. Idem dicit super Missus est. Ioanne Damasceno affirmante, quarto libro Sententiarum suarum: Beata, inquit, Dei genitrix prę æterno & præuisiuo Dei cõsilio prædeterminata, & diuersis imaginib.

& ser-

& sermonibus prophetarum per Spiritum sanctum præimaginata & prædicata, ideſt prædeterminato tempore ex Dauidica ſtirpe generata eſt. Huius igitur præfigurationis cauſa, etſi occulta ſit, ex hoc tamē valet potiſſime intueri, quod quia humanum ingenium inſufficiens reperitur omnino ad Virginis magnalia indaganda, & contemplanda, Sapientia hoc præordinauit diuina, vt diuerſis ænigmatibus monſtratis, & figuris ſub certis modis Virgini applicatis, ad excellentiæ eiuſdem aliqualem notitiam veniremus. Hoc factum eſſe in alijs (Sacra ſcriptura referente) didicimus, vt daret de Dauid ſimulato amore. 2. Reg. 24. De Nathan adipi. De Elia faculæ ignitæ. De Simone oniæ ſtellæ matutinæ & ſic de plurib. alijs, vt habetur a ca. 44. Eccleſiaſtici vſque ad 50. Et licet, vt dictum eſt ſuprà, in introductione ſermonis, ſuper hoc opus de Virgine, ſic non poſſit fieri ad plenum ſufficienter, non eſt tamē negandum ipſam ſub diuerſis typis & ſacris ſymbolis declaratam extitiſſe hominibus, & Prophetis, vt aſſerūt Doctores præfati. Figuræ igitur veteris teſtamenti, etſi non plenè aut clarè Beatam Mariam quoad perfectionem oſtendant, non ſunt tū abijciendæ: quia manuductiuæ ſunt pro parte, quid, qualiſve fuerit Virgo Maria. Fructus igitur iſte ſecundus, ſ. Maria figuratur, circa hoc principaliter verſatur, vt nō ſolum ex figuratione Virginis excellentiam declaret, ſed quid ſit aliqualiter explicet & demonſtret. Vt ergo hoc lucidius videatur in propoſito, duplex modus procedēdi reperitur: Primus modus eſt, vt inſpiciatur per quas figuras fuerit deſignata, qualis forma expoſitionis habeatur ipſarum deinde quomodo applicentur eidem. Secundus modus erit, vt vitæ Virginis per actus diuerſos diſtinctæ figuræ congruentes debitæ adiungantur. Pro euidentia primi modi ſciendum eſt, quod vt B. Gregorius teſtatur in Homil. Aſcenſionis: Omnis creaturæ nomine homo intelligitur. Habet enim eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, & intelligere cum ſpiritibus. Quo verbo ſequitur, quod aſſumptione humanæ naturæ a verbo omnia creata ſint nobilitata. Maria ergo cum talis nobilitationis per fructum ventris ſui principium fuerit & cauſa, ſicut omnis creatura eidem regratiari tenetur, ſic per omnem creaturam licet imperfectè velut per verbum naturale habet laudari, & poteſt figurari. Creaturæ tamen ſunt in multiplici differentia: ſunt enim quædam intellectuales, & ſupercœleſtes, vt angeli, archangeli, throni, & dominationes, & ſic de alijs ordinibus. Quædam ſunt cœleſtes, vt cœlum, ſtellæ, ſol, luna, cum alijs planetis. Quędā ſubcęleſtes, & iſtarum creaturarum, quędam ſunt elemēta, vt ignis, aer, aqua, & terra. Quædam ſunt elementata, & iſtorum elementatorū, quędam ſunt in aere producta, vt nubes, arcus, & huiuſmodi. Quædam in terrā, et iſta ſunt in multiplici differentia. Quædam ſunt inſenſata omnino omni anima carentia. vt mōtes, petræ, valles, & huiuſmodi. Quædam

dam sunt anima vegetatiua animata, vt herbæ, plantæ, arbores, & huiusmodi. Quædam habent animam sensitiuam, vt sunt volatilia, & alia animalia, vt columba, ouis, & huiusmodi. Quædam sunt anima intellectiua adornata, vt homo, etiã quia quædam homo operatur propter sua commoda, vt domum, aulam, & huiusmodi. Quædam propter Dei cultum, vt templum, altare, & huiusmodi. Sunt etiam quædam creaturæ ex terra egredientes, vt fontes, & flumina: quædam intra terræ viscera etiam sunt generata, vt aurum, argentũ, & sic de aliis metallis. Quædam sunt iuxta terram, vt mare, & quæ in eo sunt, vt pisces, margaritæ, & huiusmodi. Per has ergo tam varias & multiplices creaturas, B. Maria hẽt & potest figurari. Ratio generalis est: quia sicut apparet in naturalibus, quòd species superior continet perfectionaliter inferiorem, & superaddit, & homo superior sit omnibus alijs ab angelo, quare & perfectiones continent aliarum. B. Maria, quia homo potest merito per ipsas creaturas designari, potest etiam per angelos. Ratio, quia vt cantat Ecclesia, B. Maria super omnes ordines angelorum exaltata resedit, quo ad gratiam & gloriam, omnes excellens. Quare & omnium habẽs perfectiones, potest merito per illa, quæ eis attribuuntur typicè figurari. Videndũ est igitur nunc, per quas figuras B. Maria in sacro eloquio fuit figurata, & vt cõfusio intellectus in talibus euitetur, iuxta dict. 12. præfatæ creaturarum figuræ ad propositum deducentur. Verum quia à nobiliori est inchoandum, ab angelo sumam exordium. Primò, Beata Maria pòt figurari per Seraphin, Cherubin, Thronos, Principatus, Potestates, Dominationes, Virtutes, Archangelos, & Angelos, ratione prædicta: & qualiter designetur, dicetur inferiùs. Secundò, est figurata per homines. Et quia homo est in duplici sexu, masculino, & fœmineno, qualiter per homines masculini sexus figuretur, dicetur Fructu 4. & 5. Sed pro præsenti sufficit ostendere quomodo in sacro eloquio per mulieres & per quas figuretur. Maria est figurata per Heuã omnium primam Matrem. Per vxorem Noe. Per Saram. Per Rebeccam. Per Rachelem & Liam. Per Mairam sororẽ Moysi. Per Elisabet vxorem Aarõ. Per Raab. Per Delboram & Iahel. Per mulierem Sichimitam. Per matrem Samsonis. Per Ruth & Noemi. Per Annam matrẽ Samuelis. Per Michol Per Abigail. Per Bersabee. Per Abisac Sunamitem. Per mulierem Tecuitem. Per Thamar, speciosam. Per Iosabet vxorem Ioiade. Per Adon Prophetissam. Per Annam & Saram. Per Esther. Per Iudith. Per Susannam. Per matrem septem fratrum: & sic de alijs mulieribus in veteri testamento vulgatis. Et non solum per mulieres antedictas & consimiles B. Maria est figurata, sed per nomina mulieribus correspondentia est veraciter declarata. Dicit enim Virago. Hęc vocabitur Virago. Genes. 3. Mater. Psalmo. Mater Syon, dicetur homo Domina, sic Maria interpretatur. Sed & in tristitia Domina gentium, Filia. Audi Filia, & vide.

Gen. 3. *Gen. 6.* *Gen. 11* *Gen 24.* *Gen. 29.* *Exo. 2 7.* *& 14.* *Exod. 6* *Iosue 2.* *Iudic. 4.* *Iud 9.* *Iudi: 13.* *Ruth. 1* *1 Reg 1.* *1 Re. 18.* *1 Re. 25.* *2 Re. 12.*

3. Reg. 1. vide. Regina, Astitit Regina à dextris tuis. Vna, Vna est genitricis suæ
2 Re. 20 electa. Perfecta ibidem. Vna est perfecta mea. Electa ibidem: Electa vt
2 Re. 14. sol. Soror, Soror mea paruula est. Sponsa, Canticorum, per totum. An-
4 Reg. 9. 4. Re. 22. cilla. Ecce ancilla Domini. Nutrix, Suscepit Noemi puerũ. Mulier gra
Tob 1: tiosa, Mulier gratiosa inueniet gloriam. Aduocata nostra, Ego loquar
Hester 2. pro te Regi. Amica, Surge amica mea, & veni, & Tota pulchra es ami
Iudith 8 ca mea. Tertio modo est figurata Maria. Per creaturas cœlestes. Per cę
Dan. 13. 2. Ma. 6. lum empyreum. In principio creauit Deus cœlum & terram. Per cęlũ,
Gen. 3. Suspice cœlum, & numera stellas. Per firmamentũ, Vocauit Deus fir-
Thren. 1 mamentum cœlum, & ibidem. Diuisit aquas, quæ erant sub firmamen
Psal. 44. to. Per stellam, Orietur stella ex Iacob. Per stellam matutinam Eccle-
Cant. 6. siastici 51. Quasi stella matutina. Per sidus, Sydus Dei nostri. Per Astrũ,
Cant. 6. Cant. 7. Multiplicabit te Deus sicut astra cęli Per Polum, Circa cardines cœli
Luc. 1. dominus perambulat. Per solem. In sole posuit tabernaculum suũ. Per
Ruth. 3. lunam, in Canticis, Pulchra vt luna. Per lucem, Diuisit lucem a tene-
Prou. 2. bris. Per diem, Primogenitam vocauit diem. Per noctem, Nox illumi-
3. Reg. 2. natio mea. Per auroram, Quasi aurora consurgens. Per meridiem. Ca
Cant. 1. ticorũ 1. Indica mihi vbi cubas in meridie. Quarto mõ est figurata per
Cant. 4. elementa, per ignem, Per noctem in columna ignis. Per terram, Produ
Gen. 1. 15. catterra herbam virentem. Per aquam, Aquam sanctam in vase fictili.
Gen. 1 Per aerem, Communem aerem accepi. Quintò, Maria figurata est per
Num. 24 creaturas in aere generatas: scilicet. Per Arcum, Vide arcũ & benedic.
Amos 5. Per nubem, Thronus meus in columna nubis. Per nebulam, Dominus
Deut. 5. dixit, vt inhabitaret in nebula. Per niuem, Numquid ingressus es the-
Iob 22. sauros niuis. Per rorem, Obuians tos ab ardore venienti humilem effi
Psal. 18. cit. Sextò, Maria est figurata per creaturas omni anima carẽtes, scilicet.
Gen. 1 Per montem, Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Per
Iob vlti petram. Emitte agnum de petra deserti. Per solitudinem, Exultabit so
Psal. 118 litudo. Per conuallem, Descendam in ortum vt colligam poma cõual-
Cant. 6. lium. Per vallem, Vallis benedictionis. Septimò, Maria est figurata, Per
Exod. 13 vegetabilia, Per arborem, Arbor in medio terræ. Per radicẽ, Egredieť
Cen. 1 virga de radice Iesse. Per virgam, Virgam virtutis tuæ: Et virga Aaron
Leuit. 5. florvit. Per cedrum, Sicut cedrus exaltata sum. Per cypressum ibidem,
Sap. 7 Sicut cypressus in monte Syon. Per palmam ibidẽ, Quasi palma. Per
Eccl. 43. rosam, Quasi flos rosarum. Per oliuam, Quasi oliua speciosa. Per pla-
Eccle. 24 tanum ibidem, Quasi platanus. Per ficulneam, Quasi prima poma ficul
3. Reg. 8. neæ. Per vitem, Ego quasi vitis fructificaui. Per Terebinthum ibidem:
Iob 38. Ego quasi Terebinthus. Per Abietem: Pro saliũcula idest Heua ascen-
Eccl. 43. dit abies, idest, Maria. Per Sethim lignum, Arcam de lignis Sethim.
Psal. 67. Per amigdalum, Florebit amigdalus. Per rubum, Videbat quod rubus
Isaiæ 16. ardebat. Per nemus, Plantauit autem Abraham nemus Bersabee. Per
Isaiæ 35. balsamum, cinnamomũ, & mirrhã, Sicut cinnamomum, & balsamũ.
Cant. 6.
Gen. 34.
Dan. 3.
Isaiæ 2
Nu 18.
Eccle. 24
Eccle. 24

Per

Per storacem, galbanũ, & guttam. Per Libanum, ideſt thus, etumpet radix eius. Per nardum, Nardus mea dedit. Per florẽ ibidem: Ego flos campi. Per lilium, Sicut lilium inter ſpinas. Octauò, eſt figurata B. Maria per creaturas habentes animam ſenſitiuã. Per turturem, Vox turturis audita eſt. Per apem, Breuis inuolatilibus apis. Per columbam, Emiſit columbam de arca. Per ceruam, Cerua cariſſima, Per ouiculã, Habebat ouiculam. Per vellus, Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Per collum, Collum tuum ſicut turris Dauid. Per cor in Canticis, Ego dormio, & cor meum vigilat. Nonò, eſt figurata B. Maria per ea, quę ſunt ad Dei cultum ordinata. Per domum Dei, Hæc eſt domus Dei. Per aulam, Adorate Dominum in aula ſancta eius. Per ciuitatem Dei, Gloriosa dicta ſunt de te Ciuitas Dei. Per arcam fœderis Domini, Fecit Beseleel arcam. Per templum Domini, Sanctum eſt templum tuum. Per oraculum, ſiue ſancta ſanctorum, Intulerunt arcam ſacerdotes in ſancta ſanctorum. Per propitiatorium, Facies propitiatorium de auro. Per altare aureum, ſiue thymiamatis, Fecit altare holocauſta. Per velum, Facies velum de hyacintho. Per atrium, Adorate Dominum in atrio ſancto eius. Per candelabrum, Lucerna ſplendida ſuper candelabrum. Et cãdelabrum ductile de auro. Decimò eſt Maria figurata per opera humano vſui deputata, ſ. Per exempla, Fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Per librũ vitæ. Hæc omne liber vitæ. Per ſpeculum, Videbitur Deus deorum in Syon. ideſt, in ſpeculo. Per vas nouum, Miſit Eliſeus ſal. Per vas aureum, Quaſi vas auri ſolidum. Per ciuitatem Dauid, Hæc eſt ciuitas Dauid. Per murum, Ego murum, & vbera mea ſicut turris. Per turrim, Sicut turris Dauid, quę ędificata eſt. Per portam. Porta hæc clauſa erit. Per aquæductum, Sicut aquæductus de paradiſo exiui. Per paradiſum, Plãtauerat autem Dominus Deus paradiſum. Per agrum, Ecce odor ſicut odor agri pleni. Per feneſtram. Feneſtram in arca facies. Per thalamum, Tanquam ſpõſus procedens de thalamo ſuo. Per thronum, Fecit Rex Salomon thronum. Per ferculũ, Ferculum fecit Rex Salomon. Per lectulum, Lectulum Salomonis ſexaginta. Et ibidem: Lectulus noſter floridus. Per horreũ Pharaonis. Per portum, Deduxit eos in portum. Per cellarium, Introduxit me rex in cellam vinariam. Per clibanum, Apparuit clibanus fumans. Per fornacem, Fornax ſuccenſa erat ſeptuplum. Per nauim, Facta eſt quaſi nauis inſtitoris. Per ſcalam, Vidit Iacob ſcalam ſtantem. Per arcam Noe, Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Per tabernaculum, Requieui in tabernaculo meo. De quo tabernaculo eſt figura. Fixit tabernaculum Iacob trans turmani gregi. Per columnã, In columna nubis præcedebat eos. Vndecimò eſt figurata B. Maria, quæ à terra egrediuntur. Per fluuium, Fluuius egrediebatur. Per fontem, ibidem: Fons aſcendebat è terra. Per puteum, Puteus aquarum viuentium. Per tigrim in Euphratem, Doricem,

Oſe. 9.
Eccl 24.
Iſa. 6 o.
Exod. 25.
Eccl. 11.
Exod. 3.
Gen. 21.
Eccle. 24
Eccle. 24
Cant. 1.
Cant. 2.
Cant. 1.
Eccle. 13
Gen. 8.
Prou. 5.
2. Re. 12
Cant. 4.
2. Re vl.
& 1. Paralip. 22.
Exod. 37
3. Reg. 8.
Exod. 25
Exod 38
Exod 25
Exod. 26
& 25.
Exod. 25
Eccle. 24
4. Reg 2.
Eccle. 50
2 Reg 5.
Cant. 8.
Cant. 4.
Ezec. 44
Eccl. 24.
Gen. 2.
Gen 27.
Gen 6.
3. Reg.
Cant. 3.
Cant. 3
Gen. 43.
Cant. 1.
Gen. 15.
Dan. 2.
Prou vl.
Gen. 28.
Gen. 6.
Eccle. 24
Gen 32.
Exod. 13
Gen. 2.

Cant. 4. Eccl. 5. Gen. 2. Apoc: 21 Exod. 28

cem, & Iordanem, & per Phyſon. Per mare, Omnia flumina intrãt mare. Duodecimò, & vltimò eſt figurata B. Maria per illa, quæ fiũt ſub terra, ſcilicet, per aurum, Aurum terræ illius optimum eſt. Et alibi: Ciuitas aurum. Per gemmam carbunculi, Per lapides precioſos, vt de Sardio, & Topatio. Aliæ ſunt figuræ in ſacro eloquio, quæ poſſunt ad aliquem præfatorum modorum reduci. Et prædicenda de prædictis poterunt ad Virginem applicari; ſed quia magis eſſet prolixum omnia, & ſingulæ prędicta diffuſe exponere, ideò pro euidentia dictorum dicendorum eſt ſciendum, quod omnes creaturæ, tàm cœleſtes, quàm terreſtres per hæc duo comprehendendo omnia creata diſtinguuntur. Primo penes cauſas, tàm materialem, formalem, efficiẽtem; quàm finalẽ, vt patet intuenti. Secunda diſtinctio; aliquæ ſemper mouentur, aliquæ ſemper quieſcunt; aliæ aliquando ſic, aliæ aliquando non; aliæ mouentur ſurſum, aliæ deorſum, aliquæ ante, aliquæ retrò. Deorſum, & ſurſũ, dextrorſum, et ſiniſtrorſum. Tertia diſtinctio aliquæ diſtinguantur penes ſitum, & locationem aliquæ locantur ſuper cœlũ, aliæ in cœlo; alię in aere, aliæ in aqua, aliæ in terra, aliæ ſub terra. Quartò diſtinguuntur penes figurationẽ; aliquæ ſunt figurę triãgulares, aliquæ quadrãgulares, aliæ ſunt pentagonæ, aliæ ſexagonæ, & ſic de alijs figuris. Quintò diſtinguuntur penes naturas diuerſas. Per naturã herba differt ab arbore, & arbor ab animali, & ſic de alijs. Sextò diſtinguuntur penes diuerſos effectus. Alius eſt effectus nardi; alius piperis, alius roſæ, alius adamantis; & ſic de alijs. Septimò diſtinguuntur quantitate, & dimenſione. Alia ſunt magna, alia parua, alia longa, alia oblonga, alia rotunda; & ſic de cõſimilibus. Octauò diſtinguuntur colore. Aliqua habent colorem album, alia nigrum; aliqua croceum, alia rubeum; & ſic de alijs. Nonò diſtinguuntur ſapore. Aliqua enim habent ſaporẽ dulcem, alia amarum; aliqua inſipidum, alia acetoſum; & ſic de alijs. Decimò diſtinguuntur odore. Aliqua ſunt odoris ſuauis; alia oppoſiti; & ſic de alijs. Vndecimò diſtinguuntur ſono. Omnia enim, quę pertinent ad auditũ; aut ſunt vocis; & tunc, vel ſunt graues, aut acutæ, aut ſuperacutę. Aut ſunt inanimata, vt ſunt cithara, pſalterium, cymbalum, nablum, ſiſtrũ, organum, fiſtula, ſambuca, ſymphonia, cornu, chorus, tympanum, buccina tybia, lyra; & ſic de alijs; & iſta differunt, quia ſonum faciunt, flatu, aut tactu. Duodecimò diſtinguuntur tactu. Aliqua enim ſunt aſpera, aliqua plana, alia calida, alia frigida, & ſic de conſimilibus. Tertiodecimò diſtinguuntur penes potentias animæ, ſ. vegetatiuæ, ſenſitiuæ, & intellectiuæ. Aliqua enim habent ſolum vegetatiuam, aliqua vegetatiuam, & ſenſitiuam; & aliqua omnes tres ſimul. Quartodecimò, & vltimò diſtinguuntur penes diuerſas artes. Alia arte fit domus, alia veſtis; & ad aliũ finẽ, & ſic de alijs. Alia ſunt operata à natura, & alia ab arte; & ſic de cõſimilibus. His prælibatis proportionaliter, & cõformiter ſunt

ter sunt ponendæ quatuordecim regulæ figuras omnes iam dictas, & possibiles exponentes, & declarantes. Prima regula est ista. Si figura applicanda Virgini est materiata, idest habet causam materialem. Si materia est incorrupta Mariæ ostendit puritatem, & sui perfectam quoad carnem sanctificationem, & filio integræ, & mundæ ministratam carnis substantiam, ita quod nec in se, nec in filio caro peccato aliquando fuit obnoxia. Si materia est nobilis, Mariæ ostendit generositatem quoad carnis propagationem. Orta est enim de tribu Iuda nobilissima, vt Fructu quarto, & quinto dicetur. Si materia sit vilis, Mariæ ostendit profundam humilitatem sub omnibus, & præ omnibus: se etenim humiliauit, quare super omnia exaltata. Si materia est corruptibilis Mariæ patientiam ostendit, quæ licet immunes esset à peccato, tamen quasdam peccati pœnas habuit, scilicet, famem, sitim, & sic de alijs, & vltimò mortem, quæ omnia patienter portauit, Factaque sunt ei ad cumulum meritorum. Si habeat causam formalem, vel ipsa sit forma, cum forma det esse completum rei, & pulchritudinem, ostendit Mariæ quoad gratiam & virtutes, perfectionem, pulchritudinem insuper animæ, qua pulchra, vt sol, idest Christus fuit per inhabitantem gratiæ plenitudinem. Similiter & pulchritudinem corporis ostendit, quia elegantis fuit formæ. Si 2. Re. 14
applicanda figura habeat causam effectiuam, priuilegium, & singularitatem dilectionis Dei ad Mariam ostendit, & declarat, vt sicut à Deo ab æterno prælecta, sic parentibus à Deo donata. Potest etiam ad Dei verbum referri in ipsa incarnatum, non virtute humana sed diuina, quia qui eam creauit, in eius tabernaculo requieuit.
Si actionem etiam habeat increatam, potest etiam Mariæ aptari, quia Eccle. 24
Maria ancilla fuit Dei, & Deo semper voluntate fuit conformis, quidquid boni operis, & virtutis fiebat in ea, ipso Deo, & sua gratia inspirante, iuuante, & perficiente fiebat iuxta illud. Opera nostra operatus es Domine. Si actionem etiam habeat creatam potest intelligi per talem actionem creatam, quod nunc spiritualiter agit Beata Maria circa suos fideles. Si figura applicanda habeat, & facta est ad finem, vel ad finem vltimum consequendum, Mariæ prodit efficaciam, quæ primum coniunxit vltimo, & supremum infimo, Deum, scilicet, hominem, quem videre, audire, alloqui, & vltimò ad ipsum venire possemus. Vel ad finem propter hominis vtilitatem singularem, & tunc tale Mariæ influentiam, quæ facta ad omnium hominum salutem, & vtilitatem ostendit. Omnibus enim omnia facta est, teste Bernardo. Vel propter fines hominis particulares, vt patet de naui, & domo, & sic de consimilibus. Nauis enim significat Mariam secundum illud. Facta est quasi nauis institoris. Similiter Domus. Hæc est domus Dei, & porta cœli. Et qualiter Prou. 31

hæc sint applicanda, in regula quartadecima dicetur. Secunda regula si applicanda ad Virginem denotent motum, & quietem, si talia sint in continuo motu, sicut est cœlum, Mariæ ad diuinum amorem demonstrant. Amor enim erga amatum semper tendit iuxta illud
Cant. 4. Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. Et sic ex motu assiduo magnitudo, & vehementia diuini amoris ostenditur. Potest etiam per motum continuum pietas intelligi Marię. A summo cœlo (per pietatem) egressio eius (ad miseros subleuandos,) & occursus eius est, nihilominus vsque ad summum eius, idest, Deum per amorem, & contemplationem ipsius. Si talia in continua quiete, vt est centrum terræ, quies talium ad plura se extendit, & applicari possunt Marię ad perfectum carnis dominium secundum Apostolum. Inter carnem, & spiritum continuum versatur dissidium, quies ergo in Virgine potest eius spiritus super carnem denotare dominium, ad statum enim innocentiæ Mariam fuisse deductam, in quo nulli inquietanti homo fuisset subiectus declarat quies talis, ad grauitatem morum potest referri Mariæ, quia virtuosus, et prudens æqualiter manet, nec exaltatur prosperis, aut deijcitur aduersis. Ad plenitudinem etiam gratiarum Marię referri potest dicente Hieronymo, Cęteris per partes præstatur, Mariæ autem tota se infudit plenitudo gratiæ. Ad stabilitatem pariter, & beatudinis plenam adeptionem est etiam vltimatè quietata quoad corpus, & animam. Si verò talia ascendant sursum, contemplationem in Mariæ fuisse assiduè ostendunt. Si deorsum, Mariæ intellige exercitium, laborabat enim manibus cuncta pauperibus tribuendo, teste Hieronymo. Si verò talia moueantur ad omnem differentiam positionis, Mariæ intellige indagationem. Ascendebat sursum rimando cœlestia, descendebat deorsum calamitatem considerando humanam, ibat ante cogitando promissiones patribus factas, reuertebatur retrorsum immanitatem videndo criminum Deum ad iram contra homines prouocantium, conuertebatur ad dexteram latitudinem charitatis diuinæ amplectendo ad hominem, respiciebat ad sinistram, iustitiam Dei in retribuendo secundùm merita, & opera intelligendo. Si talia aliquando mouentur, & aliquando quiescunt prudentiam arguunt in Mariæ. Quieuit enim primo dictum angeli cogitando, mota est deinde interrogando, & respondendo. Ad vitam etiam Mariæ potest applicari, laborabat manibus, quiescebat orationibus. Motus ad actiuam, qua Martha laborat, sed quies ad contemplatiuam, qua Maria ad audiendum verbum Dei quiescit, refertur. Tertia regula si applicanda Virgini situ, & locatione sint differentia, Si in cœlo collocantur, vt stella, & sic de alijs, ratione altitudinis situs, Mariæ puritatem, gradum, principatum, perfectionem, cognitionem, & contemplationem prætendunt. Si in aere. Aut supremo, quod igni appropinquat,

pinquat, vt est impressio, quæ dicitur ignis perpendicularis, in Maria operationem, meditationem, speculationem, & cogitationem immediatas dicunt ad Deum. Si verò talia sint in medio aeris interstitio, vt pluuia, & huiusmodi, misericordiam pandunt Mariæ, quæ nostris precibus calefacta statim nobis pluuiam auxilij immittit. Si verò generaliter in aere commorentur, vt volatilia, in Maria dicunt subleuationem à terrenis, desiderium ad æterna, sequestrationem à peccatis, meditationem & contuitionem additorum à Deo. Si talia stent in terra, vt herbæ, animalia, & huiusmodi, in Maria ponunt varietatem virtutum, & operationum, impetrationem gratiæ sanctis significatis per herbas humiles, arboresque fructiferas, & peccatoribus significatis per lateres, ligna, saxa, & huiusmodi. Si sub terra talia stent cõuersationem secretam dicunt Mariæ, quæ velut aurum optimum Deo fuit accepta. Si in aquâ morantur, vt pisces, & huiusmodi, deuotionis dulcedinem in anima fuisse Mariæ declarant, & pietatem. Quarta regula si talia applicanda sint diuersarum figurarum. Si triangularis, ad Trinitatis perfectam imaginem, memoriam, intellectum, & voluntatem, existentem in Maria. Siue ad tres virtutes Theologicas in Maria in præsenti plenissimè manentes, fidem veracissimam, spem solidissimam, & charitatem ardentissimam. Vel ad virtutes paupertatis singularis, puritatis integralis, & obedientiæ exemplaris, quæ fuerunt in Maria, habent referri. Si talia sint figuræ quadratæ, vel quadrangularis, ad quatuor, quæ Mariam solidarunt in bono, quæ sunt, amor diuinalis, contemptus mundialis, à fomite præseruatio, & in bono conseruatio habent referri. Ad quatuor etiam virtutes cardinales, quæ in ipsa fuerunt, scilicet, prudentia in verbis, temperantia in cibis, fortitudo in tribulationibus, iustitia in operationibus. Si talia sint figuræ pentagonæ, ad dolorem habituum possunt aptari quinque vulnerum Christi, ad custodiam quinque sensuum & virgineam integritatem, seu exercitationem ad opera virtutum, videlicet gustus ad temperantiam, tactus ad fortitudinem, oculi ad prudentiam, auditus ad iustitiã, olfactus ad discretionem, seu ad delectationem perfectam in patria Beatorum. Si talia sint figuræ sexagonæ, ideſt sex angulorum, referri possunt ad opera misericordiæ Christo per Mariam secundum Bernardum exhibita. Ipsum enim Iesum Christum veteris sui hospitio recepit, carne vestiuit, pauit esurientem, sitientem lactauit, in infantia portauit in brachijs, & visitauit existentem in carcere vteri virginalis. Ad alia pariter misericordiæ opera, quæ continuò operatur. Ignorantes enim continuò instruit, errantes dirigit, fert opem oppressis, consolatur afflictos, operantes bonum adiuuat, et pro omnibus exorat. Ad sex etiam possunt referri, quæ castitatem seruant, quæ veraciter fuere in Maria,

scilicet, inhibitio sensuum, sobrietas, operatio, asperitas, cultus, sermonis raritas, vitatio personæ, opportunitas loci, & temporis. Si talia sunt figuræ, vel numeri septenarij, ad septem dona Spiritus sancti, quæ in Maria quieuerunt, possunt applicari. Ad plenitudinem etiam virtutum cardinalium, & theologicarum, scilicet fidei, spei, & charitatis: temperantiæ, fortitudinis, iustitiæ, & prudentiæ. Ad septem etiam beatitudines, tres animæ, scilicet, visionis, tentionis, & fruitionis, & quatuor corporis, scilicet, claritatis, impassibilitatis, agilitatis, & subtilitatis. Et sic de consimilibus septenarijs. Si talia sunt figuræ octangulorum ad octo beatitudines viæ, quæ habentur Matthæi quinto, quæ fuerunt in Maria, habent referri. Insuper ad excellentiam Beatæ Mariæ super alias mulieres in operibus puritatis, fœcunditatis, in gratia superuentionis Spiritussancti, incarnationis filij Dei, parturitionis clausura, lactationis vbere de cœlo pleno, sanctificationis perfectæ animæ, & corporis, & triplicis irradiationis diuinæ gratiæ quoad prophetiam. Si verò talia sint figuræ nouemangulorum, siue nouenarij numeri ad nouem gratias conformes nouem ordinibus angelorum, quas Maria habuit, vt dicetur, referuntur. Si talia sint figuræ decem angulorum, ad plenam obseruantiam decem præceptorum exhibitam per Mariam potest referri. Seu ad decimam dragmam, idest, decimum statum per ipsam in vita Beata, super nouem ordines angelorum inuentum, quem possidet. Si applicanda sint figuræ duodecim angulorum, siue duodenarij numeri applicari possunt ad gaudia, quæ ipsa habuit in præsenti, quæ sunt duodecim, scilicet gaudium annunciationis, natiuitatis filij, adorationis Magorum, præsentationis in templum, reductionis filij de Ægypto, inuentionis filij post triduum, operationis miraculorum, resurrectionis Christi, ascensionis Christi, missionis Spiritussancti; suæ felicis dormitionis, & nunc super omnia exaltationis. Possunt etiam ista duodecim ad duodecim, quibus omnes mulieres excedit, de quibus dicetur fructu vigesimosexto referri. Possunt etiam ad duodecim virtutes, quæ fuerunt in Maria referri, videlicet, fuit in ea continentia putissima, castitas illibatissima, puritas innocentissima, misericordia viscerosissima, humilitas profundissima, obediētia prōptissima, patientia inuictissima, paupertas verissima, iustissima, perfectissima, fides firmissima, austeritas in viuēdo, & veritas in docēdo. Quę dicta sunt de figura triāgulari, & quadrāgulari, et sic de alijs pñt ad numerū ternariū, & quaternariū debitè applicari. Quinta regula. Si talia applicāda sint diuersarū naturarū, vt animal, herba, arbor, & sic de alijs, apprehende ex talib. distinctionē, & multiplicitatē virtutū in Maria. Sicut est illa auctoritas. Cipr° cū nardo, nard° cū croco, &c. Vel illa de thymiamate, q̄ ex multis cōficiebat ad virtutes diuersas pñt aptari Mariæ. In nardo humilitas.

In croco

croco austeritus,& sic de consimilibus. Similiter in arbore. In cortice honestas. In stipite recta intentio. In ramis virtutum varietas. In humore gratia. In folio deuotio. In fructibus opus,vel opera virtuosa. Vel si adducantur diuersa animalia,vt columba, in qua innocentia ; aquila perspicacitas in cernendo diuina; ouis mansuetudo declaratur Mariæ, & sic de consimilibus. Sexta regula. Si talia aptanda sunt effectu distincta;alius est effectus vnius lapidis,& herbæ,alius alterius. Talia dũ ad Mariam applicantur varietatem munerum, & gratiarum à Maria procedentium declarant. Aliud enim donum tribuit carceratis, aliud cæcis,aliud surdis,aliud infirmis,& sic de consimilibus. Septima regula,si talia applicanda sint diuersarum quãtitatum,& dimensionũ. Magnitudo refertur ad statum misericordiarum,& singulas in se virtutes Marię. Paruitas ad nostrum iontuitum, ingenium,possessionem ipsarũ virtutum per nos respectu Mariæ,paruissimam habet referre,si sint capacissima ad susceptionem verbi Dei debent referri. Quod.n.cęli capere non poterant,ipsa gremio suo contulit. Paruitas ẽt ad humilitatem affectuum;& perceptionem arctissimã terrenorum habet reduci. Proceritas in talibus,vt est in arboribus ad Mariæ aptatur subleuationem; ad misericordiæ longitudinem,& altitudinem;quia ad cęlos,& ad omnes alios se extendit. Breuitas ad benignitatem,quemadmodum arbor breuis Maria attingitur,& faciliter fructus ex ea capiuntur;sic à Maria facillimè omnia donorum, & gratiarum accipiuntur; & indifferenter à quolibet eam exorãte. Octaua regula. Si talia applicanda sint diuersorum colorum; possunt ad distinctos actus vitæ Virginis applicari. Si enim sint apparentia,trãsparentia,& luminosa,vt argentum,claritatẽ ostendunt signorum Mariæ;& exemplorum in cõuersatione. Si obscura,fugã mãdatorum. Si cãdida,& alba puritatem dicunt in Conceptione,& Natiuitate,quia munda. Si rubea,Spiritus superuentionem in Incarnatione. Si virida operationem virtuosam. Si crocea austeritatem. Si nigra dolorem passionis Iesu. Si clara, vitæ sãctitatem. Si cœlestia, deuotionem Mariæ declarãt. Et sic per colorem album potest puritas intelligi Mariæ. Per rubeum castitas,per croceum austeritas,per viridẽ viuacitas in operãdo,per clarum exemplaritas,per nigrum compassio, per cœlestem deuotio,& sic de alijs coloribus,qui ad actus Virginis vitæ possunt applicari. Nona regula. Si applicãda sint diuersorum saporum,hoc est aliqua dulcia, alia verò amara, & sic de alijs saporibus ad Virginis opera,quàm sint distincta possunt applicari. Est enim Maria dulcis deuotis. Vox tua dulcis. Et fructꝰ eius dulcis gutturi meo. Amara Dæmonibus. Est sapor virtuosis,& pinguis cœlestibus,salsus mundi amatoribus,qui ipsam non sequuntur,quoad pœnitentiæ, & vitæ operationem. Acutus intelligentibus,acetosus hypocritis,ponticus hæreticis,stypticus diuitibus,& insipidus vitiosis,& carnalibus. Vel sapor,

quia gustu discernitur possunt dici sapores ad imitãtes Mariã. Dulcis quoad perfectos, amarus quoad delicioſos, qui licet eã diligãt, amarum eis videtur eã sequi. Salsus quoad pœnitentes, pingu quoad inhærentes, acutus quoad magnalia Mariæ indagãtes, acetosus quoad peccatores, stypticus quoad Virgines, insipidus ad ipsam simul, & vitã præsentem tenere volentes. Vel aliter. Dulcedo saporis potest referri ad conuersationem humilem. Amaritudo ad mundi contemptum. Mariæ. n. omnia mundana fuerunt amara. Salsedo ad pœnitentiã, & vitã austerã. Acuties saporis ad intellectus ipsius radiationem, qua incerta diuinæ sapientiæ pãdebãtur sibi. Pinguedo ad contemplationem, qua degustabat cœlestia. Acredo, vt sic loquar in consideratione illatorum filio sanctitas, quæ ex frigiditate, & caliditate, immoderata generatur ad vitã Virginis potest referri, quæ frigidam ex puritate calida, ex charitate. Ex prima cum Virginibus plùs quàm Virgo. Ex secunda Christi amatoribus fuit admirabilis. Insipiditas ad glorię mundi declinationem. Et si mater fuit talis filij, tã mira facientis, & doctoris, nõ in gloria vnquã est elata humana, sed talis glòria sibi semper fuit insipida, quia assueta degustare diuina. Decima regula. Si talia applicãda sint distincte in odore, quia odor ad famã refertur secundum illud. Bonus odor sumus in Christo. Et alia scriptura dicit. In odorem curremus vnguentorũ tuorum. Suauitas odoris in Maria ad virtutum exempla habet referri sm illud. Quasi myrrha electa dedi suauitatem. Referri ẽt potest ad ipsius dedicationem perfectam Domino. Iuxta illud. Odoratus est Dominus odorem suauitatis. Ad conuersationem pacificã, & honestã. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Et domus impleta est ex odore vnguenti, ideſt tota ecclesia, quæ est homus Dei ex conuersatione sancta Mariæ. Fortitudo odoris ad patiẽtiam Mariæ, quã habuit in illatis refertur, vel passionis filij. Vnde ipsa poterat dicere illud. Hoc recipiam vltra odorem suauitatis. Vndecima regula. Si talia applicãda sint diuersorũ sonorum. Si talis sonus sit grauis ad prudentiã applicatur Mariæ, quæ verbo grauis, & põderosa fuit. Acut' sonus ad orationis Mariæ à Deo acceptationem refertur. Statim enim, vt Dei intrat aulas exauditur. Superacutus ad verborũ Mariæ efficaciã die participare. Hoc enim dicto verbo. Ecce ancilla Domini, statim verbum superacutum carnẽ suscepit de ipsa. Vox gaudiosa, seu sonus ad iubilum internum reduc Mariç. Auditis enim Mariæ Elisabeth verbis illud mirificum prodit canticũ. Magnificat anima mea Dominũ. Vox lachrymosa, & dolorosa, seu sonus ad considerationem filij nos inducit, quoad passionem. Soni tactu causati Mariæ ostendunt in verbis quoad mentem operationem diuersam. Si tangunt peccatoris mentem auditur statim sonus doloris, buccinæ, nabli, tybiæ, & cymbali. Si iusti, sonus resonat psalterij, chori, citharæ. Si flatu, Spiritus sancti mens tangitur eius meritis, tunc fit sonus

Corint. 2.

Cant. 1.

Eccl. 24.

Gen. 9.

Gen. 27.

sym-

symphoniæ,& omnis generis musicorum.Duodecima regula. Si talia applicãda sint distincta tactu; si sunt calida, Mariæ amorem ad Deũ & nos ostendunt.Si frigida exstinctionem omnis incentiui ad malum in Maria,& puritatem declarãt.Si sicca, partum Virginis cum integritate reserant.Si humida fructuositatem obtinent, & gratiæ copiositatem in Maria arguunt. Si plana eius humilitatem commendant. Si aspera rigiditatem cõsulunt,& abstinentiã. Si mollia Mariæ præferunt clemẽtiam. Si dura potestatem indicãt in dæmones.Si leuia citiuolum docẽt Mariæ volatum ad Deum.Si grauia maturitatem prætendunt in gestu, & motu Mariæ. Tertiadecima regula. Si talia applicãda sint distincta penes animæ vires. Vegetatiuum dum ad Mariã applicatur acceptum opus;fructum viuum,motum continuum dicunt. Sensitiuum resurrectionem à vitijs Mariã facere in deuotis operationem viuifica, lingua, os,& membra ad Dei voluntatem parata.Ratiocinatiuum,actus,& operationis,rationi congruos, sursum subtollere mentem, Deum laudare,gubernare seipsum ratione,& de huiusmodi notitiam perfectam feciſſe Mariã,& facere quoad sibi deuotos ostendunt. Memoriã,si talia dicunt,aut ad ipsam spectãt gratitudinem ostendũt in Maria, respectu beneficiorum sibi a Deo exhibitorum, & collatorum deuotis erga ipsam.Si intellectum cognitionem de Deo super omnes declarat eam habere.Si voluntatem ad amorem perfectam;& cõiunctionem cum Deo habent referri. Quartadecima regula, & vltima.Si talia applicãda sint artificialia ad vsus particulares operata.Mariã à Deo ordinatã propter nostra commoda declarãt,& pãdunt. Sicut domus nostrum refugium eã esse dicunt;Ciuitas nostrum præsidium;Nauis nostrum vehiculum, qua de terra ad cęli ducimur portum;& sic de consimilibus. His igitur regulis prælibatis ad expositionem breuissimam dictarum figurarum superius positarum est accedendum.Sed gratia exempli expono vnam; vt qualiter prolixè aliæ habeant exponi videatur. Et sit illa,quæ in principio ponitur scripturæ.In principio creauit Deus cęlum,& terrã. Gen.1.
Dicatur sic secundum B.Augustinum in lib. Quæstionum noui, & veteris testamenti.Orbis conditor,orbisque redemptor vnus est Deus;& ideo cõditionis,& reparationis opera sunt pene similia,eo quod vnius opificis. Modo ad propositum sicut in principio creationis mundi condidit cœlum,terram,& alia,sic reuera in principio reparationis condidit cœlum,s.Mariam;Terram,s.sanctam Ecclesiam,stellas,fideles sanctos,& specialiter Apostolos,qui fuerunt stellæ.Sed quod Maria in generali sit, et possit dici cœlum patet. Cęlum enim,vt apparet sensui est incorruptibile quoad materiam,& quoad formam,sphęricum, & rotũdum,quoad situm altum,quoad colorem lucidum; quoad effectum virtuosum,quoad permanẽtiam perpetuum. Sic reuera incorruptibilitas cœli quoad materiam, Virginis Mariæ exprimit puritatem, quia tota

Cant. 4. sine macula. Forma et figura sphęrica,& rotunda,gloriam abyssalem dicit Mariæ,quia tota immersa Deo,in Deo,& per Deum rotundatur, & sphęricatur. Situs,altitudo eleuationem mentis clamat Mariæ. Luciditas exemplaritatem operum ostendit Mariæ.In fluentia misericordias resarat Mariæ. Perpetuitas incessabilem proclamat subuentionem Mariæ ad miseros.Suspice ergò cœlum,ideſt Mariã, & numera stellas,id est,gratias,misericordias,& dona Mariæ in se, & in alijs. Gen. 18. Adducuntur concordantiæ de cœlo,& Sanctorum conditiones Mariæ declarantes.Non solum Maria dicitur cœlum in generali, sed in speciali dicitur cœlum empyreum;de quo dicitur.In principio fecit Deus cęlum & terram.Quod, vt dicit Isidorus libro Etymologiarum , dicitur igneum non à calore,sed à splendore;& secundum Basilium in Exameron;est corpus primum,natura simplicissimum; de corpulentia habẽs minimum,eo quod subtilissimum;primum mundi firmamentum;quãtitate maximum,qualitate lucidum,figuratione sphęricum, locali situ supremum,à centro terræ remotum;amplitudine latissimum,spirituũ, & corporum,visibilium,& inuisibilium contentiuum,Dei summi habitaculum,immobile,& quietum. Istud cœlum,vt Magister dicit secũ Gen. 1. da distinctione primi.Est illud de quo scriptum est. In principio creauit Deus cœlum,& terram.Huius cęli empyrei descriptionem duodecim ponuntur conditiones,quę spiritualiter applicãdo ad Mariã ipsam ostendunt esse tale cœlum;& per ipsum figuratã.Namprimitas ad prędestinationem ante alios,vt patet fructu præcedenti refertur. Simplicitas ad nostrã intentionem.Subtilitas ad mũdi despectionem ; Firmitas ad boni,& in bono confirmationem. Magnitudo ad virtutis efficaciã. Forma sphęrica ad perfectionem in gloria,& quietationem. Altitudo ad gradum,quem tenet. Remotio à terrenis resurrectionem iã plenã in Virgine.Latitudo capacitatem vteri virginalis in suscipiendo Dei filium.Habitatio Dei gratitudinem,& dilectionem ad ipsam.Immobilitas cõformitatem voluntatis perfectã.Luciditas ad vitæ ipsius perfectionem refertur.Pro dictorum concordia,gratia exempli adduco verba Gen 1. Gen. 1. 2. Mac. 5 Gen. 26. Luc. 19. Eccle. 1 Eccl. 44 Eccle. 1 Hier. 23. Luc vlt. Isa. 66. Iacob 5. Scripturę.Pro primo,verbum scilicet prælibatum.In principio creauit Deus cœlum,& terram.Pro secundo illud.Sol stetit in medio cœli.Pariter illud.Vocauit Deus firmamentum cœlum. Amplius illud.De cęlo habentes adiutorium.Et alibi. In rore cœli desuper erit benedictio tua.Similiter illud.Pax in cœlo.Vlterius. Altitudinem cœli quis dimẽsus est. Insuper species cœli gloria stellarum. Deinde Deus in cęlo est. Et alibi.Cęlum ego impleo.Demum illud. Iesus ferebatur in cęlum. Tãdem.Cœlum sedes mea est.Postremo.Cœlum dedit pluuiã.Possunt etiã adduci alia dicta Sanctorum,& scripturæ,& qualiter,patet ex dictis.Sciendum vlterius, quod vna, & eadem figura numero tanget in vno membro quædam pertinentia ad primã distinctionem premissam

desuper

desuper cœlestibus,& per consequens talia, quomodo sint exponenda prima regula docet. In alio mẽbro tãget aliqua de secunda distinctione,& tertia,& sic de alijs, & talia debent exponi secundum secundã regulã,vel tertiã,& sic de alijs. Auctoritates pro cõcordia possunt adduci vocales,vt est illa figura, vel illud,pro quo adducitur principaliter figura;vt iam dixi de cęlo. Vel concordiæ,quæ, etsi non sint vocales,sint tñ reales; quia,etsi non toti figuræ,vel cui figura principaliter applicatur,respondet saltem partibus figuræ. Hoc enim solum hẽt figura,quãdo distinctas partes,& diuisiones,seu distinctiones hẽt. Expositione dictæ figuræ posita, accedendum est nunc succinctè ad figuras propositas. Quæ dicuntur de supercęlestibus possunt applicari Mariæ. Ipsa.n. est Seraph ratione charitatis , Cherub rõne sapientiæ. Deo cohærendo est Thronus. Quia diabolũ ab hoste fugat,est ordo Potestatis. Quia imperatrix est ordo Principatus. Quia miracula plura exercet est ordo Virtutum. Custodit Christi fideles,igitur est ordo Dominationum. Reuelat sacris inspirationibus Dei magnalia suis deuotis est ordo archangelorum. Protegit ab hostiũ insidijs suos fideles, est ordo angelorum. Plura possent de istis dici,sed hæc ad præsens dicta sufficiãt. Quæ dicuntur de rationabilibus,puta de mulieribus possunt ad Mariã applicari. Ipsa.n. B. Virgo est Heua mater omniũ per gratiã. Vxor Noe per obedientiã. Sara per contemptum peccatorum. Rebecca per dilectionem. Lya in filiorum spiritualium multiplicationem. Rachel in excessu. Maria soror Moysi in laudatione. Elisabeth in dedicatione. Debbora in iudicio. Iahel in vigore. Raab in defensione . Ruth in paupertate. Noemi in afflictione. Anna Samuelis in oratione. Mulier Sichimita in diaboli prostratione . Mater Sãsonis in filij Dei parturitione . Abigail in humilitate. Michol in prudẽtia. Bethsabee in sublimatione. Abisaag in Christi educatione. Mulier Thecuites in obsecratione. Iosabeth ,p discretione. Mulier Sunamitis per pietatem. Holdon per prophetiam. Thamar in elegãtia. Susanna in honestate . Sara Tobiæ in exercitio. Esther in populi liberatione. Iudith in austeritate,& mater septem fratrum in constãtia. Per hæc, de similibus potest faciliter iudicari, quia non solum Maria dictis mulieribus,sic similatur: verum ẽt nominibus eis competentibus nuncupatur. Dicitur enim Maria Virago rõne fortitudinis;mater per misericordiam; vna & perfecta per excellentiam; electa per singularitatem sanctitatis , regina per solium,Domina per venerationem,filia per complacentiam, soror per claritatem,spõsa per virtutem, nutrix per dulcedinem , mulier per compassionem , tympanistria per obseruãtiam,ancilla per obsequium, aduocata per subsidiũ, quod præstat inuocantibus,& sic de consimilibus. Cęlestia ad Virginẽ sic applicãtur. Maria est cęlum empyreum ratione susceptionis verbi diuinalis. Firmamentum rõne stabilitatis in bono, stella per Virginitatem.

tatem. Matutina per directionē. Sydus, ideſt, plures ſtellæ ſimul per iuſtitiā, Aſtrum per influentiā, Polus per ſecuritatem, Sol per vitā exemplarem. Luna per ſui deſpectionem. Lux per integritatem. Lumen per ſuſceptionem radiationis diuinæ. Dies per ſapientiā. Nox per abſconſionem. Meridies per fauorem. Aurora per illuminationem. Si elementa & talium figuræ ad Virginē applicātur. Ignis eſt Maria per Dei orationem. Terra per operis veriorē. Aqua per dulcorem, ſed aer per ſui ad preces aliorum inclinationem. Si in aere venerata applicentur. Maria eſt arcus per peccatorum pacem, quam impetrat. Nubes per gratię infuſionem. Nebula per carnis ſuæ Deo adminiſtrationem. Nix per pudicitiā. Ros per inſpirationē. Aura contra diaboli ignitā tentationem. Per creaturas anima carentes. Maria eſt figurata. Eſt enim mons per ſanctitatem. Petra per præſidium. Solitudo per fugā; Vallis per humilitatem. Per ſentientia eſt Maria figurata. Eſt enim turtur per deuotionē. Columba per operationem. Ouis per mititatē. Vellus per miſericordiam. Cerua per cęleſtium deguſtationem. Collum per ſupportationē. Cor per dilectionem. Figuratur per vegetantia Maria. Ipſa enim eſt arbor miſericordiæ. Radix clementiæ. Virga directionis. Cedrus contemplationis. Cipreſſus conuerſationis. Palma victoriæ. Roſa continentię. Oliua fiduciæ. Platanus iuſti. Ficulnea dulcedinis. Vitis sāctitudinis. Terebinthus contra dæmones. Abies paupertatis. Sethim ſtabilitatis. Amigdalus maturitatis. Rubus cōtra hæreticos. Nemus virtuoſorū. Cinnamomum patientiæ. Balſamus conſcientiæ. Myrrha incorruptionis. Storax & Galbanus ędificationis. Thus, & libanus mortificationis. Nardus obedientiæ. Flos omnis innocentiæ. Maria per loca Deo dicata figuratur. Ipſa enim eſt domus Dei, in qua nouem menſibus requieuit. Aula Dei per mentis dedicationem. Ciuitas Dei per aſſiduā Dei in ipſa ſpecialem habitationem. Arca fœderis præceptorum impletione. Tęplum Dei per orationem. Oraculum & ſancta ſanctorum per ſui totā Deo exhibitionem. Propitiatoriū per veniæ peccatoribus impetrationem. Altare aureum per incendium, & cordis Deo inhæſionem. Velū per protectionem: Atrium in ſuſceptione. Cenaculum per requiem. Et candelabrum per cęleſtis curiæ illuminationem. Per operata ab homine, pro eius vtilitate eſt B. Maria figurata. Eſt enim exemplar, et liber perfectorum. Speculum exemplorum. Vas domorū. Ciuitas miſerorū. Murus refugiorum. Turris ſanctorum. Porta cęli colorū. Aquæductus gratiarum. Paradiſus afflictorum. Ager benedictionis. Feneſtra deſperatorum. Thalamus deuotorum. Thronus ſperandorum. Ferculum, ideſt ſedes meritorum. Horreum contemplatiuorum. Celiarium præmiorū. Fornax & clibanus mundanorum. Nauis, & portus naufragorum. Scala cęlum adeuntium. Arca laborantium. Tabernaculum agonizātiū, & columna in ea ſperantium.

Per

Per ea, quæ ex terra progrediũtur est Maria figurata, scilicet per fluuium, puteum, fontem, & sic de consimilibus ratione redundãtiæ gratiarum. Est figurata per gemmam rõne splendoris operis virtuosi. Per argentum rõne informationis, per aurum rõne valoris prę omnibus, per electrum rõne excitationis. Ex dictis apparet generaliter, qualiter dictæ figuræ debent ad Virginem applicari. Insuper claret quomodo figuræ sacræ scripturæ, quas hic omisi habent exponi. Et sic patet primus modus exponẽdi figuras, quæ ad Virginem applicantur. Restat ergo videre de secundo modo.

Secundus modus est, vt ad singulos actus vitę Virginis figuras applicemus, non omnes, sed aliquas, vt quid de consimilibus sit dicendum videatur. Ad quod videndum non singulos actus, sed principaliores referendo, sit actus in ordine primus. De primo actu vitæ Virginis, videlicet, de ipsius ante omnes prædestinatione. De hoc habetur figura de cęlo, ante omnes creato. Et de sapientia ante omnia creata, & condita. Dominus possedit me, ab æterno ordinata sum. De secundo actu, s. ipsius prænunciatione sub figura de stella per Balaam, quæ oriri deberet ex Iacob. De virga in radice Iesse. De muliere, quæ circũdaret virum. De tertio actu videlicet, de purissima Virginis Conceptione est figura de separatione lucis à tenebris: de amica sponsi tota sine macula: De quarto actu, scilicet, nominatione Virginis, est figura de Heua, quã sic Adam, & Deus vocauit: eo quod esset mater omnium viuentium. De quinto actu, scilicet, sanctificatione B. Mariæ, est figura de nube, quæ texit tabernaculum fęderis: de actu Natiuitatis Virginis, & in mundũ eductione; est figura de sole orto super terram, & de luce Iudæis orta. De plebis ob Natiuitatem B. Mariæ gratulatione, est figura de filijs Israel: qui videntes arcam gauisi sunt, & de lætitia facta in templi dedicatione: de Mariæ in templo locatione; est figura de arca Dei locata in ciuitate Dauid, & locata in Sancta sanctorum, & in tabernaculo fęderis: de Mariæ cibatione de cęlo, est figura de sororis Moysi, quæ vnà cum alijs panem de cęlo comedit. De figuratione, & consecratione est figura de tabernaculo Domino consecrato, & de templo cõsecrato. De Mariæ desponsatione, est figura de Rebecca desponsata Isaac, de Abigail Dauid, de Sara Tobiæ. De dilectione Dei ad Mariam, est figura, de Rebecca dilecta ab Isaac, de muliere à Samsone, de Rachel dilecta à Iacob. De Mariæ fęcundatione, est figura de virga Aaron florente illicò, & fructum faciente, sed quod de spirito sancto, est figura de gloria Domini, quæ impleuit tabernaculum, & templum. De visitatione Elisabeth per Mariam, pariter & ministratione, est figura de Noemi, quæ filium Ruth suscepit, & nutriuit. De cõtemplatione, & Mariæ excessu; est figura de arca, quã aquæ, idest, dona gratiarum eleuarunt in sublime, de nube eleuata, de tabernaculo, de Cantico edito à sorori Moysi,

Gen. 1. Prou. 6. Num. 24. Psal. 9. Hier. 31. Gen. 1. Cant. 4. Gen. 3. Exod vl. Gen 14. Hester 8. 1. Reg 6. 1. Pa. 12. 1. Mac. 2 Reg 6. 3. Reg. 8. Exo. 16. Exod. ul. 3. Reg. 8. Gen. 24. 1 Re. 25. Tob 7: Gen. 24. Iudi. 15. Gen 25. Nu. 17. Exod. ul. 3. Reg. 8. Ruth. 3. Gen. 7. Nu. 10. Exod. 11 1. Reg 2. Dan. 3.

& Anna.

Exec. 44 & Anna. De parturitione Mariæ filij, sine corruptione, est figura de la
Iudit. ul. pide abscisso de mte sine manibus, & de porta clausa. De perfectione
Prou. ul. Mariæ, & principatu super omnes mulieres est figura de Iudith, & de
Gen. 1 muliere forti. De Marię ī gratia repletione, est figura de fonte, qui qua
Ruth. 3 tuor flumina emittit, quia Maria ad quatuor orbis partes sua dona gra
Iudit. 8 tiarum trāsmittit: de operatione & conuersatione B. Marię Virginis, est
Exod. 20 figura de Ruth multæ virtutis, & de Iudith, de qua nullus loquebatur
Ruth. 3 verbum malum. De nutritione Iesu, quā habuit Virgo beata, est figu-
1. Re. 1 ra de muliere, quæ nutriuit Moysen, de Noemi, quæ nutriuit Obeel, &
Tob. 1. de Anna, quæ Samuelē. De Mariæ dolore in passione sui filij, est figu-
1. Reg. 2. ra de Anna vxore Tobię, quæ irremediabilibus lachrymis filium lu-
Tob. 11. gebat. De Mariæ lætitia habita in Iesu filij sui resurrectione, & appari
Iudic. 4 tione eidem, est figura de Anna filio habito, & de Anna Thobiæ filio
4. Re. 23. viso: de Apostolorum per Mariā informatione, est figura de Debbora:
Gen. 24. Ad quā ibāt filij Israel, & de Holdon prophetissa. De vocatione B. Ma
4 Reg. 4. riæ Virginis, est figura de vocatione Rebech, & mulieris Sunamitis
3. Re. 1. per Eliseum, & de Bethsabee ad Dauid. De suscitatione Mariæ semper
4 Reg. 4. Virginis, est figura de Sunamite vocata, quæ stetit corā Eliseo, de Spon
3. Re. 18. sa, de Aurora surgente, de nube à mari. De deductione B. Mariæ ad su
2. Re. 6. peros, est figura deductionis arcę cum gaudio à Dauid, & filijs Israel.
De sublimatione B. Virginis, est figura de Bethsabee collocata in thro
3 Reg. 2 no ad dexterā regis Salomonis: de Marię super omnes in gloria eleua-
tione est figura de regina Esther introducta ad cubiculum Assueri, et
Esther. 2 quam super omnes mulieres rex amauit, & posuit diadema regni su-
per caput. De cęli & gloria Mariæ illuminatione, est figura de lumina
Gen. 1 ri maiori, vt præesset diei, ideſt toti cęlesti curiæ. De Sāctorum ad Ma-
3. Re. 2. riā veneratione, est figura de Salomone, qui iuit obuiā matri, & adora-
3. Reg. 2 uit eam. De irradiatione Mariæ à Deo, est figura de regina Sabba, cui
Parali. 9 fecit perspicuum Salomō omnia quæ habebat in corde. De Dei ad Ma
Esth. 5. 7 riam condescensione, est figura, de Bethsabee, cui dixit Salomon, ut pe
Iudit. 13 teret, quod vellet, & de Esther. De diaboli sub Maria subtractione, &
Iudit 4. subiectione, est figura de Iudith, quæ Holoferne occidit: de Iahel, quæ
Iudic. 9 Sisarā interfecit: de muliere Sichimita, quæ Abimelech oppressit. De
Iosue 2. Mariæ circa nos protectione, est figura de Raab, quæ viros à morte li-
2. Reg. 17 berauit, & de muliere abscōdente Achinaas, & Ionathā, & de Iudith:
2. Par. 9. De Mariæ dominio, misericordia, & gratia ipsi°, est figura Bethsabee,
Dan. 4. cui rex Salomon omnia, quæ petijt, tribuit: de arbore magna sub qua,
& in qua degebant omnia animalia, & volatilia.

Ex prędictis ergo, & pluribus alijs possibilibus adduci apparet de-
claratio secundi modi, & consequenter secundi fructus, scilicet, Maria
figuratur, ideſt, Maria in sacro eloquio est figuris plurib. patribus de-
monstrata; et consequenter apparet, quòd in principio huius fructus

est

est positum summatim, videlicet, figuris, & ænigmatibus varijs. Sic igitur apparent trigintaquinque actus concernētes vitam illibatissimam B. semper Virginis gloriosæ Mariæ.

FRVCTVS TERTIVS.

Maria verbis prodita.

EXPOSITIO BREVIS.

DEvs reginam Mariam mundo dignè ostendere volens, eius aduentum, vitam, & perfectionē, non modo typis distinctis, verū, & verbis propheticis per sanctos Prophetas depromi pia inspiratione mandauit, vt nata mox cognosceretur ab omnibus, quæ tot symbolis declarata extiterit, & oraculis diuinis.

EXPOSITIO MAIOR.

GLORIOSA Regina misericordiæ B. Virgo Maria iuxta traditionem Matthæi Euangelistę cap. 1. dicentis. Hoc autem factum est, vt dictum est per Prophetam. Ecce Virgo in vtero hębat, & Apostoli Pauli, locutus est per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Hieronymi, & Ambrosij, Damasceni, & Bernardi in principio expositionis fructus præcedentis positorum, ac venerabilis Anselmi in libro de Conceptione B. Mariæ cap. 2. non modo typis fuit figurata, sed etiā verbis per sanctos prophetas, ad actus singulos suæ vitæ in veteri testamento est multipliciter declarata. Et si hoc pateat fructus in arbore figuratus inspicienti, sunt tamen hic prouidentia huius Fructus quoad expositionem breuiter aliqua ponenda, vt qualiter B. Virgo iuxta dictorum traditionem doctorum sit per prophetas declarata euidentissime ostendatur. Pro quo, sciendum, quod cum sancta scriptura doctrina censeatur veritatis, nihilque contradictionis, aut falsitatis in ea valeat reperiri, non vno sensu, videlicet, literali sono, sed multiplici est exponenda, vt fructu 28. dicetur. Si enim solo sensu literali exponeretur, contradictiones plures in ea sine dubio, quoad sensum literæ reperirentur, vt patet de obseruatione perpetua sabbathi, & de cessatione eiusdem. Et sic de pluribus alijs, vt recitat Abbas Ioachim in libello de Incarnatione, quem edidit contra Iudæos. Qua in re ad euitandum omnem contrarietatem in sacra scriptura, ipsa non vno sensu, sed pluribus est exponenda,

Rom. 1.

Osea 2.

ponenda, cum sit typis colorata, & mysterijs obuoluta, & qualiter de-
Eccl. 39. beat exponi sapiens Ecclesiasticus docet, sic inquiens: Sapientiam om nium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit, occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. Quapropter cum multa dicta prophetarum, (quoad superficiem literæ) impertinentia Christo videantur, & matri,
1. Cor. quia tamen omnia in figura contingebãt illis, vt dicit Apostolus, debet prudens lector iuxta documentum Ecclesiastici iàm prefati ad alios scripturæ sensus recurrere, quibus exponitur, & etiam quod videbatur impertinens fore ex litera alio intelligendo sensu videbitur esse consonum Christo, & suæ matri, & in ipsis veraciter cernet esse cõpletum. Maria enim quoad literam mons non est, vallis, seu paradisus, & sic de consimilibus, de quibus dictũ est fructu præcedenti, moraliter tñ & secundum alios sensus omnia talia dicitur esse. Est enim mons ratione eminentiæ, & virtutis, vallis ratione humilitatis, fons ratione misericordiæ, & sic de alijs. Debet ergo indubitanter teneri ex iam dictis; quod Virgo Maria fuerit per Prophetas declarata, licet in superficie literę, aliquando non videatur, sed alio sensu. Cum enim de Christo sint prophetæ locuti, cur non de matre debet credi? Vnde sapiens Ecclesiasticus inquit. Memor ero operum Domini, & quæ vidi annunciabo.
Eccl. 42. In sermonibus Domini opera eius. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius. Nonne Deus fecit sanctos enarrare oĩa mirabilia sua annuncians quæ præterierunt, & quę superuentura sunt, reuelans occultorum vestigia. Et plura dicit ibidem. Ex quo apparet quomodo Maria fuerit declarata, & debet incunctanter tene-
Amos 3. ri. Amos dicit: Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit se-
Iob 8. cretum suum ad seruos suos prophetas. Et Iob. Interroga generationẽ pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Ipsi docebunte, loquentur tibi, et de corde suo proferent eloquia. Virgo ergo Maria cum sanctis maior sit, gratia, & gloria, si prophetæ de alijs sunt locuti, multò fortius, eo de ipsa. Hoc præmisso, qualiter ipsa, quoad fructus singulos in arbore contentos, idest, actus vitæ ipsius, & non vno tã tum propheta, sed plurimis, nec vno dicto, sed multis sit prophetatum, est breuiter edocendum. De primo fructu, quod B. Maria sit à Deo an-
Prou. 8. te alios prædestinata, patet per Salomonem. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequàm quidquam faceret à principio. Et sequitur. Ab æterno ordinata sum. Per Iesum Sirach. Ego ex ore altissi-
Eccl. 24. mi prodij primogenita ante omnem creaturam. Et sequitur: Ab initio, & ante sæcula creata sum. Et quia mater Ecclesia ponit talia pro Virgine dicta, patet propositum. De secundo fructu, videlicet, quod B. Maria sit, & fuerit figurata patet ex præcedenti, sed quod fuerit sub mo-

do si-

do figuratiuo per prophetas declarata patet per Dauid. In sole posuit tabernaculum suum, & benedixisti Domine terrã tuam, & Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Per Isaiam. Ascendet Dominus nubem leuem. Et alibi. Egredietur virga de radice Iesse, & per Ioelem. Dabo prodigia in cœlo sursum, ideſt Dei filiũ incarnando, & signa in terra deorsum, ideſt, B. Maria, cui benedixit Dominus. Et quod signum? dicit Isaias. Dabit Dominus ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet. De tertio fructu, quod Maria sit verbis Prophetarũ declarata patet in principio huius tertij fructus, & patebit hic ex dicendis. De quarto fructu, quod B. Maria sit ratione generis, & virtutis adornata donis, patet. Magnum enim genus fuit Dauidicũ, & stirps Iuda, de qua orta est Maria secundum illud Tobiæ dicentis ad angelũ in specie humana apparentem, & se esse filium Ananię asserentem. De magno genere es tu, & tamen iste Ananias fuit de tribu Iuda, vt habetur ex Daniele. Et quia B. Virgo de excellenti genere fuit, potest sibi dici illud. Generationem eius quis enarrabit? Sed quia parum valet generatio nobilis, si non adest nobilitas morum, Virgo Maria, vt fructu sequenti dicetur, sicut corpoream de nobilibus accepit substantiam, sic gratia, & imitatione omnium accepit virtutes, vt sibi merito possit dici illud reginę Sabę ad Salomonem. Verus est sermo, quem audiui de virtutibus tuis, & sapientia tua, vicisti famam virtutibus tuis. De quinto fructu, s. quod B. Maria sit de Dauid, & Regib. generata, patet, quia Christus est ex semine Dauid secundum carnem, & per consequens de B. Virgine. Patet per illud. Egredietur virga de radice Iesse. Et alibi suscitabo Dauid germen iustum. & Dauid. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. De sexto fructu, quod B. Virgo sit parentibus nunciata patet ex dicto. Non faciet Dominus Deus verbum. Adhoc potest adduci illud quod dixit angelus ad Agar, & potest esse verbũ angeli ad matrem Virginis. Ecce concipies, & paries, eo quod audiuit Dominus afflictionem tuã. Et idem apparuit angelus Domini vxori Manue dicẽs. Sterilis es, & absque liberis, sed concipies & paries. Et alibi. In manib. abscondit lucem, & de ea annunciat amico suo. De fructu septimo, quod B. Maria sit sine peccato concepta, ad hoc est illud. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. De octauo fructu, quod B. Maria est à Deo nominata, loquitur propheta. Vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os Domini nominauit. Et alibi. Dominus ab vtero vocauit me. Et Dauid. Admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. Vnde ipsa ratione nominis à Deo sibi impositi potest dicere illud. Ab ortu solis, vsque ad occasum magnum est nomẽ meum in gentibus, & in omni loco. Et alibi. Hoc est nomen meum, scilicet, Maria, & hoc est memoriale meũ in generatione & generationem. De nono fructu, quod Maria est mun

Psal. 18. *Isa. 19.* *Isa. 9.* *Ioel. 3.* *Isa. 7.* *Tob. 5.* *Dan. 1.* *Isa. 53.* *3. Reg. 9.* *Rom. 1.* *Isa. 11.* *Hier. 22.* *Gen. 16.* *Iudic. 13* *Iob 27.* *Cant. 4.* *Esa. 62.* *Esa. 49.* *Psal. 8.* *Malac. 1* *Exod. 3.*

do nata,

4 Re. 22. do nata,& ſanctificata.& qualiter,eſt illud. Sicut lux auroræ oriente ſo
Gen. 19. le mane abſque nubibus rutilat:& illud; Sol ortus eſt ſuper terram, &
3. Reg 9. dictum Domini.Sanctificaui domum hanc, vt ponerem nomen meũ
Eſth. 10. ibi in ſempiternum,& cor meum cunctis diebus.Et Eſther. Sol & lux
ortus eſt,& humiles exaltati ſunt.De decimo fructu,ſcilicet,quod gens
in Mariæ ortu eſt exhilarata, patet per illud. Lux orta eſt iuſto,rectis
Pſal. corde lætitia.Et Eſdras.In die illa lætati ſunt, Deus enim lætificauerat
2 Eſd 12 eos lætitia magna,gauiſi ſunt,& audita eſt lætitia procul. Et illud Ma-
Machab. chabæorum.Facta eſt lætitia magna in populo; Et Dauid. Repletũ eſt
Pſal.120 gaudio os noſtrum. Et ſequitur. Omnes populi gaudebant. Et Iſaias.
Eſa. Gloriabuntur in te omnes,qui diligũt nomen tuum. De vndecimo fru
ctu,quod,videlicet,B.Maria fuerit ducta ad templum,& qua virtute,
Pſal.7. Habetur in Dauid.Tenuiſti manu dexteram meam,& in voluntate tua
Deut. 28 deduxiſti me. Et Moyſes.Deus omnipotens adiutor eſt tui, & omnipo-
Deut.32 tens benedicet tibi.Et alibi.Dominus ſolus dux eius fuit. Et de tempo-
4 Re.20. re aſcenſus dicitur. Tertia die, ideſt tertio anno ſuæ ætatis aſcendit tẽ-
Gen. 33. plum Domini,vt dicunt doctores. Et de ea ſcribitur. Aſcende Bethel;
& habita ibi.De duodecimo fructu: quod Maria fuit in templo dimiſ-
Deut. 33 ſa,& locata.Ad hoc eſt illud.Habitaculum eius ſurſum, & ſubter bra
Tob. 10. chia ſempiterna. Et illud.Apprehenderunt parentes filiam ſuam,oſcu
2 Par.5. lati ſunt eam,& dimiſerunt,monentes ſe irreprehenſibilem exhibere.
1. Reg.3. Et illud.Intulerunt arcam fœderis in locum ſuum, id eſt.Ad oraculum
templi in ſancta ſanctorũ Et alibi.Dormiebat in templo Domini. Vbi
erat arca Dei. De tertiodecimo fructu: quod B.Maria fuerit de cœlo
Tob. 12. cibata,eſt illud. Ego cibo,& potu inuiſibili vtor,qui ab hominibus vi-
Deut. 8. deri non poteſt.Et alibi. Dedit tibi cibum manna,quem ignorabas: Et
Deut. 33 ibidem.De pomis cęli,& rore,de pomis fructuum ſolis,& lunæ,de po
Iſa. 58. mis collium æternorum. Et propheta.Suſtollam te ſuper altitudinem
terræ,& cibabo te hæreditate Iacob patris tui. De quartodecimo fru-
3. Reg.8. ctu, quod Maria fuerit Deo conſecrata, eſt illud. Ædificans ædificaui
Pſal. domum in habitaculum tuum firmiſſimum, ſolium tuum in ſempiter
nũ Et Dauid. Votũ vouit Deo Iacob. De quinto decimo fructu, quod
Iudic. 5. B.Maria fuerit deſponſata;eſt illud.Pulcherrima mulierũ, ſcilicet,Ma-
Tob 8. ria,eligitur ei,ideſt,Ioſeph. Et illud. Noli timere dare illam iſti,huic
2 Reg.11 enim timenti Deum debetur coniux filia tua. & alibi. Introduxit eam
in domum ſuam,& facta eſt ei vxor.De ſextodecimo fructu. Quod Ma
Iſai 7. ria Spirituſancto fuerit fœcundata eſt illud. Ecce Virgo concipiet,&
Iſai. 11. pariet filium.Et etiam.Egredietur virga de radice Ieſſe.Et ſequitur.Re
Iſai. 44. quieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. Deinde. Effundã de ſpiritu meo
Ezec.43. ſuper ſemen tuum.Et ibi.Maieſtas Domini ingreſſa eſt templum. De
Gen. 2. ſeptimodecimo fructu, quod Mariæ venter tumuit,& deitas humana-
Hier. 31. ta habitauerit in ea, eſt illud lignum vitæ poſuit in medio paradiſi, &

Propheta

Propheta: Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circundabit virum: Et Sophonias. Dominus Deus in medio tui est, fortis ipse Saluator: & Iacob, Dominus est in loco isto: & Dauid, In sole posuit taber naculum suum: & alibi, Homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. De fructu decimooctauo. Quod Virgo beata fuerit specialiter à viro amata, & acceptata, licet dictum sit angeli dicentis. Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam cõiugem tuam. Est tamen illud verbum Lię, & potest esse dicentis: Vidit Dominus humilitatem meã, nunc amauit me vir meus. De fructu decimonono. Quod per B. Mariã est Elisabeth mater Ioannis visitata, quod ad Montana perrexit, & Ioãnem visitauit: est illud, Mulier Sunamitis profecta, venit ad virum Dei in montem. Quod salutauit Elisabeth, & è conuerso est illud. Salutauerunt se verbis pacificis. De effectu, qui consecutus est ad Mariam: est illud verbum. Perge, & ego ero tecum in ore tuo, doceboq; te, quid loquaris. De fructu vigesimo. Quod Elisabeth cum filio B. Maria salutante est lætificata: est illud Dauid, Adimplebis me lætitia, cum vultu tuo: & alibi, Anima autem mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo: & Eliud, Videbit faciẽ eius in iubilo: & Tobias, Ego autem, & anima mea in Deo lætabimur. & dixit Sara, Risum fecit mihi dominus, quicunque audierit corridebit mihi. De fructu vigesimo primo. Quod Elisabeth à Iesu, per B. Mariã est illuminata. est illud: Loquere, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & illius, & ostendam vobis quid agere debeatis. & Balaam. Fluet aqua de Situla eius. & Debbora. Qui te diligunt sicut sol in ortu suo splendet, sic rutilent. De fructu vigesimosecundo. Quod Maria in cantico, & excessu est leuata. dicitur illud: Benedicam Dominum in omni tempore. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum. & alibi: Lætabor, & exultabo in te: & de sorore Moysi dicitur: Sumpsit Maria tympanum in manu, & præcinebat dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est. & Dauid: Cõfitebor tibi in toto corde meo, narrabo oĩa mirabilia tua. De fructu vigesimotertio. Quod ex B. Maria est mundo proles diuina nata, quia peperit filium suum. est illud: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur Deus fortis. & Dauid: Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. & Ioel: Lignum attulit fructum suum. & in Deuteron. Ecce ostendit nobis Dñs Deus noster maiestatem suam, & magnificentiam suam. De fructu vigesimo quarto. Quod Beata Virgo ob partum, est diuulgata, & signa sunt in ipso partu facta, est illud: Si gratiam, & mirabilia apud me fecit Deus excelsus. & Esther: Fecit signa Dominus, atque portenta inter gentes. & Dauid: Venite, & videte opera Domini. De fructu vigesimoquinto, quod Beata Maria peperit integritate virginitatis seruata, est illud: Antequam parturiret peperit: antequam veniret partus eius

Soph. 3. *Gen. 28.* *Psal.* *Psal.* *Matt. 1.* *Gen. 29.* *4 Reg. 4.* *Exo. 18.* *Exod. 4.* *Psal.* *Psal. 24.* *Iob.* *Tob.* *Gen. 21.* *Exod. 4.* *Num. 24* *Iudic. 5.* *Psal.* *Psal.* *Exo. 15.* *Psal. 9.* *Isa. 9.* *Psal.* *Ioel. 3.* *Deut. 5.* *Dan. 3.* *Esth. 10.* *Psal. 45.*

Isa.vlt: peperit masculum: Quis audiuit tale? aut quis vidit huic simile? &
Isa.7. alibi: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. & Salomon: Hortus con-
Cant.4 clusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus. &
Ezec.43. Ezechiel: Porta hæc non aperietur. De fructu vigesimosexto. Quod B. Maria omnes ex
cedit mulieres, & super omnes prælata, est illud in persona Virginis:
Isa.55. Non enim cogitationes meæ, vt cogitationes vestræ, neque viæ meę,
Iudit.13 vt viæ vestræ, quia sicut exaltantur cœli à terra. & Iudith: Benedicta tu
Eccl. 16. præ omnibus mulieribus. & Salomon: Impleuit eam Dominus bonis
suis. & sequitur: Plurima bona illius sunt in absconsis, sed & opera iu-
stitiæ eius, quis annunciauit? aut quis sustinebit? De fructu vigesimo-
septimo. Quod Beata Maria sit in partu à dolore pręseruata, est illud:
Isa.51. Gaudium, & exultationem, & lætitiam tenebit: & omnis dolor fugiet,
Gen.21. & gemitus. & illud: Risum fecit mihi Dominus. & Isaias: Ante-
Isa.vlt. quam veniret peperit. & Ezechiel: Porta hæc clausa erit. De fructu
Ezec.43. vigesimooctauo. Quod Maria sit verè mater Dei vocata, quia Deum pe-
Isa.9. perit, est illud: Paruulus natus est nobis, & vocabitur nomen eius, ad-
Baruc.3. mirabilis Deus. & Baruch. Hic est Deus noster. & Dauid. Ante so-
Psal.71 lem permanebit nomen eius. & Micheas. Egressio eius à principio die-
Mich.5. rum æternitatis. De fructu vigesimonono. Quod Beata Maria sit pau-
Eccles.5. perrima comprobata, & filium in fœno posuit, est illud: Generauit fi-
Isa.1. lium in summa paupertate. & Isaias: Cognouit bos possessorem suum,
Psal.87 & asinus præsepe Domini sui. Poterat Iesus dicere illud. Pauper sum
Tob.4. ego, & in laboribus à iuuentute mea: & Maria ad filium illud. Pau-
Isa.48. perem vitam gerimus. & illud: Elegit te in camino paupertatis. De fru
ctu trigesimo. Quod ad partum Beatæ Mariæ adorandum sit gens vo-
cata, est illud: Gaudebunt in ea omnes reges terræ, gentes de longin-
Tob.14. quo ad te venient. & Tobias: Gaudebunt in ea omnes reges terræ,
Hier.4. adorantes Deum regem Israel. & illud: Congregabuntur ad eam om-
nes gentes in nomine Domini. De fructu trigesimo primo. Quod Bea
ta Maria voluit, vt càro Christi esset signo Circuncisionis cautheriza-
ta, est illud: Tulit acutissimam petram, & circuncidit carnem præpu-
Exod.4. tij filii sui. & alibi: Circuncidit eum die octauo. & Tobias: Hęc &
Gen.21. his similia paruulus obseruauit. De impositione nominis est illud:
Tob.1. Vocauit eum linguæ Ægyptiaca Saluatorem mundi. & alibi: Vocauit
Gen.41. nomen eius Amabilis Domino. Eo quod Dominus eum diligeret.
2.Re.12. De fructu trigesimosecundo. Quod Maria filium Magis ostenderit,
& ipsa fuerit eis demonstrata, & ab eis venerata, est illud: Lux
splendida fulgebit, & omnes fines terræ adorabunt te. & Dauid:
Tob.13. Reges Tharsis, & Insulæ, & adorabunt eum omnes reges. & ali-
Psal. bi: Omnes gentes quascunque feciśti, venient, & adorabunt coram
Psal. te. & Isaias: Leua in circuitu oculos suos, & vide, omnes isti ve-
Isa.60. nerunt tibi. De fructu trigesimotertio: Quod Beata Maria est cum

filio

filio à pastoribus visitata, & honorata, est illud Prophetæ. Ad eam venient pastores cum grege suo. & Tobias: Aspicite quæ fecit vobiscum, & cum timore, & tremore confitemini illi. Regem sæculorum exaltate in cordibus vestris: Et beata Maria, quia omnia conseruabat in corde, poterat dicere illud. Verbum autem in corde meo conseruaui. & illud: Mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Et tandem: Aspicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus, quod nemo credet, cum narrabitur. De fructu trigesimo quarto. De filij ad templum deductione per Mariam, & quomodo Beata Maria fuerit purificata, est illud: Adduxit puerum ad domum Dei. & propheta: Venit ad templum sanctum suum Dominator. & Dauid: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. De fructu trigesimoquinto. Quod pax est Sancto Simeoni per Iesum Mariæ filium condonata, est illud: Magna erit gloria istius domus nouissimæ plus quàm primæ. & in loco isto dabo pacem dicit Dominus. & Dauid: In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Sic poterat dicere Simeon. De fructu trigesimo sexto. Quod Beata Maria cum filio est ab Anna commendata, est illud: In omni opere dedit confessionem sancto excelso in verbo gloriæ de omni corde suo laudauit Dominum. & Dauid: Confitebor tibi in Ecclesia magna in populo graui laudabo te. & alibi. In medio ecclesiæ laudabo te. Hæc omnia possunt esse verba Annæ ad Mariam, & filium. De fructu trigesimoseptimo. Quod Beata Virgo cum filio fuerit in Ægyptum fugitiua, est illud. At vbi nunciatum est Regi, iussit illum occidi, qui cum filio fugens latuit. & de Moyse. Descendit in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi. & alibi. Noli timere descende in Ægyptum, ego descendam tecum illuc: & ego ducam te inde reuertentem: & Isaias ad literam. Ascendit Deus nubem leuem, & regredietur Ægyptum. De fructu trigesimooctauo. De gente per filium Mariæ vocata, est illud: In die illa multi interficientur, & Ieremias. Quis dabit capiti meo aquam? & sequitur. Plorabo die, noctuque interfectos populi mei. & Dauid. Posuerunt mortalia seruorum tuorum. De fructu trigesimonono. Quod Beata Maria cum filio ab Ægypto reuocata. est illud: Dominus illum eduxit de Ægypto. & alibi. Vade, & reuertere, mortui sunt enim qui quærebant animam tuam. & Iosue. Dominus eduxit nos de Ægypto, & custodiuit nos, in omni via, per quam ambulemus. & alibi. Ex Ægypto vocaui filium meum. De fructu quadragesimo. Quod Beata Maria Christo sit nutrix data, est illud filiæ Pharaonis. Nutri mihi puerum istum. sequitur: Nutriuit eum mater sua. Et Ruth. Suscepit puerum Noemi. sequitur: Nutricis, ac gerulæ

Hie 1. 6. Tob 3. Dan 7. Isa. 60. Abac. 1.

1. Reg. 2. Malac. 2 Psal. 47.

Aggei 2. Psal. 4.

Eccle. 47 Psal. Psal.

Tob. 1. Gen. 12. Gen. 46. Isa. 19.

Amos 8. Hiere. 4. Psal. 77.

Num. 24 Exod 4. Iosue 24 Osea.

Exod. 2. Ruth. 4.

Gen. 39. officio fungebatur. & alibi: Inuenit gratiam coram Domino, &
Iudic. 14 ministrabat ei. & vltimo: Creuit autem puer, & Dominus bene-
dixit ei. De fructu quadragesimoprimo, in quo, de Beatæ Mariæ
1. Reg. 2. cum filio ad templum Ascensione agitur. est illud. Ascendebat statutis
Tob. 14. diebus, vt adoraret & sacrificaret Deo exercituum. & Tobias. Fu-
giebat consortia hominum, & perget Ierusalem ad templum Domi-
ni, & ibi adorabat Dominum Deum Israel. De fructu quadragesi-
mosecundo. De filii Mariæ dimissione in templo, & perditione, &
1. Reg. 1. Mariæ dolore, ac turbatione, est illud. Porrò illa flebat, & non
Tob. 10. sumebat cibum. & Tobias. Cepit contristari inimis ipse, & vxor ei-
us, scilicet, Maria, & Ioseph, & ceperunt ambo simul flere, eo
quod statuto tempore non reuerteretur filius eius ad eos. De fructu
quadragesimotertio, scilicet, de filii Mariæ inuentione, est illud To-
Tob. 11. biæ: Vidit mater à longè, & illico cognouit filium suum, & su-
1. Reg. 1 scipiens osculatus est eum. & alibi dicitur: Oraui ad Dominum,
& exaudiuit me pro puero isto. De fructu quadragesimoquarto, vi-
Tob. 5. delicet, de Iesu Mariæ benedictæ subiectione. est illud Tobiæ in-
Ruth. 3. persona Christi. Omnia quæ præcepisti mihi, faciam. & Ruth.
Prou. 27 Quidquid dixeris mihi faciam. Et Mariæ ad filium est illud. Fili ac-
1. Reg. 2. quiesce consiliis meis. & illud: Puer autem proficiebat, & cre-
scebat, & placebat tàm Deo, quàm hominibus. De fructu quadra-
gesimoquinto, pro prima parte de misericordię Mariæ erga Chri-
2. Re. 24 stum exhibitione, est illud. Multæ misericordiæ eius sunt. & To-
Tob. 1. bias esurientes alebat, nudis vestimenta præbebat. Pro secun-
Iob. 28. da parte. Quod Beata Maria vitam filii attendendo mira cernebat.
est illud: Omnia quæ sub cœlo sunt respicit. De fructu quadrage-
simosexto: de Beatæ Mariæ cum filio ad nuptias vocatione, est illud:
Quod potest esse verbum sponsi ad Beatam Mariam pro filio. Roges
eum venire ad nuptias meas. & sequitur: Cum timore Domini nu-
Tob. 9. ptiarum conuiuium exercebat. & quia Beata Maria in nuptiis plu-
Exod. 18 ra præcepit. pro hoc est illud. Audi verba, atque consilia, & erit
Exod. 23 Dominus tecum. & ibidem. Omnia quæ dixi vobis, custodite. De
fructu quadragesimoseptimo. De Beatæ Mariæ ad Christum imita-
Ezec. 18. tione, & suorum mandatorum obseruatione, est illud: Omnia præ-
Iob 23. cepta mea custodiuit. & Iob: Viam eius custodiui. & Dauid: In
Psal. 39. capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. & I-
Isa. 53. saias. Voluntas Domini in manu eius dirigetur. De fructu quadra-
gesimooctauo, videlicet de vitæ Beatæ Mariæ commendatione, est
Iudith 8 illud Iudith: Non erat, qui loqueretur de ea verbum malum. To-
Tob. 3. bias. Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam
Iob. 27. seruaui animam meam ab omni concupiscentia. & Iob. Non re-
prehēdit me cor meū in omni vita mea. De fructu quadragesimonono

hoc est

hoc est, Dei filij Mariæ nobis in cibum traditione, potest esse Mariæ ad nos verbum illud. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. & Dauid, Panem cœli dedit eis. De fructu quinquagesimo, videlicet de Mariæ filij captione, passione, & dolore, est illud Tobiæ. Illa autem non poterat consolari. & aliud ibi. Flebat autem mater eius irremediabilibus lachrymis, & dixit. Heu me fili mi. & Ruth. Vocate me mara, idest amaram. & ad Mariã, est illud Hieremiæ. Nunquid dolor apprehendit te, quasi mulierem parturientem. & alibi. Oés amatores tui, obliti sunt tui, te non quærunt, & sequitur: insanabilis est dolor tuus. & ipsemet: O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis sicut dolor meus. De fructu quinquagesimo primo, hoc est de Ioannis Euangelistæ in filium Mariæ adoptione, est illud, Adoptauit illa in filium. & Geneseos. Posuit mihi Dominus semen aliud, pro Abel, quem occidit Cain. De fructu quinquagesimo secundo. De B. Mariæ in morte filij eneruatione, est illud Iudith. Occidit in faciem eius, & æstuauit anima eius. & Iob. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indagatio ebibit spiritum meum. & alibi. Oppressit me nunc dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes arctus mei. De fructu quinquagesimotertio, scilicet de Christi in B. Mariæ brachijs, dum est leuatus de cruce, depositione, est illud. Cumque attulisset, & adduxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua. & Iob. Cumque eleuassent oculos procul, non cognouerunt eum. Et exclamãtes plorauerunt, conscissisque vestibus sparserunt puluerẽ super caput suum. De fructu quinquagesimoquarto. De Christi à B. Maria cumulatione, & lamẽtatione, est illud. Mortuus est, & sepelierunt eum, & planxit eum omnis Israel. & de Tobia. Sepelierunt honorificè. & Ieremias. Audite mulieres, & docete filias vestras lamentũ. & Isaias. Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam, accingite lumbos vestros super vbera, plãgite super regione delectabili. De fructu quinquagesimoquinto, de Mariæ compassione, est illud. Accinctæ mulieres cilicijs pectus per plateas confluebant: & propheta. Nunquid super isto nõ mouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? & Zacharias. In die illa erit planctus magnus in Ierusalem, & plangent eum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eũ, vt dolere solent in morte primogeniti, De fructu quinquagesimosexto de fidei in triduo mortis Christi in B. Maria vera permansione, est illud Esther. Cuius fide & beneficijs viuimus. & Salomõ. Dabitur ei fidei donum. & Iudith. Subueneristi ruinæ ante conspectum Domini Dei nostri. De fructu quinquagesimoseptimo, de Christi B. Mariæ in sua Resurrectione apparitione, est illud Abacuch. Ego autẽ in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. & Ieremias. Factum est mihi verbum tuum in gaudium, & lætitiam cordis mei. & Tobias. Cum lachrymis osculatus est eũ plorãs

Prou. 9. *Psal.* *Tob. 10.* *Ruth. 1.* *Hier. 13.* *Hier. 30.* *Thren. 1.* *Exod. 2.* *Gen. 5.* *Iud. 10.* *Iob 6.* *Iob 16.* *4. Reg. 4.* *Iob 1.* *3. Re. 13.* *Tob 14.* *Hier. 9.* *Esa. 32.* *2. Mac. 3* *Amos 8.* *Zach. 12* *Esth. 16.* *Sap. 3.* *Iudit. 13* *Abac. 3.* *Hier. 15.* *Tob. 7.*

super collum eius. De fructu quinquagesimooctauo B. Maria præsen-
Tob. 12. te de Christi ad cœlum ascensione, est illud verbum Raphaelis ad To-
biam in persona Christi ad matrem, & Apostolos. Tempus est vt reuer-
tar ad eum, qui misit me. Vos autem benedicite Dominum, & enarra-
te omnia mirabilia eius. Et Dauid. A summo cœlo egressio eius. Et de
Tob. 14. B. Maria potest dici illud Tobiæ. Reliquum verò tempus vitæ suæ in-
gaudio fuit. De fructu quinquagesimonono, post Christi Ascensionẽ
Prou. vl. de facta per B. Mariam Apostolis prædicatione, est illud. Os suum ape-
Prou. 8. ruit sapientiæ. et alibi. Beatus vir qui audit me, & qui vegilat ad fores
Iob 33. meas quotidie. & Iob. Ecce aperui os meum. & sequitur. Aperit aures
virorum, & instruit. De fructu sexagesimo, de Spiritus sancti in Mariã,
Ioel. 3. & Apostolos, est illud. Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ.
& Sophonias. Sãctificaui vocatos meos. De fructu sexagesimoprimo,
Soph. 1. de mundi per vitam B. Mariæ, & doctrinam illuminatione, est illud Ba-
Baruc. 4 ruch. Adinuenit omnem viam disciplinæ. & Iosue. Nomen eius vulga-
Iosue 6. tum est in omni terra. & Isaias. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus
Isa. 44. ab extremis terræ. & alibi, Veniebant de cunctis populis audire sapiẽ-
3. Reg. 4. tiã eius. & Salomon. Sapientiã, eo disciplinã docet, nec hẽt amaritudi-
Sap. 8. nẽ conuictus illius. De fructu sexagesimosecundo, de B. Marię per mor-
Cant. tem euocatione, est illud. Veni de libano spõsa. Et in persona B. Mariæ
Tob. 3. ad Deum: est illud Tobiæ. Secundum voluntatem tuam fac mecum, &
Cant. 2. præcipuè in pace recipi spiritum meum: & illud in persona Mariæ ad
Iudit. 12 Christum in morte sibi apparentem. Sonet vox tua in auribus meis. Et
ipsa, ad Christum illud Iudith. Magnificata est hodie anima mea præ
Gen. 32. omnibus diebus meis. Ratio quia inquit Maria. Vidi Dñm facie ad fa-
Isa. 11. ciẽ, & salua facta est anima mea. De fructu sexagesimotertio, de B. Ma-
Num. 20 riæ per Apostolos sepelitione: est illud. Et sepulchrum eius glorioſum.
& de sorore Moysis. Mortua est. Maria, & sepulta: & de Iudith Mortua
Iudit. vl. est, ac sepulta, & luxit tam omnis populus. De fructu sexagesimoquar-
Psal. to, de B. Marię suscitatione, est illud in persona Christi, & Virginis. No
Psal. 27. tas mihi feciſti vias vitæ, & alibi. Refloruit caro mea: & vltra. Exurrexi,
Psal. 3. quia Dominus suscepit me. Tandem. Dediſti mihi protectionem salu-
Psal. tis meę, & dextera tua suscepit me. & Ezechiel. Ad præceptum tuum
Exec. 30. leuabitur aquila. De fructu sexagesimoquinto, de B. Mariæ ad cęlum
Abac. 3. sursum deductione, est illud Abacuch. Super excelsa deducet me ui-
2. Re. 22. ctor in Psalmis canentem: & illud. Misit de excelso, & assumpsit me, &
Psal. 44. extraxit de aquis multis. & Dauid. In lætitia, & exultatione adducen-
Cant. tur in templum regis. & Salomon. Quæ est ista, quæ ascendit & sequi-
tur. Innixa super dilectum suum. De fructu sexagesimosexto, scilicet,
de B. Mariæ sublimatione, est illud. Astitit Regina à dextris tuis: & de
Psal. Moyse. Ascende ad me in montem, & esto ibi: De fructu sexagesimo-
Exod. 24 septimo, hoc est de Beatę Marię cum Deo copulatione, & cõiunctione,

est illud

est illud Zachariæ. Gaude & lætare filia, quia eæ ego habitabo in medio tui dicit Dominus. & Salomon. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. & Isaias. Delectaberis super domum tuam. De fructu sexagesimooctauo, De B. Mariæ gloria, magnitudine, & incomprehensione, est illud. Ostendam tibi omne bonum. & alibi. Factæ sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria, & Dauid. In Deo gloria mea. De fructu sexagesimonono, de sanctorũ à Mariæ gloria irradiatione, est illud Abacuch. Operuit cœlos gloria eius, & Dauid. In lumine tuo videbimus lumen. & Iob. Nunquid est numerus militum eius, & super quem non fulget lumen eius. De fructu septuagesimo. De B. Mariæ à sanctis veneratione, est illud de Iacob. Seruiant tibi populi, & adorent te Tribus, qui benedixerit tibi sit benedictus. & Isaias. Vultum in terra dimisso adorabũt te. De fructu septuagesimo primo, de B. Mariæ à Deo perfecta illuminatione, est illud. Ego enim ore ad os loquor, & alibi: Non est quicquam absconditum ab oculis eius. & Isaias. Sit tibi Dominus in lucem. De fructu septuagesimosecũdo de B. Mariæ qetatione, est illud. Tu autem quia formasti cor tuum eris stabilis, & non tenebis, requiesces, & non erit, qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi. & alibi. Requiem dedit mihi Dominus. & Dauid. Deus in medio eius nõ cõmouebitur. De fructu septuagesimotertio, de Diaboli sub Maria sub iugatione, est illud. Exaltabitur manus tua super hostes suos, & inimici tui timebunt. & Dauid. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. & Deus ad Moysen. Dabit Dñs inimicos tuos in manus tuas. De fructu septuagesimoquarto, de B. Marię circa nos protectione ab insidiis diaboli, & gubernatione, est illud. Manus tua in ceruicibus inimicorum erit. & alibi. Vidi afflictionem populi, & descendi, vt liberem eũ. De fructu septuagesimoquinto, de B. Mariæ operatione miraculorum, est illud Hsther. Amabilis es tu, & facies tua plena est gratiarum. & Salomon. Misereris omniũ. & Deuteronomij. Eritque miserator, & misericors: & Dauid. Clamauit ad me, & exaudiam eum. De fructu septuagesimosexto de Dei ad preces Mariæ inclinatione, est illud. Inueni gratiam in oculis tuis Domine mi rex. & alibi. Omne, quod petieris à me, impetrabis, & Dauid. Exaudiuit Dominus deprecationẽ meam. De fructu septuagesimoseptimo. De B. Mariæ regno, & dominatione, est illud. Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium dedit tibi & omnia, in quibus habitant filij hominum, dedit in manu tua, & subditione tua cuncta constituit. & alibi. Potestas seruis, potestas æterna, & Iudith. Tibi seruiet omnis creatura. & Dauid. Omnia subiecisti sub pedibus eius. De fructu septuagesimooctauo, angelorum de B. Maria lætificatione, est illud. Spiritus meus erit in medio vestri, Nolite timere, implebo domum istam gloria: & alibi. Iucunditatem, atq; gaudiũ dabit. De fructu septuagesimonono, s. de gentium per Beatã

Zach. 2. *Cant. 2.* *Isa. 65.* *Exod 33.* *2. Paral. 17.* *Psal. 61* *Abac. 3.* *Psal. 35.* *Iob 25.* *Gen. 27.* *Isa. 50.* *Num. 12* *Eccle. 29* *Isa. 60.* *Iob 11.* *3. Reg.* *Psal. 45.* *Mich. 5.* *Psal.* *Deu. 28* *Gen. 49.* *Exodi. 3.* *Esth. 15.* *Sap. 11.* *Deut. 6.* *Psal.* *2. Reg. 14* *2. Re. 19.* *Psal.* *Dan. 2.* *Dan. 7.* *Iudit. vl.* *Psal. 8.* *Aggai 2.* *Eccles. 1.* *Isa. 4.*

Mariam lætificatione, est illud. Conuertimini ad me & salui eritis. Et in eodem. Oculus non vidit, quæ parasti diligentibus te. Tandem. Qui diligunt te magni erunt. De fructu octuagesimo & vltimo, de B. Mariæ in oibus inuocatione, est illud. Consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus Et prophe ta. Quærite me, & viuetis. Et Salomon. In omni virtute tua accede ad illam. Et Isaias. Ad vocem clamoris tui, statim vt audierit, respondebit tibi. Tandem, quomodo sicut mater consolatur filios.

Isa. 64.
Iudic. vl. Gen. Amos 5. Eccles. 6. Isa. 34. Isa. vlt.

Ex dictis iam diuersimodè Virgini benedictæ applicatis, secundum differentias loquentium, & causarum apparet, quod Virgo beata non solum est typis figurata, sed & verbis à sanctis prophetis prodita, & declarata, prout præsens dicebat fructus hic tertius, f. Maria verbis prodita. Quo sequitur quod secundè quisque fidelis ad commendationem B. Mariæ verba sumere valet sacri eloquij: Cum pateat ex dictis, quod verbis est propheticis, & scripturæ veridicè demonstrata, & idem intelligendum est de figuris: Sic ergo patet declaratio istius tertij fructus, & cõsequenter claret, quod pro talis fructus expositione fuit in principio breuiter annotatum, scilicet. Reginam Mariam.

FRVCTVS QVARTVS.

Maria adornatur.

EXPOSITIO BREVIS.

DE pluribus generibus insignium personarum Virgo trahens originem, sicut ab eis corpoream accepit substantiam, sic ipsorum attendens virtutes, & gratias per exercitationem, meditationem, & imitationem assiduam, dono fauente diuino, eisdem est virtutibus similata.

EXPOSITIO MAIOR.

REGINAE Mariæ, postquam in superioribus visum fuit de ipsius à Deo prædestinatione, figuratione, & per sanctos prophetas declaratione, ad ipsius progeniem est nũc breuiter accedendum. Vt tàm fructu præsenti, quàm sequenti declaretur, quibus parentibus, & qualibus ipsa Dei genitrix fuerit originaliter propagata, & consequenter quàm insignis, & nobilis extiterit secundum sęculi dignitatem ostendatur. Vbi aduertendum,

quod

quod etsi ad dignitatem, & commendationem personæ magis sit, & accedat probitas morum, quàm ingenuitas progenitorum, nostraque perfectio, & nobilitas penes participationem, denominationum, perfectionũ, quidditatiuarum diuinarum, maiorẽ intensiuè attendi habeat, & mensurari, quarè potius inesse animæ, quàm corporis ipsa dignitas perfectionis consistat. Quia verò oculus corporalis, & mundanus naturam plus inspicit corporis, quàm animæ, nec interna attendit, sed externa, nec rõne in suo vtitur iudicio, sed potius abutitur. Hinc est, quod in fauoribus, honoribus, potentia, statibus, & gradibus mundanis sublimem nobilitatem statuit, ponit, & locat, illos dicens celsos, & notabiles, quos diuitiæ iactant, potentia prouehit, & dominum. Et quod turpius est. Omnium peccatorum spurcitijs deditos, nec se sciẽtes regere, dum tamen alijs imperant, glorioſos, nobiles proclamãdo, & insignes. Sed quantum à via veritatis exorbitent, cuilibet ratione vtenti, euidenter apparet. Non in trãsitorijs, caducis, & mortalibus, sed in perpetuis, non in vitijs, sed in virtutibus, non in corporalibus sed in spiritualibus talis nobilitas, ac probitas debet poni & locari. Verũ quia mundanis, & terrena plus sapientibus, quàm cœlestia loquimur, modum loquendi pro præsenti flectimur, partim iuxta loquentium mundanè B. Mariã laudandum, & commendandam in hoc fructu, & sequẽti ex hoc duxi, quia ipsam à parentibus sæculari dignitate fulgentibus progenitam declarabo. Vt igitur hoc certius pandam est sciendum, quod licet B. Euangelista Matthæus cap. 1. sui Euangelij, & S. Lucas Euangelista cap. 3. Christi, & Virginis generationem sint ostendere diuersimodè conati, Matthęus pauciores, Lucas verò plures Patres ponendo, sed qua ex causa in fine huius fructus expositionis dicetur. Pro proposito sufficiat hoc tantum scire, quod etsi Lucas septuagintaduo Patres describat, & Matthæus quadragintaduos ponat vsq; ad Christum: in hoc tamen ambo conueniunt, quod in duobus, videlicet Dauid primo, & in Zorobabel, & Salathiel secundo concordãt, & cõueniunt, & coincidunt, vt patet eorum dicta intuenti. Quapropter arborum dictis vtendo pro præsenti: patres ex quibus nata est B. Virgo, & ipse Christus, sunt isti, quos Lucas ponit, sed Matthæus tacet, videlicet: Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoc, Mathusalé, Lamech, Noe, Sem, Arphaxad, Cainan, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Sarug, Nachor, Thare. Isti quatuordecim Patres sunt, quos Matthęus prætermittens, Lucas ponit, sed ambo subsequentes ponũt, vsque ad Dauid, videlicet: Abraham, Isaac, Iacob, Iudas. Isti quatuor vocantur Patriarchę cum cęteris filijs Iacob, post Iudam ponuntur alij, scilicet Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naasson, Salmon, Booz, Ieſſe. Isti in tribu Iuda, etsi non omes, plures tamen fuerunt principes, vt dicetur. Dauid habuit duos filios præ alijs, scilicet Salomonem, & iste fuit rex cum suis descendentibus, vsque ad

transmi-

transmigrationem Babilonis, vltimo factam per Nabuchodonosor. Et si omnes Euangelista Matthæus non ponat per Salomonem genealogiam Dauid prosequendo, Matthæus ponit istos reges, scilicet Dauid, Salomonem, Roboam, Abiam, Asa, Ioſaphat, Ioram, Oziam, Ioatham, Achaz, Ezechiam, Manasſem, Amon, Iosiam, & Iechoniam. Prætermittit Matthæus plures reges, scilicet Ocoziam, Iosam, Amasiam, Ioatham, & Sedeciam. Per Ieconiam intelligens secundum Hieronymum, & Chrysostomum super Matthæum duos, scilicet, Ioachim, & Ioacim, Lucas verò Salomonem dimittendo, sed per Nathan alium filium Dauid genealogiam texendo, incipiendo à Dauid postponit, s. Dauid, Nathan, Matthatha, Menna, Melcha, Eliacim, Ionam, Ioseph, Iudam, Simeon, Leui, Matthat, Iorim, Eliezer, Iesu, Her, Helmadam, Cosan, Melchi: Et sic ponit viros decem, & nouem. Sed isti an fuerint reges per Scripturam certum non habetur. Sed an fuerint principes, seu aliquam sæculi dignitatem habentes, etsi scriptura non ponat, pōt tamen dici quod sic, quia 2. Reg 8. dicitur, quod filij Dauid erāt ad manus regis, & sacerdotes, sed certum est, quod non erant sacerdotes Domini, quia solum illis de tribu Leui competebat, sed erant sacerdotes secundum Magistrum in historia scholastica super dicto passu, ideſt, digniores præcæteris post regem. Ex quo potest concludi, & sumi, Nathā cum sequentibus vsque saltem ad trāsmigrationem Babylonis aliquā dignitatem habuisse. Postea Matthęus, & Lucas in hoc cōueniūt, quod vterque ponit duos in quibus ordo à Dauid vsque ad ipsos interruptus reunitur, s. Salathiel, & Zorobabel: Isti duces fuerūt, sed expresse habetur de Zorobabel Aggæi primo. Sed hic aduertēdum, quod Matthęus ponit Ieconiam Patrem Salathiel, & Lucas ponit Heri. Quare videtur, quod Salathiel iste duos patres habuit. Respondetur, quod vel pater ipsius, binomius fuerit, vel vnus fuit eius pater, secundum naturam, alius secundum legem. Euangelista Matthæus prosequendo ordinē inceptum sic ponit, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliacim, Sadoc, Azor, Achim, Eliud, Eleazar, Mathan, Iacob, vltimo Ioseph virū Mariæ. Sed Lucas ponit, scilicet, Salathiel, Zorobabel: Iste Zorobabel habuit plures filios, s. Abiud, vt ponit Matthæus, & Resa, vt dicit Lucas, vel fuit binomius. Ponit ergo Lucas Zorobabel, Resa, Ioana, Iuda, Ioseph, Semei, Matthathiā, Mahath, Hesli, Naum, Amos, Ioseph, Ianne, Melchi, Leui; Matthat, Heli, Ioseph virū Mariæ. Per hos enim Patres Christi, & Mariæ generatio astruitur, & ordinatur. Sed hic sunt aliqua dubia. Primum est, Cur vterque Euangelista Lucas, & Matthæus, solam ponunt generationem, & genealogiam Ioseph, & non Mariæ, cum talis genealogia, vt videtur, nihil facere videatur ad Christi generationem, quam Euangelistæ intendunt astruere principaliter, cum non sit ex Ioseph natus, sed ex Maria? Respōdeo, primò, vt morē sequeretur Hebreorū, &

Scriptu-

Scripturę sacræ,qui non per mulieres, sed per homines viros, s.Patres computant generationes,vt patet vbique in scriptura. Secũdò dicitur, quod B.Maria cum vnica fuerit patri suo Ioachim ad ipsam velut hæredem spectabat quidquid erat patris sui.Sed cum Deus,ne possessio filiorum Israel confunderetur,& alienaretur, ordinauerit, vt patet Numerorum 36. Quod si homo mortuus fuisset absque filio ad eius filiã hæreditas perueniret. Insuper,quod talis filia virum duceret de tribu, & cognatione sua,vt patet Numerorum vltimo. B.Maria ergo debebat homini nubere de sua familia,tribu,& cognatione,modo Euangelista dicit Ioseph Mariã accepisse in vxorem, & quod ipse erat iustus. Si ergo iustus erat,de sua tribu fuit,& cognatione,aliter iustus nõ fuisset:fecisset enim contra legem, quæ mandabat hæredem filiam nubere homini suæ cognationis,& tribus, quo argumento concluditur Ioseph,Mariã,& Christum,de eadem fuisse cognatione. Istas duas respõsiones tangit Hieronymus super Matthæum,& Glossa super illud Matthæi 1.Ioseph virum Mariæ. Quod etiam fuerit eiusdem familiæ,& tribus, patet per illud Lucæ 2.Exijt edictum à Cęsare, & sequitur.Ioseph autem cum esset de domo, & familia Dauid,ibat in Bethelem, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.Sed cũ Maria fuerit de domo Dauid,vt dicetur fructu sequenti, patet quod tangendo genealogiam Ioseph, Mariæ tetigit cognationem, & tribum. Aliud dubium est,cum Ioachim pater beatæ Mariæ de domo Iuda, tribu,& familia fuerit Dauid,vt tãgetur fructu sequenti, & Nathan,cur Matthæus,& Lucas genealogiam Christi,& Mariæ per ipsum non descripserunt?Respondeo,quod causa fuit multiplex,prima, quia intentio Euangelistarum fuit ostendere Christi generationem,& humanitatem; & quia Iudæi verè putabant Ioseph patrẽ Christi:dixerunt enim, hic est filius Ioseph,si solum posuissent Ioachim, & Virginem Mariam Christi matrem,videretur Christum Iesum ex Ioachim progenitum esse,velut ex patre,quod fuisset exacrabile, vt pater filiæ matrimonialiter iungeretur.Fuisset etiam contra legem,quę hoc damnat,fecissent etiam putari Christum illegitimè natum, quia nullum alium patrem nominassent, & per consequens iustè à Iudęis persecutum, quia contra legem natum. Insuper nunquàm potuissent congruentius ponere virginitatẽ Mariæ ponendo solũ Ioachim,sicut Ioseph, quia semper suspicio habita fuisset,quomodo Maria genuisset Christum, Cum dixisset genuit Ioachim patrem Mariæ,de qua natus est Iesus.Quapropter cõsideratis Iudæis,quibus principaliter Matthæus scribebat, licet Lucas scriberet Theophilo,ideo prętermissus est Ioachim,& ordo genealogiæ contextus est per Ioseph. Aliæ de his possunt causæ assignari, sed de his in opere maiori fructu præsenti est dictum. Ex iam dictis apparet, quod Virgo beata, est progenita de pluribus generibus insignium

gnium personarum, videlicet, primò de patribus: patet, quia de decem nouem patribus nata est, incipiendo ab Adam, vsque ad Thare inclusiuè, de quibus habetur Genesi à cap. 5. vsque ad vndecimum; Quos patres ponit Lucas cap. 3. Et quod tales dicãtur, & vocentur patres, patet in dictis capitulis, & specialiter Genesi cap. 10. Secũdò de patriarchis
Act. 67. patet de Abraham, Isaac, Iacob, & Iuda, qui fuerunt patriarchæ, vt dicit B. Stephanus. Tertiò de principib. vt patet de Aminadab, Naasson,
c. 1. 7. & 10. Salmon, fuerũt enim principes in tribu Iuda, vt patet Numeri. Etsi ab Euangelista ponitur Booz, Obed, & Iesse non habetur expresse, quod etsi nati fuerint de præfatis, vt dicit Matthæus, & Lucas, quod in tribu Iuda principes extiterunt. Quartò de Iudicibus, etsi in textu non ponatur Euãgelistarum. Cum enim quod attribuitur tribu Iuda, attribuatur & domibus, seu familijs dictæ tribus, & è cõuerso, quod familiæ datur, potest, & applicari tribui: & in tribu Iuda fuerunt iudices, videlicet, Iu
Iudic. 1. & 20 das, de quo habetur pariter, & Othoniel, & Abesan de Bethlehem, qui
Iudic. 3. Iudic. 12 omues inter iudices populi Israelitici computantur. Quintò de regibus, vt de Dauid, Salomone, & de alijs, de quibus fructu sequenti dice-
Iudic. 1. & 20. tur, qualiter ab eis ipsa sit propagata: Sextò de ducibus, nã post reges, & ante in tribu Iuda duces fuerunt. Ante reges fuit dux Iudas Dei vo-
Aggai 1. luntate factus, vt habetur. Post Reges fuit dux Zorobabel, qui fuit dux Iuda, vt habetur: Et post istum fuerunt etiam alij duces, de quibus in-
Gen. 49. scriptura nihil dicitur. Sed quod fuerint, patet per illud. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius. Et cum sceptrum non fuerit in tribu Iuda nisi à Dauid, vsque ad transmigrationem Babylonis,
Gen. 20. sequitur iuxta dictã prophetiã, quod duces vsq; ad Christum semper
Gen. 27. Gen. 44. fuerunt in tribu Iuda. Septimò de prophetis, patet de Abrahã, qui fuit
2. Re. 22 3 Re. 22 propheta, de Isaac, de Iacob, de Dauid, qui fuit eximius prophetarũ.
Prouer. 1 Eccl. ult. Octauò de Doctoribus, patet de Dauid, de quo dicitur, quod spiritus Domini locutus est per os suum. Patet etiam de Salomone, qui fuit do-
1. Par. 5. ctor excellẽtissimus, qui composuit libros, scripsit sermones, & docuit
Gen. 14. populum. Nonò de viris strenuis, valentibus, seu fortibus: Patet de Iu-
Gen. 32. da, filio Iacob, de Abraham, qui reges expugnauit, de Iacob, qui luc-
1 Re. 16. tus est cum angelo: De Dauid, qui Goliath interfecit. Decimò de sacer-
2. Re. 23. Luc. 1. dotibus, & summis Pontificibus. Teste enim Beda super illud. Ecce Eli
Exod. 7. sabeth cognata tua. Tribus Leuitica coniuncta est, tribui Iuda, quod probat de Elisabeth vxore Aaron summi sacerdotis, quæ fuit filia A-
2. Par. 22 minadab de tribu Iuda, & soror Naasson: vt habetur. De Iosabeth filia
Luc. 1. regis Iorã sorore regis Ocoziæ vxore Ionadę sacerdotis. De Elisabeth matre Ioannis Baptistæ, & vxore Zachariæ summi sacerdotis. Et sicut tribus Leuitica coniuncta est tribui Iudæ, sic & è conuerso tribus Iuda
Mor 22. stirpi Leuiticæ: Et ideo dicit B. Gregorius, quod redemptor noster de sacerdotali tribu iuxta carnem parentes habere dignatus est, & per

conse-

consequens etiam B.Maria. Quo sequitur, quod B.Maria potest dici nata de summis pontificibus. Vndecimò de populi rectoribus, patet de Dauid, qui populum Israel educebat, & reducebat: patet de Aaron, & Moyse, & quod fuerint rectores nominati habetur. Vnde sciẽdum, qđ prout claret ex consuetudine, nõ solum ad personæ, & generis accedit nobilitatem dignitas patrum, & parentum per rectam lineam, sed per transuersam, & lateralem, similiter quod vni vel pluribus eiusdẽ parentelæ tribuitur, domui, familiæ, seu stirpi collatum videtur. Hinc est, qđ omnes de tribu Iuda fuerunt iudices, & rectores populi, & per colligationem matrimonialem stirpis Iudaicę cum Leuitica tribu, tàm ex parte mulierum, quàm hominum. Quare B.Maria prefata de causa potest dici, ex prefatis originata. Duodecimò, & vltimò de Dei cultoribus, & iustis parentibus patet, quia multi fuerunt perfecti viri, vt Abrahã, Isaac, Iacob, Dauid, Iosias, Ezechias, & sic de alijs. Iusti etiam fuerunt parentes Virginis, s. pater, & mater, vt dicit Hieronymus, pariter & Damascenus. Ex dictis apparet, quod B.Maria secundum sęculi dignitatem de nobilissimis parentibus est generata. Sed quia, vt dictum est parum, imò nihil valet præclaritas generis, nisi adsit virtutum ornatus. Hinc est quod iste fructus, non solum dicit B.Mariam nobiliter natam ex prædictis, sed eisdem, quemadmodum in corporea substantia, sic & in virtutibus fauente gratia diuina imitatiuè est assimilata. Pro cuius euidentia est sciendum. Quod virtutes prædictorum possunt dupliciter considerari, primò generaliter, secundò specialiter. In generali prefatis duodecim generibus hominum diuersæ dantur virtutes, quæ patere possunt tàm ex talium vita, & perfectione, quàm ex dignitatum nomine cohęrentia, & expressione. Nam primò patribus ex scriptura attribuitur virtus iustitiæ, vt patet de Seth, quem Deus posuit pro Abel, & de Enos, qui cępit inuocare nomẽ Domini; & de Henoch, quẽ Deus sibi placitum, transtulit in paradisum: & de Noe, qui inuentus est iustus cum filijs. Secundò patriarchis datur virtus obedientiæ, patet de Abraham, qui Dei mandato de terra propria exiuit, & filium voluit immolare. De Isaac, & de obedientia Iacob, cui dictũ est, Surge, & ascende Bethel, & habita ibi. Tertiò principibus datur virtus prouidentię, inanimando alios ad bonum, & ad ardua, vt patet de Aminadab, qui secũdum Magistrum in historia scholastica post diuisionem maris rubri, primus mare intrauit, quo actu, & alios animauit & regnum tribus Iuda prę alijs habere meruit, de quo actu loquitur sponsa dicens: Anima mea turbata, ideſt, admirata est propter quadrigas Aminadab. Pariter etiam in gubernando, eorum enim consilium, scilicet principium, cæteri sequebantur. Quartò iudicibus datur virtus discretionis, & prudẽtiæ: nam qui imprudens est, sicut nec se, sic neque alios regere valet. Et quod fuerint prudẽtes patet de Aod, Debbora, Barac, Iephte, & sic de alijs.

2. Reg. 4. Exod. 3. Eccl. 17. Sap. 10.

2. Sent. 6. 7.

Gen. 5. Gen. 6. Eccle. 44.

Gen. 12. Gen. 22. Gen. 26. Gen. 32. Gen. 35. Cant. 1. Paral. 12.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

alijs iudicibus, vt habetur in libro Iudicum per totū. Quintò regibus datur, & attribuitur virtus benignitatis, & clementiæ: Reges enim Israel clementes fuerunt, vt patet de Dauid, qui hosti suo regi Saul, cum
3. Re. 20. 1. Re. 20. 2. Re. 19. posset eum occidere ter pepercit. Semei, qui ei maledixerat, indulsit, q̄ diu vixit, & sic de alijs regibus. Sextò ducibus datur virtus reuerentiæ ad Deum propter Dñi cultus reparationem. Datur enim istis mandatū
Aggæi 1. de Dei templo ædificando, vt patet de Zorobabel. Septimò prophetis datur, & attribuitur virtus irradiationis, & intelligētiæ. Lumine enim radiati diuino futura aspexerunt, & prædixerunt, vt patet de Isaia, Ieremia, & sic de alijs prophetis. Octauò doctoribus. Datur virtus informationis, eloquentiæ, & sapientiæ, vt populum instruerent in viam di-
3. Reg. 9. rectionis, & morū: patet de Salomone, & liberis alijs ab ipso factis. Nonò viris fortibus attribuitur virtus constantiæ in aggrediendo, & sustinendo, & virtus victoriæ hostes fugando, & deijciendo, & per conse-
2. Re. 20. quens animi firmitas, vt patet de Dauid, & suis fortibus de tribu Iuda. Decimò sacerdotibus attribuitur virtus placationis diuinę iracundię;
Num 16 patet de Aaron, & Moyse, de quibus habetur. Vndecimò rectoribus
Exod. 28 datur virtus mansuetudins, benignitatis, humilitatis, & beneuolentię,
Eccl 45. vt patet de Moyse, qui fuit māsuetissimus, & de Dauid, de quo dicitur.
Num. 12 Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Duodecimò Dei cultoribus datur virtus fidelitatis, & Deo perfectæ adhærentię. pa
1. Re. 22. tet de Abraham, qui amicus Dei appellatus est, & de Dauid, de quo di
Gen. 21. xit Deus. Inueni virum iuxta cor meum, & sic de aliis. Istę sunt virtu-
1. Reg. 13 tes, quę ex quadā prērogatiua iam dictis scrīptura attribuit, licet enim alias habuerint virtutes plerique eorum, et omnes simul, tamē ex quadam singularitate assignantur eis prędictæ. B. Maria cum gratia fuerit
Luc. 1. plena, et quod cęteris per partes est prēstitū in Maria simul totum plenissimè inuenitur, vt dicit Hieronymus, Quare quod præfatas virtutes habuerit, & possidet, nulli fideli in dubium debet verti, & per cōsequēs, Sicut in carne, quam ab eis traxit, sic etiam in virtutibus eis est similata. Per iustitiam enim quam habuit, & per quam inuenit gratiam in cōspectu Domini, est patribus similata. Per obedientiam similis est pa
Luc. 1. triarchis, qui Ecce Ancilla Domini, proclamauit se. Per prouidētiam, quam habuit, De qua habes fructu quadragesimosexto, & sui possessio nem perfectam: De qua habes fructu septimo, & vigesimosexto: Facta fuit similibus principibus. Per prudentiæ donum, tacita cogitatione dum pēsat, quæ ab angelo ei dicta similis est inuenta Iudicibus. Per dul cedinem, & clementiam, quia ipsa est mater misericordiæ tota dulcis, & clemens B. Maria Regibus est assimilata. Per sui dedicationem tota lem Deo, qua virū non cognoscere corde proposuit, & vt fieret in ea fm Angeli nunciationem mirificam, Ducibus est similata. Per lumen pro pheticum tripliciter eidem infusum, vt patet in Cantico ab ipsa edito

fuit

fuit ſimilis Prophetis. Per inſpectionem æternorum, & conſeruationē in corde arcanorum, per ſapientiam, & Dei virtutem factorum ſimilis fuit ſacerdotibus: vt habetur. Per inconcuſſam mentis firmitatem & conſtantiam, quam tenuit paſſionis tēpore in fide ſimilata eſt viris fortibus. Per miſericordiam, qua nos à ſalute longinquos Deo fœderat, & coniunxit ſacerdoti bus eſt ſimilata. Per humilitatem, qua ſe ſub omnibus abiecit, & nunc ſuper omnes puras creaturas exaltatur, facta eſt ſimilis rectoribus. Sed per hæc tandem, quia mater Dei, & hominis, & conſequenter eſt iuſtorum, caput eſt fidei. Maria ſimilis iuſtis, & ſanctis hominibus ſuis parentibus reperitur, non modo in eccleſia militāti, ſed etiam triumphanti: Quia verò hęc omnia in ſequentibus dicendis ſufficientiſſimè patebunt, ad præſens ea aliter non probo. Præfatis generaliter inſpectis, quod B. Maria ſimilis ſuis parentibus ſit, & quo ad carnalem compaginem, & virtutes apparet euidenter. Sed aduertēdum ſecundò in ſpeciali, quomodo B. Maria ſingulas, & proprias eorum habuerit virtutes, & perfectiones, quia quorundam in Chriſti genealogia à Matthæo, & Luca poſitorum, vita non habetur. Quid, & quales fuerint iuxta modum gloſſæ Lucæ 4. per nomina eis impoſita, quia non à caſu, ſed ab euentu, ſeu conſilio præſupponi debet eis impoſita: Poteſt videri. Quod enim factum eſt in alijs, ſ. Heua, Seth, Noe, Abrahā, Sara Iſaac, Iacob, Eſau, filijs Lyæ, & Rachelis, Phares, Ephraim, Manaſſes, Moyſen, Ioſue, filijs Moyſi Salomone, Ioſeph, quem Pharao lingua Ægyptiaca, vocauit Saluatorem mundi. Hi omnes, & plures alij, de quibus non ſcribo breuitatis cauſa non à caſu, ſed ab euentu, & conſilio nomina habuerunt. Quod ita poteſt, & debet, vt Gloſſa ponit credi de hominibus in Chriſti genealogia poſitis, & nominatis. Sequēdo igitur tàm vitam, quæ in ſacra ſcriptura aliquorum traditur, quàm nominum, interpretationem, quam B. Hieronymus ponit in libro de Interpretatione nominum Hebræorum, & Gloſſa exponendo dicta nomina poſitorum in Ieſu genealogia, poteſt dici, quod Virgo Maria, fuit quilibet prædictorum in ſua genealogia contentorum per virtutem, & gratiam, quia omnium prefatorum virtutes, & gratias, Deo faciente, poſſedit. Fuit enim Adam principio, & maternitate noſtrę ſalutis, Seth Dei cognitione, Enos mundi deſpectione, Cainan diuinæ gratiæ adeptione, Malaleel, laudum exhibitione, Iareth Dei erga ipſum aſſidua ptectione, Henoch ſui Deo dedicatione, Mathuſalē peccati deteſtatione, Lamech cordis humiliatione, Noe præceptorum diuinorum impletione, Sem exemplorum oſtenſione, Arphaxad, ſuorum deuotorum ſalutatione, Cainan Domini poſſeſſione, Sale templi aſcenſione, & ibidem à parentibus dimiſſione, Heber hoſtium deiectione, Phaleg, fidelium defenſione, Rheu, omnium incentiuorum in ea ad malum extincti one, Sarug, recta morum regulatione, Nachor, mentis à Deo illuſtratione,

Luc. 2.

Gen. 3. *Gen. 4.* *Gen. 5.* *Gen. 17.* *Gen. 21.* *Gen. 25.* *Gen. 27.* *Gen. 29.* *Gen. 38.* *Gen. 41.* *Exod. 2.* *Num. 13* *Exod. 2.* *2. Re. 12.* *Gen. 41.* *Luc. 3.*

ſtratione, Thare, pranitatis hæreticæ proſtratione, Abraham pietate, & compaſſione, Iſaac gaudii ſuis parentibus immiſſione, Iacob vitiorum ſupplantatione, Iudas diuini muneris exultatione: Phares ab omni prauo ſeparatione: Eſron tentationum diaboli in nobis confractione: Aram de perceptis Deo ringratiatione: Aminadab Chriſtianorũ dilectione: Naaſſon Deo per obſequium famulatione: Salmon corporis, & animæ plena concordia, & coniunctione: Booz noſtra protectio oe: Obeth Chriſti nutr itione: Ieſſe cordis incendio, Dei amore, & affectione: Dauid diaboli totali ſuperatione. De Regibus fructu ſequenti dicetur: Nathan filius Dauid, Ieſu filij ſui mundo donatione: Matthathia cordis Deo præparatione: Melcha, in ſua præ cunctis mulieribus ſublimatione: Menna, indita ad miſeros condeſcenſione: Eliacim prudentiæ declaratione: Iona, diuinorum munerum acceptione: Ioſeph, in bono opere perſeuerantia, & intentione: Iuda diuini operis in ea cunctis patrati reſaratione: Simeon, precum Deo præſentatione: Leui, æterna in Dei matrem electione: Matthat precum exauditione: Ioram gratiarum diffuſione: Eliezer mentis ſanctificatione: Ieſus peccatorum eiectione: Her, bona operatione: Elmadan, filij Dei parturitione: Coſam, in filij ſui paſſione: Melchi, ſuorum ſenſuum moderatione: Neri, aliorũ ſua gratia, & gloria irradiatione: Salathiel, virginitate ſeruata filij editione: Zorobabel fidelium in caput inſtitutione: Reſa, noſtrorum tolleratione: Iohãna, miſericordia miſeris ſubuentione: Iudas animi fortitudine, & conſtantiæ oſtenſione: Ioſeph, animi in Deum continua aſcenſione: Semei ſuæ præſentiæ eã inuocantibus impenſione: Matthathias, per deſiderium ad cœleſtia anhelatione: Mahath, deuotorum in Chriſtum aſcenſione: Hesli, per deitatis in ipſa incarnatione: Naum, floris vitæ germinatione: Amos, hominis à diabolo acceptione: Matthathias, diuinæ legis zelatione: Ioſeph, puritatis conſeruatione: Ianne, noſtra in bono conſeruatione: Melchi, potentia, & dominatione: Leui, ſui à parẽtibus Deo traditione: Mathan pro peccatorib. deprecatione: Heli, ſumma, & intima Deo cohæſione. Hucuſque à Dauid ſecundum Lucam, ſed ſecundum Matthæum à tranſmigratione iſti ponuntur, quibus B. Maria fuit ſimilata: Ipſa enim eſt, & fuit Abiud, beneuolẽtiæ ad omnes demonſtratione: Eliacim mente Deo præſentatione: Azor, indigentib. auxilij conceſſione: Sadoch, aliorum iuſtificatione: Achim, morte filii conturbatione: Eliud gloriæ perceptione: Eleazar, Dei ad ipſam in omnibus condeſcenſione, & inclinatione: Mathan, ſuarum gratiarum diffuſione: Iacob, indeficienti Dei viſione, & contẽplatione. Et ſic patet, quomodo Maria præfatis eſt in ſpeciali ſimilata.

Authoritates ſcripturæ pro concordia dimitto: ratio, quia quę dicẽtur inſpectis prędata in Maria fuiſſe clarè patebunt: Et ſic apparet, q̃ B. Maria præfatis, à quibus originẽ duxit, tàm in generali, quã in ſpeciali

eſt in

est in virtutibus similata: & commendatur in hoc fructo tàm de origine generosa, quàm de imitatione virtuosa. Quo fructu datur nobis documentum, quod non de carnis propagatione, sed virtuosa imitatione parentum nostrorum commendari debemus, ac nostros progenitores sequi moribus, quia, vt dixit Saluator Iudæis: Patrem se habere Abraham gloriantibus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Sic, & Deus voluit, quod Beata Maria faceret, vt hic fructus declarat, vt in principio breui expositione fuit annotatum, videlicet, de pluribus generibus insignium personarum Virgo trahens originem, &c.

FRVCTVS QVINTVS.

Maria Dauid genita.

EXPOSITIO BREVIS.

DIGNITATE regia Mariam fulsisse cum Christo apparet, dum de Dauid, & regibus eos descendisse Euangelistæ asserunt confidenter, sicque à præfatis principibus progenita est Maria, vt ab eorundem virtutibus per imitationem nullatenus separetur.

EXPOSITIO MAIOR.

A Dauid, & cæteris regibus de ipso propagaliter descendentibus hic fructus quintus progenitos Mariam declarat, & Christum, & sic esse cum hoc asserant ipsi Euangelistæ in sacro Euangelio, tàm ex serie generationis, quam texuerũt, quàm ex multiplici aduocatione nostri Saluatoris, filius Dauid: Affirmat hoc Apostolus dicens. Christum factum ex semine Dauid secundum carnem. Sic & totum testamentum nouum, ac sancta generaliter clamat Ecclesia Christum, & matrem ex Dauid progenitos. Verum, etsi hoc inconcusse sit tenendum, quia alio modo declaratur à Matthæo, & alio à Luca, quia vnus per lineam Salomonis, & alius per Nathan progenitos declarat, ideò primò videndum erit, quomodo per lineam vtriusque tàm Salomonis, quàm Nathan Virgo Maria ex tribu Iuda orta fuerit, & Dauid. Secundò ad expositionem huius fructus est accedendum. Et pro euidentia primi, quia nulli dubium est Salomonem, per quem Matthæus Euangelista generationem texit fuisse filium Dauid, sed apud nonnullos dubitatur de Nathan, per quem Lucas Euangelista genealogiam texuit Saluatoris,

an fuerit filius Dauid naturalis, legalis, & adoptiuus, ideò de hoc primò est videndum, pro quo est sciendum, quod de duplici Nathan fit in sacra scriptura mentio: primò de Nathan propheta, qui missus est ad
2. Reg.7 Dauid, & de alio Nathan, qui fuit filius Dauid natus ex Bethsabee.
1. Par.3 De primo Nathan nullo modo potest intelligi quod fuerit filius Da-
2. Reg.5 uid, de quo loquitur Lucas. Ratio huius est, quia iste filius Dauid est a-
1. Par.3 lius omnino ab illo, & causa est, quia primus fuit filius Samaa fratris Dauid: & iste secundus, fuit filius Dauid ex Bethsabee. Nam secũdum Magistrum in historia scholastica super libros Regum. primò Nathan
2 Reg.7. & 12. propheta, de quo habetur, non fuit filius Dauid, sed nepos, filius scilicet Samaa fratris Dauid, quem Isai pater Dauid adoptauerat sibi in filium: & dicit vlterius, quando Samuel mandato Domini iuit ad inungendum Dauid, quod Isai ostendit ipsum inter fratres Dauid. Quo dicto Magistri potest concludi, quod iste Nathan propheta vel erat maior tempore Dauid, quia paruulus erat quando inunxit eum Samuel, vt
3. Re. 16 patet: vel si non erat maior erat saltem contemporaneus. Quo sequitur, cum secundum Magistrum, loco allegato Isai pater Dauid adoptauerit eum in filium, non ergo Dauid, quia idem non est adoptiuus duorum, scilicet patris, & filii in humanis. Similiter maiorem se vel æqualem tempore sibi non adoptat aliquis. Quapropter mirandum est plurimum de dicentibus Nathan prophetam filium adoptiuum fuisse Dauid. Et vltra, cum iste Nathan filius fuerit Samaa fratris Dauid secundum Magistrũ loco allegato, nec natus sit ex Bethsabee vxore Dauid, quia nullibi habet, quod Bethsabee habuit duos fratres in viros, videlicet Samaa, & Dauid: sed bene habetur, quod habuit duos viros, scilicet, Vriam, & Dauid, vt habetur. Et Dauid habuit quatuor filios ex Bethsa-
2. Re. 11 & 12. bee, vt dictum est. Licet solum exprimatur quod de Bethsabee qua-
1. Par. 3 & 14. tuor habuerit filios inter quos numeratur Nathan, sequitur quod Nathan propheta iste non est filius Dauid. Insuper Nathan, de quo lo-
2. Reg. 5. 2 Reg. 5. quitur Scriptura, natus est postquam Dauid cepit regnare in Ierusalem, & ille alius Nathan, scilicet propheta, antequàm Dauid esset inunctus rex natus erat, quia oblatus fuit Samueli ab Isai secundum Ma-
1. Par. 3. & 14. gistrum, vbi supra. Patet ergo, quod Nathan, de quo loquitur Lucas Euangelista, non fuit Nathan propheta, sed Nathan filius Dauid,
2. Re. 16 de quo habetur in primo Paralipomen, & in primo Regum. Quo viso, restat vlterius videre, an iste Nathan, de quo loquitur Lucas, fuerit filius naturalis Dauid, prout naturalis distinguitur contra legalem, & adoptiuum. Quod enim fuerit filius naturalis modo prædicto apparet clarè ex prædictis locis, vbi dicitur sic. Porrò in Ierusalem nati sunt ei filij Samaa, & Sobab, Nathan, & Salomon, quatuor
3. Par. 3. de Bethsabee filia Amihel. Hæc sunt nomina eorum, qui nati sunt ei in Ierusalem Samaa, Sobab, Nathan, & Salomon. Cum ergo

dicatur

dicatur quod nati sunt ei filij, & vnus nominetur Nathan, & natus non dicatur de filio adoptiuo, sed proprie de naturali, videtur ergo, quod dictus Nathan fuerit filius Dauid naturalis, & non legalis, seu adoptiuus. Sed quibusdam oppositum videtur, quod non fuerit filius naturalis Dauid, scilicet, Vgoni Cardinali in Postillis super tertium capitulum Euangelij Lucæ, & Nicolao de Lyra super primum capitulum Matthæi allegantibus illud Salomonis de se loquentis: Nam & ego fui filius patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea. Vnde dicunt ratione dictæ auctoritatis, quod Prou. 4. Bethsabee non habuit de Dauid nisi duos filios, vnum, qui mortuus 2. Re. 12 est, & Salomonem. Sed Bethsabee habuit alius filius, non ergo de Dauid, sed de primo marito, scilicet, Vria, & illi dicuntur filij Dauid, inter quos est Nathan, igitur Nathan, vt dicunt, non fuit filius naturalis Dauid, sed legalis, vel solum adoptiuus. Vnde secundum ipsos Salomon, & alle, qui mortus, soli fuerunt filij Dauid ex Bersabee. Alij autem tres, scilicet, Samaa, Sobab, & Nathan fuerunt filij Bethsabee ex Vria, quos Dauid sibi in filios adoptauit. Et vlterius dicunt, quod scriptura ponit triplicem ordinem filiorum, videlicet, naturalem, legalem, & adoptiuum, dicunt ergo, quod Nathan, de quo loquitur Lucas non fuit filius Dauid naturalis, vel legalis, sed adoptiuus. Damascenus verò, & Diuus Bonauentura in Postillis super Lucam dicunt, quod Nathan fuit filius naturalis Dauid de Bethsabee, sicut inquiunt habetur primi Paralipomenon, quibus videtur mihi adhærendum, quia conformiter loquuntur ad scripturam. Ad auctoritatem verò allegatam Prouerbiorum dicentem, quod Salomon fuerit filius vnigenitus coram matre sua, videtur mihi dicendum, quod si intelligatur vnigenitus sic, scilicet, antequam nullus, hoc est falsum per scripturam, habuit enim Dauid prius filium de Bethsabee, qui mortuus est in pœnam peccati adulterij commissi, vt patet ibidem. Si intelligatur vnigenitus, id est, post quem nullus, sic non repugnat nostro proposito, quia sacra scriptura antè ponit Nathan natum, & postea Salomonem inter filios Bethsabeæ, & sic intelligendo non repugnat ipsum Salomonem habere fratres. Si verò dicatur vnigenitus cum quo simul nullus est genitus, adhuc non obest, quia scriptura non dixit, quod simul sit genitus Salomon, & Nathan, sicut ponit simul genitos Phares, & Zaram, & Esau, & Gen. 38. Iacob. Si intelligatur vnigenitus, scilicet, quia nullum habuit filium, Gen. 25. nec ante, nec simul, nec post, istud non potest dici, quia hæc expositio non consonat sacræ scripturæ, vt patet de loquutione ad Abraham. Non pepercisti vnigenito tuo, nec dicit vxoris tuæ, sed tuo, propter Gen. 22. me. Et tamen Abraham habuit filium Ismahelem, qui ante ortum cap. 17. Isaac erat annorum tresdecim: vt habetur in Genesi. Quare dicta ex-

positio stare non potest. Dicit etiam Vgutius in suo Elementario, quod primogenitus, & vnigenitus idem sunt: & secundum eundem. Primogenitus dicitur post quem nullus. Damascenus etiam dicit, quod primogenitus aliquando sumitur pro vnigenito. Ad propositum si dicta auctoritas, Prouerbiorum, intelligat, quod Salomon sit vnigenitus matris ante quem nullus, falsum est, si post quem, nullus, verum est, quia vltimus filius Bethsabee fuit. Si cũ quo nullus alius esset ex eadem matre frater, hoc est contra modum loquendi scripturæ, quia Ruben erat primogenitus, & tamen habebat fratres, & sic de multis alijs. Quomodo ergo accipitur ibi vnigenitus? Respondetur quod si accipiatur vnigenitus pro primogenito, vt dicit Vgutius, primogenitus vt pertinet ad propositum dupliciter accipitur in sacra scriptura. Vno modo pro primogenito generationis, & originis iuxta illud. Sanctificaui mihi omne primogenitum, & omnia primogenita mea sunt. Alio modo accipitur primogenitus dignitate, vt cum quis possidet dignitatem primogenituræ sicut Iacob emit ab Esau primogenita. Et ideo non falso, sed verè postea dixit ipse Iacob Isaac patri suo, se esse Esau primogenitum, non Esau, sed Esau primogenitum. Et primi Paralipomenon, habetur, sic filij Ruben primogeniti Israel. Ipse quippe fuit primogenitus eius, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph, & filijs Israel, & non est ille reputatus in primogenitum. Ex quo apparet, quod stat secundum sacram scripturam aliquem esse primogenitum generatione, & non dignitate, & aliquem esse primogenitum dignitate, & non generatione. Ad propositum; Cum Dauid rex habuit primogenitum Amon, secundogenitum Danielem, tertiogenitum Absalon, quartogenitum Adoniam, quintogenitum Saphathiam, sextogenitum Gethman, de sex vxoribus. Et de Bethsabee habuit quatuor, qui, vt creditur nati sunt post præfatos, quia Bethsabee fuit vltima vxor, vt creditur, quam Dauid cognouit, quia Abisag, etsi fuerit vxor Dauid, non cognouit eam, vt patet Regum tertio. Et dicti quatuor filij nati sunt ordine, quo triplex in sacro eloquio nominatur: Et Salomon sit decimus, ergo ipse naturali generatione non est primogenitus, sed secundogenitus. Et sic vnigenitus & primogenitus hoc modo, scilicet naturalis generationis non possunt verificari de Salomone, scilicet, quod fuerit primogenitus patris, nec matris. sed verificatur, quod fuit primogenitus dignitate, ipse enim, quod pertinebat ad primogenitum habuit, scilicet dignitatem regiam, quia præ cunctis fratribus suis Dei voluntate, & patris institutus est rex. Et quia Regnum, quod de iure debetur primogenito datum est sibi, quare meritò primogenitus, & vnigenitus matris, & patris, potest isto modo vocari, & sic apparet quomodo dicta auctoritas habet glossari. Potest etiã dictus

cap. 4

Gen. 29.

Exod.

Gen. 25.

Gen. 27.

cap. 5.

cap. 3.

2. Par. 28

modus

modus glossandi ex hoc iuuari ex verbis dictæ auctoritatis, quia nõ dicitur vnigenitus matris, sed coram matre sua, vt excludendo primum modum intelligat secundum, scilicet, de dignitate. Et quia temere nihil est asserẽdum in talibus, teneatur quod placet. Sed siue Nathan fuerit filius naturalis Dauid, siue adoptiuus Virgo Maria nata est de Dauid, & regibus, & hoc primò apparet, quia ordo deductus tam à Luca, quàm à Matthæo, et si sit diuisus in parte, vnitur tamen, vt apparet intuenti in duobus stipitibus, videlicet Salathiel, & Zorobabel, qui à Ieconia rege descenderunt secũdum Matthęum, qui Ieconias descendit à Dauid per lineam Salomonis secundum quod Beatus Matthęus deducit. Secundò hoc potest ostendi declarando quomodo Ioseph descendit à præfatis, & ipse Ioachim pater B. Mariæ Virginis, & eius mater, scilicet, Anna, quo apparebit in quo gradu consanguinitatis fuerit Ioseph, & Ioachim, & cum Anna, & cum Beata Maria. Quia enim fuerunt de tribu Iuda vt dictũ est fructu præcedenti; nunc videndum est de præfatis. Vbi sciendum est, quod, vt tangit Glossa super primum capitulum Matthęi: Et Eusebius dicit in historia Scholastica: ac Damascenus tangit quarto libro Sententiarum suarum: Mathan qui secundũ Matthæum genuit Iacob, Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, iste Mathan descendit à Dauid per Salomonem, & habuit vxorem nomine Hesta, quæ concepit, & peperit ei filium Iacob, & mortuus est Mathan relicto isto filio Iacob: quo mortuo, Mathat, qui à Dauid descenderat per Mathan, secundum Lucam istam Hestam vxorem olim ipsius Mathan accepit in vxorem, de qua genuit, & habuit filium, quem vocauit Heli. Iacob ergo, & Heli fratres fuerunt, quia filij eiusdem matris, etsi non eiusdem patris, quia Iacob fuit filius Mathan, & Heli filius Mathath, ambo tamen filij fuerunt Hestæ. Iste Heli accepit vxorem, de qua nullo habito, & suscepto filio mortuus est. Quo mortuo Iacob frater eius vterinus secundum legis mandatum vxorem Heli fratris sui accepit in suam ad suscitandum semen fratris sui, de qua habuit filium, quem vocauit Ioseph. Itaque ipse Ioseph natura filius est Iacob, qui eum generauit, sed secundum legem filius est Heli, quia, de eius vxore ducta ad suscitandum eius semen. Ex quo patet solutio controuersiæ, quæ videtur esse inter Lucam, & Matthæum, quia Matthæus vocat Ioseph filium Iacob, & hoc est verum natura. Et Lucas dicit eum filium Heli, & hoc est verum secundum legem. Vlterius iste Heli, etsi filium naturalem non habuerit, vt dictum est, habuit tamen duas sorores videlicet Annam vxorem Ioachim, & matrem Beatæ Virginis: vt patet in arbore genealogiæ Saluatoris, & totius sacræ scripturæ. Habuit etiam aliã sororem, nomine Ismeriam matrem Elisabeth, quæ fuit mater Ioannis Baptistæ, & Zachariæ sacerdoti desponsata. Modo cum dictum fuerit, quod Iacob, & Heli fratres fuerint carnales ex eadem matre, & Ioseph

Cap. 6.

seph filius naturalis Iacob, Ioseph sponsus Virginis, nepos carnalis fuit Heli, licet filius legalis ipsius, & per consequens Annæ matris Virginis, quæ fuit soror ipsius Heli. Nisi dicatur, quod Heli, Anna, & Ismeria ex eadem matre, sed ex eodem patre fratres, & sorores fuerunt, qđ nullibi legitur. Ex quo apparet, quod B. Maria ex parte matris fuit de tribu Iuda, & ex Dauid tàm per lineam Nathan, vt prædicitur, quàm Salomonis, qui in duobus, scilicet, Salathiel, & Zorobabel iunguntur. Sed quomodo Ioachim fuerit de tribu Iuda per Dauid, & per consequens B. Maria ex parte patris: Est sciendum, quod Heli, de quo dictũ est, habuit patrem, qui fuit trinomius, vocatus Mahath, Melchi, & Matthath: Etsi Lucas vltimo nomine eum vocet. Iste Mathath habuit patrẽ nomine Leui, qui Leui habuit alium filium à prædicto Matthath, qui fuit vocatus Panthera. Iste Panthera genuit filium, & vocauit eum Parpanthera, Parpanthera genuit Ioachim patrem B. Mariæ: Ex quo apparet, quod Ioachim fuit de tribu Iuda, & descendit à Dauid per Nathã, & per Salomonem ratione coniunctionis vtriusque lineæ in duobus stipitibus, scilicet, Salathiel, & Zorobabel. Apparet etiã quomodo saltem legaliter fuit ipse Ioachim attinẽs Ioseph, vtpote filius legalis Heli, qui fuit patruus in secundo gradu ipsius Ioachim: et similiter quomodo modo prædicto ratione patris Ioseph fuit legaliter attinens beatæ Virgini Marię. Et sic apparet lucidè declaratum primum, quod erat videndum, scilicet, quomodo Nathan à Dauid descendit, & quis fuerit, & quomodo B. Maria tàm ex parte matris, quàm patris, & quã sponsi sui Ioseph ipsa fuit de tribu Iuda, & de Dauid nata, & originata, prout tenet sancta mater Ecclesia.

Nunc secundò est videndum, quid fructus præsens B. Mariæ tribuat, quod est ex Dauid genita, & per consequens ex alijs regibus à Dauid descendentibus, & per consequens, quod nobiliter est propagata. Vt igitur videatur propositum, est videndum primò ex quibus regibus propagata sit B. Maria. Vbi sciendum, quod Beatus Euangelista Matthæus ex causa, vt dictum est in præsenti fructu, non posuit omnes reges à Dauid descendentes, tamen accipiendo ipsos per viam generationis, sic, videlicet, quod filius successerit patri, sunt numero viginti. Si verò per viam successionis, & dominationis sunt viginti & unus: Duo verò non habuerunt successores in regno, videlicet, Ioathan filius Iosue, qui secundum Magistrum in historia Scholastica, & super quartum librum Regum fuit vocatus Sellu, nec fuit primogenitns, sed secũdogenitus, vt patet, ex computatione annorum ipsius, & fratris sui eidem in regno
cap. 26. substituti, vt habetur secundo Paralippomenon. Quem Necao rex Ægypti amouit à regno, & fratrem eius primogenitum regem instituit. Sedecias etiam patruus Ioachim non habuit successores, cuius filios Nabuchodonosor interfecit coram eo, ipsumque oculis priuauit, vt

habetur

habetur 4. Regum. Et quamuis isti duo successores non habuerint, tamen de stirpe Dauid primus fuit Ioathan, qui filius secundogenitus fuit regis Iosiæ. Secundus, scilicet, Sedecias filius fuit primi Ioachim, ideſt primi Ieconiæ, seu Sedeciæ, qui fuit trinomius: & sic patet, quod vterque istorum habuit patrem regem. Dicti ergo reges viginti & unus sunt isti: Dauid, Salomon, Roboam, Abias, Asa, Iosaphat, Ioram, Ocozias, qui vocatus est etiam Azarias, Ioas, Amasias, Azarias, qui, & Osias, Ioathan, Acaz, Ezechias, Manasses, Amō, Iosias, Ioatham, qui & Sellu, Ioachim, qui, & Eliachim, siue Ieconias, Ioachim, siue Iecōnias, & Sedecia. De istis regibus, duobus exceptis, Ioatham, & Sedeciam, progenita est Beata Virgo, potest etiam ex eis dici progenita ratione propinquitatis ipsorum ad alios. Cum ergo dignitas regalis apud homines in magna habeatur reputatione; cum prænominati viri non solum reges fuerint, vt patet ex scriptura, sed regibus alijs affinitate cōiuncti, vt Dauid Tholomęo regi Gessuri: Salomō Phataoni regi Ægypti: Ioseph Achab, & sic de alijs, sequit, quod B. Maria ex prędictis nascendo horibus dignitatib. multis fulgētibus, ipsa nobilissima approbat. Verū quia in virtutib. probitas, dignitas, & ingenuitas potius q̄ in carnis propagine residet, videndū est nunc, qūo B. Maria fuit dictorum regū virtutib. tā in generali q̄ in speciali per oīa similata. Vnde sciēdū loquēdo generaliter de virtutib. præfatorū Regū ex tribu Iuda, & Iesse descēdentiū, q, vt patet ex Scriptura in libris Regū & Paralipomenon dicti reges fuerunt primo robore fortissimi, & corde, vt patet de Dauid qui vrsum, leonem, & Goliath puer interfecit, & annorum triginta fortissimus fuit, & ad instar ligni vermiculi, & bellicosus ab adolescentia sua. Secundò fuerunt sensu prudentissimi, vt de Dauid, qui in omnibus prudentissimè, se agebat, & de Salomone, qui prudentia pollebat. Tertiò Deo deuotissimi, vt Dauid, Salomon, Abias, Asa, Iosaphat, Ezechias, Iosias, & sic de alijs. Quartò ad mortem pro Dei cultu paratissimi, vt Dauid, qui pugnauit singulari certamine contra Goliath Deum cœli exprobrātem; Abias contra Ieroboam idolatram, Asa contra Æthiopes: & sic de alijs, qui contra idolatras pugnauerunt. Quintò opere præclarissimi, vt patet de templo per Salomonem constructo, quo nullum fuit opus mirabilius in mundo. De retrogradatione solis facta Rege Ezechia petente. Sextò opibus ditissimi, vt patet de Dauid, de Salomone, in cuius diebus, argentum, vt lapis reputabatur, & de Iosaphat, cui factæ sunt infinitæ diuitiæ. Septimò victorijs in armis strenuissimi. De crebris victorijs Dauid, de victoria magna Abiæ contra Ieroboam, de victoria Asa contra Æthiopes, de Ezechia contra Senacherib; & si de alijs. Octauò præceptorum obseruantia sollicitissimi, vt de Dauid, Iosaphat, Iosias, & alijs. Nonò mente purissimi, patet de Dauid, qui ter Sauli pepercit, & Semei: & de Ezechia, & Iosia. Deci

cap. vlt.
2. Reg. 3. Reg. 2. Paral. 18
1. Re. 17.
2 Re. 23.
2. Re. 17.
1. Re. 18.
Eccl. vlt.
2. Reg. 6.
3. Reg 7.
2. Pa. 13
2. Pa. 14
2. Pa. 17
2. Pa. 30
2. Pa. 34
1. Re. 17
2. Pa. 13
2. Pa. 14
3. Reg. 5.
4 Re. 20.
1. Pa. 29
3 Reg.
2. Pa. 18
1. & 2. Reg.
2 Pa. 13
2. Pa. 14
2 Pa. 19
2. Pa 34
1. Reg 2.
2. Par. 4

mo in mundo nominatissimi, vt Dauid, Salomon; Vndecimo quoad Deum perfectissimi, & acceptissimi, patet de Dauid, Ioſia, Ezechia, & de Ioathã, qui Deum in toto corde quæsiuit. Duodecimo ſtatu gloriosissimi, vt de gloria Dauid, Salomonis, Ioſaphat, & aliorum. Et ſi conditiones præfatæ in omnibus Regibus prædictis non fuerint niſi in Dauid; quia tamen gloria filij eſt gloria patris, & è conuerſo, hac ratione, quod deficit in vno ratione perſonæ, ſuppletur in alio alterius perſonę, & generis; Et ſic patet de virtutibus in generali.

2.Re.18
3.Reg.3.
Eccl 49.
4.Re.16
2.Reg.5.
3, Reg 9
2.Pa.17

In ſpeciali de virtutibus dictorum regum ſciendum, quod aliqui inter eos, mali fuerunt, videlicet Ocozias, Acaz, & non nulli: quare de ipſorum virtutibus parum poteſt dici, imò nihil, niſi per locum ab oppoſitis virtus accipiatur in eis, vt dicetur in applicatione ad Virginem, fuerunt tamen aliqui virtuoſi, & probi, vt Dauid, & alij, quorum virtutes breuiter tangendo, vt quid dicendum ſit de alijs aduertatur. Dauid, etſi Deo amiciſſimus, & patientiſſimus fuerit, & ſit multis virtutibus plenus, in ſpeciali de miſericordia, & elementia commendatur. Super interitum hoſtis ſui Saul fleuit, & eum ſepeliri mandauit. Salomon, etſi prudentiſſimus fuit, de pace commendatur, & tranquillitate. Abias commendatur de ſpe firma in Deo, & dicitur: Confortati ſunt, eo quod ſperaſſent in Domino Deo patrum ſuorum. Aſa laudatur de fide, & fiducia, qua perrexit obuiam hoſtibus, Æthiopibus & vicit. Ioſaphat commendatur de pluribus, ſed ſpecialiter de legis diuinæ obſeruatione, quam non ſolum ipſe ſeruauit, ſed ab aliis ſeruari fecit. Oſias commendatur de victoria; quæſiuit enim Dominum, & vulgatum eſt nomen eius vſque ad introitum Ægypti propter crebras victorias eius. Ezechias commendatur de inductione ſollicita populi ad obſeruantiam legis diuinæ, nam miſit epiſtolas ad omnes filios Iſrael. Manaſſes commendatur de pœnitentia poſt captionem ipſius à rege Aſſyriorum. Ioſias laudatur, quod in pueritia incepit inquirere dominum, nec declinauit ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. De alijs Regibus potius dicitur malum in ſcriptura, quàm bonum; vt de Roboam; qui fecit malum, idem de Ioram; ſimiliter de Ocozia; Ioas mortuo Ioiaida ſummo ſacerdote, idem fecit, Amaſias in fine adorauit Deos Idumeorum; Acaz fuit peſſimus, ſimiliter Amon, Ioachim, qui & primus, Ieconias idem fecit, Ioachim filius eius pariter, ſimiliter & Sedecias. His ſuccincte præmiſſis ad propoſitum veniendo; glorioſa Virgo Maria, omni gratia plena à dictis regibus propagata ipſorum omnium præ habuit gratias tam generales, quàm ſpeciales. Habuit generales, videlicet, fortitudinem, & animi conſtantiam, quia trium annorum paruula dimiſſa eſt a parentibus in templo, vt dicetur fructu vndecimo, & duodecimo. In fuga ad Aegyptum cum filio, vt fructu trigeſimoſeptimo & paſſionis tempore in fide conſtantiſſima fuit, vt fructu quinquageſimo ſe-

2.Reg.1.
2.Reg.2.
& 21.
2.Reg.4.
2.Para.
13.
2.Pa.14
2sPa.17
2.Pa.26
2.Pa.29
& 30.
2.Pa.33
2.Pa.12
2.Pa.21
2.Pa.22
2.Pa.24
2.Pa.26
2.Pa.28
2.Pa.36
Hier. 22
2.Pa.36
&Re.ul.

xtõ

xto. Prudentissimam, vocatur enim ab ecclesia Virgo prudentissima, & vt dicit Hieronymus ipsa in diuina lege fuit sufficienter instructa, sed suam prudentiam specialiter ostendit salutationem angelicam cogitando, & demum angelo respondendo, vt habetur fructu sextodecimo. Deuotionem ad Deum, ei enim in statu puellari se totam dedicauit, vt fructus quartusdecimus declarat. Ad Dei cultum paratissima fuit: triennis. n. à parentibus in templo dimissa, & per plura tempora degens ibidem, quæ ad Dei cultum spectabant omnia operabatur. Quoad vestimenta, & alia opera fuit præclarissima, de cuius operibus habetur infra fructu quadragesimo octauo, & sexagesimoprimo. Opere spirituali abundantissima, temporali pauperrima, sed spiritualis scilicet, virtutum, quæ secundum Gregorium sunt veræ diuitiæ, & opes Maria super omnes abundauit, vt patet fructu vigesimo sexto. Victoria insignissima fuit. Hęc enim sola caput serpentis contriuit, *Gen. 3.* sed quare, & quomodo in fructu septuagesimotertio, & septuagesimo quarto declarabitur. In lege Domini diligentissima de cuius plena observantia à Maria habetur in fructu quadragesimoseptimo. Mente pijssima. Nullus enim est, qui se à suæ gratiæ calore abscondat, vt fructus 74. & 75. ostendunt. Mundo notissima: Ipsa enim de se dicit. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Sed quomodo, ostendetur fructu vigesimo quarto, trigesimo, & sexagesimo primo. Perfectione omni plena. Omnis enim plenitudo gratiæ, quæ fuit in Christo, venit in Mariam quanquam aliter, vt dicit Hieronymus in sermone de Assumptione. Quare & omni perfectione adornata, vt ostendit fructus sextusdecimus, vigesimus septimus, & quadragesimus septimus. Statu hic in præsenti fuit altissima, quia ad alta sublimata, vt ostendit fructus decimus septimus: et quia Mater Dei, quo nihil gloriosius in præsenti, vt fructus vigesimus octauus ostendit, ac nunc super omnes exaltata in gloria, vt fructus sexagesimus sextus habet. Ex his patet, quomodo generales virtutes præfatorum regum beata Maria habet, & habuit. Sed in speciali, ipsa cum Dauid est, & fuit misericordissima, cuius altitudo ad reparationem angelorum se extendit, latitudo ad omnes profunditas ad purgandos, sed longitudo in seculum seculi. Cum Salomone tranquillissima fuit: Ipsa enim, etsi pacem fecit sui vteri fructu inter Deum, & hominem, habuit tamen pacem pectoris, & tranquillitatem, per amotionem omnis fomitis, & præseruationem ab omni peccato vt fructus septimus ostendit. Cum Abia cum Deo fuit firmissima. Fecit in ea, is qui potens est, magna, vnde spiritus eius exultat in Deo salutari suo. Cum Asa fuit fidelissima. Columna ipsa in triduo mortis. *Luc. 1.* Christi Maria beata fuit nostræ fidei, vt dicit fructus quinquagesimus sextus. Cuius fidei perfectæ beata Maria, ipsa ab Elisabeth declamatur.

Cùm

Luc. 2. Cum Ioſaphat diligentiſſima. Omnia enim dicta,& facta de Chriſto filio in corde ſeruauit. De cuius fide, & operibus Hieronymus in ſermone de Aſſumptione:Cogitis me,dicit,quod ipſa docuit ſanctos Apoſtolos,& alios,vt habetur fructu quinquageſimoquarto. Cum Oſia victorioſiſſima fuit, ille enim de quibuſdam gentibus, Maria habuit de cunctis hæreticis, vt dicit Hieronymus in ſermone de Aſſumptione,qui incipit, Hodie. & cuncta cantat Eccleſia. Ille de hominibus, hæc de dæmonibus,vt dicunt fructus ſeptuageſimus tertius,& ſeptuageſimus quartus. Cum Ioathan ſtabiliſſima, quia in gratia ſaltem poſt ſecundam ſanctificationem nullo doctore diſcrepante fuit confirmata,vt habetur fructu vigeſimo ſexto. Cum Ezechia prædicatione,& inductione feruentiſſima, de cuius feruida doctrina tam lingua, quàm vita fructu ſexageſimo primo habetur. Et in tertia lectione in feſto Omnium ſanctorum ab Eccleſia declaratur. Cum Manaſſe rigidiſſima,vt enim dicit Epiphanius, ipſa cõtinuè orationibus,lectionibus,ieiunijs, & operibus manuum vacabat, de hoc habetur fructu tertio decimo, & ſexageſimo primo. Cum Ioſia Deo à pueritia vnitiſſima & dedicata,vt fructu ſeptimo,vndecimo,duodecimo,quartodecimo,& ſextodecimo habetur. Et ſic qualiter dictorum virtutes habuit iam apparet. Et quia alij reges propter ipſorum malitiam,& nequitiam digni imitatione non habentur,per oppoſitum ad ipſas virtutes habuit. Et primò

3. Re. 12 Roboam verbo prauo diuiſit regnum,Maria habuit modeſtiam in ver
Luc. 1. bis, vt patet in Luca & Ioanne. Per oppoſitum pariter ad Ioram qui
Ioan. 2. ſpreuit mandata Dei,Maria habuit cuſtodiam mandatorum, vt patet
Luc. 1. fructu quadrageſimo ſeptimo. Contra Ocoziam habuit immunitatem à peccato,vt fructu ſeptimo colligitur. Contra Ioas habuit humilita-

Iſai. 7. tem,& ſui cognitionem. Pariter & contra Achaz,qui noluit Dei con-
Luc. 1. ſilio acquieſcere,ipſa eius voluntati acquieuit, dicens illud: Ecce an-
Ioan. 2. cilla Domini. Per oppoſitum ad Amon habuit circumſpectionem, ut patet in nuptiis. Contra Ioachim, & Sedechiam habuit conformitatem per omnia ad Deum,vt Lucæ 1. & fructu quadrageſimo ſeptimo,

Luc. 1. ſexageſimo ſeptimo, et ſeptuageſimo ſexto apparet. Et ſic patet quomodo beata Maria duplici nobilitate extitit inſignita generis videlicet, & virtutum: quia à quibus corpoream traxit ſubſtantiam, eis eſt in uirtutib. ſimilata. Qua in re ſi B. Virgo, voluiſſet gloriari vt pleriq; gloriãtur degeneris nobilitate, ut Iulius Cæſar,& ſe iactãt nobiles ex utroq; parente,ut Iudæi ex genere Abrahæ,& ut faciunt hodierna die nonnulli de uili genere ad faſtus dignitatum aſſumpti, non fuiſſet mendax aſſerendo ueritatem dixiſſet ſed ſe de genere nobili,& progenie uirtuoſa natam, ſed quia cognoſcebat omnes homines ſimili ſurgere ab ortu, & Deum omnis creaturæ principium eſſe, & actorem, ſe potius de humilitate uoluit gloriari,& notare, quàm de nobili proſapia

sapia,& preclara, prębens exemplum,ut non in talibus, sed qui cupit gloriari,in Domino glorietur. Ex dictis ergo apparet declaratio quinti fructus. Maria Dauid genita.

FRVCTVS SEXTVS.

Maria nunciatur.

EXPOSITIO BREVIS.

PARENTIBVS liberis sterilitate orbatis diuino munere fructum benedictum concedens, & donans altissimus Mariam nascendam angelico mandat nunciare officio, angelorum sociam, amicam,& dominam mox futuram.

EXPOSITIO MAIOR.

TRINITATIS opera etsi indiuisa sint ad extra effectiuè,& non terminatiuè, ipsa tamen in se admiratione existunt digniſſima omnibus pensatis. Etsi creaturæ omnes mirabiles sint in se,& earũ opificem superadmirabilem attestent,præcipuè tñ operata in hoïe,& quoad corpus perse,& aïam in se,sic diuersimodè distincta in simul coniũgẽdo,& copulando. Opera ergo ipsa naturæ ab actore summo celebrata,& si sint stupenda multò fortius per gratiam in sanctis patrata. Vt euidenter apparet in capite perfectorum Christo Iesu,in quo summa in eis,& Deus homini est personaliter vnitus,& coniunctus, ac in sua pijssima matre Maria,quàm super omnes puras creaturas gratia,meritis,& gloria sublimauit. Si Deus iuxta dictum Amos prophetæ non faciet verbum,nisi secretum suum reuelauerit ad seruos suos prophetas,quid igitur? Si nõ faciet verbum,faciet ne opus mirabile claritate suę gloriæ plenum,qđ prius non reuelet suis dilectis? Certè non. Cum ergo omnia opera in Dei matre Maria sint à Deo, sintque miranda,& præ cunctis stupenda, decuit, vt opus tam singulare efficere volens,& donum prępipuum,mũ do conferre,vtpote Beatam Mariam, quod non solum per patres figuraretur,& per prophetas ediceretur,sed per nobilisimam creaturam, scilicet,angelum mundo nunciaretur,vt quæ,quanta,& qualis esse deberet,tali nuncio panderetur: Et vt quod dicitur,clarius videatur,aduertendum & pro regula tenendum est hic, & in sequẽtibus Beati Augustini dictum in sermone de Beatæ Mariæ Assumptione,dicentis. Quod

vbi

vbi diuina scriptura nihil commemorat de B. Virgine, quærendum est ratione quid conueniat veritati, fiatque ipsa veritas auctoritas, & concludit, quod laborandum est manifestè si hoc conueniat tantæ sanctitati, tantæque prærogatiuæ. Insuper est attendendum id quod ait Bernardus in epistola ad Lugdunenses. Quod paucis mortalium est concessum, fas non est tantæ Virgini esse negatum. Ratio secundum Hieronymum, quia cæteris præstatur gratia per partes, Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Quibus pro regula habitis, & seruatis, quod Virgo debuerit nascenda nunciari, patere poterit, si attendatur præeminentia Virginis ad illos, qui nascendi fuerunt tã per angelos, q̃ per alios nunciati, natiuitate scilicet in vtero, et ex vtero. Per angelum nunciatus nascẽdus fuit matri Ismahel natiuitate ex vtero. Isaac patri, & matri. Samson vtrique parenti, licet primò matri. Ioannes Baptista patri. Isti quatuor fuerunt per angelos nascendi nunciati. Diuino oraculo Iacob, & Esau. Iosias verò per Prophetas. Si ergo talis denumeratio facta de ipsorum ortu ad prædictorum excellentiam, meritò refertur, & dignitatem, hoc esse factum & fieri debuisse non est dubitandũ, quæ fortior esse debebat Samsone in prostratione hostium omnium inferorum. Isaac meditatione sublimior, & contemplationi diuinorum; Ismahele fœcũdior, quia etsi ille duodecim principes corporaliter generauit. Beata Maria totum mundum per filium suum spiritualiter ad vitam gratiæ generauit, & perduxit. Iosia obseruatione diuinorum mandatorum sollicitior, & feruentior Iacob ab omni peccato immunior, ac Ioanne Baptista gratia sanctior, fœcundior, & omni virtute præstantior. Quare his pensatis, aduentus Virginis in mundum per natiuitatem nunciari debuit, quia hoc exigebat præeminentia suæ sanctitatis. Hoc vlterius suaderi potest ex figuratiua præuisione ipsius sacratissimæ Dei Matris. Ipsa enim Dei genitrix, vt dictum est fructu secundo præfigurata extitit per arcam Noe, per altare Iacob fabricatũ, per sanctuarium, & tabernaculum Domini, per vestem Aaron, per tabulas abscisas, & Dei digito scriptas, per tubas per terram promissionis intrandam, per vellus Gedeonis, per librum grandem, per virgã, & portam, & sic de alijs. Ratio quare talibus figurata fuit, est, quia ipsa fuit archa Noe genus humanum morti ad iudicatum saluans. Altare in quo Deus reconciliatus est peccatori, sanctuarium in quo quatuor mensibus Deus requieuit, & tabernaculum. Arca ubi positum est cœlicum Manna id est Deitas conditoris, mensa vbi præstatur panis vitæ; Propitiatorium, quia ipsa Deus ad parcendum inclinatur, Cãdelabrum per exemplaritatem, vestis, qua Christus induitur, scilicet, carne humana, templum, & altare, quo in loco Deus, non litera, sed spiritu adoratur, Tabula dupplex fuit ex obseruantia diuinorum præceptorum: Tuba instructione apostolorum: Terra germinans Saluatorem,

Gen. 16. *Gen. 18.* *Iud. 14.* *Luc. 1.* *Gen. 25.* *3. Re. 13* *Gen. 18.* *Gen. 6.* *Gen. 35.* *Exod. 27* *Exod. 28* *Exod. 34* *Iudic. 6.* *Isai. 8* *Isa. 11* *Ezec. 43.*

rem, liber sapientiæ diuinalis, Virga percussiua hostis infernalis, & porta regis diuinalis: Si ergo Deus ipse vel Angelus Dei mandato prę fata fienda reseruauit, quod conceditur de figura per locum à minori, non debet de figurato negari. Quare beata Maria per prędicta figurata oriunda debuit nunciari. Insuper in Virginis principio, & pro initio negari non debet esse factum, quod in progressu videtur manifestè fore peractum. Vita enim Virginis, quoad singulos actus figurata fuit, & per prophetas declarata nascenda, ergo quod fuerit nunciata dubitari non debet: beatam Mariam mundo orituram: Et ex quibus sancti cecinerunt Prophetæ, vt patet per dicta fructu tertiò. Balaam hanc prædixit. Orietur stella ex Iacob. Et Isaias. Egredietur Virga de radice Iesse, & sic de alijs. Exigebat hoc Virginis Mariæ gloriosæ dignitas singularis, vt nascenda denunciaretur, ne inaduertenter tanta cælsitudo mundo oriretur. Aduentus enim Magnorum solet multis præconibus nunciari, quare, & beata Maria, quæ de longinquo inspiratione diuina fuerat per sanctos Prophetas nascenda prænunciata, credendum est piè fuisse de propinquo oriunda declarata. Si enim ortus iusti ad lætitiam est plurimarum, vt patuit de Ioannis Baptistæ Natiuitate, sic reuera ad lætitiam erat Natiuitas beatæ Mariæ suis parentibus liberis sterilitate orbatis. Quis enim demens asserere audeat indecentissimum fuisse Mariam nascendam suis parentibus nunciari, quam tamen Dei filium pariturum, tanto tempore ante prædixerat Isaias. Dicentissimum fuit eius aduentū mundo declarari, per quam medelam perdito orbi, & restauratio ordinabatur, & protoplaustorum culpa delenda erat, & ignominia. Sed per quem hæc Virgo nascitura erat declaranda? Certè non per hominem sed per angelum. Et licèt hoc asserant Beatus Hieronymus, & Anselmus in libro de Conceptione beatæ Mariæ dicentes, eam per angelum nascendum prænunciatam, conuincit tamen hoc beatæ Mariæ sanctitas. Ioannes Baptista primò per Prophetas fuit prius nascendus declaratus, vt dicit Saluator, & Malachiæ habetur, & alibi in scripturæ locis, & tamen de propinquo fuit per angelum nunciatus. Cur non & Maria? Gratia enim, meritis, & gloria beata Maria ab æterno præuisa, & in tempore exhibita vtranq; naturam excellit, scilicet angelicam, & humanam, non in esse naturali angelicam, sed gratifico. Omnem tamen puram creaturam humanam vtroque excellit. Si ergo beata Maria nuncium habere non potuit in sanctitate conformem, habuit tamen in naturali dignitate, & sanctitate, etsi non in tanta, vt ipsa sanctitate. Purus homo sic decenter non valuit esse nuncius, vt angelus: quia, etsi quidam sunt merito digniores angelis sunt tamen angelis in natura inferiores. Insuper sicut in esse intellectiuo vna anima est perfectior alia, vt puta anima Christi, anima Iudæ ex articulo Parisiensi, faciliter potest credi, quod nullus

Hum. 24 *Isa.*

Gap. 1.

Mat. 11 *Mal. vl.* *Luc. 1.*

purus

purus homo fuit perfectior intensiuè quoad gradum anima beatæ Virginis. Et cũ gratia præ omnibus fuerit cõdonata Mariæ non iuxta naturalia, sed gratuita beata Maria perfectior fuit quolibet puro homine; quare nullus erat sufficiens, vt ipsam nascẽdam mundo nunciaret. Nunciari ergo fuit decẽtius per angelũ, quia, etsi nõ in gratia, saltem in natura excellens homines inuenitur. Vnde quod decenter non tribuitur eidem ex conformitate, ad plenitudinem gratiæ cum Maria, detur sibi ex superioritate in natura, licet gratia sit potior, quàm natura quibusdam inspectis. Et ex gratia processerit, quod angelus ipsam nunciauerit oriundam. Insuper ante Christi aduentum angeli de facto erant beati, & non homines, cum essent in sinu Abrahæ degentes, consummatione gloriæ saltem homines excellebant. Quare per angelum vt nobilissimum præ alijs in sanctitate Mariam decuit nunciari. Sed quis hic fuerit angelus & si certitudo de hoc haberi non possit, credi potest, quod idem angelus fuerit, qui postea eidem filium Iesum ex ea nascendum nunciauit, vel alius in ordine beatorum spirituum excellens, et singularis. Quia si Ioannis Baptistæ angelus Gabriel ortum nũciat, non est diffidendum eundem angelum, vel alium sibi æqualem, beatæ Mariæ denunciasse aduentum: quia cùm maioritas in excellentia gratiæ nuncium deposcat, excelsum Maria proculdubio habuit. Committit Deus sua magna exercenda per nobiliores angelos, vt patet ex tota serie veteris testamenti, quare & sic actum esse de Maria, quod ita singulare fuit omne actum per Deum in ea, & de ea, quem posset credi de aliqua pura creatura. Deus enim cùm a decentia nunquam recedat, secretum suum de ortu Virginis angelo reuelans nascendam in proximo hanc Dei Matrem per eundem suis parentibus nunciari demandauit. Quanto pro tunc angelus, cui reuelatum est tam profundum, & diuinum arcanum. gestiuerit gaudio, & exultauerit, cum salutem cerneret in breui humanam ordinari, pro qua iugiter bonitatem exorabant diuinam: Ipsorumq; ruinam reparandam, habiturus nihilominus ipsam beatam in sociam, sororem, & dominam singularem: quantas superno Creatori gratias retulit, tàm de diuino commisso, quàm de beneficio per Mariæ filium percipiendo in breui, qui cęlicas expertus est laudes, gratias redditas, ipse penset mente deuota. Missus à Domino angelus, non infimus, medius, sed supremus, vt piè creditur, cùm lætitia indicibili esset repletus præsolito, per creaturas, & agmina spirituum transiens cœlicorum, dum ijdem spiritus cernunt tam alacrem tamque gaudiosum effectum, & sic prompte ad destinata currentem, quia charitate perfecti inexplicabili iucunditate exultarunt. Sed angelus ad Virginis parentes deueniens facie rutilans, veste corruscans, aspectu placibilis, affatu delectabilis eos salutat, illuminat, confortat, roborat, & recreat, preces eorum exauditas à Domino

mino super prolem obtinendam referando Mariam Dei Matrem futuram diuino miraculo, vtpote ex eis sterilibus nascendam, dulci sona concione prædicat. Cuius vestis indubitabilem dantes fidem parentes Virginis indicibili sunt repleti gaudio, & stupore, Deo primo bonorum omnium largitori, & postea sibi gratias inexhaustas persoluunt angelus ad cœlestia rediens dum beatis spiritibus, quæ gesta sunt pandit vna cum ipso, ante thronum Domini Dei omnes mente flexi de tã magno impenso beneficio laudes dignas referunt & perorant. O quantum pro tunc gaudium steriles percepere parentes. Quanta tali nuncio, tam magno sic Deifico, ac fulgente talia de prole gignenda, quæ Mater Dei esse debebat, & omnium Imperatrix nunciante sunt perfusi lætitia? Qua sterilitatis infamia abolebatur ab ipsis: Eaque perenni memoria beatificandi: & beati erant censendi à cunctis. Quantas pro tunc summo Deo laudes persoluerunt, & gratias, quos sic in suæ dulcedines benedictione præuenerat, & eos tantæ gratiæ munere dignatus fuerat visitare? Quis quæso, posset exprimere, aut certè valeat explicare? Certè nullus. Hoc mirum cum B. Maria omnes excedat puras creaturas, & excessit in præsenti gratia, & virtute, & nunc in gloria. Collatio ipsius factà parentibus à Deo magnitudinem arguit tanti muneris, tamquàm insoliti, ac consequenter expressionem laudis Deo persoluendæ fieri posset denegat ad condignum. Ex iam dictis apparet succinctè declaratio sexti fructus, videlicet, Maria nunciatur.

FRVCTVS SEPTIMVS.

Maria vt lux edita.

EXPOSITIO BREVIS.

HABITACVLVM Dei viui, anima s. corpusq; Marię nullo peccati contagio maculatur. Sed in infusione ipsius animæ corpori, sic gratia præuenit diuina, vt eius sacer conceptus ab originalis peccati macula (vt piè creditur) fuerit mirificè præseruatus.

EXPOSITIO MAIOR.

ISTA lux verbum, scilicet mentis æternæ, & speculum sine macula diuinæ maiestatis, quia animam maleuolam dedignatur inhabitare, aut in corpore subdito peccatis, Dominus Iesus Christus secundum varios, & multiformes

suæ

suæ communicationes ad extra modos,& participationes, sic subiecta diuersa requirit, & distincta, quę etsi esse varientur,in vno tamen cuncta conueniunt,vt videlicet talia munda sint à labe à praua intentione & mundanis omnibus, quoad sensum, intellectum,appetitum, & conuersationem sint aliena,et omnino remota. Quod vtique patere potest, si modus varius talis communicationis, & quibus fit,attendatur.Et licet sint multi modi communicationis diuinæ ad extra, prout patebit fructu quadragesimonono, ad præsens aliqui ponentur quibus astruantur iam dicta. Et primus modus diuinæ ad extra diffusionis est,quod Deus cunctis generaliter creatis se communicat, causaliter,& participat iuè,de quo modo loquitur Dionysius in de diuinis nominibus ostendens,quod existentia ab esse in Deo procedunt,viuentia à viuere,& sic de alijs perfectionibus in creaturis repertis,quæ etsi perfectionem dicant prout sunt in creaturis, simpliciter tamen loquendo imperfectiones censeri debent, cum infinitè à diuinis perfectionibus deficiant, quas non participant formaliter sed causaliter: attamen secundum talium perfectionum quidditatiuarum diuinarum, sic à creaturis participatiuarum gradum intensiuum, & ipsarum perfectionum concursum extensiuum, ipsę creaturæ in varijs gradibus essendi locatę perfectiores, & imperfectiores ad se mutuo nominantur. Et licet huiusmodi communicationis diuinæ terminus sit generaliter quilibet productus effectus, & Deus hoc modo in qualibet creatura sit secundum essentiam, potentiam, & præsentiam, vt docet Magister in primo: voluit tamen huius gratiæ collatione, & dono locum habere specialem, vt in eo sibi pro hoc & alijs impensis beneficijs,gratiarum redderentur debitæ actiones,subiectiones,sacrificia, & oblationes. Et locus pro hoc,tempore legis naturæ specialiter erat altare,in quo fiebat sacrificium,vt patet de Noe, Abraham, & Iacob. Sed tempore legis scriptæ fuit tabernaculum,& altare,vt habetur in Exodo.Quæ omnia tam ex quibus fiebant,quàm ipsa,tàm ministros,quàm vestes pura esse volũt,& mũda,ac sanctificata,vt patet in Exod.& Leuitico.De quorum munditia à Deo volita, & mandata in pleriſque sacræ scripturæ partibus habetur,& legitur. Alius diuinæ diffusionis modus est radialiter,& illustratiuè,& istæ est quadruplex,primus per modum vestigij, & affectus generalis, & hic est in omnibus creaturis, in quibus velut in effectibus relucet operantis virtus,& perfectio. Secundus per modũ imaginis, & hic est in angelo, & anima, quorum inspectione ipsius Dei excellentis monstratur Trinitas,& conditio. Tertius per modum luminis non quidem à Deo obiectiuè causati, sed causaliter deriuati intellectum subleuantis,excitantis,deferentis,& illustrantis iuxta modum loquendi communiter Doctorum. Quartus modus est cum se vt obiectum clarum, & verum in proprio esse menti cernendum obijcit,

Dist.37. cap.1.

Gen.8.
Gen.12.
Gen.35.
Ca. 22.

Cap.vlt.
Cap.8.

quem

quemadmodum est nunc in patria, vt docet Apostolus. Sed hoc etiam factum esse in pluribus locis in via Moysi, & paulo pluries docet Augusti. vt fructu decimonono dicetur; vbi hic modus communicationis plenius & diffusius declarabitur. Huius communicationis terminus est noster intellectus, & angelicus. Et aduerte, quod in tribus primis modis talis irradiatio requirit intellectum depuratum, & mundum, ipsam que potentiam intellectiuam ad se conuertit totam, sed in quarto & vltimo totam ad se conuertit, & reflectit, & totaliter, quia ibi est propriè raptus species tertia, prout docet B. Gregorius. Et pro prædictis potest esse illud Sapientiæ: Spiritus disciplinæ aufert se à cogitationibus, quæ sunt fine intelligentia. Tertius diuinæ bonitatis, communicationis, & diffusionis modus est perfectionaliter, & gratificatiuè, & iste potest esse tàm gratiæ creatæ, quàm increatæ, quia vtraque aliquando adest, & ad iustificationem, & gratificationem creaturæ, seu sanctificationē: vt ostēdit Augustinus, & Magister in primo. Locus ergo huius communicationis est animus purus, & mundus, & à vitijs segregatus per superuenientem gratiam, & assistentem, quia contraria eidē nequeunt inesse, & sapientia Dei non habitat in corpore subdito peccatis. Quartus diuinæ communicationis modus est sacramentaliter, & refectiuè, vt in sacramento altaris, in quo Deus se dat nobis ad refectionem vtriusque hominis, si debitè sumatur. Sed quale requirit hospitium, & locum, dicit Apostolus. Probare se hominem prius, & sic pſumat de ipso pane comedere. Vltimus quo ad nostrū propositū summæ bonitatis quoad communicationem modus est, quo Deus se communicat formaliter, & entitatiuè, videlicet, secundum totam plenitudinem diuinæ bonitatis, & suæ essentiæ, sicut communicata est homini assumpto. Et quia de isto modo, & alijs inferius dicetur diuersis in locis in speciali prosequor de istis, & specialiter de isto quinto, quia de ipso dicetur fructu sextodecimo. Hæc pro tanto præmisi, quia sicut patet ex iam dictis, si locus, & terminus, seu subiectum dictas communicationes diuinas recipiens fuit, & est naturæ, vt sit mundum, purum, & nitidum, quanta puritate, & munditia nitere decebat locum in quo quinto modo Deus se communicando recipi debebat? Certè teste Anselmo, & ratione, maiori qua, sub Deo nequeat intelligi, aut esse. Et sic fuisse factum in natura assumpta ostendit Magister in tertio: quia caro assumpta à verbo nunquam fuit obnoxia peccato. Et quia talis caro de purissimis sanguinibus B. Mariæ virtute Spiritus sancti fuit assumpta, sic esse factum in B. Maria, videtur, quod refulserit maiori puritate, qua sub Deo nequeat intelligi, vt asserit Anselmus, & hic fructus ad hoc ostendendū, est specialiter positus, & insertus, quia teste Magistro. Peccatū diuiditur generali diuisione in originale, & actuale: Et actuale in veniale, & mortale: Verum quia doctores omnes in hoc conue-

1. Co. 13

2. Dial. Cap. 1.

dist. 17.

1. Co. 11

Ioan. 1. Coloss. 1

dist. 3.

niunt, quod nullo peccato actuali Virgo Maria fuit vnq̃ infecta, & maculata, sed nec sic de originali præsens fructus nititur hoc declarare, vt sicut ab omni peccato actuali, veniali, & mortali, sic ab originali fuit diuino munere mirificè præseruata. Vt igitur hoc facilius videat, modus procedendi erit iste. Quia enim ex vnius contrarij notitia, certitudo habetur alterius, vt philosophi dicunt, & sancti, & per doctores ori-
cap. 7. ginale peccatũ iustitiæ opponatur originali: vt dicit Anselmus de Conceptu virginali, & cæteri doctores. Primò est videndum de iustitia originali breuiter, & succinctè, postmodum ad propositum pertinentia erũt tractãda de originali peccato. Postremò quod Virgo fuerit præseruata à peccato originali, & qualiter, vt hic fructus intendit. Pro euidẽtia primi puncti, de iustitia originali videndum est: an iustitia originalis sit ponẽda aliquando fuisse. Respondetur, quod sic, per Magistrũ in
dist. 29. cap. 2. ca. 1. & 10. secundo, & Anselmum in lib. de Conceptu virginali, & de gratia, & libero arbitrio, circa medium. Secundò videndum est, quid ipsa iustitia originalis erat. Pro cuius responsione secũdum doctores, notanda sunt aliqua. Primum, quod iustitia originalis in statu innocentiæ, non fuit
dist. 24. gratia gratum faciens: istud patet per Magistrum in 2. Vbi dicit quod homo non fuit creatus in gratia gratum faciẽte, et si ante casum ipsa m habuerit, vt quidam dicunt: Et tñ fuit conditus in iustitia originali, & idem dicit Magister, quod homini in creatione datum est per gratiam auxilium, & collata potentia, per quam poterat stare, ideſt, non declinare ab eo, quod acceperat, sed non poterat perficere in tantum, & per gratiam Creatoris, sine alia mereri salutẽ valeret. Sed constat, quod hoc potest quis per gratiã gratum facientem, & primus homo nõ potuit, ergo. Gratia ẽt gratum faciens respicit primò personã, & non naturã, iustitia verò originalis è conuerso, similiter vna recuperatur, alia non,
dist. 29. q. 2. dist. 29. igitur. Istud ponit doctor Landulphus in secundo. Secundum notãdũ est, vt Scotus inquit, in 2. quod iustitia originalis non est liberum arbitrium: patet, quia nunc de facto in nobis est liberum arbitrium, & tñ in nobis non est illa iustitia originalis, quæ in fuisset si Adam non peccasset. Libertas ẽt est volũtati intrinseca, & tñ iustitia originalis potest auerti, quia de facto primus homo eam perdidit. Anselmus ẽt dicit, quod primus homo liberum arbitrium accepit, vt posset iustitiam seruare igitur iustitia originalis, gratia gratum faciens, & liberum arbitrium non sunt idem. Tertiò notandum, quod iustitia originalis erat aliquid distinctum à naturalibus primi hominis: patet ex dictis, quia nõ erat voluntas, seu liberum arbitrium, nec erat substantia primi hominis, quia nec materia, nec forma. Insuper substantia hominis permãsit, iustitia originali amissa. Etsi dicatur primus homo fuit vulneratus in naturalibus, igitur iustitia originalis erat quid homini naturale. Respondetur, quod iustitia originalis potest dici quod erat quid naturale

homini

homini .i. cũ natura ſua data homini, quia à ptincipio ſuæ conditionis. Et quia fuit ea ſpoliatus, non poteſt dici in naturalibus vulneratus, qa aliud eſt ſpoliari, et aliud vulnerari, ſed gratuitis ſpoliatus, vt dicit Magiſter in 2. Quartum notãdum, quod iuſtitia originalis fuit quoddam Dei donum diſtinctum à naturalibus datum à Deo primis parentibus. Iſtud patet ex præmiſſo, quia non erat aliquid naturale, & ponẽdum erat ex dictis in primis parẽtibus, ſeu in homine, ergo erat aliquid ſupernaturale: vt dicit doctor ſubtilis, pariter & Petrus Aureoli in ſecũdo. Ex quo ſequitur, quod iuxta poſitionem Magiſtri primus homo fuit creatus in gratia gratis data, & quod iuſtitia originalis pertinet ad gratiam gratis datam. Secundò ſequitur, quod primus homo non fuit in puris naturalibus ſine omni dono ſupernaturali creatus, patet ex dictis, quia in iuſtitia originali fuit creatus, quæ ad gratiam gratis datam pertinet. Tertiò ſequitur, quod vbi diceretur, quod homo per iuſtitiã originalem potuiſſet ſtare: hoc prout ad gratiam gratis datam refertur debet intelligi. Quarto, quod ſi ſtare accipitur non pro reſiſtere tẽtationi, ſed pro veniere: quia hoc pertinet ad gratiam gratum facienté, vt aſſerit Seraphicus doctor in ſecũdo. Homo per gratiam gratis datam ſtare non potuit. Quintò notandum, quod iuſtitia originalis ponenda eſt quędam qualitas, quia non eſt ſubſtantia ex tertio præmiſſo, & etiam, quia iſta fuit corrupta, ſubſtantia manifeſtè primi hominis non corrupta. Sed in qua ſpecie eſt ponenda? Reſpondeo ſecundum doctores, quod in prima ſpecie qualitatis, nõ vt diſpoſitio de facili tollenda, ſed vt habitus de difficili amouendus, quia ſi Adam non peccaſſet, ſemper eam habuiſſet. Erat ergo quædam qualitas habitualis, quia erat reſpectu plurium actuum, ſimiliter in Adam dormiẽte talis iuſtitia fuiſſet, quare non erat actus propriè, ſed habitus quidam. Sed hic ſunt aliqua dubia declaranda: primum, An iſta iuſtitia originalis conſurgeret ex naturalib. vel an daretur à ſolo Deo. Dicit vnus doctor in ſuo Quolibeto, quod ipſa erat diſpoſitiuè ex naturalibus, ſed cõpletiuè à Deo. Petrus verò Aureoli, quod à ſolo Deo erat, nec haberi potuit ex naturalibus, nec ab aliqua creatura dari. Quid de hoc ſit tenendum patet ex dictis, & inferius dicendis. Dictum eſt enim quod erat qualitas, & pertinet ad gratiam gratis datam. Secundum dubium: An debeat concedi, quod ipſa originalis iuſtitia eſſet habitus gratiæ. Reſpõdeo, quod ſic, ſcilicet, gratiæ gratis datæ, & non gratum facientis, quia Magiſter ponit hominem creatum in iuſtitia originali, & tamen negat ipſum conditum, in gratia gratum faciente. Tertium dubium: Ad quid deſeruiebat iſta iuſtitia primis parentibus? Et quia doctores variè de hoc loquuntur, ex eorum dictis aliqua eliciam. Primum quod iuſtitia originali ad Deum homo principaliter ordinabatur. Iſtã ponit doctor ſubtilis, quem ſequitur Landulphus: Ad hoc eſt motiuum, quia iuſtitia ori-

dist. 25. ca. 8.

dist. 29.

dist. 28. q. 2.

ginalis erat virtus ad alterum,& per consequens ordinabat hominem principaliter ad Deum,à quo,& ad quē erat conditus, vt esset in plena obediētia creatoris. Ordinabat enim hæc originalis iustitia,respectu cuiuslibet debiti ab homine persoluendi alteri ergo respectu Dei, aliter non fuisset iustitia, sed iniustitia. Insuper ordinare hæc iustitia nunquàm potentias valuisset inferiores, nisi primo ordinasset hominem ad Deum,& ideo dicit Riccardus de S.Victore in tractatu Omne caput languidum, quod liberum arbitrium ante præuaricationem omnia habuit subiecta, & in subiectis nihil contradictionis inuenit, quàm diu superiori,scilicet,Deo subiectum se exhibuit.Secundum est, quod iustitia originalis consequēter ordinabat hominem respectu sui, vnde Lādulphus loco allegato,inquit, quod principaliter originalis iustitia ordinabat hominem respectu Dei,vt plenè ei obedientia exhiberetur.Deinde respectu sui,vt perfectè faceret potētias inferiores sequi motiuum rectæ rationis,& voluntatis,deinde respectu proximi,vt redderet vnicuique quod suum est. Sed hic est dubium quomodo ordinabat hominem respectu sui? Respondit adhoc Petrus Aureoli, & in tractatu de Conceptione B.Mariæ, quod iustitia sic ordinabat. Primò quod appetitus sensitiuus non præueniebat rationem, vt ratio appetitum sequeretur, quod patet, quia si appetitus rationem præueniisset non fuisset in statu recto. Tunc etiam nulla passio insurrexisset in appetitu sensitiuo ante dictamē rectæ rationis,quia tunc talis passio,siue motus fuisset irrationabilis,prout contra rationem distinguitur,ex quo sequitur.Secundò,quod ratio præueniebat appetitū:patet ex præmisso,ex quo sequitur,quod ratio dictabat prius quid agendum,quàm appetitus sensitiuus aliquid appeteret,patet ex præmisso. Tertiò,quod inter rationem,& appetitum nulla erat rebellio:patet, quia post peccatum cōmissum inceperūt rebellionē sentire,sed nō ante:nā erāt nudi, & nō erubescebāt,vt hī ibidem.Ex quo sequitur,quod non reluctabat appetitus sensitiuus contra rōnē,sed erat in plena obediētia rōnis. Ex quo sequit̄,q; erat summa cōcordia appetitus ad rōnē.patet ex prædictis.Et sequit̄ vltra,q; ex hoc cōsurgebat hoī difficultas ad malū,& ,pnitas ad bonū,patet,qa oppositō modo se hēat,nūc,& tūc, & sic sequit̄ propositū.Et tūc vltra, quia perfecta erat obediētia appetitus sensitiui ad rōnē,nec erat rebellio aliqua. Addit Scotus,q; tranquillitas magna erat in aīa,quæ quidē ex puris naturalibus nō poterat haberi. Et vltra eū dictū fit,q; ipsa ordinabat hoīem ad Deū principaliter, addit Scot. q; cū sic ordinaret, coniungebat hoīem inseparabiliter Deo: rō, quia nullū peccatum poterat stare in hoīe,tali iustitia in eo stāte.Nihil ergo īpediebat eū à sūma inhærētia Dei,& p cōsequēs ī Deo delectabat̄,qa ergo volūtas ī Deo delectabat̄, & Deus oē delectabile excedit volūtas sic Deo p dilectionē cōiūcta ab oī alia delectatione vires inferiores retrahebat

2.q.88. art. 2.

Gen.3.

2.dist.29

trahebat. Et quia erat summè delectabile ipse Deus, & volũtas media te tali iustitia Deo iungebat, sine difficultate vires retrahebat inferio res, & sine tristitia. Etsi dicatur, qũo poterant trahi appetitus sensitiui à proprijs obiectis sine difficultate & tristitia? Respõdeo, quod quando potentia superior circa obiectum delectabile versatur, quod quidẽ ob iectum delectabile excedit obiectum cuiuscunque potentiæ inferioris, sicut est Deus: videmus enim, quod anima, quando circa aliquod obie ctum, vel aliquod sibi placibile delectatur, & per cogitationem versa tur per tempus, nec vires repugnant inferiores, nec appetitus sensiti ui pro tunc occurrunt. Et si nunc sic est, multò magis & tunc. Et quia hæc delectatio, siue manutenentia circa obiectum fit delectabilius ob iectis aliorum, non poterat fieri naturaliter, & fiebat per iustitiam originalem: concludit Scotus, quod necesse est ponere ipsam iustitiam esse donum supernaturale. Et sic patet quomodo ipsa iustitia ordinabat hominem, & qualiter. Et vltra concludit Scotus, quod volũtas tũc, siue ratio quosdam actus præueniisset, quosdam imperasset, & siue sic, siue sic, quia ipsa circa obiectum delectabilius omnibus occupabatur, sensus, & vires inferiores sine difficultate parebant, omni re licitè vtebatur, & vsus fuisset, s. actu generatiuo, & sic de alijs. Patet ergo quis erat iustitiæ originalis effectus, scilicet ordinare totum hominem ad Deum, ad se, & ad proximum, & quomodo. Magister verò sentẽtiarum loquens de iustitia originali, quam appellat nomine gratiæ gratis datę, & non gratum facientis, quia istã negat datam primo homini in creatione. Et alibi dicit, quod per gratiam, datum est auxilium, & collata est potentia, per quam poterat stare, ideſt, non declinare ab eo, quod ac ceperat, sed non poterat proficere in tantum, vt per gratiã creationis si me alia mereri salutem valeret. Poteratque per illud auxiliũ gratiæ crea tionis resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat tñ per illud quo dãmodo bene viuere, quia sine peccato: sed non poterat spiritualiter vi uere, quo vitã mereretur æternã. Et istud probat auctoritate D. Augu stini. Habuit, vt dicit, bonã voluntatẽ, & rectã, quia tunc ea nec aliquid mali volebat. Et infra. Nihil erat in eo, quod ipsum ad malum impelle ret. Et vlterius exponens illud. Adiutorium, quod fuit datum homini in creatione, quo poterat stare dicit: Illud vtiq; fuit libertas liberi arbitrij immunis ab omni labe, & corruptela, atq; volũtatis recidiuo, & oĩum potentiarum naturalium animæ, viuacitas, atq; sinceritas. Et Magister sententiarum dicit: Ante peccatum enim nihil impediebat ad bonũ, & ad malum nihil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum, sed habuit adiutorium ad bonum, tunc ratio sine errore iudicare, & volun tas sine difficultate bonum appetere poterat. Et alibi declarãs quid per tinebat ad iustitiã originalem, & qũo iustitia originalis nomine gratiæ intelligatur, dicit. Manifestum est, q̃ præter alias pœnalitates pro pec-

2. distin. 24. c. 1.

dist. 29. cap. 7.

cap. 2.

cap. 3. cap. 4.

cato primo incurrit homo in corruptione, & depressione liberi arbitrij. Per illud nanq; peccatū naturalia bona in homine corrupta sunt, & gratuita detracta. Hic est.n.ille,qui à latronibus vulneratus,& spoliatus est,vulneratus quidem in naturalibus bonis,quibus non est priuatus,alioquin non posset reparatio fieri. Spoliatus verò gratuitis,quæ per gratiā naturalibus addita fuerunt. Hæc sunt data optima, & dona perfecta,quorū alia sunt corrupta per peccatū,idest,naturalia, vt ingenium,memoria,& intellectus,alia subtracta, idest gratuita,q̄q̄ & naturalia ex gratia sint:ad generalē enim Dei gratiam pertinet:sæpè tñ hęc distinctio huiusmodi fit,cum gratiæ vocabulum ad speciē,nō ad genus refertur. Ex his patet quomodo intelligit illud de distinctione 24.c.1. Quod homini per gratiā. Sed quomodo corruptum sit liberum arbitrium siue perditum, subdit ibidem Magister. Corrupta est libertas arbitrij,& ex parte perdita,quod probat per Augustinum in Enchiridiō, vbi dicit Augustinus. Quod homo malè vtens libero arbitrio,& se perdidit,& ipsum:vbi Magister, Ecce inquit liberum arbitrium dicit hominem perdidisse,vel amisisse, non quia post peccatū non habuerit liberum arbitrium,sed quia libertatem arbitrii perdidit,non quidem oēm, sed libertatem à miseria,& à peccato.hæc Magister. Et sic patet ex dictis fm Magistrum ad quid homini iustitia seruiebat originalis. Potest ēt patere ad quid valebat primis parentibus iustitia originalis per oppositum ad peccatum originale,& per oppositum ad vocabula,quibus vocatur peccatum originale,vt pro parte docet Magister,& Augustin. in plurib. locis. Vocatur.n.originale,quia ab origine est,vel carnis,quia contrahitur mediante carne. Concupiscibilitas, quia inclinat ad malū in dispositione remota,quia in propinquiori dr̄ fomes,quia in proxima dr̄ concupiscētia. Lex membrorum quia per membra inclinat. Lāguor naturæ dicitur,quia reddit difficile ad bonum. Tyrānus vocatur,vt prę dominatur voluntati,& incuruat eā ad malum,ergo per oppositum accipiendo patere pōt,quibus originalis iustitia nominib. censetur,& esse effectibus comprobetur. Quartum dubiū. In quo velut in subiecto ponebatur hæc esse iustitia originalis. Dicit Petrus Aureol. in lib. 2. qd non in voluntate,sed in sensualitate. Sed Lādulphus in secundo,concl. 4. dicit oppositum,& bene,quod erat in voluntate. Rō, quia vt dictum est,ipsa homo ordinabatur specialiter ad Deū ad obediendum ipsi,quare erat ponenda in voluntate,quia ipsa est,qua Deo obedimus. Item dictū est supra,quod ex hoc,quod voluntas ferebatur circa obiectum delectabilius obiectis aliarum scientiarum,tenebat,& ordinabat vires inferiores. Erat igitur ipsa iustitia originalis principaliter in voluntate,& demū in sensualite. Quintum dubium est. Si quęratur : an hoīe stāte filij istius originalis iustitiæ fuissent hæredes? Respondet Alexander de Ales in 2. quęst. quæ incipit. Vtrū geniti in statu innocentiæ essent hæredes.

2. dist. 30.

quæst. 88. dist. 29. q. 2.

redes originalis iustitiæ. Vbi allegãdo Anselmum de Conceptu virginali, dicit, quod sic: Genuisset. n. filios hæredes paternæ iustitiæ quãtum ad iustitiã originalẽ. Et arguit cõtra se dicens. Vgo de Sacramen. dicit oppositũ. Item dictũ est supra, quod iustitia originalis pertinet ad gratiã gratis datã. Respondit Alexãder, quod dẽt intelligi, q̃ iustitia originalis non descenderet ad eos hæreditariè. Descẽdere hæreditariè ad filios est, q̃ filij habent à patre, vt à dño, & possessore iure filiationis. Modo illi filij nõ hæreditarent bona gratuita à patre, vt à dño, & possessore illorũ, sed potius à gratia conditoris. Et subdit. Nec hi ex sola propagatione essent tales, sed quia propagati dono Dei essent tales. Et subdẽs ad propositum qũo transfudissent parentes ipsã ad filios, inquit. Istam iustitiã non transmisissent ad posteros eã influẽdo, quia hoc est Dei, sed carnẽ propagãdo, & trãsmittendo consonã iustitiæ originali: & in volũtate. Idẽ cum Alexãdro dicit doctor Seraphicus in 2. in solutione primi argumenti. Abdit ẽt Alexander, q̃ iustitiæ paternæ fuisset transfusio, quia paterna iustitia quodammodo meruisset posteris huius gratię collationẽ. Et quia sic fuisset cooperata paterna iustitia, s. merẽdo, illorum iustitiæ dr̃ transfusio à patre in prolem. Ista opinio de merendo alteri talem iustitiã põt ex hoc iuuari, quia cõiter doctores tenent, s. D. Bonauentura, quod aliquis põt alteri mereri primã gratiã: & ẽt doctores moderni, quod ostendunt per illud Augustini cõtra Iulianũ, lib. 4. Orat Ecclesia, vt detur malis prima gratia, sed Ecclesia non semper orat vanè, igitur. Mater ẽt Augustini meruit Augustino primã gratiam, prout ipse de Beata vita dicit: Qd meritis matris meę viuo, omne quod viuo. Similiter Paulo Stephanus meruit primã gratiã. Glossa ẽt super illud Thessalonicensiũ. Non. n. est fides, dicit, qd̃ Deus per orationes credentiũ nondũ credentes credere facit, vt ostẽdat, q̃a ipse facit. Gregor. ẽt dicit. Illa oratio maximę conditionis a viribus cõmendatur, quæ pro inimico intercedere nititr̃, sed inimicus ille solus est, qui est in mortali, vt dicit August. de Vera innocentia, propos. 20. Nullus bonorũ inimicũ hẽt nisi malũ. Ex illo dicit August. q̃ orandũ est vt obtineatur eorũ salus. Etsi dicat, q̃ gr̃a tunc nõ esset gr̃a, si aliquo modo caderet sub merito. Ad istud respondit vnus doctor modernus, q̃ si argumentũ valeret, nullus posset mereri augmentũ gratiæ contra Augustin. qui dicit, q̃ gratia meretur de cõgruo, ergo saltẽ, quis meretur alteri primã gratiam, etsi non de condigno. Etsi dicatur. Si aliquis põt mereri alicui primam gratiam, ergo & sibi. Respondit, quod non est simile, quia ille, qui meretur gratiam alteri iam est in gratia. Sed ille, qui sibi primã gratiam meretur, non esset in gratia: & ideo non valet, quia nullus existens sine gratia propriè loquendo posset sibi mereri primam gratiam, nec aliquã salutem merito digni, seu condigni. Aliter respondit D. Bonauen. in 2. Sent. in solutione tertij argumenti, principaliter solũs ar-

ca. 4. & 24.

dist. 33. q. 2.

cap. 5.

cap. 4.

cap. 3. 9. Mor. c. 10.

gumẽtũ,qũo aliquis meretur alteri primã gratiã,& non sibi: & dicit sic.Dicendum,quod non est simile, quod si aliquis potest mereri alteri,quod sibi.Ratio quia gratia in viro iusto præcessit,gratiam infundendam viro peccatori: vsus autem gratiæ in eodem homine semel habet ipsum donum gratuitum. Præterea cum quis meretur alteri primam gratiam,vel gratiam,donum gratiæ non perdit ex hoc rationem gratuiti, quoniam ratio gratuiti attenditur in habitu gratiæ in comparatione ad eum cui datur. Quantumcunque autem vir iustus oret pro peccatore, quod peccatori detur habitus gratiæ gratum facientis non potest sine gratuita liberalitate diuinæ misericordiæ, & ideo non sequitur,quod si vnus potest alteri mereri gratiam habendam, quod sibi ipsi possit mereri gratiam iam habitam. Et per hoc dicit ad argumentum.Ex quo gratia non perdit rationem gratuiti, non valet argumentum. Ad propositum,si aliquis possit alteri mereri primam gratiam, cur non Adam posteris? Si stetisset per originalem iustitiam, sic meritoriæ transmisisset talem iustitiam ad filios modo iam dicto. Petrus Aureoli in tractatu de conceptione Virginis idem dicit,quod si Adam permansisset, data fuisset ei vis transfundendi iustitiam originalem, hoc debet intelligi,vt dicit Alexander, aliter contradiceretur sibi. Scotus verò dicit oppositum,quod nec transfudisset,nec meruisset. Et concordat cũ eo Landulphus,sed sexta conclusione secũdi dicit, quod credit,quod meruisset. Quia verò magister Alexandder est Doctor approbatus per vniuersitatem Parisiensem & per bullam Domini Alexandri quarti. Anselmus etiam est Doctor authenticus,& D.Bonauentura,magis videtur adhærendum eorum dictis,quàm Scoti in hac parte:quod tamen placet teneatur. Sed hic statim consurgit vnum dubiũ. An filij fuissent hæredes gratiæ paternæ. Respondeo quod præsuppositio, quod homo non in creatione, sed post,ante lapsum habuerit gratiã gratum facientem.Respondit Alexander,quod non: Et Petrus Aureoli in secundo,quod non.Ratio,quia ista respicit personam,& non naturam,& à Deo solo datur. Si intelligatur de gratia gratis data,& intelligatur,quod cuiuslibet fuissent hæredes,dicendum quod non,quia multas habuit, quas ad posteros non transmisisset, vt omnium cognitionem secundum Vgonem. Si verò intelligatur quod alicuius, potest concedi, quia iustitiam originalem habuissent modo præexposito. Aliud dubium occurrit ex dictis.An si Adam primam tentationem superasset,tam ipse, quàm filij fuissent in bono confirmati. Respondit Anselmus in libro Cur Deus homo, quod sic. Idem dicit Dominus Lynconiensis in tractatu primo de cessatione legalium adducens ad hoc Anselmum. Idem tenet Alexander in secundo loco prælegato adducens Anselmum quod filij descendentes fuissent confirmati in originali iustitia,vt ipsam amittere acquirent.Petrus Aureoli in secundo

dist. 20. q. 2.

cap. 18.

do.

do nihil determinat. Scotus verò dicit quod non. Et vltra etiã dicit, q̃ filius, etsi iustitiam originalem habuisset, non fuisset confirmatus, nisi tentationem superasset, sed tentatione superata, fuisset pro se, & non pro filio confirmatus, non quod non posset peccare, quia hoc propriũ est cõprehensori, vt dicit, sed quia non peccaret de facto, nec peccauisset. Istud est valde durum quod dicit doctor iste, quòd filij semper fuissent tentati, & sic semper impugnatio Diaboli permansisset in propagatis, & propagandis. Ad Anselmum dicit, quod dixit opinando, teneatur, quod placet. Vltimum dubium sequens ex dictis est. Vtrum generalis iustitia per baptismum recuperetur? Respondeo quod per iustitiam originalem vel potest intelligi amotio omnis culpæ, qua amota anima est innocens, & munda, & sic debet concedi, quia culpa omnis per gratiam, quæ in baptismo infunditur, remouetur, & sic anima munda remanet. Vel per iustitiam originalem potest intelligi plena obedientia sensualitatis ad rationem, & sic cum per originale peccatũ concupiscẽtia regnet in nobis, quod ipsa remouetur, potest intelligi, quantũ ad suũ esse totaliter, & sic negat Magister, & Aug. licet, vt ipse dicit extenuetur: non tamen totaliter remouetur. Vel quantum ad dominium actuale, & sic remouetur; Vel quantũ ad dominium aptitudinale, quia ipsa non totaliter remouetur, non vt sit, sed non vt imputetur, & sic remanet. Non enim, dicit Magister (& sunt verba Augustini) extinguitur, nisi fortè miraculo ineffabilis creatoris; Et sic illa obedientia non remanet aptitudinaliter, & si actualiter pro tunc aliqualiter videatur remanere. Vel per iustitiam originalem potest intelligi in baptismo remotio omnis pœnæ, scilicet, æternæ, vel temporalis, & secundũ Doctores baptismus absoluit ab omni pœna æterna, & de temporali possumus bifariam loqui, scilicet, de inflicta, & non contracta, vel de contracta, & nõ inflicta. De prima Seraphicus Doctor asserit, quod ab omni absoluit, de secunda verò utpotè famis, & sitis mortis, & huiusmodi nõ absoluit. Sed si quęratur causa, dicit idem Seraphicus Doctor quarto sententiarum, quod hoc fit triplici de causa. Prima ad manifestandum diuini iudicij seueritatem, & æquitatem, vt illa sententia, immobilis permaneret, qua dixit Adę: In qua die comederis, morte morieris. Secunda ad ostendendum meritum passionis Christi. Si enim omnes pœnæ baptismo amouerentur, filius non indigeret Christi redemptione: quare nec à Christo regenerari. Tertia ad amplificãdum meritum liberi arbitrij, promouent enim huiusmodi pœnæ ad bonum multipliciter, quia dantur ad humilitatem. Sagittæ Domini infixæ sunt mihi. Ad timoris incussionem: Terrores Domini militant contra me. Ad sui ipsius cognitionem. Sola vexatio tantummodo dat intellectum auditui. Ad boni stimulum. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem. Ad exemplum non peccandi Adam. Exemplum meum ab adolescen-

quæst. 2.

Iob 3. Iob 6. Isa. 27. Mich. 2. Zac. 3.

tia

Iudic. 3. tia mea. Ad exercitium virtutum, vt in Paulo, & ut legitur. Eę sunt gentes quas reliquit, vt erudiret Israel. Ad signum adoptionis filiorum Dei, vt habetur: Quos diligo corrigo, & castigo. Etsi extra disciplinã est. His de causis, pœnæ in baptismo vt dictum est, non dimittuntur, sed perseuerant. De morte verò causa datur, quare baptismo non remouetur, quia tunc accedentes plus ad euitandum mortem corporis, quã animæ accederent. Ex supradictis ergo apparet, ad quem statum iustitiæ originalis, & gradum possibile est, tàm singulari miraculo, quàm consueto, vt fit in baptismo. Homines in hac vita degentes peruenire. Et sic patet primum, quod erat explanandum. Videndũ est modo de peccato originali quædam, prout exiguntur ad huius fructus declarationem. Et licet plura de peccato originali possint patere per oppositum ad iustitiam originalem ex dictis: in speciali tamen sunt aliqua videnda. Sed antè omnia præsupponendum est, peccatum originale esse.

Apoc. 2. Hebr. 12

dist. 30. 31. et 32 De hoc enim tractat Magister in secundò, ipsumque originale peccatum esse ostendit iustitiæ originalis carentia, per locum à priuatiui oppositis. Posita constantia subiecti, quæ an sit in nobis, patet ex dictis. Moriendi necessitas: carnis, siue sensualitatis ad spiritum rebellio: diuinæ visionis post mortem in non baptizatis priuatio; calamitatis miseriæ, & pœnæ in præsenti oppressio: facilitas ad malum, difficultas ad bonum, & sic de alijs. Hæc ostendunt peccatum originale in nobis esse vel fuisse, quæ prosequi pro modo non oportet. Sed hic est dubium. An sit ponendum in omnibus? Respondeo, quod in omnibus de iure vel de facto ponendum est per viam propagationis, & per concubitum ab Adam progenitis iuxta regulam beati Augustini libro de Fide ad Petrum. Et est regula tertia decima. Christus verò quia hoc modo scilicet per concubitum ab Adam non descendit, originale peccatum non contraxit. His præmissis vt videatur quid est peccatum originale; primò est ponenda quędam distinctio, secundò iuxta distinctionum membra, quædam elicientur conclusiones, tertiò ponenda peccati originalis generalis descriptio, & demũ quartò, qũo contrahitur, dicetur.

Pro primi euidentia est sciendum, quod originale accipitur multipliciter, primo modo pro suo causali. Et istud est duplex, effectiuum, scilicet, & istud fuit primi hominis peccatum, qui peccando iustitiam acceptam pro se, & sua posteritate perdidit, & quod originale peccatũ primi hominis sit introductum effectiuè, dicit Apostolus: Per vnum hominem scilicet, Adam, peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors. Et alibi. Sicut in Adã omnes moriuntur. Quod de originali sit intelligendum, ostendit Magister in secundo. Aliud verò peccati originalis causale, videlicet, quod est, motiuum, inclinatiuum, infectiuum, seu vitiatiuum est ipsa libidinosa, & immunda seminis conceptio, de qua clamat Dauid. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Et si dicatur, cum

Rom. 5. 1. Co. 15

dist. 30.

Psal. 50.

pecca-

peccatum non sit in anima rationali, quomodo potest esse in semine? cum secundum Anselmum ibi non plus sit, quàm sputum? Respõdeo, quod peccatum originale, modo iam dicto non est in anima rationali, imò potius in carne, vt dicit Magister in secundo. Aliter potest dici, teste Anselmo de conceptu virginali, quod de semine diuina scriptura dicit aliquid esse, quando non est, quia certum est futurum, & ponit exemplum de Adam, cui dictum est: In quacunque hora comederis morte morieris, & tamen postquàm de ligno vetito comedit non statim mortuus est, sed die illa necessitatem accepit moriendi. Ad propositum subdit, simili modo de immundo semine in iniquitatibus, & peccatis concepi homo potest intelligi, non quod in semine sit peccati immunditia, aut peccatum, siue iniquitas, sed quia ab ipso semine, & ipsa cõceptione, ex quo homo est, accipit necessitatem, vt cum habebit animã rationalem habeat peccati immunditiam, quæ non est aliud, quàm peccatum, & iniquitas. Hæc Anselmus. Secundò accipitur originale pro suo materiali, quod non est aliud, quàm habitualis rebellio, ex qua pugna actualis, & aptitudinalis, & rebellio consurgit appetitus sensitiui ad rationem. Quæ quidem talis rebellio non solùm est in membris ad generationem deputatis, & respectu delectationum carnalium, imò, & in omnibus instrumentis sensuum interiorum, & exteriorum, & vniuersaliter vbicunque est appetitus sensitiuus: quæ quidem pronitas, & rebellio est causa ad malum respectu omnis materiæ viciosæ. Et ista rebellio, tàm à Magistro quàm à Doctoribus vocatur nominibus pluribus, vt dictum est in primo puncto huius fructus scilicet. Lex carnis, lex membrorum, languor naturę, fomes peccati, concupiscentia, concupiscibilitas, tyrannus, & sic de alijs. Tertio modo accipitur peccatum originale pro suo priuatiuo. Et licet priuatio non distinguatur à materia per se sed per accidens, tamen quia aliud dicitur de materia, & aliud de priuatione. In proposito priuatiuum in originali est carentia iustitiæ originalis; seu nuditas iustitiæ cum debito habendi eam. Et cum sit superius dictum quid sit iustitia originalis, modo quid sit eius carentia per oppositũ patet. Quarto modo accipitur originale pro suo formali. Et quia originale, & culpa est, & pœna, põt dici, quod originale isto modo nõ est aliud formaliter q̃ esse in Dei ira & odio, vel offensa, teste Apostolo. Oẽs nascimur filij iræ. Et alibi. Vasa iracundiæ. Quinto modo accipitur originale pro suo pœnali vt accipit ex glossa sup illud. Ecce in iniquitatib. conceptus sum. Vbi dr. Multa esse originalia peccata. Vbi accipitur originale pro pœna originali debita, quę multæ sunt, vt fames, sitis, ignorãtia, cõcupiscentia, mors. Peccatum originale solũ vnũ est, quia vnica iustitia priuat. Et ab inobediẽtia vnius procedit, nec põt esse plura, vt est de alijs peccatis actualib. Hac distinctione de originali præmissa, nũc sunt aliquæ conclusiones inferẽdę, ex dicunt.

dist. 31. ca. 7.

Eph. 2. Rom. 9.

ctis,quæ Doctorũ de originali peccato discordantia ad cõcordiã dedu cũt.Prima cõclusio sit ista. Accipiẽdo originale ,p suo casuali,videlicet pro suo effectiuo originale peccatum est infectio posterioritatis humanæ: ex primorum parentum peccato actuali consurgens. Ista, etsi pateat,dicto membro distinctionis de peccato originali,magis patebit, quãdo dicetur de contractione ipsius originalis.Sed ista ponitur à Magistro in secundo:vbi ostendit, quod Adam suo peccato actuali totum genus humanum infecit iuxta dictum Apostoli, quod in eo, omnes peccauerunt.Secunda conclusio. Accipiendo originale pro suo casuali,videlicet,pro suo promotiuo, originale peccatum est immunda & libidinosa seminis conceptio,vt in supradictis tactum est.Tertia conclusio.Accipiendo originale pro suo materiali,originale peccatum est habitualis rebellio generaliter appetitus sensitiui ad rationem: nã pro tanto debet dici habitualis rebellio, quia habilem facit paruulum ad concupiscendum,adultum verò etiam concupiscentem reddit. Quarta conclusio. Accipiendo originale pro suo priuatiuo, originale peccatum est carentia iustitiæ originalis cum debito habendi eam. Hanc exactè ponit Anselmus in lib.de Conceptu virginali. Quinta conclusio.Accipiendo originale pro suo formali, originale peccatum est culpa,qua contrahens Deo displicibilis redditur, & odiosus.Sexta cõclusio.Accipiendo originale pro suo pœnali, originale peccatum, est obligatio & reatus ad pœnas tam contractas, quàm inflictas pro presenti,& pœnam damni pro futuro.Præfatis ergo conclusionibus possunt doctores ad concordiam deduci, quia vnus accipit originale pro suo causali primo modo,vel secundo :& consequenter ponit suas antedictas conclusiones. Alius accipit originale pro suo materiali, alius pro suo priuatiuo, alius pro formali, alius verò pro suo pœnali, & consequenter ponunt quæstiones dicentes: quid est originale. Apparet etiã quomodo intelligẽda sint dicta doctorum: nam quidam Doctor dicit, quod originale nihil dicit positiuum,sed solum priuatiuum.Verum est accipiendo originale pro suo positiuo,vel formali,sed accipiendo alijs modis,non est verum.Alius verò doctor asserit,quod peccatum originale non est aliquis actus malus in nobis contrahentibus, quia infra vterum non vtitur quis libero arbitrio. Verum est accipiendo pro cõcupiscentia actuali,sed non pro aptitudinali, quia originale est non solùm concupiscentia sed concupiscibilitas. Alius dixit,quod non est habitus vitiosus infusus.Verum est,sed non contractus, non est verũ.Nec valet dicere,quod acquireretur successiuè,quia sicut in instanti anima infunditur, sic in tempore imperceptibili talis habitus vitiosus, & macula in anima coniuncta reperitur.Sed hoc statim patebit, dum dicetur de contractione. Patet etiã, quod si accipiat originale pro suo priuatiuo verum dicit,sed pro materiali non. Quo verò ad id,quod dicit

dist. 30. ca. 8.

cit doctor ille, quod peccatum originale non est carentia iustitiæ originalis, si accipit originale pro suo causali, materiali, & pœnali, verum dicit, si pro suo priuatiuo non est verum. Quod additur quartò, quod non est infectio morbida in carne: si accipit originale pro suo causali primo modo verùm dicit, si pro causali secundo modo non bene ponit. Quod quintò dicit. Non est debitum habendi iustitiam, vel habendæ iustitiæ adiunctum carentiæ. Si accipitur pro priuatiuo non benè dicit, si pro alijs modis, vtiquè constat. Quod & sexto dicit, non est formaliter concupiscentia. Verùm est accipiendo originale pro priuatiuo, & causali, non autem pro materiali. Quòd autem vltimo dicit. Originale est obligatio ad pœnam damni proueniens ex actuali peccato primorum parentum, patet iuxta sextam conclusionem, & primam, quod bene dicit, sed non alijs modis si accipit præcipuè. His ergo apparet secundum quod erat videndum. Ad quod sequitur tertiũ, videlicet descriptio peccati originalis. Vbi sciendum quod complectẽdo dicta in declaratione distinctionis de originali, & dictarum cõclusionum, nec non & dicenda, originale peccatum sic generaliter describi potest. Originale peccatum est habitualis rebellio appetitus sensitiui, vniuersaliter ad rectam rationem, priuatiua iustitiæ originalis debitę inesse à Deo primis parentibus collatæ, offensiua, displicens, & odibilis diuinæ Mciestati. Et licet particulæ dictæ descriptionis ex dictis possint patere, declarantur vlterius, quia ipsarum declaratio, valet ad iam dicta, tàm in conclusionibus, quàm in distinctione de originali. Prima particula, scilicet, habitualis rebellio ponitur, quia nõ semper est actualis, sed aliquando aptitudinalis, vt in pueris. Quare ad designandum vtranque potentiam habitualem, scilicet, quæ vtriq; conuenire potest, & actuali, & habituali aptitudinali, Quod sit appetitus sensitiui patet, quia non est in idipsum, quod ipse appetitus sensitiuus: quia minuitur per exercitationem in bonis hominibus, tum etiã, quia in corpore glorificato non erit: Tùm quia crescit in malis hominibus. Est ergo in appetitu sensitiuo, non enim est in voluntate rebellio, de qua loquimur, nisi dicatur respectu Dei. Ratio, quare non est in voluntate, sed in appetitu sensitiuo, quia inobedientia non est in præcipiente, sed in parere debente. Voluntas autem virtutibus sensitiuis, appetitiuis obedire non debet, sed magis è conuerso. Item, vt dicit Seraphicus doctor ista rebellio non est principaliter in potentia intellectiua, seu volitiua, quæ deseruiunt personæ, sed in sensitiua, quæ deseruit naturæ. Et si dicatur, nonne circa idem habent fieri, & esse priuatiuè oppositа? Iustitia originalis habet esse in voluntate ex præhabitis in primo puncto, quare, & rebellio? Respondeo, quod ista rebellio, quia est materiale originalis peccati, & non priuatiua, ideo non habet esse circa idem. Iustitia originalis, & priuatio dominij ad inferiores vires,

& po-

& potentias, ben è est in voluntate, sed rebellio virium inferiorum ad rationem, & voluntatem, in voluntate non est, sed in sensualitate. Alia particula, videlicet, quod sit rebellio vniuersaliter appetitus sensitiui ad rectam rationem, patet per illud: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, Et per illud: Caro concupiscit, aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Sed ista rebellio, licet sit principaliter in membris generatiuis, est tamen etiam in alijs. Et quod sit priuatiua, manifestum est, quia iustitiam originalem adimit, & priuat, & priuauit. Quòd verò originale sit Dei offensiuum, patet, quia Deus odit culpam. Et originale est culpa, & nos sumus natura filij iræ. Insuper Deus punit originali pœna damni, nec Deus talem pœnam infligit perpetuo, nisi quos odit. Et si dicatur, talis rebellio, & originale peccatum est vitium naturæ, quare non videtur esse peccatum, & à Deo odiendum. Respondeo, quod si in homine esset uis sensitiua tantùm, & non ratio seu vis intellectiua, & volitiua, verum esset. Sed quia omnia prædicta ponuntur, non sequitur. Et quia talia sunt contra naturam rationis, ideò sunt vitium, & peccatum, vt planè patebit ex dicendis. Quartò videndum est, de modo qualiter peccatum originale contrahatur. Cum enim originale multipliciter sumatur, vt dictum est, hic quæri potest, de quo modo intelligatur, & dicitur de quolibet modo. Ratio quia anima est, quæ contrahit peccatum, dum corpori adiungitur, nisi à Deo præseruetur, quia ibi est peccatum originale, causaliter, materialiter, formaliter, priuatiuè, & pœnaliter. Etsi diuersimodè præfatis modis originale contrahat. Quo viso, pro quæsito est videndum primò; an Adam potuerit filios propagandos à se, & ex se culpabiliter obligare. Et dicitur quod sic. Ratio prima est, quia peccato principis, iustè proceditur contra vnam communitatem, vt patet in mundanis, quare primi parentes, cum essent principes humani generis, ipsis Deum offendêtibus peccatum ipsorum ad posteros Deus iustè potest imputare. Secunda ratio. Pater potest adijcere filium, & totã suam progeniem in seruitutem, se subijciendo seruituti alicuius. Potest etiam abdicere irregularitati, vtpote filium ex indebito coitu generãdo, potest etiam sic subdere priuationi, omnis honoris, & dignitatis, & ciuiliter, & ecclesiasticè. Patet in crimine lesæ maiestatis, etiam in patre conuicto de hæresi, & de inobedientia ad ecclesiam, & sic de alijs, quibus ab Ecclesia filij propter crimen patris & omni ascensu ad Ecclesiasticam priuantur dignitatem. Potest etiam perpetuò exilio laqueari, vt patet in Patre offendente regem, ob quod ipse, & genus suum à regno perpetuo bannitur, & exulatur. Potest etiam pater in casu filium vendere, & obligare perpetuæ seruituti non redimêdo eum vnquam. Quare propter peccatum patris punitur temporaliter filius. Cùm igitur pater noster esset Adam, & mater nostra Heua; ipsi ergo to-

Rom 8. Gal. vlt.

tam

tam posteritatem suam quantum ex parte ipsorum peccando seruituti, exilio, & morti æternæ subdiderunt. Sed videndum est de modo, quo obligauerunt, vbi ponenda sunt aliqua dicta. Et primùm dictum. Quod Adam, & Heua fuerunt stipites humani generis, & omnes homines in eis per viam propagationis generandi ab eis causaliter, & materialiter extiterunt. Patet quia ipse Adam pater omnium, & Heua mater omnium fuerunt originale principium, & materiale: quo sequitur, quod cum eisdem conditionibus carnem ad posteros transmiserunt, cum quibus præsertim erant, dum inceperunt filios generare. Ex quo post peccatum, omnes habent ab ipso causale principium & materiale per viam propagationis, vt clarè patet. Et si dicatur: Possibile fuit, quod post peccatum antequam generarent primi parentes, quod fuerint in gratia, & si sic, cum essent purgati per gratiam à peccato, ergo si talem carnem ad posteros transmiserunt, vti habebant, & ipsa erat iam propagata, ergo talem iam purgatam transmiserunt. Respondeo, quod non, quia gratiam, non respicit naturam principaliter, sed personam. Et persona fuit gratia purgata non natura. Et ideo Magister sententiarum ad obiectionem quæ fit de parentibus à peccato originali per baptismum purgatis, per carnem vitiatam transmittunt, dicit sic in secundo sententiarum: Ne, inquit, miremur, aut turbemur peccatum originale in filios reduci à parentibus iam per baptismum ab illo peccato mundatis, similitudinibus, diuersarum inductionum, id posse fieri Augustinus insinuat in libro de baptismo paruulorum, inquiens, quomodo præputium per circuncisionem aufertur, manet tamen in eo quem genuerunt circuncisi, quomodo etiam palea, quæ opera humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu, qui de purgato nascitur tritico. Ità peccatum, quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in eis, quos genuerunt, ex hoc enim gignunt, quod ad hoc vetustum trahunt, non ex hoc quod ex nouitate promouit eos inter filios. Non enim genuerunt parentes filios secundum aliquam generationem, qua denuo nati sunt, sed potius secundum eam, qua carnaliter, & ipsi generati sunt. Hæc Magister. Et ex his patet solutio Iandulphi. Secundum dictum, quod caro Adæ, et si non fuerit concupiscentialiter propagata, fuit tamen concupiscentialiter vitiata. Prima pars clara est, quia ipse non fuit propagatus, nec Heua. Secunda pars patet, quia peccato originali, iustitia amota statim caro incipit cõcupiscere, & in signum huius, ipsi fecerunt sibi perizomata. Quo sequitur, quod caro, quæ propagatione ad filios transmittitur, est concupiscentialiter seminata. Quia cum delectatione actuali, vel habituali, & cõcupiscẽtialiter vitiata. Ex quo inferetur, quod cuiuslibet via propagationis ab Adam descendentis caro est causaliter obnoxia peccato, quia vitiata, quia iustitia originali priuata. Tertium dictum, quod

Dist. 31. cap. 7.

primi

primi parentes iustitiam originalem pro se, & sua posteritate acceperunt. Ex dictis in primo articulo præsentis fructus, quia ipsi eam, ad filios transfudissent, modo ibi declarato. Quo sequitur, quod ipsa iustitia originalis fuit donum à Deo datum personis primorum parẽtum, & naturæ. Quod fuerit donum Dei, patet ex dictis in primo articulo, & quod fuerit data personis. Sed qnod sit donom naturæ, patet pro tanto, sic intelligendo, quod ad quem via propagationis natura fuisset transmissa humana primis parentibus stantibus talis iustitiæ originalis infuisset. Ex quo infertur, quod respectu iustitiæ originalis, tàm primorum personæ, quàm tota natura humana, via propagationis in lumbis eorum existens fuit obligata, quia fuit à Deo collata tàm personis ipsorum, quàm naturæ, quia, vt naturæ fuisset communicata, & animæ infuisset ex iustitia à Deo data. Quo sequitur, quod si corpus esset inceptum ad animæ susceptionem, & Deus esset paratus quantum est ex parte sua ad animæ infusionem, si sic liceat loqui, non minus Deo tale corpus respectu huius beneficij, quod est animam habere obligaretur, quam si haberet, quia non stat ex parte Dei, sed ex parte sui. Sic dato, quod iustitia originalis non infit nobis per contrariam dispositionem, non minus obligamur Deo, ac si tam recepissemus, quia non stat ex parte illius quin eam habeas, sed est defectus ex parte tui. Nã Deus eam dedit Adæ, & cuilibet ab eo seminaliter descendenti. Quartum dictum. Quod primi parentes peccando iustitiam originalem & pro se, & posteris, & ab ipsis propagãdis amiserũt. patet, quia oẽm gratiã perdiderunt, & in ratione, ac sensualitate rebellionem incurrerunt, quia Adã spoliatus fuit gratuitis, & vulneratus in naturalibus. Et quod pro suis posteris amiserit, patet, quia iustitia originalis nulli est data à Deo eo modo, quo fuit in primis parentibus. Ex quo infertur, quod tam Adam, quàm quilibet ab ipso propagatus est debitor iustitiæ originalis. Ipsam enim amiserunt, quia erat donum personæ, & naturæ, vt dictum est. Quo sequitur, quod à quolibet progenito seminaliter ab Adam, sicut ab ipso talem ex iustitiam exigere valet. Ex quo eam pro ipso, & alijs dedit, teste Anselmo de Conceptu originali. Vbi respondens cuidam obiectioni, videlicet: An Deus maculam originalem iustè imputet animæ. Respondit, quod sic. Ratio secundum eum est, quia iustitiã originalem Deus Adæ pro se, & sua posteritate dedit, ipsamque naturam iustam instituit. Quare talem iustitiam non solùm à primo parente, sed à quolibet ab ipso per propagationem descendente. In quo ipsam naturam inueniet, potest dictam iustitiam iustè repetere. Et ideò, ad propositum dico quod primi parentes carnem vitiatã propagatiuè ad posteros transmittendo obligatos reddunt tàm pœnaliter, quàm culpabiliter, quia originale, & culpa est, & pœna. Et cum quilibet tali iustitia priuetur, quam Deus iustè exigit à quolibet, vt Paulus inquit.

cap. 28.

Rom. 5.

Per

Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: Et ali bi: Sicut in Adã omnes moriuntur. Quod de originali peccato intelligi dẽt, ſic ergo patet, quod Adã genus potuit obligare humanum. Sed nunc reſtat videre qũo obligatur, ideſt, quomodo anima originale contrahit, quo redditur peccato obnoxia, & obligata, & quilibet homo ab Adã progenitus, niſi à Deo præſeruetur. Modũ ergo ponit ſatis apertè Seraphicus doctor in 2. & ſtatim in 3. artic. qñ ponitur modus, quo Virgo Maria potuit præſeruari, & oſtendit, quomodo anima pura infuſa corpori contrahit, & dicit aliqua. Primum, ꝙ in carne Adæ fuit duplex corruptio propter peccatum: prima puræ pœnalitatis, quia fuit ſubiecta pœnis ſitis, famis, & ex hoc anima cũ coniungit carnaliter contrahit paſſibilitatem. Secunda corruptio fuit vitioſitatis, ſiue fœditatis, per q̃ caro eſt ſpiritui rebellis, & ex hoc aĩa contrahit culpã originalem, ſicut dicit Magiſter in litera. Et vlterius, quomodo anima inficitur corruptione culpabili ex tali fœditate, inquit, ſupponenda ſunt tria. Primum, quod fœditas carnis, poteſt facere carnem rebellem ſpiritui, vt in Adã, qui poſt peccatum ſenſit corporis ſui rebellionẽ. Secundum, ꝙ anima coniuncta carni propter coniunctionem ipſius ad carnem, vel trahit eã ſurſum, vel ab ipſa trahitur deorſum propter vinculum, quod eſt ipſius carnis ad animã. Tertium eſt, quod anima propria virtute non poteſt regere carnem, niſi iuuetur per diuinã gratiã iuxta illud Pauli: Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Subdit: Gratia. Iſtis tribus ſuppoſitis, ſubdit Seraphicus doctor, qđ ex prædictis neceſſariò ſequitur, ſi aĩa tali carni vnitur, quod ab ipſa trahitur deorſum, & per concupiſcentiã incuruatur. Rõ eſt, quia pro tunc gratia non adeſt: ſed animã incuruari non eſt aliud, q̃ ipsã peruerti: ſed peruerſitas in ſubſtãtia rõnali, quæ eſt capax iuſtitiæ, nõ eſt aliud niſi iuſtitia, & culpa: quare apparet, quod animã peccatricem poteſt facere fœditas, quæ eſt in carne, & illa fœditas hẽt traduci à primo parente in poſteros oẽs genitos lege propagationis. Hinc eſt, ꝙ mediãte carne ad oẽs trãsfudit originale. Hæc Seraphicus doctor 2. Sentent. *diſt. 30.* etiam exemplis poteſt modus talis animæ à carne infectionis declarari, vt optimè idem Seraphicus exemplificando manifeſtat. Primò de carne inciſa inanimata, quæ nõ dolet, ſed adueniente anima ſtatim dolet, & dolor eſt in anima, ſed inciſio eſt in carne. Secundò de corpore incepto ad vſum rõnis, ſed magis apto ad furiã, & freneſim, cui ſi infunditur anima, ſtatim eſt frenetica, ſiue ignorãs, & furioſa, quãdiu eſt in corpore illo. Tertiò de ineptitudine membrorum, quorum ineptitudine vis motiua à ſuo officio impeditur. Quartò de veſte infecta, quæ corpus inficit, & corpus indumentum animæ. Poſtremò de muliere leproſo deſponſata, ſicut etiã de vino poſito in vaſe immundo, & fœtente, & ſic de aliis. Accipiatur ergo, quod placet, quia exẽpla non ſemper

currunt quatuor pedibus,& sic ex rõnibus deductis, paritet & exemplis apparet modus,quo peccatum originale cõtrahitur ab anima. Sed hic est vnum dubium,ex quo ex coniunctione animæ ad carnem originale contrahitur, nunquid iustè Deus agit infundendo animã tali carne? Respondet Seraphicus doctor 2.Senten.distinct.32. quod accipiendo ly iustè,pro decentia, & decenter,quod sic. Ratio,quia ipse est conditor rerum : qua re decet ipsum appetitum corporis formati animam optantis supplere. Est conseruator humanæ naturæ, & sine infusione animæ corpus non conseruaretur. Est etiam gubernator,quare sicut instituit,ita decet gubernare:& sic res conditas debet administrare, & regere,vt eas ,pprios motus agere sinat. Vt docet Augustinus. Vel,ly,iustè, dicit, meritorum exigentiam,& sic si ex parte animæ assignari nõ possit,potest tamen assignari ex parte Adæ,qui peccando,promeruit nobis illa mala,quæ habemus:vt Anselmus in de Conceptu virginali,pariter & Seraphicus doctor loco prælegato narrant. Aliud dubium, quomodo Deus imputat animæ ad culpam, quod non est voluntariũ? Respondit Magister 2.Sentent. quod originale cũ non sit actuale peccatum,non oportet,rationem,aut voluntatem præcedere in contrahente,sed sufficit,quod præcedat in transfundente, seu parente, & sic fuit in Adã. Præfatis ergo apparet pro euidentia istius fructus, quæ de peccato originali erãt tractanda. Nunc tertio restat videre de principali, de quo fructus præsens intendit, videlicet de præseruatione animæ B. Mariæ à peccato originali,& pro euidentia eius ponã distinctionem quandam de conceptione. Secundò quasdam suppositiones. Tertiò pro quęsito dicentur quædam conclusiones. Circa primum est sciẽdum,quod conceptio in sacro eloquio aliquando accipitur pro seminis decisione ab homine,& muliere,& in matrice susceptione, de quo est illud Pauli : Sara sterilis virtutem in cõceptu seminis accepit,& illud Iob:Quis potest facere mundum de immundo cõceptum semine. Et illud Genes. Ad vnum coitum cõcepit mulier. Aliquando accipitur pro seminum coniunctione,præparatione,dispositione,& corporis formatione. De quo est illud Salomonis:In ventre matris meæ figuratus sum caro,& decem mensium tempore coagulatus in sanguine ex semine omnis. Aliquando accipitur conceptio pro animæ corpori infusione loquendo de anima rationali, de quo modo loquitur Augustinus super Ioannem. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Et de quo modo habetur Genesis. Dedit Dominus conceptum Rebeccæ, & collidebantur paruuli in vtero eius: & isto modo accipitur in proposito. Alio modo accipitur conceptio pro tota facta in vtero mansione: De quo etiam intelligitur illud allegatum, in ventre matris meæ figuratus sum caro, & computatur tempus præfatum à tempore susceptionis seminum vsque ad partum. Et de isto quarto modo est illud

6.de Ciuit.Dei.

dist. 32.

Heb. 11 cap. 13.

cap. 38.

Sap. 7.

cap. 25.

Genesis.

Geneſis. Concepit Heua, & peperit Cain. Hoc viſo, videndum eſt de ſecundo. Circa ſecundum ponendæ ſunt aliquæ ſuppoſitiones: & prima eſt, quod Deus liberè agit ad extra: & patet, quia non minus liberè agit voluntate creata: quo ſequitur, quod non tenet, vel obſeruat legem ab ipſo datam magis neceſſario, quàm condat. Ratio, quia liberè agit ad extra, tum etiam, quia nullis ſubiacet. Ex quo ſequitur quod per reſpectum ad Deum, leges, & ſententiæ, quas ſtatuit, ſunt conditionales, videlicet, ſi aliter non ordinarit, vel aliter ſibi placuerit. Et ſic multæ ſunt leges in ſcriptura, in quibus Deus diſpenſauit. Patet de ſubuerſione Niniue: de morte Ezechiæ. Diſpenſauit etiã in furto cum filijs Iſrael. Secunda ſuppoſitio, quod aliqua dicuntur fieri, & eſſe ſecundum cauſas inferiores, quæ non ſunt, nec fiunt ſecundum cauſas ſuperiores ad modum loquendi Diui Auguſtini. Sicut dicit de Ezechia, quia erat moriturus ſecundum cauſas inferiores, & tamen ſecundum cauſas ſuperiores non, nec ſecundum veritatẽ mors eſt ſecuta in proprio genere. Quo ſequitur, quod iſta conſequentia non valet: Iſte ſecundũ cauſas inferiores eſt mortuus, ergo eſt mortuus. Patet ex ſuppoſitione. Tertia ſuppoſitio, q̃ B. Virgini totũ debet attribui, alijs conceſſum ſanctis, & omne, q̃ ipſam dignificat, & diuino non derogat honori. Prima pars patet ex regula B. Hieronymi in ſermone de Aſſumptione dicentis, quod quidquid humanis poteſt dici verbis, minus eſt ad laudẽ eius. Ex ea regula, videlicet, Cæteris per partes præſtatur, Mariæ autem totam ſe ſimul infudit gratiæ plenitudo: in eodem ſermone. Ex alia regula. Quod omnis plenitudo gratię, quę ſit, & fuit in Chriſto, venit in Mariam, quanquam aliter. Ex alia regula poſita, etiam in eodem ſermone. Quidquid impenſum fuerit genitrici eius, totum eſt ad laudem Chriſti, quem ipſa genuit: & in eodem ſermone multa Beatus Hieronymus ad propoſitum ponit. Patet etiam iſta prima pars per Bernardum in epiſtola ad Lugdunenſes dicens: Quod paucis mortalium contingit eſſe collatum, fas non eſt Virgini eſſe negatum. Patet etiam per venerabilem Anſelmum de Conceptione B. Mariæ. Equidem rectè quidquid dignum vnquam de aliqua, extra ſuam perſonã voluit, de Virgine Beatiſſima voluit: Etſi voluit, fecit. Secunda pars patet ex iſta prima: patet etiã per regulam B. Auguſtini dicentis in ſermone de Aſſumptione. Quod vbi ſacra ſcriptura nihil commemorat, de B. Virgine Maria, ibi quærendum eſt ratione quid conueniat veritati ſanctæ ipſa veritas auctoritas, ſine qua nec eſt, neque valet auctoritas. Et concludit Auguſtinus, quod laborãdum eſt videre, ſi hoc conueniat tãtæ ſanctitati, tantæ prærogatiuę aulę Dei. Et multa ponit Auguſtin. in eodẽ ſermone, videlicet, q̃ id, quod ipſe in lege præcepit de honoratione parentum, in Virgine impleuit, quia ſoluere legem non venit, ſed adimplere. Hæc etiã pars patet ex verbo Euangelij dicentis. Aue gratia plena. Et doctorum

Prima.

Ion. 2. Iſa. 38. Exod. 11 & 12. ca. 6. ſuper Gen. ad liter.

Tertia.

hoc exponentium, vt patebit fructu 26. patebit ét fructu, vbi de gloriæ hñ Mariæ. Ex ista suppositione multa pñt inferri, de quibus dictum est in secũdo prologo, & dicet ét in præsenti fructu. Quarta suppositio, q̃ Deus statuens aliquã legem, cum ad eius durationẽ teneatur liberè in lege põt dispẽsare. Et hoc quadrupliter: primò legẽ reuocãdo, vt de circuncisione data in veteri testamento, & nũc reuocata in nouo. Secũdò eã ad tẽpus suspendendo, quẽadmodũ fecit in deserto. Tertiò in ea dispensando sicut ei placet, cũ nihil liget eũ, nisi ex suo beneplacito, vt de expoliatione Ægypti. Quarto lege manente, priuilegiũ speciale alicui super ipsam cõcedendo, & dãdo, vt patet de immortalitate Ioanni Euãgelistæ cõcessa, pro nunc vt multi opinãtur. Quinta suppositio, q̃ Deus põt quidquid nõ implicat cõtradictionẽ, rõ quia, oĩa sunt in sua obedientia, & omnipotens censet. Sexta suppositio est, q̃ gratia iustificãs potior est peccato originali: dato quod non, tunc nullus posset ex gratia iustificari. Septima suppositio, q̃ meritũ Christi tã præuisum, q̃ exhibitũ est magis, & magis bonũ in genere meriti, & boni honesti, q̃ aliquod peccatũ sit malũ in genere vitij & inhonesti. Patet ét, quia meritũ Christi est quid positiuum in creata charitate gratificatum: & peccatũ est quid priuatiuũ. Octaua suppositio, q̃ possibile est pẽnã alicui inesse sine culpa, loquendo de pẽna correspõdente culpæ: quæ fm causas inferiores deberet inesse: sic, quod stat aliquẽ, vel aliquã præseruari à culpa tali, & non à pẽna, quia data tali culpa, ex qua fm causas inferiores dẽret inesse, illa sic est imputabilis voluntati, sicut si poneretur inesse. Quare & sibi iustè pẽna debet. Nona suppositio. Quod cẽtetis paribus, peccatũ originale fugibilius est quocunq; veniali, quia sibi debet pẽna dãni, & veniali pẽna sensus, q̃ pẽna dãni perfugitiua est omnis pẽna sensus. Decima suppositio, q̃ contrahere originale põt intelligi, vel de iure, vel de facto, vel habitualiter, vel actualiter, vel contrahere natura, vel fm cãs inferiores, & sic pseruari pfatis modis põt intelligi, vel de iure, vel de facto. Istis ergo suppositionib. pmissis, & viso secũdo, q̃ erat videndũ, restat nũc tertiò pro euidentia istius fructus ponere aliquas cõclusiones, quarũ prima sit ista. Accipiẽdo originale pro suo causali, & cõceptionẽ primo modo, & secũdo, B. Maria in sua Cõceptione à peccato originali nõ fuit pseruata, qa libidinosè fuit cõcepta, etsi nõ actualiter, saltẽ habitualiter, qa ex cõcupiscẽtia maris, & mulieris, & qa natura filia iræ, teste Apostolo. Ex quo seqt̃, q̃ caro Virginis fuit causaliter peccato obnoxia, sicut q̃cunq; alia caro peccati, sic intelligẽdo, nõ q̃ formaliter fuerit caro peccati, sicut nec formaliter caro põt hñe aliquã rectitudinẽ, sed solũ habuit rõnẽ causalẽ, i. talẽ immundam propagationẽ: qua, vt patet, ex pdictis, sequebat̃ aiam infici, & cõsequẽter ad pẽnã ppetuã obligari, qa formata cõcubitu carnali, & in lũbis Abrahæ decimata. Secũda conclusio, q̃ accipiẽdo originale p̃ suo materiali,

Quarta. Gen. 18. Ios. 5. Exod. 11 & 12. Quinta. Exod. 14 Sexta. Septima. Octaua. Nona. Decima Ephes. 4.

materiali,& cõceptionẽ primo mõ,& secũdo,Virgo in sua cõceptione à peccato originali non fuit immunis,quia ibi fuit habitualis rebellio in carne, etsi actualis fuerit in parentibus, prout ad prolis generationem concurrerunt,vt dicunt quidam moderni,& antiqui doctores. Ex quo primo sequitur,& cum præcedentibus,conclusione,& corelario, quod secundum omnem causam imputabilitatis in inferioribus causis anima Virginis contraxit labem culpæ originalis,quia caro Virginis, fuit caro peccati,sicuti,quæcunq; alia caro causaliter.Secundò sequitur,quod anima Virginis pro primo instãti vnionis ad carnem habuit carentiam iustitiæ originalis, quantum fuit in inferioribus causis,quia iuxta secundam suppositionem culpa originalis in anima illa dicitur inesse,quæ deriuata fuit adesse,quantum est ex parte inferiorum causarum.Tertiò sequitur, quod anima Viginis accipiendo originale præfatis modis ex primo instanti sui esse quantum fuit in inferioribus causis fuit obligata morti perpetuæ, sicut quęcunque alia anima, quia æquè fuit deriuata ex illo instanti culpa Adæ ex inferioribus causis, sicut,& quælibet alia,vt dictum est. Tertia conclusio, quod accipiendo originale pro suo priuatiuo,& conceptionem tertio modo,B.Maria in sua conceptione non ab omni eo,quod dicit, sic accipiendo originale, immunis fuit,quia iustitiam originalem non habuit omni, & eodem modo,quo eam habuerunt primi parentes. Etiam si quædam originalis iustitiæ eis perfectius habuerit. Istud dico propter quosdam nolentes concedere Virginem ad statum primæ innocentiæ deductam etiã pœnis exceptis.Ex quo sequitur quarta conclusio,quod accipiẽdo originale pro suo pœnali,& conceptionem tertio modo, & quarto B.Maria nõ fuit ab omni peccati originalis pęna pręseruata,maximè si mors originalis peccati pœna ponatur.Quinta conclusio,quod accipiendo originale pro suo formali, & conceptionem tertio modo B.Maria de iure cõi,& sui natura ab originali præseruata non fuit. Hoc. n. non dicit quid de facto,sed quid fuisset,nisi ex diuina gratia præseruata fuisset.Ratio huius conclusionis est, quia more aliorum generata fuit:Etsi Seraficus Bonauentura concedat in tertio. Et quidam doctor moder- *dist. 3.*
nus eum sequens dicat eã non conceptam cum concupiscentia actuali,sed habituali:quare propositum.Item natura sumus filij iræ vasa iniquitatis,& in peccatis concipimur, quare & B.Maria,quoad rationem seminalem concepta fuit. Et quia apud Doctores de præfatis conclusionibus quæstio non habetur, sed de sequentibus, ideo dico vlterius, quod accipiendo originale pro suo formali,& cõceptionem tertio modo,quia sic est,ad propositum pono aliquas conclusiones.Prima sit ista. Quod Deus potuit animã Virginis præseruare, ne maculam originalis peccati in sua contraheret conceptione tàm potentia absoluta, quã ordinata.Ista habet duas partes.Prima,quod de potentia absoluta, se-

cunda de potentia ordinata. Quãtum ad primã partem probatur primò ex parte Virginis sic. Anima Virginis fuit possibilis præseruari, ergo absolutè fuit possibile pro primo instãti sui esse animã Virginis præseruari à culpa originali, ergo. Secũdò probat ex parte Dei, q potuit. Positis omnibus præmissis in anima Virginis adesse culpæ originalis absolutè, fuit possibile Deum animã Virginis præseruare à culpa originali. Ratio, quia positis omnibus positiuis, vel priuatiuis in causis inferioribus ad aliquod positiuum, vel priuatiuum esse, stat effectum non esse, quia causa prima potest suspendere omnem causam secundã ab agere, igitur. Patet de Ezechia iuxta secundam suppositionẽ. Quo sequitur, quod si caro Virginis sit cõcupiscentialiter propagata, Deus ipsã de potentia absoluta potuit præseruare. Probatur vlterius hoc, quia Deus iustitiam originalem, & gratiam cuiuscunque vult potest cõferre, igitur. Item nonne Deus potest gratiã animæ largiri pro quocunq; instanti est capax: & per consequens pro instanti illo, quo corpori vnitur, quia si pro tunc eidem imputaret, & pro quolibet instãti, & tempore sequenti. Deus ad legem conditã nõ obligatur necessario ex prima suppositione, igitur. Per quartã suppositionem Deus potest legem suspendere, igitur. Item hoc non claudit contradictionem, vt patuit, nec ex parte Virginis, nec Dei, igitur: patet ex suppositione quinta. Deus etiã offensã, & culpã sua omnipotẽti virtute potest remittere, aliter impotẽs esset. Animã enim potest per gratiã, quã infundit, magis ad se trahere per præseruationem, & sanctificationem, quã caro per infectionẽ igitur. Actiones cuiuscunque agentis naturalis sua absoluta potentia potest suspendere, & per consequens carnis in animã potest impedire. Quando prius, & posterius non sunt idem realiter, Deus potest facere prius sine posteriori, & conseruare. Natura Virginis prius est, nec idem realiter cum reatu originali aliquo, aliter non posset ab ea diuidi: igitur. Deus etiã quod potest remouere potest non infundere, sed Deus potest à Virgine peccatum originale remouere, ergo, & non infundere, idest, non permittere quod infundatur. Iustitiã originalem ab aliquo non necessario Deus exigit, sed liberè, & reputat non habenti: cur ergo de potentia absoluta non potuit Virginem præseruare? Hãc partem probãt suppositio secũda, tertia, quarta, quinta, sexta, & septima. Secunda pars, quod de potentia ordinata, qua Deus nunc cuncta gubernat, & agit, hoc potest, probatur sic. leges Dei, & sententiæ sunt conditionales ex corelario primæ cõclusionis, ergo sicut de facto dispensauit in lege data de furto, & legem suspendit de circumcisione, & priuilegium dedit in lege mortis (pro nunc vt aliqui putãt) Ioãni, quare & in proposito ex quarta suppositione. Stãte sua ordinatione Deus pseruauit ab igne tres pueros. Abrahã liberauit de Hur Chaldæorũ. Danielem bis à leonibus, quibus fuit obiectus, & sic de alijs diuinis miraculis. Vtpote de sole stãte in medio cœli, et ipso retrogrediente, & sic de alijs, quæ oĩa

Dan. 3. 2. Esdr. 9. Iosue. 2. Reg. 20.

sunt

sunt facta contra cursum naturæ, Dei lege stãte. Quare, & de sua ordinata potentia potuit Virginẽ ab originali præseruare. Deus sua lege stãte aliquos à peccato purgat, & quia Deo non est impossibilius mundare plùs in vno tẽpore, q̃ in alio, & nunc, q̃ ante, sua lege stãte, ergo, & ab originali põt præseruare sua ordinata potentia. Ipse Deus precibus Sãctorum nunc morbos curat animarũ, primã gratiã infundendo, quare, & aliquem præseruare, cum ad laudẽ medici non solũ sit ab infirmitate curare, sed ne in infirmitatẽ quis incidat, præseruare. Secundò probatur dicta conclusio ex efficacia meriti passionis Christi. Ipse enim per viã meriti potuit Virginem prẽseruare à peccato originali. Et arguitur sic. Tota latitudo culpæ mortalis non est tãmala, sicut est bonitas, & acceptibilitas meriti Christi, vt patebit fructu 55. Da quod sic Christus nequisset redimere suo merito à peccato. Tunc sic. Meritum Christi põt esse prẽmium antecedens ad præseruãdum à culpa actuali, & remissionem eiusdem, igitur, & originalis, cum incõparabiliter sit detestabilior culpa actualis originali, ergo meritũ Christi fuit possibile esse prẽmium antecedens ad prẽseruationem Virginis ab originali. Quo sequit̃, q̃ quẽcunq; præseruatio à quacunq; imaginaria culpa potest esse premium passionis Christi, quia si quodcunq; agere meriti sui potuit mereri præseruationem, ergo multò magis agere suæ passionis. Quo sequitur, q̃ quæcunq; præseruatio à quacunq; imaginaria culpa, potest esse effectus redẽptionis Christi: patet ex dictis. Sic ergo patet dicta conclusio. Secunda conclusio. Decuit Deũ aĩam B. Virginis, ne maculã originalis peccati in sua conceptione contraheret præseruare. Ista patet ex aliquib. propositionibus. Et prima propositio est ista. Quod B. Virgini tm̃ sibi reuerentiæ & honoris debetur, quãtum sine inconuenienti exhiberi põt. Ista patet ex tertia suppositione, & eius probatione. Patet ét quia Dei mater: Tum etiam, quia excedens oẽm purã creaturã, gr̃a, meritis, & gloria. Etsi dicatur, q̃ ex ista propositione vr̃ sequi, q̃ Christus debuit eã sibi facere ẽqualem, vel angelum, vel non natã ex concubitu, vel non subiectã passionibus naturalibus, & sic de alijs. Respondeo, q̃ sibi eã æqualem facere non potuit. Similiter angelum eã facere non decuit, quia tunc non fuisset in ea incarnatus, nã concipere hoĩem non põt angelus. Eã ét nasci sine concubitu non decuit, q̃ isto modo solus Christus nasci debebat. Nec decuit eã sine oĩbus passionibus facere, quia nulla irreuerentia fit matri tales suscepisse, quia eas filius voluntariè sustinuit. Similiter ad ostendendũ Christũ carnẽ passibilẽ assumpsisse, B. Maria habuit passiones, cuius oppositum apparuisset, si Maria eius mater nullã passionẽ sustinuisset. Secunda propositio, q̃ Christus matrem ab originali prẽseruãdo non impedit inæqualitatem sui ad ipsã. Rõ, quia nõ sequitur: Originali B. Maria caruit, ergo Christo filio suo fuit æqualis. Patet, quod non valet, quia Christus, nec

Prima.

Secund.

formaliter, nec virtualiter habere originale potuit: Maria aũt sic. Christus præseruãte nõ indiguit, Maria aũt sic. Christus suæ virtuti relictus nunq̃ cõtraxisset: Maria aũt necessariò contraxisset. Christus in sua cõceptione à seipso accipere iustitiã originalẽ potuit: Maria autem non. Christus verus Deus, & homo: Maria aũt pura creatura. Christus natus de virgine supernaturaliter: Maria aũt nata de concubitu naturaliter, et corruptione. Christus de se omnipotens, Maria aũt de se nihil potens. Christus mundi creator, Maria nihil põt creare: Christus vir, Maria aũt fęmina: Christus ab instãti suæ conceptionis beatus, Maria aũt toto tpe vitæ suæ subiecta miseriæ, & pęnæ. Christus nec fm causas inferiores, nec superiores habuit iputabilitatẽ ad culpã originalẽ, Maria verò fm inferiores causas & in proprio genere. Christus conceptus de Spiritu sancto, Maria non: Christus nõ indiguit priuilegio præseruationis, Maria aũt sic. Quare tã ex dictis, q̃ ex alijs apparet difformitas inter Christũ, & Mariã. Et sic apparet secũda propositio. Tertia propositio. Quod priuilegia gratiarũ alijs concessa non debent negari à Maria: patet ex dictis in probatione primæ partis tertiæ suppositionis. Quo sequit, q̃ priuilegiũ Heuæ primæ matris quoad immunitatẽ à peccato in productione Virgini non est ne gatũ, sed cõcessum. Nec ẽt priuilegiũ innocentiæ angelis concessum, in qua cõditi sunt. Nec est Mariæ negata super omnes sublimitas. Quo ẽt concluditur, vt dicit Venerab. Anselm. cap. 18. de Conceptu virginali, q̃ B. Mariã nõ solũ decuit nitere, sed nituit maiori puritate, qua sub Deo nequit intelligi proportionata, & cõparata perfectione Mariæ, & Dei maternitate ad angel orũ perfectionẽ. Quarta propositio, q̃ sic eã Christus præseruãdo nulli facta est iniuria, aut indecentia: patet, quia non Christo ex secunda suppositione, non naturæ, quia quod imperfectio à natura tollatur, nõ fit naturæ iniuria. Nulli ẽt hoĩum fit iniuria, quia si sic, ergo, & quod ipsa sit facta mater Dei esset iniuria. Patet, quia nulli alteri congruit, quod est ridicul ũ, cũ Mariæ exaltatione ad Dei maternitatẽ sit multipliciter humana natura exaltata, vt fructu 27. & 28. dicetur, igitur. Quinta propositio. Q̃d puritatẽ mẽtis, & munditiã, ac integritatẽ Deus potius diligit, q̃ corporalẽ: patet, quia maior. Pãtet ẽt, quia illã tenetur, & debet quilibet habere; ad aliã aũt non omnes astringuntur. Ex præfatis ergo propositionibus apparet quod dicit secunda conclusio: videlicet, q̃ decuit Deum Virginem præseruare, patet, quia nulli fit iniuria ex quarta propositione. Est talis præseruatio opus magnæ reuerentiæ: quare ex prima dẽt Virgini attribui. Non derogat Christo ex propositione secũda, ergo iuxta tertiã propositionem nõ debet à Virgine negari. Et iuxta quintã Deus elegit integritatem veteri virginalis, ergo a fortiori internalẽ, & sic patet dicta conclusio ex dictis propositionibus. Tertia coucluſio principalis, q̃ quod de facto B. Maria in sua conceptione, tertio modo sumẽdo

conce-

conceptionem ab originali, accipiendo originale formaliter, præseruata, ne contraheret, fuit. Illa conclusio probatur.

Primò probatur dicta conclusio rationibus. Et prima ratio fundatur in filiatione naturali. Christus fuit virginis naturalis filius ergo decuit illã præseruare, & sic de facto fecit ex dictis. Et si dicatur, qd non erat ad huc filius, non valet ratio, quia ab æterno erat ab ipso in matrẽ accepta, igit. Secúda ratio fundatur in implectione legali. Nã Deus dedit legẽ de honorãdo parẽtes, & subueniẽdo in necessitatib sed maxima necessitas fuit succurrere matri, ne caderet in originale, quia necessitas ad mortẽ æternalem. Item Christus minora legis adimpleuit, scilicet Circunciſionem, & purificationem, igitur. Tertia ratio fundatur in operatione inæquali. Non minus fuit digna mater Christi, quàm angelus, Adam, & Heua, sed hi in sua factione nullam maculam habuerunt, igitur. Item non minus est digna Maria, quàm aliquis, qui in puris naturalibus crearetur, sed ille non haberet peccatum, igitur. Quarta ratio fundatur in perfectione singulari. Maria dicitur benedicta in mulieribus secundum Hieronymum, & Augustinum ideſt super omnes mulieres, ergo puritas alijs concessa à Maria non debet negari, ergo si Heua à Deo mundissima est facta, quare & Maria. Quinta ratio fundatur in collatione supernaturali. Christus dedit maiora dona, & minus necessaria Virgini. Patet, quia eam suam natrem fecit, ergo & minora dona dedit, scilicet præseruationem à peccato originali. Item præseruauit Virginem à pœna Heuæ, ergo & à culpa. Sexta ratio fundatur in renouatione spirituali. Non minus perfectionis fuerunt nouus Adam & noua Heua, quàm primi, sed primi fuerũt facti sine inperfectione peccati, igitur. Septima ratio fundatur in electione sapientiali. Sapiẽs debet eligere, quod est perfectius, & melius, sed Christus est sapientia increata, & cum melius sit, & eligibilius habere matrem sine omni macula, quàm cum macula, & potuit eam sic habere, igitur. Octaua ratio fundatur in mediatione veniali. Maria Dei mater debebat esse mediatrix inter nos, & Deum, scilicet, eius filium: & eius filius inter nos, & Deum, ergo carere debebat quolibet vitio, & macula, qua erat discordia, quare peccato originali, & omni alio. Nona ratio fundatur in dilectione æternali. Dilectio æternalis Dei non capit aliquam maculam ad mortem æternalem in eo, quod digit ad summum possibile conferendum per ipsum puræ creaturæ, sed sic est de Virgine Maria cognosci. quia eandem prædestinauit ad gratiam maiorem possibilem conferri puræ creaturæ, vt patuit fructu primo, quia, vt esset mater Dei. igitur. Decima ratio fundatur in dãnatione pœnali. Non fuit conueniens matrem Dei addici morti æternali pro quacunq; mensura, ergo originali caruit. Vndecima ratio fundatur in corruptione corporali. Corruptio corporalis, siue incineratio

& se-

Gen. 3. & sequela peccati patet in maledictione terræ: & quia cinis: sed corpus Virginis mansit incorruptum, quia resuscitatum secundum opiniones doctorum, & Ecclesiæ: igitur. Item Christus elegit matrem incorruptam corporaliter, quare, & spiritualiter, igitur. Duodecima ratio fundatur in exaltatione finali Maria exaltata est prærogatiua meritorum, & gratiarum super choros angelorum, quare peccato originali caruit. Tertiadecima ratio fundatur in electione virginali. Virgo debuit elegisse quamcunque pœnam temporalem potius, & per quantumcunque tempus, quàm esse in originale per quodcunq; instans ex nona suppositione, igitur. Quartadecima ratio fundatur in vocatione singulari. Maria vocatur mater gratiæ, igitur nulla gratia sibi defuit, quoad numerum secundum Hieronymum: et sic quoad vsum: igitur habuit gratiam præseruationis ab originali. Quintadecima ratio fundatur in conditione speciali, Maria ex omni parte peccatum cõtriuit, ergo nullo fuit subiecta peccato, nec peccatum aliquod potest gloriari se dominium in Maria habuisse. Sextadecima in prædestinatione æternali, & diuinali Mariæ à Deo possessione. Dominus Mariam ab initio

Prouerb. viarum suarum possidet: ergo nullum originale habuit. Dà quod sic nõ fuisset, ergo in initio non possedisset. Ité ibidẽ subdit. Nec dũ erant abyssi, & ego iã cõcepta erã. Alię rõnes adducunt per doctores, sed pfatę sufficiant pro psenti. Hæc conclusio secundo probatur sacrę scripturæ auctoritatibus, & figuris. Auctoritatibus primo scripturæ. Et prima

Cant. 6. est. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Tota, idest, corpore, & anima, & alibi. Vna est columba mea, formosa mea, immaculata mea.

cap. 7. Quarta est Sapientiæ. Etsi exponitur de sapientia increata, transumptione, exponitur de Maria. Nihil coinquinatum incurrit in illam. Alia est à luce, idest Aue, idest, sine væ. Dominus tecum. Augustinus: In corde, in ventre, in vtero, in auxilio. Benedicta tu in mulieribus, idest, super omnes mulieres. Quare, & super Heuam. Item, Gratia plena; Quarè plenitudinem gratiæ omnium habuit, & sic puritatem

2. Re. 23 angelorum. Alia auctoritas habetur. Sicut lux Auroræ mane absque nubibus rutilat. & sic de alijs. Figuris probatur: et prima figura est

cap. 1. Genesis. Diuisit lucem à tenebris. Secunda est illa, quæ habetur Exod.

cap. 25. Arca facta est ex lignis imputribilibus, idest, Maria quoad corpus, & animam nunquam peccato infecta. Alia est quæ habetur Exod. Quod

cap. vlt. Tabernaculo fœderis erecto statim gloria Domini illud impleuit. Alia est quæ habetur tertio Regum. Quod nihil erat in templo, quod

cap. 24. non auro tegeretur, id est, Maria gratia. Alia est Numeri. Orietur stella ex Iacob. Virgo fuit hæc stella, quare generata sine macula. Alia est de domo à sapientia ædificata. Alia est de vase admirabili opere excelléti. Alia habetur Isaiæ. Egredietur Virga de radice Iesse. Si virga, ergo recta, & non inclinata. Alia habetur Ieremiæ. Virgam vigi-

Proue. 2. Eccles. cap. 9.

lantem,

lantem, ideſt, Mariam in peccato non dormientem. Alia eſt Ezechielis. Vidi portam in domo Domini clauſam, ideſt, Mariam, ad quam peccatum nunquam aliquod intrauit. Multæ aliæ ſunt figuræ, ſicut de ſole, de luce, de luna, & de ſtella, quæ omnes arguunt tàm conceptum Mariæ, quàm eius ortum præſantiſſimum fuiſſe. Auctoritatibus ſanctorum doctorum, poteſt hæc concluſio oſtendi. Vide in tractatu Petri Aureoli de conceptione. Sed pro nũc eſt auctoritas ad hoc. Venerab. Anſelmi libro de Cõceptione Virginis, quem edidit cõtra D. Bernardum Abbatem Clarauallenſem, vbi determinat, quòd Virgo in conceptione peccatum originale non contraxit. Et de conceptu Virginali dicit, quod decuit, quod Virgo tanta puritate niteret, qua ſub Deo maior nequeat intelligi. Gregorius in reſponſorio. Felix namque es ſacra. Et ſequitur omni laude digniſſima, & ſi ſic, ergo, & hac, vt ſine peccato ſit cõcepta. Auguſtinus in ſermone de Natiuitate Virginis. Quas laudes fragilitas humana perſoluet? Sed iſtam poteſt perſoluere, ipſam credere ſine peccato originali conceptam. Hieronymus: Cæteris per partes præſtatur, Mariæ autem totam ſe infudit gratiæ plenitudo. Et hoc dicit exponendo illud, Aue gratia plena, in ſermone de Aſſumptione, qui incipit. Hodie. Alias auctoritates ponere ad præſens omitto. Ex ꝓfatis ergo apparet, quomodo Virgo benedicta in ſua cõceptione originale contraheret, fuit à Domino mirificè præſeruata. Sed reſtant nunc quædam dubia ex prædictis orientia ſoluere. Et primum dubium eſt. An talis præſeruatio Virginis, ne contraheret in ſua conceptione originale fuerit maius beneficium, quàm contrahendo remiſſio eiuſdem. Reſpondeo, quod cuiuſlibet culpæ determinatæ ad eſſe in cauſis inferioribus præſeruatio cæteris paribus eſt maius beneficium, quam præſeruatio eiuſdem non ſic determinatæ ad eſſe. Patet quia talis culpa eſt magis imputabilis illi perſonæ, quàm illa, quæ, non eſt determinata ad eſſe, igitur. Item quia talis culpa per talem determinationem ad eſſe dicitur aliqualiter puta in ſuis cauſis, igitur. Secundò dicitur, quod cuiuſlibet culpæ determinatæ ad eſſe præſeruatio eſt maius beneficium quàm eiuſdem remiſſio, cæteris paribus. Ratio, quia aliquod bene eſſe eſt in præſeruatione vltra id, quod eſt in remiſſione videlicet voluntatis rectitudo, & integritas, ſed integritatem non dicit remiſſio, quia ibi fuit corruptio per culpam. Tertiò dicitur generaliter, quod quælibet præſeruatio à culpa eſt maius beneficium remiſſione eiuſdem culpæ, patet ex dictis, quo ſequitur. Reſpõdeo ad dubium, quod in Virgine præſeruatione contratheret fuit maius beneficium, quàm remiſſio culpæ ſi contraxiſſet. Patet ex dictis. Quo ſequitur argumentum ad probandum ipſam non eſſe in originali conceptã, quia Chriſtus decuit omne beneficium conferre matri, quod maius eſſet, quare, & præſeruare ex dictis. Secundum dubium, Cum virgo per iam

cap. 2. c. 42.

cap. 18.

dicta

dicta fuerit ab originali præſeruata, ſed non à pluribus pœnis debitis ipſi originali, nũquid poſſit fieri præſeruatio à culpa, non præſeruando à pœnã tali culpę debita. Reſpondeo, et ſi pateat ex octaua ſuppoſitione, dicitur tamen, quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, quod fiat præſeruatio à culpa determinata ad eſſe in cauſis inferioribus, & non à pœna tali culpę debita in eſſe. Et ſic dicitur, quod poteſt fieri preſeruatio à culpa ſic determinata ad eſſe abſque preſeruatione à pœna tali culpę debita ineſſe. Secundò modo poteſt intelligi quod fiat præſeruatio à culpa non determinata adeſſe, ſed non à pœna, & ſic dicitur, quod non ſtat ſecundum legem Dei preſeruari à culpa, non preſeruando à pœna. Ratio quia nullam imputabilitatem habet ex quo ineſſe nõ debet. Item Deus non prius vltor, quàm aliqũis ſit peccator. igitur. Quibus ſequitur, quod peccatum originale cum ſecundum cauſas inferiores infuerit Marię ſecuudum dicta ſuperius, & ſi fuerit ſecundum cauſas ſuperiores preſeruata ab eo, pœnę ipſum conſequentes iuſtè Marię ſunt inflictæ, vt patet ex dictis. Tertium dubium. Si beata Maria, vt prædicitur, fuit ſic præſeruata, quomodo beata Maria poteſt dici à Chriſto fuiſſe redempta? Reſpondeo ad hoc. Primò quod ſacramenta antiquæ legis, erant in remedium contra originale peccatum ſicut circunciſio, vt dicit Magiſter in quarto. Secundò ſciendum, quod ipſa ſacramenta veteris legis habuerunt efficaciam à paſſione Chriſti præuiſa. Patet de conſecratione. cap. propriè. Et in Gloſſa ordinaria, ſed non à paſſione Chriſti iam exhibita, quia Chriſtus non dum erat natus & mortuus. Tertiò, quod Virgo fuit præſeruata uirtute paſſionis Chriſti præuiſæ. Ratio, quia idem effectus requirit eandem cauſam, ſed liberatio ab originali in omnibus eſt virtute paſſionis Chriſti vt dictum eſt, ergo & præſeruatio. Quartò, quod hoc poſito, virgo fuit perfectiſſimo modo redempta. Vbi ſciendum, quod ſex ſunt modi redemptionis, ſiue redimendi à peccato. Primus, cum quis redimitur poſt lapſum immortale peccatum, quo modo communiter redimuntur peccatores. Secundus, cum quis redimitur poſt lapſum in peccatũ veniale. vt cum quis non cecidit in peccatum mortale, ſed tãtum in veniale. Tertius cum quis redimitur poſt lapſum in peccatum originale, vt pueri in baptiſmo, & ſanctificati infra vterum maternum. Quartus verò, cum quis redimitur ne in peccatum mortale prolabatur, vt apoſtoli poſt Penthecoſten, qui vt tenetur ex tunc mortaliter peccare non poterant. Quintus cum quis redimitur, & ſeruatur ne labatur in veniale, ſicut de Ioanne Baptiſta aliqui volueront dicere, exponentes ad hoc id, quod de eo cantat Eccleſia Ne maculare vitam leui famine poſſes. Quamuis Auguſtinus oppoſitum tenere videatur in libro de natura, & gratia. Sextus modus, & perfectiſſimus eſt redemptionis cum quis redimitur, & ſeruatur, ne labatur in peccatum originale. Et Chriſtus

diſt. 1.

diſt. 4.

ſtus præfatis quinque modis vſus fuit, aliquos redimendo à mortali, ne caderent, aliquos, vt poſt lapſum reſurgerent. Et ſic de peccato veniali, aliquos præſeruãdo, & aliquos poſt lapſum releuando. Similiter à peccato originali releuando. Cum ſextus modus ſit perfectior omnibus antedictis, decuit eum ipſo in aliquo, & pro aliquo vti. Non poteſt dici pro ſe, quia nec de iure, nec de facto peccatum potuit ineſſe eidem. Sed magis decuit circa ſuã matrẽ, & ſic fecit, vt iã dictę rõnes oſtendunt, quare, & nobiliori modo præ alijs eſt redempta, & ſic patet ad dubium. Quartum dubium. An poſſit concedi verè, quod B. Maria fuit purgata à peccato originali. Reſpondeo quod Maria Virgo ritè dicitur purgata à peccato originali, non quod infuit, ſed quod infuiſſet, niſi præſeruata à Deo fuiſſet, & quod, quantum ad cauſas inferiores fuit, habuit, & ſi non quantum ad cauſas ſuperiores. Quintum dubiũ. An debeat concedi ex quo non contraxit, quod ipſa ſanctificata fuit. Reſpondeo quod ſic. Ratio, quia Chriſtus dicitur ſanctificatus. Similiter anima Chriſti dicitur ſanctificata. Ego ſanctifico me ipſum. Similiter ſancti ſanctificantur. Qui ſanctus eſt ſanctificetur adhuc. Nomen etiam Dei, quod eſt Sanctum, petimus in oratione ſanctificari. Et tamẽ per ſe eſt ſanctum. Sic Maria poteſt dici ſanctificata. Sed quomodo, fructu nono dicetur. Sextum dubium. Quomodo ſaluatur illud Ioãnis in prima Canonica: Si dixerimus, quia peccatum non habemus. Reſpondeo quod peccatum in ſcriptura accipitur aliquando pro peccati pœnis: iuxta illud Petri primo: Peccata noſtra ipſe pertulit. Ibi peccatum pro pœna accipitur peccati, ſcilicet famem, ſitim, & mortem. Septimum dubium, quia ad maiorem humilitatis Chriſti commendationẽ videtur, eſſe eum natum de peccatrice, quàm non. Reſpondeo quod quia venerat omnia peccata abluere, ab omni peccato ipſe liber eſſe debuit, aliter redemptor & ſanctificator non fuiſſet, atque de matre quæ præſeruata eſſet ab omni peccato, naſci decuit. Octauum dubium, quia ſancta ſcriptura nullibi videtur beatæ Mariæ huiuſmodi honorẽ tribuere, imò magis oppoſitum. Reſpondeo per dicta ſupra, patet per oppoſitum. Inſuper ſi in ſacra ſcriptura non ſunt expreſſa, ſunt tamen maiora, & æquipollentia, quare accipiendo magis, & minus, & æquipollens, patet per ſuppoſitionem tertiam. Nonum dubium eſt de modo, quomodo ponitur præſeruata. Reſpondeo quod vnus doctor ſatis antiquus dicit, quod hoc potuit fieri. Primo, vt caro purgaretur, antequam eidem iungeretur, ſcilicet, anima. Secundò quia vt dicit, originale eſt in carne cauſaliter: illa cauſalitas fuit ſublata. Tertiò dici poteſt per priuilegij conceſſionem, vt ipſa ſine reatu naſceretur. Sicut Princeps poteſt concedere parentibus ſeruis, quod primus filius naſceretur liber. Quartò dicit per ſingularem diſpẽſationem cum Virgine, vt non ad legem originalis teneretur, ſicut Papa diſpenſans cum filio

Ioan. 1. Apoc. 22. Matt. 5.

cap. 2.

ex

ex adulterio originato ne nascatur irregularis, non est irregularis qui nascitur. Sed præfata modum non bene declarant. Et in ista materia est duplex modus dicendi secundum quod originale dupliciter potest accipi, vt est dictum. Dictum est enim, quod originale causaliter erat libi dinosa seminis conceptio, vt dicit Magister in secundo. Vnde capite secundo dicit Magister in fine: In concupiscentia igitur, & libidine concipitur caro formanda in corpus prolis: vnde caro ipsa, quæ concipitur in vitiosa concupiscentia polluitur, & corrumpitur, ex cuius contactu anima cum infunditur contrahit, & fit rea, id est, vitium concupiscentiæ, quod est originale peccatum. Et capite sexto respondendo dicit, quod multiplex defectus carnis, & præcipuè pollutio quædam, quã ex furore coitus parentum, & concupiscentia libidinosa contrahit caro, dum concipitur, causa est originalis peccati, quæ recte vitium, siue corruptio carnis appellari potest, quã fœditas. Ad propositum dici potest, quod ex quo causa peccati originalis est ipsa corruptio, vitium, & carnis fœditas, si talis à carne ipsa amoueretur, antequam sibi anima vniretur, non macularet animam iuxta modum loquendi Magistri. Sic ergo Deus potuit, & fecit in Virgine, quare de facto non contraxit. Et iste modus addito hoc, quod animæ data fuerit à Deo gratia ante infusionem ipsius carni, est satis facilis, & apertus. Alius modus respondendi est, opposito modo ad dicta de contractione originalis peccati, quod Deus in instanti creationis animæ infundendæ carni gratiã tribueret; cum per dicta in suppositione sexta gratia sit potior peccato à carne anima non traheretur deorsum, sed magis è conuerso. Quare ipsa iuxta dicta supra de contractione originalis, peccatum originale non contraheret. Iste modus oppositio modo, vt dictum est accipitur ad modum, quo anima contrahit originale ex coniunctione ipsius ad carnem. Vterq; modus sufficit ad propositum. Primus tamen ostendit clarius, & etiam dicẽda, videlicet, de extinctione fomitis tàm habitualis, quàm actualis in Virgine in ista prima sanctificatione, vt dicũt quidam moderni. Accipiatur quod placet. Decimum dubium est, quomodo rationes, & auctoritates, quæ oppositæ ad iam dicta videntur esse, debent, & possunt solui. Respondeo, quod pro hoc sunt aliqua notanda. Et primum est, quod aliud est habere, vel contrahere, vel debere habere aliquid secundum causas inferiores, & aliud secundum causas superiores. Habere secundum causas inferiores est, quando positis omnibus causis inferioribus cum requisitis ad effectum, sequitur effectum esse, qnantum est ex parte talium causarum, & stat effectum esse debere. Et tamen non esse secundum causas superiores, sicut dictum est de Ezechia suppositione secunda. Quo sequitur, hanc consequentiam nõ valere. Hoc debet esse secundum causas inferiores, ergo est. Sicut non valet. Ezechias secundum causas inferiores debebat mori, vel fuit mortuus;

dist. 31. q. 3. et 4.

tuus, ergo est mortuus vel moriturus. Quia aliud significatur per antecedens, quàm per consequens. Secundum notandum, quod aliud est præseruari à pœna, quæ correspondet culpæ deriuatæ ad esse secundũ causas inferiores, quia talis culpa dicitur quodam modo inesse ex iam dictis. Aliud à pœna, quę non correspondet culpæ determinatæ ad esse. Tertiũ notandũ, q; aliud est, aliquid inesse alicui, & debere de iure, & aliud est inesse de facto, & è conuerso, quia multa sunt de facto, & fiũt, q̃ nec sunt nec fiunt de iure, & e cõuerso multa sunt, & fieri debẽt de iure, quæ nec sunt, nec fiunt de facto. Multa etiam sunt in potentia, quæ non sunt in actu. Quartum notandum quod sacra scriptura aliquando vtitur propositionibus vniuersalibus secundum vocem, & nõ secundum rem, videlicet, vt sint vniuersales simpliciter, vt in his. Omnis homo mendax. Omnes declinauerunt. Videbit omnis caro. Et illuminat omnem hominem: quæ non sunt vniuersales simpliciter, quia nec Christus, nec eius Mater, nec Martyres fuerũt mendaces, nec Christus, nec Mater declinauerũt. Similiter Christus non illuminat omnem hominem, quia sic nullus damnaretur, nec omnis caro videbit salutare, quia nec iumenta, nec volatilia. & ideo in talibus non sequitur consequentia, sicut dicimus etiam in ista. Totus mundus vadit post ipsum. Multi tamen non ibant, & ideo distribuit solum pro tantum eũtibus. Est etiam aliquando hyperbole, & figura grammaticalis, & exceptiua locutio. Quintò notandũ, quod dicta sacræ scripturæ in diuersis partibus habent accipi diuersimodè, quia scriptura aliquando loquitur recitatiue sicuti ibi de Christo: Dæmonium habes. Reus est mortis. Blasphemauit. Commouit populum. Ista non sunt vera, sed recitantur dicta de Christo. Aliquando disputatiuè sicut Salomon in libro Ecclesiastes, aliquando in persona fatui, aliquando in persona prudentis, quæ non sunt vera nisi disputatiuè. Aliquando loquitur interrogatiuè, vt in illud: Nunquid non ipse est pater tuus? Aliquando loquitur determinatiuè, vt ibi. In principio erat verbum. Aliquando figuratiuè, quia omnes modi figurarum grammaticaliũ inueniuntur in scriptura, & specialiter est ibi Tropologica, Allegorica, & Anagogica figuratio. Aliquando dubitatiuè, vt ibi: Quis scit si conuertatur, & ignoscat. Quis putas puer iste erit. Aliquando negatiuè, & affirmatiuè, vt in præceptis. Aliquando cõditionaliter, vt in libro Iob. Et sic etiam est communiter de omnibus sententijs, comminatorijs Dei, vt illud Ionæ. Adhuc quadraginta dies, & Niniuæ subuertetur. Quapropter, cum distinctus sit modus loquendi scripturæ, non sequitur quod omne, quod dicit, affirmatiuè dicat. Sextum notandum, quod non oportet semper omnia dicta sanctorum, vt ex omni parte vera recipere, quia multotiens sibi contradicunt, & aliquando recitatiuè, aliquando etiam disputatiuè loquuntur. Septimam notandum, quod rationes

Deu. 32.
Ioan. 1.
Ionę 2.
Luc. 1.
Ion. 2.

tiones,quæ peccant in materia, & forma non valent secũdum regulas logicorum,vt patet in primo Priorum,& Elenchorum. Octauum notandum,& etiam superius tactum,quod iuxta regulam beati Augustini in sermone de Assumptione,Beata Maria à quibusdam generalibus excipitur regulis,Et dicit,ab illis præcipuè, à quibus eius promeretur singularis sanctitas,& singularis gratia,qua susceptione Dei astimanda est digna. Istis ergo præmissis ad ea,quæ obijci possunt,facile est respondere. Obiicitur ergo contra prædicta de præseruatione Beatæ Marię ab originali. Primò per auctoritates scripturæ,& sanctorum:secundò per rationes . Et quoad auctoritates,ne singulæ hic proponantur, dicendum ex prædictis præsuppositis,quod Virgo gloriosa fuit immunis,quoad speciale priuilegium omnis legis vniuersalis. Et applicãdo dictis sanctorũ aduersantibus huic determinationi,notandisq; quæ superius posuimus,possumus cũ illis singulis satisfacere. Quo verò ad rationes,et quo ad primam , quæ dicit,quod cum Virgo non fuisset redempta,ex quo nullum peccatum habuisset, patet responsio per dicta ad tertium dubium. Insuper, nullus doctor dixit quod ante assumptionem carnis Verbi in Virgine fuerit peccatum,cum omnes ponant eã sanctificatam perfectè in vtero. Quo verò ad secundam rationem, quæ dicebat, Virginem non indiguisse sanctificatione,patet respõsio, quia vt dictum est , præseruatio à culpa, quæ secundum causas inferiores inesse deberet , etsi non in sit secundum causas superiores, quia habet ex se imputabilitatem , exigit sanctificationem , ac si poneretur. Tertia ratio est , si beata Virgo antè passionem mortua fuisset, iuisset ad cœlum. Respondeo,quod stat præseruatio à culpa , absque præseruatione a pœna ad esse ex iam dictis. Quarta ratio,quia si fic,igitur fuisset adæquata filio. Responsum patet ex dictis in secunda propositione adducta pro probatione secundę cõclusionis principalis,scilicet quod Deum decuit. Quinta ratio: quia fuit sanctificata. Responsio patet ex dictis ad quintum dubium,& quia dicebatur ,quod habuit fomitem , respondetur quod no est verùm, vt patebit expresse fructu nonò. Nec etiam valet consequentia, habet fomitem igitur,& originale: quia in baptismo originale remittitur,& fomes remanet. Ex prędictis possunt disolui omnes aliæ rationes , quia ut plurimum in materia peccant vel in forma,vt patet intuenti notabilia suprapositа. Et sic fructus septimus,scilicet, Mariæ vt Lux ædita, idest, sicut lux transiens per infecta non inficitur, sic Mariæ anima carni aduenienis diuina assistente gratia , & operante nullo peccato originali infecta fuit, & maculata, sed à peccato præseruata clarè patet , opinionem præfatam tenendo, quod Virgu Maria ab originali fuerit in sua conceptione prędseruata, quàm tenuit Venerabilis Anselmus,Ricard. de sancto Victore, Alexander de Ales,& multi alij,quorum doctrina fulget Ecclesia, vt sole,

& lu-

& luna. Et ex his possunt multa inferri, quorum primum tale est, videlicet, quod hæc conceptio B. Mariæ pręomnibus alijs natis ex concubitu fuit singularis, non solũ, quia ex sterilibus parentibus progenita: verum quia id, quod omnes communiter progeniti tali concubitu contrahunt, ipsa non contraxit, s. originale peccatum: & ét quia lex generalis in ipsa singularem exceptionem non contrahẽdo accepit. Secundum, quod legem nouam Deus in hac sacra conceptione instituit nõ solum legem generalẽ arctando, sed gratiam dãdo in sua conceptione, q̃ nulli puræ creaturæ vnq̃ dedit: & q̃ dederit patet, quia aliter originale incurrisset: & etiam, quia facta est in hac conceptione rõnis prædominatio ad carnem, & suppressa pronitas ad malũ, & facilitas ad bonũ cõcessa: & sic B. Virgo ex tunc Deo taliter accepta extitit, quòd nunq̃ odita deinceps, quia gratia semel data, nunq̃ fuit amota, q̃ gratiã statim habuit, cũ fuit in esse, & sic fomes sopitus cũ lege membrorũ, & carnis, imò omnis fomes amotus: & sic ét Virgo fuit sanctificata, quia gratia adfuit. Vsum pariter rõnis in sua Cõcept. habuit, quia, q̃ alijs est cõcessum, fas nõ est Virgini fuisse negatũ. Si Ioanni Baptistæ in sua sanctificatione, hoc fuit collatũ ſm Ambr. & August. vt dicetur fructu 9. Cur multo excellentius non Virigini? quæ in matrẽ Dei fuit electa, & præelecta, cũ fuerit præcipuè Deo præ cunctis acceptissima. Quo vlterius etiã sequitur, virtuosis operib. B. Mariã mancipatam fuisse, & angelorum custodia, custoditam, vt verum lectulum summi Salomonis, ac sic in sui exordio Deo fuisse gratificam, vt ad quid esset ordinata à Deo cunctis ostenderet ipse Deus non lingua sermonum, sed opere virtuosorum donorum, & collatione. Et sicut sacra Virginis natiuitate lætitia est totus mundus perfusus, vt mater cantat Ecclesia, sic eius sacra conceptione, teste venerabili Anselmo in libro de Conceptu virginali gaudio perfusa est omnis creatura. Inspectis iam dictis, declaratio septimi fructus apparet, videlicet: Maria vt lux ędita. Et per consequens id quod pro talis fructus ex positione est annotatum in principio, s. Habitaculum Dei viui, anima corpusque Marię.

FRVCTVS OCTAVVS.

Maria nominatur.

EXPOSITIO BREVIS.

MIRABILE nomen, scilicet, Maria, sacræ Virgini imponitur, Domino reuelante, vt nomen per omnia concordans muneribus gratiarum, & sanctis operibus, quid, qualiter, & quanta futura esset regina Beata imposito sibi diuinitus nomine omnibus referretur.

EXPOSITIO MAIOR.

ALTISSIMVS omnium conditor, & actor Deus, sicut omne ad esse deducit sua potentia, sic sua sapientia cognoscit, & consequenter non à casu, sed proposito, non ex ignorantia, sed scientia: non ex voluntate sola, sed cognitione rei, & fiendorum ex ipsa, & per ipsam nominare potest, & habet cuncta creata. Verum, etsi per ipsum omnia sint in esse deducta, ac nomina potuerit, & posset rebus imponere iuxta ipsarum conditiones, & formas: quia hæc inferiora sua prouidētia committenda hominis dominio decreuerat, non per se, sed per alium à se distinctum, videlicet hominē denominari complacuit, qui homo Dei lumine radiatus, iuxta proprietates, & esse rebus inferioribus nomen, seu nomina rebus imposuit, prout liber Geneſis asserit euidēter. Sed quia diuinæ sapientię nostra intelligentia nō attingitur altitudo, quia incomprehensibiles, & inuestigabiles viæ eius, quorundam creaturarum rationalium, sic apud se nomina retinuit imponenda, vt à se, & per se ipsa reciperēt loco, & tpe, prout sua sapientia iudicaret. Sic factū esse de angelis credimus, quorū nomina eis ipse solus nouit, & posuit. Sic de Ismahele, Adā, & Heua, Abrahā, & Israel, Iosia, & Ioāne Baptista, & de Iesu Saluatore nostro: quorum noīa, & sic per angelos, vel alios referata, Dei tñ volūtate imposita fuere. Hoc ideo factū credimus, vt tā ex imponente, q̄ imposīti nominis intellectu quid, qualis, & quā tus esset, cui nomen imponebat, & impositū est, oībus vtiq; fieret manifestū. Cum ergo nominis impositio à Deo, & per Deū ad dignitatem pertineat eorū, quib° imponitur, & priuilegia gratiarū alijs data iuxta regulā Augustini, Hieronymi B. Virgini nō sunt denegāda, sed tribuēdaria-

Genes. 2.
Gen. 16.
Gen. 5.
Gen. 17.
Gen. 33.
3. Re. 13.
Luce. 1.
Matt. 1.

da:iã in mente diuina gratia,& meritis præ cunctis plena,liceat eãdem plenitudinem in verbi incarnatione, in ipſa principaliter obtinuerit. Hinc eſt,q; cũ præfatis nomẽ impoſitũ habeatur à Deo,multo fortius ab ipſo Deo nomẽ hoc benedictũ,videlicet,Maria,eidẽ imponi debuit, vtpote ſibi acceptiſſimæ, & præ cunctis ſanctiſſimæ, ac de ipſa futura cognitionẽ perfectã habente:& ſicut eſſe factum B. Hieronymus, Ambroſius,Bernardus,pariter,& venerabilis Anſel.atteſtãtur,ſic præſens hic fructus aſtruere conatur,dicens: *Maria nominatur*: ideſt hoc nomẽ Maria ei,à Deo imponit̃,& impoſitũ eſt. Et quia ſacra ſcriptura,vt plenè dicetur in fructu 29.nomina ponit, præcipuè tribus conditionibus, & euentu,vt patet de Abrahã,Eſau,Iacob Moyſe, Beniamin,Phares,& de alijs,vt pro parte tactũ eſt ſupra fructu 4. Hoc ẽt faciebãt gentiles ſuis,qui ab euentu multa noïa imponebãt:vt patẽt de Scipione primo, & ſecũdo Africano,ſic nominato ab Africa deuicta, de Scipione Aſiatico,de Macedonico,de Metello Numidio,de Druſo Germanico,& de alijs,qui à patrijs deuictis cognomẽ ſumebãt. Quia ergo ſic à conſilio noïa imponebant̃,ſic à Deo eſſe factũ,non eſt ambigendũ Virgini. Verũ,quia,vt Ariſtot.dicit,denominatio,cũ fiat à forma, quare tunc nomen rectè imponit̃,q̃ proprietati rei ſeruit,& formæ. Hoc nomen benedictũ,Maria,ſic cõpetit ipſi B. Virgini,vt tã generaliter, q̃ ſpecialiter geſta à Deo in ipſa veridicè declarant̃. Quapropter volẽdo de hac Dei matre notitiã habere,diligenter de hoc noïe,Maria, eſt videndũ generaliter,& ſpecialiter. Quo viſo, qualis, & quanta eſſet futura hoc noïe impoſito oĩbus reſeret̃. Sed anteq̃ ad huius noïs declarationẽ accedat̃, eſt ſciẽdũ,q; in ſacro eloquio,tã ex figuris, q̃ prophetarũ verbis ipſa futura Dei mater iuxta fienda in ea,à Deo,& per eã operanda,tã in ſe, q̃ circa alios diuerſimodè eſt expreſſa figuris,& verbis vt dictũ eſt fruct.2. & 3.& ſic conſequenter vocata noĩbus. Et vt de multis aliqua videant̃ ipſa B. Virgo in ſacra ſcriptura eſt vocata Lux. Diuiſit Deus lucẽ à tenebris.Cęlũ:iuxta illud:Sol ſtetit ĩ medio cęli: & illud: Cęlũ mihi ſedes eſt.Firmamentũ:Vocauit Deus firmamentũ,cęlũ.Sol: In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ.Luna:A luna ſignũ diei feſti:& illud:Creauit ſolẽ,lunã, & ſtellas.Stella:Oriet̃ ſtella ex Iacob.Stella matutina: Quaſi ſtella matina.Dies.Primogenitã,vocauit diẽ.Aurora:Quaſi aurora conſurgens. Arcus:Vide arcũm,& benedic,qui fecit illũ.Meridies:Indica mihi vbi cubas in meridie.Nubes:Thronus meus in colũna nubis. Nebula:Dixit Dñs vt habitaret in nebula.Nix: Nũquid ingreſſus eſt theſaurus niuis.Ros:Obuians ros ab ardore venienti fecit humilẽ, Mare:Oĩa flumina intrãt in mare.Portus: Deduxit eos in portũ. Diluuiũ: Adduxit Deus diluuiũ ſuper terram.Fluuius: Egrediebatur fluuius de loco voluptatis. Fons:Surgebat fons de terra.Puteus: Aquatũ viuentiũ puteus. Paradiſus:Plantauerat Deus paradiſum.Hortus conclaſius. Aquæductus; Ego

Geneſ.1.
Prou 30
Geneſ.1.
Pſal.18.
Eccleſ.4.
Geneſ.1.
Nu 24.
Eccl. 51.
Iob vlti.
Cant. 6.
Eccl. 43.
Cant 4.
Eccl 24.
3. Reg.8.
Iob 38.
Eccl. 43.
Eccleſ.1.
Pſal.
Geneſ 6.
Geneſ. 2.
Geneſ. 2.
Cant. 4.
Geneſ. 2.
Cant.
Eccle. 24
Pſal.
Gen. 26.
Iſai. 35.
Pſal
Iſai. 16.
Geneſ. 2.
Eccle.
Gen. 14.
Iſa. 9
Dan. 4.
Pſal.
Eccl. 24.
Eccl. 50.

Isai 55. sicut aquæducts exiui. Phison, Tigris, Euphrates, Dorix, Iordanis. Terra: Benedixisti Dñe terrã tuã. Ager cui benedixit Dñs. Solitudo: Exultabit solitudo. Mons, in quo beneplacitũ est Deo habitare in eo. Petra: Emitte agnũ dñe de petra deserti. Aurum terræ illius optimum est. Gẽma carbunculi. Vallis, scilicet benedictionis. Radix: Egredietur virga de radice Iesse. Arbor in medio terrę. Virga virtutis. cipressus, cedrus, palma, oliua, platanus, vitis, terebinthus, storax, gutta, libanus, & balsamus. Rosa pullulans. Abies pro saliuncula, scilicet, Heua ascendet abies, idest, Virgo Maria. Setim: Fac arcam de lignis setim. Amigdalus: Florebit amigdalus. Rubus: Nemus, Plantauit Abraham nemus Bersabee. Areola: aromatum: Flos, & lilium. Turtur: Vox turturis audita est in terra nostra. Apis: Breuis in volatilibus apis. Columba: Emisit columbam, & venit portans ramum oliuæ. Cerua clarissima. Ouicula: Habebat ouiculam. Vellus: Descendet sicut pluuia in vellus. Cor: Ego dormio, & cor meum vigilat. Exemplar. Fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Liber vitæ: Hæc omnia liber vitæ. Speculum: Videbitur Deus deorum in Sion, idest, in speculo, scllicet, in Maria. Vas nouum: Misit Elisæus sal. Vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Ciuitas: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Murus: Ego murus. Turris: Sicut turris Dauid, quæ ædificata est. Porta hæc clausa erit. Fenestra: Fenestram in arca facies. Thalamus: Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Thronus: Fecit rex Salomon thronum. Ferculum: Fecit rex Salomon sibi ferculum. Lectulus Salomonis: Lectulus noster floridus. Horreum, cęnaculum, cella vinaria. Clibanus fumans. Operuit clibanus fumans. Fornax succensa. Nauis: Facta est quasi nauis institoris. Scala: Vidi scalam stantem. Arca Noe: Fac tibi arcam. Tabernaculum: Fixit Iacob tabernaculum. Columna: In columna nubis antecedebat eos. Atrium. Adorate dominum in atrio sancto eius. Templum: Sanctum est templum tnum. Oraculum, siue sancta sanctorum. Intulerunt arcam in sancta sanctorum. Propitiatorium: Fac propitiatorium de auro. Altare aureũ, siue thymiamatis: Fecit altare holocausti. Velũ: Facies velum. Candelabrum: Lucerna splendida super candelabrum. Virago: Hęc vocabitur virago. Mater: Pulchrę dilectionis mater. Domina: sedet in tristitia domina gentium. Filia: Audi filia, vide, & inclina aurem tuã. Regina: Astitit regina à dextris tuis. Vna, perfecta, electa: Vna est genitricis suæ electa, perfecta mea. Soror mea paruula est. Sponsa, Ancilla. Ecce ancilla domini. Nutrix: Noemi suscepit puerum. Mulier gratiosa. Inueniet gloriam. Et lucerna splendida. Hæc de nonnullis nominibus, quibus in sacro eloquio exempli causa sunt adducta, cum multa sint alia, quibus B. Maria est vocata, sed declaratione dictorum, quid de alijs

Isai 55. Exod. 26 Eccles. 2. Exod. 3. Gen. 31. Cant. 6. Cant. 1. Cant. 1. Eccles. 2. Genes 8. Prouer. 5 2. Re. 11. Psal. Cant. Exod. 25 Eccle. 24 Psal. 4. Reg. 2. Eccle. 50. Psal. Cant. 8. Cant. 8. Ezec. 44 Genes. 6. Psal. 3. Reg. Cant. 3. Cant. 3. Gen. 43. Ezec. 42 Cant. 2. Gen. 15. Dan. 2. Prou. vl. Gen. 28. Genes. 6. Gen. 32. 3 Reg. 8. Exod. 25 Exod. 38 Exod. 25 Eccl. 25. Genes. 2. Eccl. 24. Thren. 1 Psal. 44. Psal. 44. Cant. 6. Cant. 7. Luc. 1. Ruth. 3. Prou. 11 Eccl. 26.

sit di-

ſit dicendum patebit. Sed quare B. Maria præfatis vocitatur nominibus: etſi ſit dictum fructu 2. ſuccinctè tñ hic tãgam, quia de expoſitione horum non eſt nunc ſeriosè dicendum. B. Maria propter vitam, quã exercuit, gratias, dona, & virtutes quas habuit, & quæ largitur nobis, & ſuis deuotis dictis, & alijs declaratur vocabulis. Quia B. Maria ſegregata fuit per præſeruationem à peccatis, dicitur lux. Dei ſuſcepit Verbum, dicitur cęlum empyreum. Stabilis in propoſito, dicitur firmamẽtum. Dei charitate plena, dicitur ſol. Largitrix gratiarum, dicitur luna. Feruens in Dei amore, dicitur meridies. Mentem habuit à mundo ſeparatã, dicitur ſtella. Exemplaris fuit, dicitur ſtella matutina. Mundum illuminat, dicitur dies. Dans ſolem iuſtitiæ, dicitur Aurora. Facit peccatorum pacem ad Deum, dicitur arcus. Abdicatrix terrenorum, dicitur nubes. Ab hominum conuerſatione ſemota, dicitur nebula. Extinguit incentiua libidinum, dicitur nix. Gratiã ſpargit, dicitur ros. Plena gratia fuit, dicitur diluuium. Virtutibus cunctis fęcundatur, dicitur mare. Peccatores ad viã ducit ſalutis, dicitur portus. Deuotionem impetrat, dicitur fluuius. Mater pauperũ, dicitur Phiſon. Precibus Mariæ veniã obtinemus, dicitur aquæductus. Mariæ donis plena eſt tota, dicit' fons. Corda noſtra ſua gratia irrigat, dicitur puteus. Medicina peccatorũ, dicit' dorix. Creſcere facit in bono, dicitur Euphrates. Diſcedere facit à malo, & agere bonum, dicitur Iordanis. Vigilanter ſe habere contra diabolum, dicitur Tigris. Fructum vitæ protulit, dicitur terra. Omni benedictione repleta, dicitur ager. Deum aſſiduè contemplans, dicitur ſolitudo. Præcelſior cunctis eſt meritis, dicitur mons, vel refugium. Conterens diabolum, dicitur petra. Prętioſior cunctis, dicitur aurum. Internaliter nos illuſtrans, dicitur carbunculus. Omnibus pandens miſericordiæ ſuæ ſinum, dicitur arbor. Fructificare nos faciens per opera virtuoſa, dicitur radix. Expellens à nobis diabolum, dicitur virga. Puritate ſinceriſſima, dicitur cedrus. Fama celebris, dicitur cipreſſus. Victoriã de hoſte conſecuta, dicitur palma. Miſericordiſſima, dicitur oliua. Defendit nos à diabolo, dicitur platanus. Dulcis in conuerſatione, dicitur vitis. Pietate viſceroſa, dicitur ſtorax. Nos euacuat ſuis precibus, & gratia à peccatis, dicitur galbanus. Inclinat Deum ad noſtras preces audiendas, dicitur gũtta. Oratione dicitur libanus, ſiue thus. Rectiſſima in cunctis, dicitur abies. Sancta in oratione dicitur ſetim. Fęcunditate, dicitur amigdalus. Integritate, & virginitate, dicitur rubus. Pœnitentia, dicitur nemus. Doctrina, dicitur areola. Excellentia virginitatis, dicitur flos, & lilium, ſollicitudine apis. Dilectione turtur. Trãquillitate columba. Velox eſt ad ſuccurrendum inuocantibus, dicitur cerua. Manſuetudine, ouis. Calefactione noſtrum ad Dei amorem vellus. Dulcorat mentem, dicitur ros. Viuificat ſua gratia peccatores, dicitur cor. Informat omnes ſua vita, dicitur exemplar. Chriſti facta, & dicta

corde recolligit, dicitur liber. Electa præ cūctis in Dei matrem dicit vas. Sed solidum ex confirmatione eius in gratia. Est nostrum refugiū dicitur ciuitas. Insultus dæmonum à nobis repellit, dicitur murus. Stabilitate turris. Ipsa Deus ad homines exiuit, dicitur porta. Videtur ipsa Deus, dicitur fenestra. Domus Dei dicitur per dedicationem, per reconciliationem, dicitur aula. Thalamus Christi complacentia ad ipsum, fiducia thronus. Venia, ferculum. Ipsa requies inuenitur, dicitur lectulus. Præmiatione horreum. Recreatione cenaculum. Compassione clibanus. Immissione consolationum cellarium. Incitatione mentium ad Deum fornax. Gubernatione, nauis. Ad cœlum subuectione scala. Saluatione, arca. Taberna culum est pauperibus. Beatis spiritibus est templum. Oraculum contemplantibus. Traditis diabolo propitiatorium. Deuotè supplicantibus, altare. Candelabrum doctoribus. Lucerna cōfessoribus. Columna martyribus. Arcū desolatis. Virago demonibus. Fidelibus mater. Vna prēmio in cęlestibus. Perfecta imitantibus. Electa sapientibus. Regina mundi ciuibus. Filia benignis. Soror humilibus. Sponsa mundana cōtemnentibus, & relinquentibus. Ancilla in se cōfidentibus. Nutrix sibi obsequentibus. Sed mulier gratiosa ad eā in cunctis confugientibus. Ratione ergo præfatorum B. Maria præmissis vocatur nominibus, & ab illis, quibus dicta opera, dona, & virtutes, communicat, & ostendit. Et sic patet breuiter, qua de causa, B. Maria dictis censetur nominibus, siue appellationibus. Multa alia in sacro eloquio inueniuntur nomina, quæ omitto, quia per iam dicta, quid de ipsis est dicendum apparet. Sed quia dicta non sunt propria nomina B. Mariæ, licet sub modo, quo virgini conueniunt, & coaptantur, nulli puræ creaturæ possint conuenire, quare, & vlteriorem eorundem discussionē ad præsens dimitto. Secundò aduertendum, quod B. Maria vnum nomē excellentissimum habet, videlicet, quia ipsa dicitur Mater, vocatur & genitrix: sed quia de ipso nomine dicitur fructu 28. copiosè ad præsens etiam dimitto, & venio propriè ad proprium nomē suum, de quo præsens fructus intendit, & de quo loquuntur doctores prafati, quod à Deo est sibi impositum, quod neque nomen hoc est, scilicet, MARIA. De quo cum omni reuerentia loquendo, de ipso quædam videnda sunt in generali: & deinde aliqua in speciali. Generaliter, de hoc glorioso nomine, MARIA, loquendo, est sciendū, quod ipsum est nomen primo ex-
Iudi. 13. cellentissimum, vtpote à Deo impositum tātæ Virgini, vt asserunt præ-
Isa. 63. fati Doctores, & sic eius nomen est mirabile. A seculo nomen tuum. Secundò angelis amantissimum, quia ab ipso parentibus reseratum, vt dicit Hieronymus, ac Ioseph nominatum. Noli timere accipere Ma-
Mat. 1. riam: Et Lucæ. Ne timeas Maria. Ecce quomodo eam hoc nomine vo-
Luc 1. citat. Potest angelus dicere Mariæ illud Isaiæ: Vocauit te nomine tuo,
Isai. 43. *Isai. 62.* quod, videlicet, os Domini nominauit. Tertiò antiquis præclarissimū,

videlicet

videlicet Sibillæ Erithreæ, quæ vt patebit infra fructu 25. de ipsa prophetando dixit: Exurget mulier de stirpe Iudæorum, nomine Maria. Philosophis pariter, & præcipuè illi primo apud Constantinopolim tumulato, ad cuius caput inuentum est in lamina aurea. Iesus Christus nascetur de Virgine Maria. Alteri, cuius liber in quodam rupe inuentus apud Toletum dixit: Iesus ex Virgine nascetur, & pro salute hominum patietur. Quartò in sacro eloquio, scilicet, nouo testamento, est nominatissimum. Viginti vicibus Maria nominatur: Matthæi cap. 1. tribus vicibus: semel cap. 2. & semel cap. 13. Matth. 6. semel. Lucæ 1. nominatur septem vicibus, cap. 2. sexies, & Actuum 1. semel. Quibus huius sacri nominis expressionibus, mira de Virgine declarantur. Quando. 1. nominatur primò Maria à Matthæo ostenditur Maria generosè procreata, Ioseph nominatur vir Mariæ, & per consequens ipsam de tribu Iuda, & Dauid familia fuisse, & sic generosa. Secũdò prodigiosè despõsata, quia Maria desponsata Ioseph dicitur: & sic diuino miraculo, vt dicit fructus 15. Tertiò pudorosè grauidata. Noli timere accipere Mariã coniugem tuã, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Quartò ostenditur, quod cum filio amorosè venerata. Inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Quintò verè, & studiosè Iesu mater vocitatur. Nonne Maria mater eius est? Sextò à Deo amata ostenditur, quia angelus missus est à Deo ad Virginem, cui nomen erat Maria. Septimò super omnes Deo accepta: Angelo dicente: Ne timeas Meria inueniſti gratiã apud Dominum. Octauò mirè declarata. Dixit autem Maria ad angelum, quomodo fiet istud, & respondens angelus dixit, Spiritus sanctus. Nonò tota Deo subiugata. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini. Decimò ad superna eleuata. Exurgens Maria cum festinatione abijt in montana, de quo habetur fructu 19. Vndecimò Deo rengratiata, quia inquit, Magnificat anima mea Dominum. Duodecimò, vt serua ancillata, quia dicitur. Et mansit Maria apud cognatã suã, quasi mẽsibus tribus. Tertiodecimò viro suo debitè colligata, quia Maria tum Ioseph in Bethlehem iuit. Quartodecimo Deus ex ipsa mundo natus & generatus, quia dicitur: Impleti sunt dies Mariæ, vt pareret filium suum primogenitum. Quintodecimò pastoribus cum filio demonstrata. Inuenerunt Mariam, & infantem positum in præsepio. Sextodecimò sapientia diuina illustrata: Maria cõseruabat omnia verba cõferens in corde suo. Decimoseptimò lege expurgata. Impleti sunt dies purgationis Mariæ secundũ legem Moysi. Decimooctauò, de vita, & passione filij informata. Ecce hic positus est in ruinã, & in resurrectionẽ multorum in Israel. Decimononò testimonio Iudęorum mater Iesu probata: vt dicebant Maria est mater eius. Vigesimò, & vltimò orationi dedicata. Erãt perseuerãtes in oratione cum Maria matre eius. Et sic apparet, quomodo hoc nomen Maria est nomi

Mat. 1.
Mat. 1.
Matt. 2.
Mat. 13
Luc. 1.
Luc. 1.
Luc. 1.
Luc. 1.
Luc. 1.
Luc. 2.
Luc. 2.
Luc. 2.
Luc. 2.
Luc. 2.
Luc. 2.
Matt. 6.
Act. 1.

natissimum in sacro eloquio,& qua de causa. Quintò est notandum, quod nomen hoc est virtuosissimum, quia exprimit personam gratia plenissimam,de cuius plenitudine dicetur fructu 26.& 16. Perfectissimã virtutibus. Ab omni peccato mundissimã. A superbia immunẽ. Ab inuidia semotã. A b ira mundã. Mansuetudine, & lenitate patientissimam. Ab accidia segregatã per sedulitatem. Ab auaritia longinquam per paupertatem. A gula per sobrietatem mundissimam. A luxuria per virginitatem remotissimam. Sic ergo hoc nomen, Maria, ostendit eam ab omni peccato mundissimam. Sextò est nomen reuerẽdissimum. Hoc est nomen summæ imperatricis cœli,& terræ: quare eius nominatione angeli,dæmones,& sancti inclinãtur,& genuflectun
Mala. 1 tur: vt dicit propheta. Nomen meum honorabile est in gentibus. Septimò est nomen diabolo infestissimum, quia ipso nominato exprimitur illa quæ contriuit caput serpentis, de qua dictũ fuerat diabolo à Do-
Gen. 3. mino. Ipsa conteret caput tuum. Nominata Maria diabolus contremiscit,& fugit. In nomine meo, potest dicere Maria, dæmonia eijcient.
Ps. 110. Sanctum n.& terribile est nomen eius, s. B. Mariæ. Octauò est nomen efficacissimũ. Hoc.n. nomine inuocato efficaciter adsunt petita, quia ipso sanitates donantur, morbi fugantur, maria placantur, mortui suscitantur, leprosi mundantur, cęci radiantur, captiui liberantur, peccata donantur, Deus inclinatur,& contra aduersa remedia prestantur. O B.
Psal. 8. Maria admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Nonò est nomen acceptissimum patri æterno, qui Mariã acceptauit: filio, qui eam pro sua matre habere ordinauit: Spiritui sancto, qui eam sanctificauit,& inhabitauit: toti simul Trinitati, quę hoc nomen imposuit eidem. Qua
Io. 6. re hoc nomine nominato habetur à Deo quod petitur, vt verificatum sit in Maria illud Christi: In nomine meo petetis & dabit vobis. Est sanctis angelis acceptissimũ,& alijs beatis. Decimò est deuotissimũ, hoc est nomen illius, quæ fuit plena omni gratia,& sanctior omnibus alijs creaturis, quæ tota suauis, benigna, dulcis, pia, clemens, & misericors est, quid hoc nomine dulcius? quo desperati ad cor reducuntur, obstinati mollificantur,& pœnitentiam exercent,& Dei misericordiam obtinent, à Deo longinqui inueniunt, ac quantæ sit hoc nomen dulcedinis,& deuotionis, qui ad Mariã afficiunt experientia certa cognoscũt:
Hier. 11 & verificatum vident illud. Oliuam vberem pulchrã vocauit Deus nomen eius. Vndecimò est nomen tutissimũ: vnde Anselmus super Missus est, pariter & Bernardus super Missus est, quod in periculis, in angustijs, in rebus dubijs est cogitandum, est inuocandum, vt si insurgant venti tentationum, scopuli tribulationum est iugiter inspiciendum, vt
Iosue 6. nunquam recedat à corde, nec ab ore. Ipsam habens præ oculis non
Psal. 20 deuias, recogitando fideliter non desperas. Ipsa protegente nõ metuis, & ad portum æternæ salutis peruenis. Vnde hoc nomen debet esse di-

uul-

uulgatũ in omni terra. Ratio, quia nullus est, qui se abscondat à calore eius. Duodecimò est nomẽ, quod debet esse cuilibet fideli assiduè laudatissimum, & retentissimum, Cũ. n. in Virgine Maria infinita beneficia nobis sint collata, videlicet, Deus humanatus, homo exaltatus: Deus reconciliatus, ac continuè nobis conferantur cum eius misericordia sit plenum cœlum, terra, & omnia, quare continuè est nomen eius laudandum, & glorificandum à nobis, vt dicamus illud: Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, vt sit semper benedictum in æternum. Et sic apparet, quale nomen est B. Virginis Marię in generali. Videndum est modo de ipsa in speciali. Circa euidentiam nominis B. Mariæ in speciali, & vt huius sanctissimi nominis, profunditas aliqualiter videatur ad ipsius interpretationem est recurrendum. Pro quo est sciendum, quod sm B. Hieronymum in lib. de Interpretatione nominum Hebræorum Maria interpretatur illuminata. Illuminatrix, stella maris, mare amarum, illuminans, & domina. Qua interpretatione plures status B. Marię referantur, quibus dictæ conueniunt interpretationes: ita quod vnicuique sua propria tribuatur. Primus status Virginis incipit ab eius A Deo ab æterna prædestinatione, & durat vsque ad eius in templo præsentationem. Secundus status, est Virginis in tẽplo præsentatione, & pergit vsque ad ipsius desponsationem. Tertius status à Virginis desponsatione, vsq; ad filij passionem. Quartus status incipit à Christi passione, & manet vsq; ad eius resurrectionẽ. Quintus status incipit à Christi resurrectione, & protenditur vsque ad Virginis per mortem vocationem. Sextus status à sua assumptione, & durat per infinita sæcula sæculorũ. Quorum in primo horum statu dicitur verè illuminata diuersimodè accipiẽdo illuminata, quod patere potest si attẽdatur eius primo prædestinatio, quæ quidem, vt dicit primus fructus, & fuit ante alios, & præ aliis à Deo cognita, & electa, & gratificata, quare, & perfectè in mente diuina ipsa est tot muneribus gratiarũ illuminata. Secundò, si videatur eius præfiguratio, sic etiam fuit illuminata, accipiẽdo illuminata, ideſt, in lumine data, quia sub diuersis figuris fuit patribus declarata, & monstrata. Tertiò si inspiciatur eius per prophetas vaticinatio, sic illuminata accipit pro data in lumine, quia ipsa in lumine diuino illuminatę mentes prophetarum, data est eis in tali lumine ad cognoscendum. Quartò si intueatur eius conceptio accipiendo conceptione pro carnis & animæ infusione, B. Maria fuit illuminata, quia gratiam habuit, quæ habet mẽtem illuminare, pro nunc vt patet ex fructu præcedenti, talis enim ab originali præseruatio non fit sine gratiæ speciali assistentia. Quintò si attendatur eius natiuitas, quia sanctificata in vtero, fuit perfectè illuminata. Sextò si pensetur parentum, & angelorum congratulatio, de qua dicetur fructu 10. Ex eius ortu fuit Maria illuminata 1. in lumine eis data, & lætitia præsentata.

Et sic

Et sic reuera, quantum ad istum primum statum B. Maria fuit verè illuminata. In secundo horum statuum B. Maria habuit correspõdentiã interpretationis ad suum nomen. In primo statu fuit illuminata passiuè & perceptiuè, sed in hoc secundo ipsa primo illuminata fuit illuminatrix actiuè, & effectiuè Res. n. quæ ex se priuatur lumine prius illuminatur, & postea illuminat. Et quia omnis creatura tenebra est respectu luciditatis diuinæ, B. Maria necessariò habuit à Deo illuminari, sed gratiæ lumine accepto, in hoc secundo statu fuit illuminatrix effectiuè & actiuè, si eius gesta attendãtur. Et primò sua in templo præsentatio. Sola enim nullo alio humano freta auxilio quindecim gradus templi ascendit, lumen mortalibus ex hoc ingerens, quia nihil est appetendum, aut quærendũ, nisi ipse Deus. Remanendo in templo, vt fructus 12. ostendit. Aliud præbuit ipsa lumen, scilicet, q̃ soli Deo est seruiendum, suã virginitatem corde Deo spõdẽdo. Tertium lumen exhibuit, videlicet, quod volũtas, & oĩa nostra q̃q̃ à Deo præhabita sunt Deo subijcienda. Et ipsi velut danti respondenda: & de hoc loquitur fructus 14. De cœlo cibum accipiendo lumẽ ipsa dedit, quod fidentes in Deo, & ei totaliter inhærentes non deficiũt omni bono, sed Deus ipsos alit in fame. In exercitio, quod habuit, orando, legendo, & laborando manibus lumen præstitit, quod Deo præ beneficijs est rengratiandum, & rememorandum de eis, otium vitandum, & corpus cum anima continuò exercitãdo ad Dei laudem, & honorem. In desponsatione de qua agitur fructu 15. ipsa dedit lumen, quod Dei voluntati per omnia est obsequendum, & nullatenus resistẽdum. Cũ Dei voluntate cognita in matrimonium statim, s. societatem matrimonialem cõsensit. In tertio statu B. Maria fuit iuxta eius nominis interpretationẽ stella maris. Primò enim fuit stella, quæ de sui materia, & essentia est pura, & ipsa ab omni peccato fuit purissima fuit & corpore purissima, quia Virgo immaculata, & Virgini Ioseph in coniugem data. Secundò in forma stella est pulcherrima, sic Maria pulcherrima fuit creaturarum Dei in ipsa incarnatione, vt ostendit fructus 16. Tertiò stella sine corruptione emittit radium, sic sine corruptione, & fractione Maria genuit filium, vt fructus 25. ostendit. Quartò stella est situ alta, sic Maria super omnes mulieres pluribus de causis, vt fructus 26. ostendit, exaltatur, & priorat. Quintò in motu stella & regulatissima, sic Mariã se ordinatissimã in cunctis ostendit Magis, & pastoribus, vt fructus 22. & 23. declarat, non se exaltando, sed humilem Dei matrem exhibendo. Sextò stella in fluxu est copiosa, sic Maria fuit pastoribus, & Magis suum filium liberalissimè eis ostendendo. Septimò quoad ducatum stella est recta, & progressa ordinata, sic B. Maria in ducendo filium ad Circuncisionem in templũ, & in Ægyptũ, & demũ nutriendo ostendit se ordinatissimã. Sed dicitur stella maris nomine ſm psalmos, & Ambrosius in sermone

Pon-

Pontificum, quia Maria posita est ad illuminandum, dirigendum, & ordinandum mundum totum à Deo sua vita, & virtute. In quarto statu B. Maria iuxta sui nominis interpretationem fuit mare amarum, imò amarissimum, quia in passione filij propter dolores acerbos, conuitia, opprobria, & pœnas multiplices Christo illatas, & pp gladiũ passionis iuxta dictum Simeonis, eius transfigentem animã. B. Maria nõ debuit cẽseri Noemi. i. pulchra, & amara, quia eã sol decolorauit, s. Christus, & amaritudine eam Deus repleuit, & sic verè fuit mare amarũ. Mare fuit ratione lachrymarũ, dicente Ieremia. Velut mare contritio tua. *Thren. 2.* Sed amarum ratione tormentorum, conuiciorum, iniuriarum Christo illatarum ipsam recompassiue affligentium. In quinto statu iuxta nominis interpretationem B. Maria fuit illuminans. Vbi aduertendum, quod sicut apparet communi experientia in præsentia iubaris lumine copiosi, lumen paruioris vix, aut nihil apparet, sicut videri potest in stellis, & luna de die respectu solis. Sic verè beatæ Marię lumen etsi in secundo statu posset euidenter, quantum ex se clarescere cunctis, tamen quia lumen immensum, irradiabat mundo, tunc lumen, ideſt, vita, & virtutes beatæ Mariæ non sic apparebant, sed Christo per mortem abscondente, lumen beatæ Mariæ clarius refulsit, quia in triduo mortis Christi lumen veræ fidei perfectè remansit in ea. Deinde in Christi resurrectione est lætificata internè, & Christi gloria clarificata. Similiter in Ascensione, & Penthecoste, quare ipsa fuit illuminans primo mentes apostolorum, post Christi ascensum, & deinde omnes fideles, vt fructu quinquagesimo nono, & sexagesimo primo dicetur. In sexto, & vltimo statu B. Maria iuxta sui nominis interpretationem est Domina, qui status. & si inceperit à Christi resurrectione aliqualiter, quia cum omnis potestas in cœlo, & in terra sit eius data filio, per consequens nostra Domina est effecta, et vt Domina à filio reuerenter salutata, & visitata post eius resurrectionem, & à Christi fidelibus post Christi Ascensionem vt Domina habita, & venerata. Tamen proprie hic status incepit in sua fœlici à morte resuscitatione, & ad cœlũ assumptione, quia tunc exaltata, & sublimata super omnia creata, facta est cœli, & terræ, angelorum, sanctorum, dæmonum, & omnium imperatrix, & Domina. Assuerus enim Rex, ideſt, Christus Dei filius, & suus in signum generalis dominij posuit diadema regni super caput eius in signũ, quod tàm dignitate, quàm situ Domina generalis est instituta cunctorum. Sic ergo apparet, qũo hoc benedictũ nomẽ Maria, est magnũ, & altũ, & rectè cõgruẽs ipsi B. Virgini iuxta modos, & conditiones sui status.

Aliter dictum nomẽ benedictum, scilicet, Maria, fm suam interpretationem exponẽdo B. Dei genitrix, fuit illuminata. s. sapientia diuina, præteritorum scientia, præsentium, & futurorum, vt patet in Cãtico ab ea ædito, de quo fructu 17. & fructu 22. dicetur. Illuminata etiam fuit

luce

lux Christo ad ipsam incarnatione accedente. Ab angelo, ideſt, Christo
Apoc. 18 de cœlo deſcendente, Terra, ideſt, B. Maria tota illuminata eſt, vt habetur in figura. Illuminatrix fuit, videlicet mundi, lucem. n. mundi, ideſt Christum edidit. Lux enim tunc orta eſt iuſto, ac ſedentibus in tenebris & vmbra mortis: Illuminauit enim B. Maria mundum vita virtuoſa, lingua fructuoſa, & doctrina, & per opera, & ſigna illuminat, ſcilicet, miraculis, & exemplis. Illuminat nunc inſpirationibus internis nos à malo reuocando, ad bonum inducendo, procurando gratiam, qua mentē noſtram illuminat, & in ſtatu gratiæ conſeruando. Ipſa enim eſt lucerna, quam Deus illuminando alios vitæ exemplis illuminauit, quę velut columna ignis charitatis. & miſericordiæ filios Iſrael illuminat, ideſt,
Eccl. 42. Christicolas in præſenti, miſericordiæ beneficijs. Sed vt ſol per omnia illuminans, omnia reſpiciens, terram, & cœlum ſua gloria radiat, & venuſtat. Vt fructus 69. oſtendit. Domina dicitur iuxta ſui nominis interpretationem, Maria. Et merito, quia Domina mūdi, vicit enim ipſum abhorrendo, relinquendo, deſpiciendo, & contemnendo, quare, & Domina eius. Eſt etiam Domina angelorum, quos puritate meritis excellit, & gratia. Quos obſequentes habet, in cunctis reuerentes ſua gloria gaudentes, miſeratione ad homines, & ipſorum ab ea illuminatione.
Luc. 1. Eſt domina apoſtolorum Christi imitatione præcipua, & perfecta. Eſt domina martyrum ipſi in carne paſſi, Maria, quia in mente paſſa iuxta dictum Simeonis. Ideò pluſquàm martyr, vt dicit Hieronymus, dici poteſt. Et domina confeſſorum vitæ auſteritate, paupertate, & ſanctitate, quibus præ omnibus refulſit. Eſt domina doctorum verba Christi præ cunctis conſeruando corde, & ore prædicando, vt fructus 59. oſtendit. Eſt domina ſanctarum Virginum, quia Virgo fuit, & Mater, quod nulla alia vnquam fuit. Eſt domina hominum, quorū oculi ſunt ad ipſam, vt ancillæ ad dominam. Ipſa enim omnes homines excellit gratia, meritis, acceptatione, altitudine, & gloria. Eſt domina dæmonū, quos ſuis vicit virtutibus, ſuppeditat potentia, arctat, & cogit virtute, confundit, & deſtruit eorum reprimendo malitiam, & ab eorum manibus animas fidelium potenter eripiendo, & liberando, vt fructus 73. & 74. oſtendunt, & ſic B. Maria ſuarum ratione virtutum, & meritorum, gratiæ, & gloriæ, cœli, & terrę domina poteſt veraciter nuncupari. Mare amatum dicitur Maria ratione ſuſceptionis omnium gratiarum, & virtutum à Deo, & bonorum omnium flumina, ideſt gratiarum dona, intrant hoc mare magnum. Sed amarum ipſa dicitur, quia fuit amara mundialibus, quæ deſpexit, & contempſit vitia, quia omnibus caruit, & ea ſummè abhorruit. Dæmonibus, etiam, quos cruciat in flammis nobis auxiliando, à nobis fugando, & ad inferna confuſos tranſmittendo. Fuit enim amara vno modo peccatoribus, eorum non communicando operibus, quia immunis fuit à peccato, ſed alio modo, dulcis, benigna, & clemēs,

eos

eos ad pœnitentiam inducendo, reuocando à prauis, iuuando, excusando, liberando, veniam, gratiam, & gloriam impetrando. Amara est infidelibus, sed præcipuè Iudæis, quos confundit suo partu glorioso, & eorum perfidiam prosternit exilio præsenti, & futuro. Maria fuit mare amarum, imò amarissimum ex filij sui venditione, proditione, captione, crucifixione, morte, vilipensione, & laceratione. Fuit B. Maria stella cõiter loquendo, quia est firmæ stabilitatis. Stella. n. fm Isydorum à stãdo dr, sic Maria firma, stabilis, quia in gratia confirmata: stella pariter est lux aggregata in suo orbe, & corpus luminosum, & luminis vehiculum, sic Maria lucem mundi Christum nouem mensibus in suo vtero portauit. Stella solatium mortalibus contra noctis tenebras defert. Maria data est in solatium nostrum. Heua lachrymas, Maria gaudium in ventre portauit, & sic in summa lætitia est nobis data. Stella mundi faciem decorat: Maria sua gloria cœlestem patriam, & militantem Ecclesiam adornat, quia ea in puris creaturis nihil est melius, stella lucem solis, à quo recipit lumen, quantum potest, supplet: Maria per irradiationem post Christi ascẽsionem apostolos de actitatis à vera luce Christo informauit. Stella radiorum emissione aerem purificat cõtinuo. Maria iustos, velut animalia aeria, & volatilia gratia sua purificat, eis gratiã impartiendo. Stellæ virtute in mũdo inferiori pestilentię aufertur corruptio, Maria pestilentia diuina sententia immissa sedatur, vt in legenda B. Gregorij habetur. Stellæ vi elementa contraria ad concordiã veniunt, Maria mentes peccatorum Deo contrariæ reconciliantur, stellæ fulgore elementa illustrantur: Maria tenebris peccatorum offuscati ad veritatis lucem reuocantur, stellæ calore suo oĩa saluant, & refouent: Maria calore. i. gratia sua omnia saluat, & fructu ventris sui refouet vniuersa. Stella calida, aut frigida non est subiectiuè, sed tantummodo effectiuè, videlicet, per emissionem radiorum in superficiẽ corporis obiecti, Maria non est calida igne concupiscentiali, aut frigida pietate, sed per emissionem suæ virtutis ad operandum sanctè fidelium mentes inflammantur. Stella quoad naturam est de materia & sic est purissima, natura simplex, & incorruptibilis: Maria de natura est cœli, i. Christi quia de ipsa Christus carnem assumpsit, quapropter purissima, & incorrupta est, atq; peccato impermista, & ab omni labe præseruata. Stella, quoad formam, est lucidissima, Maria est clara exemplis, & virtutibus. Stella quoad figuram est spherica, & rotunda. Maria rotunda fuit motu cõtemptionis cum miseratione, quia à Deo ad creaturam, & à creatura tendit ad Deum. Stella, quoad substantiam est solida, & non porosa, Maria est solida, quia affectibus terrenis, nõ commista. Stella, quoad superficiem est plana, non aspera, vel angulosa, Maria plana, humilis, mitis, atq; suauis. Stella, quoad situm est altissima: Maria super omnes exaltata, stella, quoad motum velocissima. Maria velox est ad subueniẽ-

dum,

dum, eam deuotè inuocantibus, stella, quoad quãtitatem est maxima, Etsi propter situs distantiam parua videatur, & iudicetur à nobis: Maria prerogatiua meritorum maxima est apud Deum. Stellæ, quoad numerum multæ sunt, & innumerabiles à creatura, Maria innumeras cõtinet virtutes, quas ille solus nouit, qui eam gratia repleuit Stellæ quoad potestatem & effectus sunt virtuosæ, sunt. n. inferiorum generatiuę, immutatiuæ, & conseruatiuæ: Maria potestate magna est: affectus generat sanctos in mentibus deuotorum: mentes peccato debitas immutat ad bonum, bonosq; conseruat ab hostis insidijs. Stellæ in ortu, & occasu sunt aeris immutatiuæ quoad tempestatem, & serenitatem fm Bedam. Maria dum ad suos deuotos in ortu accedit serenitatem generat conscientiæ. Vbi verò à nobis abscedit per subtractionem protectionis tentationum tempestates generantur. Stellæ sunt euentuum fm Astrologos pronuncia iuę tristium, videlicet, & locorum, Maria deuotis suis euentum bonum s futuram glorificationem nunciat, & malis, & indeuotis pœnam immittit æternam. Stella est in mari directiua: Maria ad bonum, & ad patriam dirigit. Stellę in suis circulis mirabilem concentum faciunt, & sonos fm Macrobium, & harmoniam, & melodiam. Maria in nobis mirabiles efficit iubilos, dum quàm dulcis ipsa, & sua misericordia sit, cogitatur. Stella lumen completũ non habet à se, sed à sole Maria, & si magna, hoc habet à sole iustitiæ, cuius gloria perficitur, & quietatur. Stellæ mutuò suæ luminositatis, & virtutis sunt cõicatiuæ, Maria lumen suum existentibus in patria communicat, vt fructus 69. ostendit. Stellæ sunt temporum, annorum, dierum, & mensium distinctiuæ, & permutatiuæ, vt dr in lib. de proprietatibus elementorum, Maria est temporum, dierum, mensium, & annorum, reseratiua, quia in Maria incepit tempus gratiæ per filium, annus remissionis, dies lætitię, & mẽsis omnis nostrę consolationis. Præfatis ergo apparet, q; B. Maria, vt eius indicat nominis interpretatio est verè stella, nõ materialis, sed spiritualis. Sed licet B. Maria dicatur, & dici possit stella in generali, in speciali tñ ipsa, non quælibet dicitur, sed stella maris, i. mundi duplici de causa; primò ratione proprietatis, secundò ratione virtutis. Maria ergo primo modo est stella maris, quia hęc stella habet in situ stabilitatẽ, aliæ transeunt de loco ad locum circulariter peragrando: ista stat fixa, vnde, & cardo cœli dr, Maria in mundo isto stans, & degens sanctificata fuit, & in gratia confirmata, In patria nunc est perfecta gloria quietata, vt dicit fructus 72. Secundò habet in suo circuitu volubilitatem, voluitur. n. intra ambitum suum. Maria licet sit perfectè quietata & immobiliter, ex magnitudine suæ clementiæ ad quamlibet partem se mouet, cum fuerit inuocata. Tertiò in suo conspectu habet sempiternitatem. Aliquæ stellę semper apparent, aliquæ semper occultantur nobis. Ista, nocte & omni hora apparet. Sancti aliqui sunt, qui semper apparent,

rent, quorum notitia factis eorũ gratiosis à mundo hĩ, sed aliqui sunt, qui soli Deo sunt cogniti, qui, & si inuisibiliter nobis apparent per interuentionem, & merita continuè, ipsorum tñ notitiam non habemus. B. aũt Maria, semper apparet in se, & filio, sed quomodo? Certè quia sumus filij eius sanguine pretioso redempti. Quartò habet in suo excessu sublimitatem, & fm nostrum aspectum altissima est stellarũ, Maria in patria fm Hieronymum, & Ecclesiam, est super omnes gloria exaltata. Quintò in suo situ habet medietatem, est. n. sita in medio nostri hemisphęrij, sicut pũctus in medio circuli. Christus in medio est paradisi, vt videatur ab omnib. iuxta illud: Lignum vitæ in medio paradisi, sic & Maria, quia ipsa stat iuxta eum. Sextò in suo gradu, immunitatem, & paruitatem habet. Est. n. minima quantum ad nostrum aspectum, cũ in se sit maxima, B. Maria licet semper maxima esset apud Deum, tñ in virtutibus, semper tenuit, & habuit humilitatem, qua ad gradũ maximũ maternitatis fuit electa. Septimò habet in suo conspectu inuisibilitatẽ: Vnde cõiter non vr̃, sed eius circulus, quem describit, siue polus. Maria fm Ambrosium solitaria ab angelo, & in penetralibus, qñ fuit nuncia ta inuenta est. Et ne videretur cum festinatione ad Elisabeth cognatam perrexit. Octauò in suo respectu habet rectitudinem, & non obliquitatem. Et licet sit aliquibus obliqua, & quibusdam recta, illis tñ, est semper recta, qui caput rectum habent ad ipsam. Qui habent caput animæ rectum, per deuotionem, i. mentem rectam ad Mariam, illis hæc stella est recta, quia recto itinere gradiuntur ad cœlum eius meritis, quia talib. est via recta, dum eius precibus saluantur. Nonò in sui cõtuitu emittit scintillam, & in hoc habet aliarum proprietatem; scintillat. n. vt aliæ stellæ pp altitudinem earum à visu, Mariæ gratiæ, sicut & incarnatio Christi tantæ sunt altitudinis, quod noster oculus intueri non sufficit. Decimò in suo habitu habet septuplicitatem, circa ipsam septem stellæ voluuntur. Maria in hac vita septem dona spiritus sancti habuit, & possedit, quantum ad habitum, & si non ad cuiuslibet doni vsum. Quibus apparet, quod B. Maria ratione proprietatis huius stellæ maris, stella vocatur. Dicitur etiã ipsa Dei genitrix stella maris, ratione virtutis, stella. n. hæc maris habet, primo fortitudinem in suo attractu. Terra. n. ab ipsa attrahitur ab vno polo ne descẽdat, ab alio ne eleuetur, & ascẽdat, Maria trahit peccatores, ne descendant in infernum, iustos ne ascẽdant per superbiam. Secũdò habet dominium super rem durissimam, scilicet magnetem, cui dat virtutem ferrum attrahendi, Maria durissima peccatorum corda ad Deum trahit. Tertiò ferrum trahẽs, vt patet, ad sensum, magnes ad istum polum dirigit, Maria sicut traxit summa ad ima, videlicet Deũ ad hoĩes, sic gratia filij corda nostra ad terrã prona iuxta dictũ Christi: Exaltatus à terra, ad se trahit. Quartò habet frigiditatem in suo influxu, quia ventus aquilonaris est frigidus, Maria fri

Apoc. vl.

gida

gida tempore virginitatis. Est etiam frigida, causando suis meritis in alijs puritatem, flammam extinguendo libidinis. Quintò habet sereni tatem in suo afflatu ventus ab hac stellæ parte procedens flando, cœlũ à nubibus serenatur: Maria cœlũ. i. sancta Trinitas nostris peccatis, velut nubibus prouocata serenatur. Vnde si qñ peccamus ad ipsam est recurrendum, quia Deum placat. Sextò habet sanitatem in suo effectu. Aer. n. in tali regione proueniens est suauissimus, sicut & ventus: Maria illum genuit, qui veram sanitatem spiritualem nobis confert, & cõtulit. Septimò habet puritatem in suo defluxu, ventris iste est purissimus, & mundissimus, fœtores asportat, qui virtute huius stellæ causatur, homines etiã, vbi habet hęc stella prædominium, sunt præ alijs pulchriores, & fortiores: Maria dum hic esset, non solum in se habuit puritatem, sed etiam alijs ingenerabat, extinguendo cogitationes prauas, dum aspiceretur, vt dicit Alexander de Ales. Insuper circa se habitãtes per deuotionem & imitationem puros facit, & fortes ad resistendũ diabolicis tentationibus. Octauò habet regulationem in terrarum processu, ipsa sciuntur regionum distantiæ, altitudines terrarum, & stellarum, & sic etiam de mari. Sic reuera, qui scit Mariam, scit regionem Christi orientis, mundi occidentis, Austri ideſt gratiæ influentis, & aquilonis gloriam continentis. Nonò habet specialiter directionem in maris ducatu, per hanc nautæ diriguntur ad portum per magnetẽ licet ipsi stellam non videant, Maria assiduè sua interceſſione Eccleſiam, & fideles dirigit, vt tandem ad portum perueniamus optatæ salutis. Decimò, etsi in toto cœlo sit Dei ciuitas iuxta dicta: Ponam sedem meam in lateribus Aquilonis, quædam prærogatiua ex stabilitate talis poli, & altitudine ipsius ad alias stellas. Sic B. Maria, cum sit super oĩa angelorum merita ad celsitudinem sublimata, in ipsa præ alijs sanctis beatitudo refulget diuinæ essentiæ. Prædictis igitur ex causis alijsq; pluribus B. Maria non solum est stella, sed stella maris vocatur. Verum mater Ecclesia, licet iuxta interpretationem nominis eam vocat stellam maris, sacra tñ scriptura, non solum stellam, sed matutinam vocat: & certè nõ sine causa. Quia diei est præuia, siue nuncia & semper sole comitatur, vel precedendo, & sic dr̃ lucifer, vel sequendo, & sic dicitur vesper. Inter sidera gaudentius fulget, & dicitur iubar: est beniuola, & in suis qualitatibus temperata: dicitur Venus, & facit suo influxu homines cantores, amatores musicorum, instrumentorum, corpusque disponit ad pulchritudinem in gustu, olfatu, & tactu etiam ad voluptatem. Sic reuera B. Maria dicitur stella matutina, ratione præceſſionis: præceſſit enim in mundum Christum solem, qui de ea ortus est. Lucifer dicitur ratione plenitudinis gratiæ, & perfectionis. Vesper ratione imitationis ad Christum, quem sequuta est operibns, virtutibus, gratijs, & prẽmijs. Iubar, ratione exemplaritatis, & virtutum ostensionis, lucet enim præ omnibus

1. par. 3.

Psal. 98. Isa. 14

nibus sanctis virtutum exemplis. Beniuola est Maria pietate & misericordia. In qualitatibus fuit temperata, & morum gratitate. Sui attentione, & deuotione facit exultare in Domino, & vt ipsa dicit Deū magnificare. Corpora nostra sui exemplo, opere, & subuentione disponit, ad pulchritudinem puritatis. Deinde tàm in præsenti, quàm in futuro per manifestationem sui filij, tactum ad delectationem, gustum ad deuotionem, & olfactum ad recreationem disponit, & conducit. Quare Venus ratione prædictorum, pariter & stella matutina nuncupatur. Et quia ipsa hoc mare, scilicet, mundus tranquillatur quoad tribulationes: in profundo enim miseriarum existentes ipsa adiuuātur, & ad portum optatæ salutis producuntur. Quapropter si procellis tribulationū, afflictionum, tentationum nolumus obrui, huius stellæ ducatum, iuxta documentum Bernardi, & Anselmi sequamur. Et sic dicitur Virgo beata illuminata donis perceptis, illuminatrix est conuersis, illuminans cęli contentis, mare amarum est dæmonibus auersis, stella maris Christicolis vniuersis, sed domina angelis non auersis. Et sic non solum B. Mariæ apparet excellentia, & conditio ex talis nominis interpretatione, sed etiam ex compositione, vt enim in nomine Iesu filij sui quinq; literæ continentur, sic & in nomine Mariæ habentur, eius prærogatiuam, & perfectionē referantes. Prima siquidē litera est, M, & Beatę Virginis misericordiam ostēdit, & pietatem, qua plena est omnis terra. A, altitudinem dicit contemplationis ipsius, qua continuè in Deum ferebatur. R, religiositatem declarat, in cultu, habitu, & omni eius motu. I, innocentiam ipsius declarat, & puritatem: sed A, affluentiam exprimit gratiarum. Vel aliter istis quinq; literis huius benedicti nominis, sub compendio tota vita exprimitur B. Virginis. M, mirabilitatum dicit conceptus, & natiuitatis Mariæ. A, acceptabilitatem ipsius in Dei matrem ostendit. R, rectissimam cla mat quoad singulos B. Mariæ actus. I, imitationem perfectam, iustissimam, & conformitatem dicit Mariæ, ad Christum. A, altitudinem gradus, qua super omnes est in gloria sublimata declarat euidenter. Et non solum literæ, sed, & syllabę magnitudinem declarant Beatæ Mariæ: sunt enim duæ syllabæ, & vna litera. Prima syllaba, Ma, dicit maternum affectum Mariæ ad fideles. Secunda syllaba, Ri, ostendit rigorem eius ad Dæmones. A, verò litera, acceptationem precum nostrarum à Deo ipsius interuentione ostendit. Cō cludendo ergo, expositionem fructus præsentis, vt patet iam ex dictis interpretationis nominis Mariæ, literæ, & syllabæ efficaciter declarāt, & ostendunt.

FRVCTVS NONVS.

Maria mundo oritur.

EXPOSITIO BREVIS.

VT lux auroræ absque nubibus peccatorum mundo oritur Maria, cuius singularis natiuitas, tã prodigiosa miraculo, quàm gratiæ diuinæ præcipuis adornatur muneribus.

EXPOSITIO MAIOR.

POTENTISSIMVS mundi conditor, ac benignissimus repararor eiusdem ipse Deus excelsus, cum in suis operibus mirabilis sit, & appareat, ipsum mundum collapsum peccato renouare per verbum incarnandum disponens, vtpote creatura nulla hoc potens reparare, quia non minus est reparare iam facta, quàm nouas res condere; & quod vnius, & eiusdem opificis, & solius decuit, vt opera reparationis, conditionis, primęuis operibus, vt doctor eximius dicit Augustinus in lib. Quæstionum, noui & veteris testamenti, concordarent, & essent similia: & quia scriptura testãte in mundi exordio actor omnium Deus duo magna luminaria cõdidit, & in cœli firmamento locauit, vt diei præessent, & nocti, luminare, inquam, maius vt diem, minus verò ad noctem serenandam ordinauit. Sic reuera in eiusdem mundi renouatione, vt in principio decuit duo luminaria condere similia præfatis, non quidem insensibilia, & materialia, sed rationabilia, & spiritualia, vt in firmamento militantis Ecclesiæ positis, cunctis essent ad exemplar perfectionis, & gratiæ, omniumque virtutum. Quæ luminaria quidem Iesus, & Maria fuerũt, cunctos sanctos excedentia gratia, & gloria. Et quamuis quodlibet istorum magnum extiterit, vnum tamen alio præcelsius reperitur, videlicet Iesus Christus, qui est Deus, & homo, cui non est datus spiritus ad mensuram, qui quidem excellit Mariam, & omnem intellectualem creaturam angelicam, & humanam, non solum deitate, quia Deus, sed gratia, donis, & virtutibus, quia virtutum, & gloriæ ipse est dominus, fons, & origo, sed hæc duo luminaria ad instar primorum sunt data spiritualiter, & posita, vt luceant super terram, quia ambulantibus, & existentibus in tenebris, & vmbra mortis, luminare maius videlicet Iesus, vt præsit diei, ideſt, specialiter iustis, quia in directionem ipsorum, quoad perfectionem omnimodam, intelligendam, sequendam, & operandam, vita est posita Domini Saluatoris. Beata Virgo Maria est lumi-

luminare minus, maximum, quoad nos, sed minus per respectum ad Christum locata est: vt etsi præsit diei, ideſt omnibus iustis, & sanctis, cum sua vita sit, & fuerit dicente Ambrosio, omnibus exemplar virtutum: tamen, quia aduocata est, & mater peccatorum, vt præsit nocti, scilicet peccatoribus in nocte peccati existentibus posita ipsa censetur, quos illuminat inspirationibus commonendo, gratijs à peccato subleuando, exaltationibus ad Dominum inducendo, iustificando, & glorificando, non effectiuè, sed supplicatiuè. Sunt, & fuerunt hæc duo luminaria, à Deo instituta, & ordinata in signum fœderis sempiterni perfectissimæ coniunctionis Dei, & hominis, & tempora diuinæ miserationis, & dies nostræ exemplaritatis, & perfectionis, ac annos consolationis. Sed licet primum luminare Iesus Christus sit perfectissimum: secundum tamen luminare minus, scilicet Beata Virgo Maria, prius est ortu, & natiuitate, etsi perfectissimæ non luxerit in firmamento militantis ecclesiæ, nisi maioti luminari, scilicet Christo in eius vtero concepto, & ab ea generato, quia vt doctores communiter asserunt, tunc cum fuerit secundariò sanctificata, gratiæ plenitudinem accepit, quam noscitur nunc habere. Datum est ergo secundum luminare, & minus mundo priusquàm primum, quia Maria prius in mundo ædita, & generata, sed quando, & quomodo hoc lumen nobis sit, & mundo datum à Deo, præsens fructus declarat dicens. *Maria mundo oritur*, ideſt, istud nobile iocale præcipuum, minus splendidum lumen, sol, & iubar tunc mundo est traditum, & collatum, quando Beata Maria natiuitate temporali mundo est nata, & orta. Et vt videatur quomodo Beata Maria, & qualiter sit orta, est videndum de miris, quæ Deus in Virgine oriente circa ipsam operari dignatus est. Et vt hoc videatur, accipio verbum Beati Hieronymi sic dicentis. Illud, inquit, liber edico, quod neminem fidelium negaturum puto, Mariæ natiuitatem magna miracula præcessisse, maxima etiam consecuta fuisse. Vt igitur expositio Beati Hieronymi videatur, vnum dubium primò est remouendum: An decuit Deum Virginis natiuitate, & ortu, tàm in vtero, quàm extra miracula edidisse? Respondeo, quod sic, si consideretur exordium nostræ reparationis, quia status renouationis mundi fiendus per verbum incarnatum, quantum posset statui primæ creationis omnium similari debebat, quare sicut Dei potentia pro tunc mira exercuit: vtpote cuncta de nihilo creanda tàm variè omnia disponendo, figurando, & ordinando, corpora maxima, scilicet, cœlum, & terram, & sic de alijs elementis condendo, ac tàm distincta in homine corpus, & animam in vna persona coniungendo, & concludendo, nihil Deus pro tunc peregit, quod mirabile non fuerit, & prodigiosum. Sic, & mira facere decebat in statu mundialis

renouationis, sed nunquid facta sunt? Certè inquam facta sunt miracula & signa in cœlo sursum, & prodigia in terra deorsum. In sede Domino Iesu Christo factum est summum prodigium, & signum, quo maius nunquàm ante nec post extitit factum secundum Augustinum super Ioannem: Et hoc fuit, vt Deus homini assumpto sit sic vnitus, vt Deus factus sit homo, & homo Deus. Quod quidem miraculum, nec lingua dicere, neç intellectus percipere, nec gratia demonstrare valet, sed pia fides hoc dicit factum, & credit. In luna, stella, & terra Beata scilicet Maria etiam facta sunt miracula, & prodigia, quod vtique apparet, quia solum de sterilibus est orta parentibus, quod est contra naturæ iura, & sursum, & per consequens mirum. Et quia hoc de nulla alia muliere est factum, vt in serie scripturæ habetur veteris testamenti quod nata sit ex sterilibus, aut eis dono Dei sit concessa. Sed etiam propter alia, mira in Virgine facta, de quibus statim dicetur. Quare, etsi miracula, & signa magna fuerunt in mundi à Deo creatione operata, & per Deum maiora monstrata sunt in mundi renouatione, videlicet in Maria, & eius filio Iesu Christo, etsi non quantum ad natiuitatem Virginis, saltem quantum ad incarnationem Verbi in ea. Insuper cum dicat Beatus Ambrosius: Non minus sit mutare naturas, quàm condere, cum hoc renouationis tempore, vt dicit Augustinus, naturæ iura mutentur, quia Deus homo, & homo Deus: æternum sit temporale: virgo parit, & sic de aliis: quare hoc tempore signa mira debebant à Deo fieri. Gratia etiam cum sit maior, qua post baptismum proficimus, & recreati sumus, quàm qua creati sumus secundum Augustinum. Et de verbis apostoli dicit ipse quod maior est gratia, qua facti sumus: Populus eius & oues pascuæ eius, quàm qua creati sumus. Cum ergo in Christo fuerit summa, & in Beata Maria plena, in eius natiuitate secundum omnes, licet, plenissima in incarnatione filij Dei secundum doctores antiquos. Si tempus comparetur ad tempus, & facta in isto secundo tempore, scilicet renouationis & reparationis ad operata in primo tempore omnipotentis Dei virtus, & sapientia, & bonitas, ac clementia in tempore hoc gratiæ, scilicet, reformationis est plenius declarata, quàm prius. Considerato ergo exordio nostræ renouationis, per verbum incarnatum miracula à Deo fieri debere est declaratum: & sic esse dicit Hieronymus operatum. Si consideretur secundo insignium virginalis perfectionis, scilicet, considerata Beatæ Mariæ sanctitate, cum acceptatione eius à Deo super omnes alias puras creaturas, ostendit enim sanctitatis eius prærogatiua, quod tàm ante, quàm in eius orta, per diuinam potentiam miracula operari debere. Si enim Deus verbum non facit, quod preces ad sanctos suos pro-

22. de Ciuit. Dei, cap. 30. Ser. 16.

Amos 3.

phetas

phetas nō loquatur, faciet ne opus singulare, & insuetum, quod diuina & mira opera non præcedāt? Quippe non. Deus. n. Israeliticæ genti terram, quam promiserat patribus, tradere volens, signis, & mirabilibus tàm in Ægypto, quàm in deserto per quadraginta annos ostēsis ad promissam terram deduxit. Victoriam seruo suo Ezechiæ tradens centum octoginta quinque millia de exercitu Assyriorum occidit. Et propter verum Deum adorandum, & solum à cunctis tres pueros in fornacem missos seruauit illæsos, et Danielem bis obiectum leonibus custodiuit immunem. Si ergo horum cōsimilium ratione Deus operatus est mira, & cū potior sit vita æterna terra Israelitica, victoria de diabolo, quàm de hominibus, ac B. Maria, & eius filio benedicto, vteri sui fructu, ipsa Dei gloria erat danda electis, & diaboli caput iuxta Domini dictū obterendum, non solum in cœlo sursum, sed in terra deorsum iuxta Ioelis vaticinium, signa, & prodigia dari debuerunt. Et quando? Certè quādo benedixit Dominus terram suam, quæ sua facta est, ipsa in matris vtero existente, & hoc per gratiæ infusionem, vt omnes asserunt doctores. Tertiò si consideretur fastigium præcessionis, Maria omnes sanctos præcellit. Si ergo sancti miraculis magni habētur: vt Moyses magnus habitus est signis, & mirabilibus coram Pharaone, & seruis eius: Elias similiter, & Eli seus, & sic de alijs, vt patet in eorum gestis, pariter, & in patria sancti gloriosè residentes cum Christo nobis innotescunt virtutibus, & miris, & sic ad ipsorum deuotionem, & veneratione exciamur. Quare ad commendationem tàm diuinam, quàm Virginis eius ortum miracula præcedere debuerunt. Quartò si consideretur prodigium diuinæ operationis. Cum. n. magnitudo diuinæ potentiæ & sapiētiæ præcipuè exprimatur, vbi natura deficiens à Dei virtute suppletur, & potētia: quare cum miracula virtute non fiant naturæ, sed Dei, & B. Maria miraculosè sit natā ex parentibus sterilibus & ad Dei sit honorem ipsius Virginis ortus, non debet in mirum verti, si Deus in eius ortu miracula perpetrauerit. Insuper cum ignorantia nostra intellectus offuscetur, nec ad altissima supernorū opera indaganda consurgamus, nisi per effectus, vt plurimum, arduitate effectuum, diuinæ potentiæ magnitudinem agnoscimus, & sic qualis, & quanta futura esset ipsa B. Maria, posset à nobis cognosci, & quod signa, & miracula præcedere debuerunt: & sic factum esse dicit B. Hieronymus, ꝙ nulli fidelium in dubium debet verti. Hoc dubio declarato, & viso, quia indubitanter est tenendum miracula natiuitatem Virginis præcessisse, & secuta esse, cū B. Hieronymus differentiā faciat inter miracula, quę eius ortum præcesserunt, & quæ secuta sunt, quia prima dicit magna, secunda verò maxima, videndum est nunc de istorum ad inuicem differentia, quæ appellet magna, & quæ maxima. Pro quorum euidentia est sciendum quod etsi miracula omnia operētur, & fiāt diuina vir-

4. Reg. 19

Exod. 9.

tute Deus tñ aliqua mira operatur per ſubiectam creaturam,& in ſubiecta creatura,ſicut illa,quæ fiunt miniſterio bonorum angelorum,& malorum,ac etiam hominum,quibus Deus vtitur,qñ & qũo ſibi placet ad ſuæ oſtenſionem virtutis,& iſto modo continuè fiunt miracula,& facta ſunt in veteri teſtamento, vt oſtendit B. Auguſtinus. Et iſta, etſi fiant per Deum, fiunt nihilominus per creaturam mediate, & poſſunt dici miracula magna. Quia verò creare ſic eſt Deo proprium, vt nullo modo conueniat creaturæ,vt dicit Magiſter in ſecundo. Similiter animam iuſtificare & ſic de conſimilibus, quando Deus huiuſmodi effectus facit, ad quos Virtus creata mediatè, vel immediatè ſe non poteſt habere,vt eſt mundi creatio,& huiuſmodi, cum ſint opera prodigioſa, tunc Deus dr facere miracula maxima. Hoc igitur pro dicto B. Hieronymi intelligẽdo præmiſſo,reſtat videre,quæ ſunt miracula magna, & maxima iuxta diſtinctionem præmiſſam, tàm ante Virginis natiuitatem, quàm in natiuitate, & poſt à Deo mõſtrata. Vbi ſciẽdum, quod miracula magna, Virginis natiuitatem præcedentia fuerunt,& ſunt. Virginis figuratio,quæ,etſi facta ſit in ſubiecta creatura,tñ diuino miraculo: Vaticinatio de ipſa,& ſua vita, ſanctorum Prophetarum,quia futura, cum ſint Deo cuncta nota, & ipſi ſoli, ex ſua natura, ſuo lumine ea prophetarum mentibus demonſtrauit. Annunciatio eiuſdem facta per angelum parentibus. Condonatio ipſius facta parẽtibus ſterilibus à Deo. Et eius per angelum reſeratio nominis facta,ſed impoſito à ſolo Deo. Iſta poſſunt dici miracula magna, & ſigna,quæ ipſius conceptum,& ortum præceſſerunt. Si verò teneatur ipſam in ſua Conceptione ab infectione originalis culpæ præſeruatam à Deo,vt fructus 7. declarat, iſte actus, quia inuſitatus, & quia à Deo immediatè exhibitus, & operatus inter maxima miracula cenſeri poteſt. Et ſi Virginis ortum non in mũdo,ſed in vtero præceſſerit. Et ſic patet,quæ ſunt miracula magna ante Virginis ortum à Deo operata: Sed aduertẽdũ pro euidentia prædictorum & dicendorum,quod in ſacro eius eloquio natiuitas, & ortus dupliciter poſſunt accipi: vno modo pro natiuitate, & ortu in utero. ſ. pro animatione corporis, tunc dicitur homo natus, alio modo pro ipſius ab vtero egreſſus in mundum,vtroq; modo accipiẽdo natiuitatem Virginis, videndum eſt nunc quæ ſunt maxima miracula à Deo operata. Primum miraculum fuit,& eſt Virginis ab originali præſeruatio,quæ facta eſt ſtatim orta in utero. Secundũ eſt,& fuit, Virginis à Deo ſanctificatio,quæ,& qualiter facta fuerit eſt nunc ſuccinctè videndum. Quod. n. Virgo ante ſecundam natiuitatem,ſ. ex vtero fuerit ſanctificata,omnes doctores concorditer dicunt,& Bernardus in epiſtola ad Lugdunenſes, quia gratiæ alijs conceſſæ,à Virgine non debent negari. Cum ergo in utero ſanctificatus fuerit Ieremias, & poſt Virginem ipſe Ioannes Baptiſta,quare per locum à minori multo

lib. 3. de Trin.

diſt. 1.

Luc. 1.

fortius

fortius ipsa. Hoc ostendit angelus. Spiritus sanctus superueniet in te. Quo viso restat videre, quomodo & qualiter fuerit sanctificata. Pro quo aduertendum, quod sanctificatio, etsi dicat motum in sanctitatē, ex vi vocabuli, sicut dealbatio motus dicit in albedinem, tamen ad prositū loquendo, sanctificatio dicitur multipliciter. Vno modo de nō sancto negatiuè fieri sanctum affirmatiuè: & isto modo non sanctum potest dici illud, quod non est in rerum natura: quia quod non est, sanctum non est, nec potest dici. Quando ergo de tali non esse transit ad esse, & ad sanctum esse, dicitur primo modo sanctificari. Alio modo dicitur sanctificatio de non sancto contrariè, sanctum contrariè fieri, & istud est, quando remota indispositione contraria ad sanctitatem, vtpote peccatū, quod opponitur gratiæ, remouetur, & ipsa gratia infunditur, qua infusa homo sanctificatur. Tertiò modo dr̄ sanctificatio de non sancto priuatiuè, fieri sanctum positiuè, & habitualiter. Non sanctum priuatiuè dicitur, cum aliquis sanctitate priuatur, q̄ posset habere à Deo, non quā deberet habere, quia Deus nulli est debitor strictè loquēdo. Quarto modo dicitur sanctificatio de minori sanctitate ad maiorem intensiuè. Quinto modo de vno modo sanctitatis ad plures modos sanctitatis extensiuè. Sexto modo dicitur sanctificatio confirmatio in sanctitate, & continuatio. Septimo modo dicitur sanctificatio personæ gratificatio, siue sanctitatis creatæ infusio. Octauò dicitur sanctificatio ipsius naturæ, prout ad aliud transmittitur, & communicatur à sanctificante transfusio. Ita quod natura sanctificatur, & sic sanctificatio transfunditur, vt sanctificatio terminetur ad ipsam naturā, quę trāsfundi dēt, sicut si homo, sanctificata persona, naturā suā, sāctificatā trāsfundere sanctificāte valeret. Nonò accipitur sanctificatio pro quacunque alicuius ad Dei cultū dedicationem, sicut dr̄ de sanctificatione tabernaculi, altaris, vestium, & huiusmodi ad tabernaculum pertinētiū, & de sanctificatione Nazareorum. Decimò & vltimò, accipitur sancti ficatio, prout est ab actu corporali separatio, de qua Dominus præcepit Moysi populum sanctificare, & ista sanctificatio erat abstinentia à mulieribus. Hac ergo distinctione de multiplici sanctificatione præmissa, vidēdum est, qūo B. Maria fuerit sanctificata, & pono aliqua dicta. Primum, q. accipiendo sanctificationem de non sancto negatiuè fieri sanctum affirmatiuè. Isto modo B. Maria fuit verè sāctificata, quia antenon erat, & postmodum, dū esset, sanctificata fuit. Et isto modo Alexander de Ales concedit animam Christi sanctificatā. Rō, non. n. potest sanctificari priusq̄ esset, quia sāctificatio, esse, & existere illius, quod sanctificatur, prę supponit. Sāctitas naturā nō respicit, sed personā, quare, nec in parentibus, quis potest sanctificari. Hęc Alexāder in 3. parte. Secundò accipiendo sanctificationem, de non sancto contrariè fieri sāctum. Tenendo Virginem ab originali præseruatā, vt ponit fructus 7.

Exo vlt. *Num. 6.* *Exod. 19*

q. 8. & q. 81.

non potest poni de facto hac sanctificatione, Virginem fuisse sanctificatã,quia nullum contrarium sanctitati, & sanctificationi de facto habuit,nisi dicat,q etsi de facto non contraxit, tñ contraxit ex se fm cãs inferiores,& de iure. Quare sic loquẽdo potest concedi hoc modo Virginem sanctificatã fuisse. Si verò teneatur eã de facto originale contraxisse dẽt poni hac sanctificatione secunda sanctificatã fuisse. Tertiò accipiendo sanctificationem de non sancto priuatiuè fieri sanctum debet dici,& hic statim.n,vt ipsa habuit esse in rerum natura in ea fuit gratia,aliter ab originali non fuisset præseruata:quare,& isto modo nunquã sanctitate fuit priuata de facto,etsi de iure. Quartò accipiendo sanctificationem de minori sancto,fieri maior: vel maius intensiuè, quod iuxta assertionem Doctorũ de Virgine debet,& potest concedi. Quia etsi,quod non intensiori sanctificatione fuerit in sua natiuitate sanctificata, quã in cõceptione,bene tñ in Verbi Dei, in ea incarnatione, qæ Spiritus sanctus venit super ipsam perfectius intensiuè, quã in conceptione & sua natiuitate, vt fructus 26. diffusè declarat. Quintò,accipiendo sanctificationẽ pro continuatione in gratia: de qua hĩ in Glossa super illud:Pater sanctifica eos in veritate. Sic dẽt concedi,q in sua natiuitate B. Virgo fuit sanctificata, i.in gratia continuata,quia gratia in conceptione habita non fuit diminuta, sed augmentata, (vt dictum est in præcedenti,)quare & isto modo potest concedi Virginem sanctificatã fuisse. Sextò, accipiendo sanctificationem pro confirmatione in gratia:de qua Psaltes loquitur dicens:Quis ascẽdet in montẽ Dñi, aut quis stabit in loco sancto eius. Quo in loco ex mẽte Alexãdri de Ales. Sãctum accipitur pro confirmatione in gratia dẽt concedi Virginem Mariã fuisse in Natiuitate sua tã in vtero,quã ex vtero sanctificatã fuisse,sed qũo ista sanctificatione,s.in gratiæ confirmatione B. Maria fuerit diuersimodè sanctificata in Natiuitate,& Verbi Incarnatione,& in Penthecoste, qñ spiritum sanctum cum alijs apostolis accepit,dicetur fructu 26.& 60. Septimò,accipiẽdo sanctificationẽ,pro sanctificatione personę,sic qd sãctificetur,quoad se perfectè,sic B. Maria fuit sanctificata in prima sui sanctificatione,quæ facta est in conceptione,siue ipsa in vtero existente. Octauò,accipiendo sanctificationem,pro sanctificatione naturæ,non quod natura sanctificari possit,persona non sanctificata,sed pro tãto dr natura sanctificari,quia prius persona sanctificatur: Et vlterius eidem conceditur, quod naturã sanctificatã possit ad aliã trãsfundere,prout ipsa persona est principium alterius. Ista sanctificatione sanctificata fuit Virgo Maria, non in prima sanctificatione, sed in Verbi incarnatione,non vt posset per concubitum ipsã trãsfundere,sed modo quo Spiritus sãctus formauit ex ea corpus Domini. Nonò,accipiendo sanctificationem pro dedicatione,sic dẽt concedi,& dici,q Virgo Beata ab ęterno sãctificata fuit, pariter,& in conceptione,

Ioan. 18

Psal.

quia

quia diuinis vſibus mãcipata,& dedicata. Siue qñ à parentibus fuit in templum oblata,& ibi dimiſſa;vel qñ virum ſe naſcituram corde propoſuit,& Deo nouit. Decimò,accipiendo ſanctificationem pro abſtractione ab actu carnali, quia B. Virgo fuit virgo ante partum,in partu, & poſt partum: iſta ſanctificatione fuit perfectiſſimè ſanctificata. Quibus apparet quomodo & qualiter B. Maria ſiue in ſua conceptione, ſiue poſt,in vtero,ſiue extra vterum fuit ſanctificata, ideo videndum eſt nũc tertiò,quoties ipſa Virgo fuit ſanctificata. Et licet appareat ex prędictis,tñ aduertendum,quod B. Virgo ponitur pluribus vicibus ſanctificata. Primò in ſua prædeſtinatione ab æterno,de qua dictum eſt fructu 1. Secundò in conceptione, qñ per gratiã ſuperuenientem animæ in inſtãti coniunctionis ad corpus fuit à peccato originali præſeruata, de qua dictum eſt fructu 7. Si verò teneatur,q̃ ipſa originale contraxit ſecunda ſanctificatio dẽt poni poſt animationem, & ante natiuitatem ſuã ex vtero. Tertiò fuit ſanctificata in ſponſione ſuæ virginitatis corde facta Deo,de qua dicetur fructu 14. Quartò, in filij Dei in ipſa incarnatione: quia Spiritus ſãctus ſuperuenit ſuper ipsã, & ſanctificauit eã iuxta dictum: Sãctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus. Quintò in Spiritus ſancti ſuper ipſam,& apoſtolos immiſſione,de qua dicetur fructu 60. Sextò in ſua ſacra Aſſumptione; Tunc.n gratia, & gloria fuit ſanctificata,de qua hĩ plenè fructu 64. & ſequentib. fructibus; & licet præfatis ſex modis Virgo dicatur ſanctificata,Doctores ſolum duob. vtuntur,videlicet ſanctificatione in vtero, & ſanctificatione in Incarnatione Dei filij in ipſa. Viſo ergo q̃ B. Maria ſanctificata fuit,& quoties. Reſtat conſequenter videndum,quid ipſa ſanctificatione B. Maria gratiæ,& doni obtinuit,& ſecundo doctores antiquos pariter,& modernos habuit ex ſanctificatione in vtero fomitis remotionẽ,& ſm Alexandr. de Ales 3. par. Fomes in prima ſanctificatione,prout naturã deſcendendã reſpicit non diſtinguebatur in ea,ſed in ſecunda. Fomes verò prout reſpicit perſonã, ſic in Virgine extinguatur per gratiã ſanctificationis,ſic videlicet,vt cũ duo ſint fomitis effectus in perſona, difficultas ad bonũ,& pronitas ad malũ,iuxta illud: Non q̃ volo bonũ hoc ago,ſed q̃ nolo malũ. In ipſa in prima ſanctificatione,ſic fuerũt purgata quãtũ ad ſuã perſonã,q̃ nihil remãſit purgãdum à peccato,& à fomite,prout dñt difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malũ, ſed ſolũ in natura,& ſic fuit in prima ſanctificatione caro Virginis ſãctificata, quãtũ ad ſuã naturã,& in ſe,ſed non in quantũ caro eſt principium cõmunicãdi ſe alteri. Et prima ſanctificatio remouit ab ea omne,q̃ poterat eſſe ad peccatũ inclinatiuũ,& ad motus carnales,qui ſerpunt in carne ſicut ſerpentes,& tãta fuit illa ſanctificatio,vt ẽt extenderetur ad alios,& extingueret oẽm concupiſcentiã carnalem in alio, & pp hoc dr̃ cedrus,& myrrhæ cõparatur. Quia ſicut ſerpẽtes cedrus interficit ſuo

Luc. 1. *Pſal.* *q 85.* *Rom 7.* *Eccl. 24.*

odore

odore, ita sanctificatio sua irradiabat in alijs, & in eis extinguebat oēs motus concupiscentiæ carnalis in carne serpentes: & cōsimiliter cōparat myrrhæ, quæ interficit vermes, ita sāctitas eius interficiebat cōcupiscentias carnales. Vnde ēt dñt infideles, q̄ cū Maria pulcherrima fuerit, à nullo tñ vnq̄ potuit concupisci, & hoc erat, quia virtus suæ castitatis, & sanctitatis extinguebat oēm motum carnālē in alijs eā aspicientibus, & hāc prærogatiuā habuit præ oībus sanctificatis, & virginibus, quia sanctitas earū non extinguebat motus, nec concupiscentias in alijs, nec trāsfundebatur ad alios; & sic patet ad quid secunda sanctificatio fuerit necessaria. Quia per primā erat sāctificata plenitudine in se quātum ad personā, per secundā fuit sanctificata, vt potuerit esse principiū per naturā ad carnem aliā per decisionē à carne sua. Hæc ex Alexandro de Ales. Seraphicus doctor, Riccardus de Mediavilla, pariter & angelicus doctor dicunt, q̄ fomes in prima sanctificatione nō fuit extinctus, sed sopitus, & ligatus, sed in secunda fuit totaliter extinctus. Verū quia dicti doctores oēs reuerētia Christi non se determinarūt ad tenēdū Virginē sine labe originalis non fuisse conceptā, cuius oppositum deductum est fructu 7. Ideò fomitem posuerunt quidā extinctum, & quidā sopitum: sed quidā doctor modernus in hac materia dicit, loquendo consequenter ad posita in fructu 7. Quod sicut est ponendum Virginem præseruatā ab originali, sic fomitem talem in ea non fuisse oportet ponere. Etsi dicatur. Si Virgo non contraxit culpā originalem, nec habuit fomitem, ergo in secunda sanctificatione à nullo fuit purgata, q̄ est contra Magistrum, qui dicit eam in secunda sanctificatione fuisse purgatā. Ad istud iā dictum est fructu 7. Quid verò B. Maria habuerit in secunda sanctificatione, dicet fructu 26. Et sic patet de fomitis extinctione, q̄ fuit primū, q̄ ex sua sanctificatione habuit Virgo benedicta. Secundò ex prima sanctificatione B. Maria habuit, q̄ eius anima fuerit impeccabilis actualiter, quia hoc vī saltem ad sanctificationē seq; & vt hoc videat clarius, est sciendū. Primò, q̄ aīa B. Virginis ab instāti suæ conceptionis, siue suæ natiuitatis, nō facio vim pro præsenti, licet sit melius dicere loquendo conformiter ad dicta de conceptione, q̄ natiuitate ex vtero. Dico, q̄ ab instāti tali fuit ab omni culpa tā actuali, q̄ veniali per gratiā preseruata. Hoc patet auctoritate Augustini de Natura & gratia dicētis: Excepta inquit B. Virgine, de qua propter honorē, prorsus cū de peccatis agit habere nolo quęstionem. Inde. n. scimus, q̄ ei plus gratiæ collatū fuit ad vincendū ex omni parte peccatū, & cōceptione, & parere meruit eū, quē cōstat nullū habuisse peccatū. Quo verbo patet fm eū, q̄ B. Virgo nullū peccatū actuale contraxit. B. Bernardus in Epist ad Lugdunēses idē asserit dicens: Puto, quod copiosius munus gratiæ in eā descēderet, qua eius nō solū sanctificaret ortū, sed eā deinceps ab omni peccato custodiret immunē. Hoc idē rōne p-

batur.

bat. Decuit,& de facto pōt cōcedi,q; B. Virgo fuerit ab originali pſer uata quare,& à quolibet actuali,& veniali,quia quodlibet tale,eſt ma gis imputabile voluntati,tanquā voluntarium, quàm originale, quod prouenit principaliter ex quadam naturæ corruptione. Originale etiā eſt deterius veniali, quare ſi à primo, multo fortius à ſecundo pp filij ſui honorem debuit præſeruari. Sequitur etiam hoc ex primo,quia ha buit fomitis extinctionem,& gratiam. Quarè propoſitum. Secundò,qđ anima Virginis ab inſtanti primæ ſanctificationis fuit impeccabilis mortaliter,patet per locum à minori, quia Ioannes Baptiſta ſanctifica tione in vtero ſic habuit, vt cōiter tenent doctores, & ſemper poſtea, quare & B. Maria habuit à fortiori. Tertiò,aia Virginis ab inſtanti ta lis ſanctificationis primæ,quæ facta eſt, vt ſuperiora demonſtrant in in ſtanti ſuę conceptionis fuit ſimpliciter impeccabilis actualiter,tàm ve nialiter,quàm mortaliter,vt ex auctoritate Auguſtini prælegata col ligitur. Quis,inquit,potuit eſſe in eius anima, vel corpore locus vitio- rum? Quaſi diceret quod non potuit Iſta ponit ſanctus Thomas in 3. *q. 27 ar. 4.* parte, vbi quærit,an per ſanctificationem in vtero fuerit præſeruata ab omni peccato actuali, & reſpondet ſic. Dicendum, quod illos,quos Deus ad aliquid eligit,ita præparat,& diſponit,vt ad illud, ad quod eli guntur,idonei inueniantur, ſm illud: Idoneos nos fecit miniſtros noui *2. Cor. 3* teſtamenti. B. igitur Virgo fuit electa diuinitus,vt eſſet mater Dei, & ideo non eſt dubitandum,quod Deus per ſuam gratiam eam idoneam ad hoc reddidit ſm quod angelus ad eam dixit. Inueniſti.n. gratiā apud Dominum,ecce concipies. Non aūt fuiſſet idonea mater Dei ſi aliquā- do peccaſſet. Tum quia honor parentum redūdat in prolem,ſm illud. Gloria filiorum patres eorum. Et per oppoſitum ignominia matris ad *Prou. 27* filium redūdaſſet. Tum etiam,quia ſingularem affinitatem habuit ad Chriſtum,qui carnem ab ea accepit. Dicitur aūt,quæ conuentio Chri- ſti ad Belial? Tum etiam quia ſingulari modo filius Dei,qui eſt Dei ſa- *2. Cor. 6* pientia in ea habitauit nō ſolum in anima,ſed in vtero. Dicitur autem. In maliuolam animam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpo re ſubdito peccatis. Et ideo ſimpliciter fatēdum eſt,quod B. Virgo non *Sap. 1.* actuale peccatū commiſit,nec veniale,vt ſic impleatur, quod dicitur. Tota pulchra es amica mea,& macula nō eſt in te. Hæc Thomas. Qui- *Cant. 4.* bus verbis apparet quod B. Maria poſt primam ſanctificationem effe- cta eſt impeccabilis actualiter. Et licet dictus doctor dicat,quod talem impeccabilitatem non habuit in inſtanti conceptionis & ab inſtanti, quia ponit eam in originali conceptam, ſufficit,quod ponat in prima ſanctificatione fuiſſe,ſed prima ſanctificatio,vt dictum eſt fructu 7. fa- cta eſt ab inſtanti,& in inſtanti conceptionis. Quare propoſitum. Pro- batur inſuper. Si Virgo ante ſecundam ſanctificationem peccaſſet,ta- lis lapſus fuiſſet irreparabilis ad priorem decorem, integritatis & Vir-

ginitatis

ginitatis mentalis, igitur decuit æquè, quantum ad hoc, ipsam fieri impeccabilem actualiter ab instanti suæ conceptionis. Quo sequitur ex iam dictis, quod aïa B. Virginis ex secunda sanctificatione non habuit, quod esset actualiter impeccabilis, nam hoc habuit in prima sanctificatione, & si dicatur contra primum dictum, quod Augustinus dicit, de Perfectione iustitiæ, hominem esse sine peccato, de solo vnigenito esse dictum, & loquitur de peccato actuali. Respondetur, quod in omnibus talibus Virgo pp vnigeniti Dei honorem excipitur, vel aliter, q̃ solus Christus excipitur, quia solus non habuit ex temporali natiuitate pronitatem vnde ad malum incurreret, cum non fuerit concupiscentialiter, seminatus, hoc tñ habuit B. Virgo. non ex naturali origine, sed ex præseruatione per gratiam specialem. Sed nota pro euidentia dictorum, & dicẽdorũ, quod aliquis potest dici impeccabilis, quia nullo modo peccat, aut peccabit, alio modo, quia non potest peccare. Istã distinctionem ponit Scotus in secundo. Secundum modum non ponit possibilem, viatori, sed primum, quare fm ipsum, primus modus in fuit Virgini sed non secundus, verum quia Alexander, Bonauẽtura, & Riccardus tenent oppositum, vt fructu 26. patebit diffusius: Ideo potest dici, quod primo modo ab instanti conceptionis B. Virgo fuit impeccabilis, vsq; ad secundam sanctificationẽ facta in incarnatione filij Dei, sed secundo modo facta est impeccabilis à secunda sanctificatione, & deinceps. Sed hic est dubium, quia vt ex dictis, quod oẽs sanctificati ipso facto fiãt sanctificatione impeccabiles. Respondetur, quod cum sanctificatio sit multiplex, vt dictũ est, & sanctificatio de non sancto sanctum possit fieri multipliciter, ideò non est æqualis gradus, & modus sanctificationis in oĩbus. Propter hoc impeccabilitas non vniformiter, sed inæqualiter in sanctificatis ponitur, & reperitur. Et ideo quidã doctor antiquus in suo tertio dicit quod sanctificatio in quintuplici gradu consistit. Nam est quædam sanctificatio, qua sanctificati, licet rebellionem sentiant, non tñ consentiunt, quales sunt boni viri actiui, & ista est omnium Christianorum, quæ habet principaliter fieri in baptismo, & secũdario in pœnitentia. Alia est sanctificatio, qua alicui datur facultas vitandi omne peccatum mortale, sicut esset aliquis vir contẽplatiuus, & tali sanctificatione sanctificatus est Ieremias. Alia sanctificatio est, qua alicui datur facultas vitandi omne peccatum mortale cum frequentia veniali, & tali sanctificatione sanctificatus fuit Ioãnes Baptista. Quarta sanctificatio est, qua alicui datur facultas vitandi omne peccatum actuale, tàm mortale, quàm veniale per consopitionem fomitis, & ista dicit, more antiquorum loquendo, sanctificata fuit B. Virgo in prima sanctificatione. Quinta sanctificatio est, qua alicui datur peccandi impossibilitas per fomitis extinctionem, & sic, vt dicit, hac sanctificatione, sanctificata fuit Virgo in Verbi Dei conceptione. Hęc

dist. 30.

doctor

doctor iste. Et licet iste doctor talem consopitionem fomitis more doctorum antiquorum ponat in Virgine, quod est supra reprobatum, patet tñ ex dictis, multiplex modus impeccabilitatis in sãctificatis. Et sic patet ad dubium. Secundò: An ex tali sanctificatione B. Virgini in prima sanctificatione collata fuerit plenitudo gratiæ, ad quam fuit prædestinata. Respondetur, quod non, sed bene in secunda. Sed qũo fuit plena ante secundam sanctificationem, & in ipsa secunda sanctificatione, dicetur fructu 16. & 26. Tertium dubium: An per talem sanctificationem B. Maria fuerit in gratia confirmata? Respondetur, quod accipiendo sanctificationem pro sanctificari in gratia, vt tam fomes non adsit, q̃ quod non peccet actualiter, aut peccabit, sic est concedendum ex iam dictis, quod B. Virgo ab instanti conceptionis fuit sanctificata, & cõfirmata. Si verò accipit cõfirmatio prout dicit impeccabilitatẽ secundo modo, sic B. Maria in prima sanctificatione non fuit confirmata, sed in secunda, vt dicit Riccardus de sancto Victore. Ex ista distinctione possunt doctores duci ad concordiam, & ex his apparet, qũo Virgo Maria sanctificata fuit, qũoad carnem, quia omnis fomes amotus, & quoad animam, quia gratiam habuit statim, vt fuit creata, & quoad totam personam, quia impeccabilis actualiter est facta. Et sic patet fm maximum miraculum à Deo factum circa natiuitatem Virginis in vtero principaliter, & ex vtero secundario. Tertium miraculũ à Deo factum circa natiuitatem Virginis est actualis impeccabilitas, licet non potentialis, à Deo concesso, de quo sufficiẽter dicetur fructu 26. Quartum miraculum, & sequitur ex prædictis est à fomite præseruatio, hoc. n. à solo Deo habet fieri, & est immediatus eius effectus, & ideò inter maxima miracula computandum, de qua præseruatione à fomite sufficienter dictum est. Quintum miraculum maximum est plenitudinis gratiæ collatio, non ad quam fuit prædestinata, sed quæ sufficiebat ad ipsam præseruandam ab originali, & à fomite, & ad ipsam sanctificandam, & confirmãdam, vt dictũ est. Maria. n. fuit plena gratia ante incarnatione, vt angelus asseruit eam salutãdo. Sed modo iã dicto habuit plenitudinem gratiæ, aliam tñ habuit in Incarnatione, vt dicetur fructu 26. Sextum maximum miraculũ est ipsius B. Virginis in bono, & in gratia confirmatio modo iam dicto, quæ fit à solo Deo. Septimum miraculum, videlicet, quod ipsa perfectè possedit, & habuit dominium sensualitatis sub ratione. Patet ex quo præseruata est ab originali, & à fomite, & habuit gratiam, & in hoc habuit aliquã vim, & patẽ originalis iustitiæ. Si sic ponatur, vt docet doctor Angelicus parte 3. Imò verius habuit, quia hæc iustitia originalis data primis parentibus, vt dictum est fructu 7. in principio non fuit gratia gratum faciens, sed gratis data, sed in Maria fuit gratia gratum faciens. Et istud octauum miraculum reputatur maximum. Octauum miraculum,

Luc. 1.

q. 27.

lum,quod ipsam Deus summè disposuit ad peragẽdum diuina.Ratio, quia nihil ad malum impellens habuit,& omne ad bonum inducẽs,& gratia adfuit cum vsu rationis. Nonum miraculum, quià aïa Virginis
cap. 18. facta est pulchrior ratione puritatis omnib.alijs creaturis,vt ostẽdit Anselm.de cõceptu virginali.Et ratio est ex excellẽtia suæ sanctificationis, quia copiosiori gratia sanctificata, & statim, ut ipsa fuit à Deo creata: Beata.n.Maria statim,vt in esse naturali fuit posita sanctificata,& confirmata fuit modo iam dicto superius. Decimum miraculum fuit donorum,& virtutum copiosa infusio à Deo eidem. Si.n.virtutes dantur & infunduntur in baptismo prout,hĩ extra de summa Trinitate, & de fide catholica, quare hoc esse factum debet credi in sanctificatione B. Mariæ.Vndecimum miraculum maximum,quod ipsa B.Virgo præ cũctis puris creaturis facta est acceptior,& amabilior,& istud est de diuinis miraculis meritò maximũ, quod ipsa præ omnibus ante ipsam puris creaturis,& post,facta sit Deo acceptior.Quo concluditur,quod sicut ad custodiendum lectulum terreni Salomonis fortes plures erãt deputati, & cuilibet homini ad custodiam vnus angelus bonus detur à Deo, ad custodiendum lectulum Virginis iam spiritualiter in ipsius mente Deo præparatum,& materialiter in eius carne multitudo maxima angelorum est ei deputata. Quibus iam dictis,diligenter inspectis apparet inxta dictum Hieronymi Deum magna,& maxima miracula in natiuitate Virginis peregisse.

Huius fructus expositionem concludendo,ex dictis natiuitas B.Mariæ apparet mirabilis,miraculosa,& singularis,quia ex sterilibus parẽtibus generata,cum sanctitate nata,virtutibus adornata,præ omnib. à Deo adamata,ab omni occasione peccandi præseruata,sensualitas rationi subiecta,ad omne bonum peragendum disposita,gratia plena,& confirmata,à Deo signis præfatis euidẽtibus acceptata,dignissimo, & sanctissimo nomine sibi à Deo imposito, sed parentibus ab angelo in sua natiuitate est vocata.Mariam.n.in suo ortu eam vocarunt. Et quia hæc omnia à Deo sunt peracta, & ab eius gratiæ munere,sacra Virginis Natiuitas ptæ alijs signis, & muneribus diuinis adornatur.

FRVCTVS DECIMVS.

Maria plebs lætatur.

EXPOSITIO BREVIS.

LVx orta cum sole Maria Virgo præclara humiles exaltati,iucundantur parentes fitque gaudium in cœlo,& in terra,ac ab degẽ-

tibus

tibus in limbo sinu Abrahæ, vt piè creditur, lætitia de ortu Virginis multiplex angelo nunciante sentitur.

EXPOSITIO MAIOR.

LACHRYMARVM, & miseriarum vallem ad hanc inhabitãdam primorum parentum reatu à paradisi gaudio, & delicijs genus eiectum humanum iustè, & ritè à Deo est directum, & missum, vt qui sponte verum spiritus gaudium spreuerant, omni ratione lętitia priuarentur mẽtis, & corporis. Et licet in hac vita plenè tàm ex peccato, quàm ipsius pœnis iucunditas non habeatur, seu possit haberi, cum hoc summi boni visione, tentione, & fruitione acquiratur, & corporis glorificatione: ad subleuamen tñ suorum iustorum hic residentium Deus quandoq; aliqua effecit, & peregit, quibus ipse laudetur, vt actor, & nostræ calamitatis mœstitia subleuetur consolatione aliquali. Iudæorum. n. gentem dum per Esther liberat, gaudium eis concessit, & dedit. Tobiæ lumen prius acceptum dum redit ipsum, & diligentes lætitia perfudit. Holofernis morte Iudith patrata gens lætificatur. Ortu iustorum parentibus gaudium ministratur, & alijs, vt patet de ortu Isaac, de matre dicente, risum fecit mihi Dominus, & gaudium. Sic Sãsonis ortu mater gaudet. Obeth Ruth lætatur, & Noemi. Samuelis ortu Anna mater exultat. Ioannis Baptistæ natiuitate congratulantur vicini. Horum, & consimilium in mundum progressu non solum sunt parentes lætati, quia natus homo in mundum, verum quia tàm prodigiosè nati ad nostræ miseriæ suberigendã mœstitiam sunt ordinati, Et cœtus tunc temporis est gauisus. Si ergo talium in mundo ortu alacritate sunt gentes perfusæ, quid gaudij in Natiuitate illius, & ortu fieri debebat, & iubili, quę parte pretium habebat nostræ salutis, cuius filio genus humanũ redimi, & hostis nostri potentia elidi, conteri, & suppeditari debebat. Nimirũ in eius sacro in mũdũ aduẽtu omnis creatura rationalis, & intellectualis hoc cognoscens lætari debebat, & gaudere. Sed quæ est ista, & fuit sic orta, cuius gratia tot nobis sunt bona collata, nisi gloriosa, & benedicta Maria, de qua deuotè, & audacter sancta Mater Ecclesia canit dicens: Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo. Rationem huius lætitiæ subnectit dicens: Ex te. n. ortus est sol iustitiæ Christus, Deus noster, qui soluens maledictionem, dedit benedictionem, & cõfundens mortem, donauit nobis vitam sempiternã. Nec non ad gaudiosè ortum huius Virginis inducit celebrãdum dicẽs. Cum iucunditate natiuitatem B. Mariæ celebremus. Virginis autem natiuitate, vt cantat Ecclesia totus mundus est iucunditate, & alacritate perfusus. Homines, vt patet experientia, & scriptura testatur solent

Esth. 8.
Tob. 12
Iudit. 14
Gen. 20.
Iudic. 13
Ruth. 3.
1. Reg 2.
Luc. 1.

de ho-

Iudit.15 de hostiũ debellatione, prostratione, & victoria lętari. Exẽplũ de hoc hẽ
de lætitia habita à filijs Israel eorũ inimico occiso. De mortis euasione
Esther. 8 ĩ regno degẽtes Assueri, Esther impetrãte à morte liberati trepudiũ in
solitum peregerũt. De dæmonis subiectione discipuli Christi gaude
Luc. 10. bant, quia in nomine Iesu spiritus eis subdebantur. De obtentu dico ca
Iudit. vl. piti, & optati adeptione legitur. Cupide Holoferne victoriã obtine-
re habita iucundatur: Deuisus prius deperditi recuperatione cũ suis a-
micis Tobias senior gaudet. De Dei ad nos reconciliatione Christi
Thob. 11 morte facta ad lętandum Apostolus nos inducit. De Dei conspectione
Rom. 5. signo stellę sancti Magi directi summo affluunt gaudio. De destinatio
Matt. 2. ne ad nos Domini nostri Saluatoris, liberatoris, & redẽptoris sanctus
Luc 2. angelus iubet pastores, & populum gaudere. De donorum diffusione,
Act. 8. Spiritus sancti missione, & sanitatum concessione fideles gaudent. De
nostra exaltatione, & sublimatione ad gaudendum prouocat, & hoc
Isai. 60. pręcipuè, qñ in gloria erimus beatorum. De bonorum omnium possef
sione, & repletione, angeli visitatione iucundatur Tobias cum suis in
Thob. 11 domo. De Petri ereptione, & accusatione, & liberatione de manu He-
rodis, sed de gloriæ acceptione, & adeptione, vt canit Ecclesia, beati læ
Act. 12. titia sempiterna iucundãtur, ac gaudium, & exultationem semper ob-
tinebunt. Si ergo ob præfata homines exultant, & gaudent, quia verò
omnia per Mariam benedictam, & filium eius erãt nobis conferenda:
Primò victoria de mundo, & carnis voluptatibus. Euasio à morte æter-
na per filium ab ipsa gignendum. Subiugatio diaboli, cuius caput cõ
terere ipsi debebat. Patrum optatum desiderium erat adimplendum de
Dei ad nos descensu per incarnationem. Illuminatio mentis per fidẽ
Abuc. 3. rectam, & Euangelicam doctrinam. Dei reconciliatio cum homine,
incarnatione filij Dei, & Mariæ intercessione, visio verbi incarnati in
terra, & conuersatio nostra cum eo iuxta vaticinium prophetæ. Desti-
natio Saluatoris ipsa erat fienda, & collatio generi humano, qua desti
natione Dei aduenientis ad nos facta repleri debebamus diuinis mu-
neribus se ipso nobis dante, qui est summum bonum. Exaltari super
Ioan. 1. oĩa creata humanitatis nostræ assumptione, omnib. gratijs fœcundari.
Et ab omni malo eripi, ac ætetnæ gloriæ hæreditas nobis reddi, & con
cedi: quare huius sacræ Virginis ortum agnoscentes gaudere, & lætari
decebat. Sed si generaliter per dictorũ beneficiorum munere gaudeat
totus orbis huius sacratæ Virginis natiuitatẽ in speciali in cœlo factũ
est gaudium, & tripudium Mariam sciente futuram matrem salutis ip-
sorum, & dominam, cuius fructu uteri, eorum reparanda erat ruina, ho
stiumq; eorundem capita prostrari, suaq; misericordia, & gloria, cœ-
lum, terra, & omnis creatura debebat fœcundari. O quàm gaudiosè an
gelus, qui eam nascituram parentibus nunciauerat, cunctis, quæ gesta
erant, referabat, & Mariam matrem gratiarum depromebat. O quã ma-

gnum

gnum laudum iubilum, Deo sancti angeli de tali, & tanto beneficio persoluerunt, qui sic eos talis Virginis ortu lętificauerat. Sed nunquid in ortu huius beatæ puellæ iam sanctificatæ, & ab omni macula præseruatæ angeli non affuerunt ad lectulum templi, & tabernaculum veri Salomonis debitè custodiendum coram ipso tripudiandum, & conspiciendum? Indubiè credi debet, quod nihil in ea erat, quin totum ad ipsorum gaudium, & lætitiam redundaret. Simile enim iungitur simili, & gaudent, quare omnis puritatis, & innocentiæ vasculo purissimi anguli statim sunt adiuncti. Sed hæc puella vsu dotata rationis, vt docet Anselmus libro de Conceptione Beatæ Mariæ angelorum cantica circa se ad laudem Dei exhibita suo ortu in vtero, & natiuitate: ex vtero nonne percipiebat? Credo quod sic. Ac magnam de Deo dulcedinem, & consolationem percipiebat, & sumpsit. Angelis sanctis in cœlo iubilantibus huius sanctissimæ Virginis natiuitate nunquid hoc gaudium à sancti s patribus in valle vmbræ mortis degentibus in limbo, scilicet, in sinu Abrahæ, quod sancti angeli peragebant, est cognitum, & perceptum? Credendum est piè, quod sic. Cum enim angelorum ad patres illic existentes continuus esset descensus, non solum ad animas iustorum illuc deferendas, vt patuit de anima Lazari ad ipsum locum per angelos deducta: verum etiam cum essent in statu gratiæ, & patriæ cœlestis aperitionem expectantes, & conciues ipsorum futuri, ad eos assiduè visitandos, confortandos, & consolandos descendebant. Quare huiusmodi tripudium in supernis ab eis coram Deo gestum de huius Virginis sacro ortu proculdubio patribus nunciarunt. Insuper cum attestantibus doctoribus, Hieronymo, Ambrosio, Damasceno, & alijs sancti patres ipsam Beatam Virginem figuris orituram mundo, & nascendam deprompserunt: vt fructus vigesimus nonus dicit, & tertius: et multi de Christi ortu in generali, & in speciali quoad tempus fuerunt certificati, vt dicit Saluator de Abraham, qui eius diem vidit: Vidit, & gauisus est. Iacob. Daniel. capite quarto, sed clarius capite nono, & sic de alijs. Non est putandum tale lumen post mortem ab eis amotum, cum anima exuta à corpore eorũ recordetur, quæ in corpore gessit, obtinuit, & habuit, quia in parte intellectiua memoria est: vt Magister docet in 1. Diuiti enim Epuloni ab Abraham dictum est: Fili recordare, quia in vita tua bona recepisti. Et quod recordentur animæ exutæ à corporibus Augustinus ostendit super illud Psalmi. Fiant filij eorum orphani. Et nono Confessionum. Et Gregorius exponens illud: Misericordias Domini in æternum cantabo: & omnes doctores catholici: vt patet, vbi hac materia ab ipsis tractatur. Si enim non recordarentur præteritorum, quomodo scirent, qua de causa saluantur, & damnantur? Quis insuper sanæ mentis dicere

Ioan. 8. Gen. 49.

dist. 3.

cere audeat, quod quæ sancti prophetæ prædixerunt spiritu diuino nō intellexerunt? Quare sancti patres tàm prophetico spiritu, quàm reseratione angelorum Beatæ Mariæ ortum agnoscentes, ac quod credo in eis factum præsolito à Deo in eorum mentibus singulari illuminatione. Cum enim multæ illuminationes, inspirationes, & gratiæ fiant
Luc. 1. in ortu sanctorum, sicut Zachariæ factum in ortu præcursoris Christi Ioannis, qui Spiritusancto plenus, & repletus prophetauit, ac Deum laudauit. Sic & in ortu Samuelis factum est in Anna sua matre, vt patet in Cantico ab ea ædito. Non immeritò potest credi esse factum
1. Reg. 2. in Beatæ Mariæ natiuitate, & suis parentibus, vt stat im dicetur, & illis sanctis patribus, qui ipsam nascendam prædixerant, tandiu optauerūt,
Isa. 11. & prædicauerunt, vt Isaias: Egredietur virga de radice Iesse: vt Ieremias: Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circumdabit vi-
Hier. 31 rum: & sic de alijs. Quare huius Virginis ortu, sic comperto ineffabile gaudium ipsi habuerunt, & tripudium, ac Deo de tanto beneficio huius sacræ Virginis ortu, & in breui de ipsorum salute per Mariæ filium fienda, gratias reddiderunt, & laudes. Cur enim non gaudere debebant? Primò, quia non ante humano generi in hominibus collatum fuit sic magnum beneficium: vt erat ipsa Beata Maria. Fuit nè aliquis ante ipsam ab originali præseruatus, sic sanctificatus, confirmatus, habens gratiam in suæ conceptionis instanti, & deinceps tàm plenè fecundus vt Maria? aut futura præfata in aliquo puro homine? Certe non. Quare istud fuit præexcelsius opus factum in homine, quàm vnquam prius, & maius beneficium mundo datum. Secundò gaudere eos decebat, cernentes figuras, & typos, sub quibus Virgo fuerat patriarchis monstrata, verbaque prophetarum de ipsa impleta pro parte, & postmodum totaliter adimplenda. Sicque omnia prophetata, & vaticinata de filio, vt verò Messia effectui demandanda, quare meritò lætabatur. Exultauit Adam pater omnium videndo per spiritum lignum vitæ ipsam esse, & dispositioni ad fructum vitæ producendum, ac fructum vitæ, scilicet, Dei filium in Marię vtero,
Gen 1. vt in paradiso collocandum. Heua mater omnium cognoscendo ærumnam suam aboleri à Maria, & caput mortis conterendum, ac
Gen. 3. omnis eius maledictio remoueri, & benedictio conferri. Noe intuen-
Gen. 6. do arcam componi ad genus humanum liberandum, & arcum in-
Gen. 9. nube ad fœdus perpetuum stabiliendum, & firmandum inter Deum, & hominem. Abraham videndo sibi promissum diuinitus in breui sine dubio compleri, ac cœlum, idest, Beatam Virginem stellis, i-
Gen 22 dest, virtutibus innumeris fœcundari. Isaac aspiciendo agrum odo-
Gen. 15. ribus virtutum repleri, & in cunctis benedictionibus Dei matrem
Gen. 28. futuram concipiendam, & ab omnibus honorandam. Iacob prospiciendo

ciendo scalam parari ad Dei ad nos descensum, & in Maria Deum semper innixum stare, & perpetuò sic debere ibidem manere. *Gen. 37.* Ioseph suum manipulum, ideſt, Christum ex agro Virginis consurgendum, & à cunctis adorandum sua deitate, & ex Maria nascitu- *Gen. 41.* *Gen. 49.* rum verum Saluatorem mundi. Iudas videndo desideratum ammodo destinandum, & de sua progenie propagandum. Moyses videndo *Exo. 3.* Rubum sancto spiritu igniendum, & nulla pollutione humana con- *Exo 32.* taminandum, & in tabula ventre Mariæ Dei digito scribi, ideſt, Christum generari. Aaron virgam videndo sine virili semine Mariam Christum florem vitæ statim generare, tabernaculum Dei erigi: altare construi ad Deum placandum, & in mensa panis vitæ poni Deo *Nu. 17.* offerendus: & in arca verum manna, ideſt Deum includi, & collocari. Iosue clypeum subleuari pro hominum defensione. Iericho *Ios. 8.* obrui, ideſt, hæreticos, & Iudæos dissipandos. Debbora Iael clauo *Iudic. 4.* Sisaram videndo ad terram proijcere, ideſt, idolatriæ cultum totaliter annullari, & fideles stellas cœli contra idolatras repugnare. Gedeon rorem gratiæ pleniſſimè in virgineum vellus descendere, & cœlo dari, quia Spiritus sanctus descendendo in Mariam, ipsa fru- *Iudic. 6.* ctum vitæ, & gratiæ mundo dedit. Samson, quem Apostolus ad *Heb. 11.* Hebræos in catalogo iustorum enumerat: pariter, & Auguſtinus, & per *1. de Ci-* cõsequens in limbo sanctorum hic gaudebat videndo Mariam, aquam *uit. Dei.* gratiæ elargiri, qua sitis extinguebatur malum operandi. Samuel *Iudic. 15* pluuiam videndo descendere, vt corda fidelium fructum facerent perfectum pro gratię plenam irrigationem, & verum regem ad po- *1. Re. 12* pulum Dei regendum destinare. Dauid lucernam videndo sibi pa- *1. Re. 13* rari, vt lumen deificum posset intueri, & pacem generalem in bre- *& 16.* ui mundo dari. Salomon videndo tẽplum Domini, dicari sancta sancto- *Psal.* rum Deo specialiter deputari ad loquendum cum homine Deum as- *Psal.* siduè inclinari. Ezechias solem cernendo ad ima, scilicet, Deum *3. Reg. 8.* dimiſſis nouem ordinibus angelorum, quasi nouem gradibus retrogradiendo ad nos declinare. Elias nubem, ideſt, Mariam gratiæ a- *4. Re. 20* qua abundanter fœcundari in Oreb, scilicet, in Maria Deum videri, & Dei legem cernendo pandi. Eliseus contuendo currum præpa- *3. Re. 18* rari, vt ad cœlum vir fidelis deferatur, & vas nouum, vt sal diuinę sa- *Eccl. 50.* pientiæ ponatur. Isaias videndo virginem sine viro gaudium, virgam *4. Reg. 2.* Ieſſe septemplici spiritu, quoad dona fęcundandæ. Ieremias virum *Hier. 31* videndo perfectum in proximo à fœmina totum circundandum, ol- *Iere. c. 1* lam succensam esse ad mundum inflammandum. Ezechiel portam clausam conspiciendo reserandam, soli Deo eminenti, & tabernaculum Dauid substitutum, & aquilam, ideſt, Mariam medullam sum- *Ezec. 40* mi cedri, ideſt Dei filium accipere debere, Daniel arborem extendi, *Ezec. 17*

Dan. 3. & 4. Zac. 13. Tob. 13. Ioan 1. Nu 24. Mich. 4. Baruc. 3 Iudit. 13 Esthe. 2.

vt cibum de cunctis fidelibus, & lapidem, ideſt, Chriſtum à monte virgineo, præſcindendum, ideſt generando ſine peccatorum manibus. Zacharias videndo fontem ordinandum pro peccatorum ablutione, ſcilicet, à Chriſto Mariæ filio, qui baptiſmum ordinauit, quo homo à ſorde purgatur peccati. Tobias aſpiciendo lucem dari ad mundum clare illuminandum, ideſt, Dominum Ieſum Chriſtum, qui eſt lux vera, & Maria, quæ eſt ſtella. Michæas montem ſupra omnia eleuari, ideſt, Mariam præ omnibus acceptari, & ea populum edocendum, vita, & doctrina. Baruch videndo Deum humanandum, & ipſo vera ſapientia edoceri, & cum hominibus conuerſari debere. Iudith videndo Holofernis caput amputandum, & exercitum inferorum fore debellandum. Eſther intuendo humanam naturam, vero Aſſuero, ideſt, Deo vero iungi debere, & copulari, ac ſuper omnia eleuari, & exaltari. Et ſic de alijs iuſtis prophetis in ſinu Abrahæ degentibus, qui hãc beatam Virginem Mariam, & eius filium diuerſis viderunt ſub figuris, & naſcendos diuino clamarunt inſtinctu, & mandato. Pauca de pluribus poſui, vt per dicta, quid alij ſancti patres, & prophetæ gaudij effecerint, nec non, & alij iuſti ortu cognito Marię intelligatur. His igitur meditatione debita cum circumſtantijs penſatis, quod ſancti patres in ſinu Abrahę degentes lętitiam habuerint de Beatæ Virginis natiuitate euidenter poterit apparere. Sed quid homines, ſpecialiter Beatę Marię parentes, ſcilicet, pater, & mater eius ſacro ortu gaudij geſtierunt? Certè præ cunctis diebus temporum gaudium habuerunt & lętitiam, & meritò. Primò, quia cernebant promiſſa eſſe completa, quę per angelum erant dicta de Beatæ Marię ortu, & natiuitate. Quod ſterilitatis opprobrium ab eis erat abdicatum. Quod acceſſus eis ad Dei templum cum oblatione erat reſtitutus. Quod de tam inſigni & excellenti dono à Deo eis tradito certificati. Sed nunquid alijs de cauſis? O mater Maria, Beata Anna, nunquid es gauiſa Mariæ ortu in tuo vtero, & ex vtero? Certè ſic vales dicere, propter ea, quę ipſa filia tua benedicta, & Dei mater mox futura in te ſuis meritis Deus effecit, ſed quę egit in te Deus ò Anna ſancta, quę iſtam talem filiam generare meruiſti? Multa, inquis, dicere potes. Ipſa enim filia tua plura egit Deus in Ioanne Baptiſta, & eius matre, ac ſene Zacharia, vt fructu vigeſimo, & vigeſimo primo dicetur. Ampliora, & maiora in te indubiè effecit, quare merito in eius ortu es gauiſa. Secundò Maria tua filia fuit gratia fęcundata, pariter & ſanctificata. Inſuper ab omni peccato filia tua fuit prę ſeruatione purgata, virtutibus adornata, in gratia cõfirmata, quare ſuo patrocinio te in bono roborauit. Deinde facilitatẽ habuit ad omne bonũ peragẽdũ: Fuit angelorum in te ſtans cõtubernio cuſtodita, & vallata.

Tan-

Tandem sancti plerique extra vterum,& in vtero cibo spirituali, & corporali sunt refecti: & ipsa Maria dapibus supernis saginata te non inquietabat,sed ad simile inuitabat.Maria Ioannem suo aduentu, & filij eius in vtero manentis, & vox exultare fecit, quantò magis tuam animam gaudio repleuit,vt eam ferendo in vtero grauedinem non haberes sic durè,vt aliæ,ac ipsam pariendo vix dolorem sentires, imò cũ gaudio hunc fructum considerando,quem pariebas, quantæ esset virtutis, & efficacię, tàm experientia propria quàm attestatione angelica.Elisabeth Maria prophetat, cur quid Maria effecit sua intercessione in extra non fecit in te sua matre? Quare in te ipsa fauente suo merito dolor partus est,etsi non totaliter, saltem pro parte mitigatus, tuus intellectus illuminatus, & tuus affectus inflammatus, non solum ipsius in tuo vtero baiulatione,sed eius post ortum gestatione, amplexu,& nutritione:qbus in te ipsa, & suo patrocinio effectis merito eius in ortu gaudere poteras,& debebas.Si Sara gaudebat Isaac,Lia susceptione filiorum,Noemi de Obeth,& Anna de Samuele, multò fortius tu de tua filia meliore,sanctiore,& perfectiore præfatis, & propter illa, quæ in te ipsa tecum stante & in vtero tuo manente facta sunt. O Beata mater Anna qualem prolem edidisti? Quia Mariam figuratam,à patribus,declaratam à prophetis,optatam à regibus, generatam nobilibus,amatam à Deo patre,ordinatam pro filio, inhabitatam à Spiritu sancto,præseruatam à macula peccati, sanctificatam in vtero, confirmatam in bono, nunciatam tibi per angelum, & tot in mundo datam in patrociniũ,speculum,& formam virtutum,gratiarum,misericordiarum,& donorum.Redde ergo summo Deo de tanto dono, pignore,& munere gratias, quia te præuenit in benedictionibus dulcedinis, & tuum virum,vt talem fructum pareres acceptum Deo,angelis,& hominibus.Dicas ergo ob hoc cum ipsa filia tua benedicta: Magnificat anima mea Dominum.Rationem pande,& causam securè, quia tibi Dominus magna fecit:vt filiam haberes præ omnibus sanctiorem,& perfectiorem. Rengratiatur ergo mater Maria Anna Domino, quia ipsa Maria bonis repleta,scilicet,Spiritusancto,& tu aliqualiter repleta fuisti.Multa ergo fecit Deus benedictus animæ tuæ, quare cum Anna, Iudith, Debbora Dominum exalta in suis operibus, & Deum benedic, qui humiles exaltat,& ponit in sublimi. Sed quid dicendum est de patre Ioachim ipsius Beatæ Virginis? Nũquid lætatus est huius Virginis in mundo æditione? Et quis sapiens oppositum valet cogitare, cum ipse esset homo perfectus diuina præcepta seruans,& mandata? Meritò ergo de Maria gaudere poterat, vt pote data eidem in gaudium, solatium,directionem,lucem,& vitam.Nonne quod patribus erat promissum in ipso est adimpletum, & quod diu erat optatum, huic timenti Deum est collatum? Gaude igitur, & exulta pater Ioachim,cum filiam

habeas tibi à domino concessam, & donatam, qua domus Dauid honoratur, perficitur, & exaltatur. Hæc est Rebecca, quam Deus præparauit filio suo in matrem. Hæc est Virgo, quam prædixit Isaias intactam concepturam verum Emanuel, quam dicit Ieremias: Fœminam super alias benedictam virum circumdantem. Ezechiel demonstrauit sub specie, & figura portæ, & per quam Deus intrare ad homines debebat. Hæc est filia tua illa, de qua Daniel dixit: Summum regem de ipsa progressurum sine manibus, & corruptione. Hæc est arbor, cuius fructus omnes pascere, & reficere debebat: & sic de alijs figuris, quibus hæc tua filia à Domino tibi data est declarata, & monstrata: quare meritò gaudere debes, & exultare, ac tecum, cum filia tua sit nunc imperatrix omnium facta, secure conuoca cœlum, & terrã, vt vnà tecum Deum laudent, quia misertus est tui, & paupertum, tantum donum cunctis concedendo. Sed cum filia tua in Zacharia patre Ioannis cum ipso tribus manendo mensibus eum illuminauit, & Spiritu sancto suis precibus repleuit. Fecit ne tibi hæc filia tua benedicta tale? Firmiter credo quod sic, etsi authenticè hoc in scriptura non habeatur. Credo enim, quod si alios sua interceſſione, & merito gratificauit: in bono solidauit, illuminauit, adornauit, & Deo præ solito acceptos reddidit, multò fortius in te, & circa te hoc egit, quia filia, & Deo in omnibus parens. Quare te, vt suum patrem diligens, quanta, & quæ valuit ipsa in te, & circa te, exercuit, & perfecit. Si ergo Tobiæ vita post lumen perceptum à domino semper fuit in gaudio, certè & ipsius Ioachim, tanto percepto dono à Deo, cuius opere, & gratiam possidebat, & arrham tenebat iam hæreditatis æternæ. Iucundabantur, & gaudebant ergo Mariæ parentes de eius ortu, & natiuitate: & quod erat ad omnium lætitiam, eis non erat proculdubio ad tristitiam: quare meritò, quia noua lux eis orta est, ideò gaudium, pax, honor, & tripudium eis fuit in præsenti, & nunc est in futuro, scilicet in gloria. Cogitando.n. præsentia, quæ experientia videbant in Maria, & futura, quæ fienda erant ipsi benedictę Marię meritò gaudebant. Sic ergo apparet, quomodo Mariæ ortu, cœlestia iubilant iusti in limbo tripudiant, ac parentes in mundo existentes indicibili susceptа lætitia laudes exhaustas superno referunt creatori. Si ergo tantum gaudium gestiere angeli, patres, & parentes, quid nos agere charissimi Virginis Mariæ natiuitate debemus? Certè oportet nos gaudere, & præcipuè in commemoratione tantæ solennitatis ortus Beatæ Mariæ. Ipsa enim oriente mundo propter eius insignes virtutes, & conditiones lux, & lumen ortum est nobis cęcis. Infirmis medicina, ignorantibus lux, & doctrina, oberrantibus via, peccatoribus venia, & propitiatio, desperatis, & desolatis confidentia, rectis corde lætitia, angelis domina, exulibus patria, naufragantibus portus, proficientibus exemplar,

plar, & auxilium: sanctis, & iustis, vt cœlum ascendant ianua, porta, & scala, quæ omnia patent considératis opetibus, vijs, & misericordijs, donis, & gratijs, quæ assiduè in nobis portigit ipsa mater dei Maria. Quare nos, quos delictorum catena constringit, terrenorumque obumbrat nebula, sua arte diabolus assiduè illudit, & frangit, mundus blanditijs suis allicit, & carnalis semper titillat libido: In huius almæ exordio decet nos gaudere præ opere non solum angelorum, & iustorum exemplo, verum etiam nostra vtilitate: vt eius, cuius gaudiosè ortum celebramus, intercedentibus meritis triplici hoste subacto, à peccatis purgati, gratia, & virtutibus adornati ad eius fœlicem gloriam transeamus.

Amen.

Finis primi libri.

DE VITA B. MARIAE VIRGINIS DEIPARÆ

Liber Secundus.

IN QVO B. MARIAM IVXTA SECVNDAM eius nominis interpretationem verè illuminatricem fuisse ostenditur.

FRVCTVS IN HOC SECVNDO Libro contenti.

Maria parua ducitur.
Maria cœlo pascitur.
Maria iusto traditur.
Maria uenter tumuit.
Maria montes adyt.
Maria uatem condidit.
Maria collocatur.
Maria consecratur.
Maria fœcundatur.
Maria uir iuuatur.
Maria uir latatur.
Maria subleuatur.

Fructus XI.

FRVCTVS PRIMVS

Maria parua ducitur.

EXPOSITIO BREVIS.

TEMPLVM Spiritus sancti Maria in templo à parentibus conspectui præsentatur diuino, ad quod se sola auxilio nullo freta humano ascendit, solum se ostendens appeti turam præsentiam, & laudes omnium conditoris.

EXPOSITIO MAIOR.

QVEMADMODVM Deus omnipotens in operibus ad intra necessariò operatus est, præcipuè in generatione filij, atque productione Spiritus sancti, in quibus pater à se generat filium sibi in omnibus æqualem memoria tamen fæcunda vti principio quo existente, decernens filium à patre esse, & à nobis sic nuncupari, qui quidem æqualis per omnia patri, teste Athanasio, atque sacrosancta mater Ecclesia sic inquiens

nquiens . Filius à patre solo est, non factus, non creatus, sed genitus. Et illud met proclamans: Genitum, non factum, consubstantialem patri. Pariterque Spiritus sanctus à Patre, & filio procedens, voluntate tamẽ fæcunda principio quo, Pater q; & filius, vti duo spiratores, vel vnũ spirãs vt orthodoxa clamat Ecclesia, in symbolo Athanasii. Spiritus sanctus à Patre, & filio, non factus, non creatus, non genitus, sed procedẽs. Ita quod per omnia in hac eminentissima Trinitate sit æqualitas, nihilq; prius, aut posterius admittatur, vt omnes fatentur doctores Theologi asserentes in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sunt, & coæquales. Ita etiã in operibus ad extra Deus omnipotens totaq; ipsa Trinitas effectiuè operatur, licet terminatiuè non, ita quod in mundi creatione, nec pater tantum, nec filius solummodo, nec spiritus sanctus effectiuè loquẽdo solus sit operatus. Licet tamen appropriatè attribuatur omnipotentia patri, sapientia filio, bonitas Spiritui sancto: Nihilominus in exordio mundi, loquens sancta, & individua Trinitas sibi ipsi dixit: Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & similitudinẽ nostram. Vbi teste Augusti. super Gen. ad literã apparet signaculum altissimæ Trinitatis imprimẽdum fore creaturæ rationali, scilicet homini. Manifestatur pariter operatio effectiua, vestigium, similitudo, & imago, quę relucet vt in speculo in homine. Nec mirum, quia Dei perfecta sunt opera, nec est, qui possit resistere, voluntati eius, Dominus. n. vniuersorũ est, vt habetur. Esther. Quis etenim est, qui non inspiciat, & fateatur eius potentiam infinitã, sapientiam plẽnissimam, bonitatem superabundantissimam, quib. cunctis dat esse, omnia gubernat, alta à longe cognoscit, sustentat, omnib. prouidet, & suauiter cuncta disponit. Hinc canit mater Ecclesia. Deus in sui dispositione nõ fallitur. Creauit Adam de limo terræ, & inspirauit in eum spiraculum vitæ, collocans in paradiso terrestri, præbens ei adiutorium simile sibi, formans illud ex costa eius, de qua loquens Augustinus ait. Dormit Adam, & fit Heua, clauditur Noe in arca, & cum cæ species creatæ, ne pœnitus extinctæ, nouas denuo firmaret. Catarrhactæq; cęli apertæ sũt aduenięte diluuio, in quo propter peccata cõmissa cæterum genus hominum, & paruuli sugentes vbera, iumenta, volatilia reptiliaq; omnia periere. Vocat Loth ab incẽdio, Abraham se gregat à Patre & patria, Moysen assumit ab aquis, Dauid a gregibus ouium, Danielem adolescentem ad iudicandum senes suscitat, & tempore à sua optima, diuinaq; uoluntate statuto, vt hominem perditum saluaret, nasci facit à parentibus sterillbus, scilicet Ioachim & Anna Virginem gloriosam Mariam, in cuius ortu, vt fructu præcedenti, qui decimus est, & ultimus primi nostri libri, lætati sunt angeli, gaudi sint patriarchæ, tripudium fecerunt prophetæ, deniq; omnes animæ degentes in limbo, qui sinus Abrahæ dicebatur, gaudio indicibili effe-

ctæ sunt. Nec mirum, quia lux orta est eis, & toti mundo, de qua lætâ Ecclesia canit. Egredimini & videte filiæ Sion reginam vestram, quam laudant astra matutina, cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur, & iubilant omnes filij Dei. Hac inquam, nata Ioachin pater exultat, Anna mater lætatur, strictaq; in cunabulis stringit fascia, blanditur, vt mater, fouet, allicit, & inter brachia gestat, abluit sordes infantiles, osculatur eum, & more muliebri, atq; materno inspicit, & tangit. Ipsaque B. Virgo in vtero sanctificata, & à peccato originali præseruata fomite sopito, seu extincto, aut ligato, dum esset trium annorum Deo inspirãte, & excitante, parentibus sociata pergit ad templum, vt votum à parentibus emissum persolueret eò deuotius, & feruentius quò gratia in tàm tenella ætate assistente ducebat. Patre Ioachim de filia interrogante, Matre Anna quęrente, affinibus, cognatis, atq; vicinis stupentibus de egressu à domo, ingressuq; in templum, accedit pater, venit mater, currunt cognati, mirantur parentes, loquuntur vicini, commouentur omnes de insolito huiusmodi ætatis progressu, mater tñ, atq; patet cõsiderãtes, diuina promissa attẽdẽtes verbis angeli, q̃ eisdẽ nunciauerat, cogitantes super sterilitatẽ eorũ, diuino opere semotã, votum pariter emissum ab eis si prolem acciperent, rem tacitè, considerando, Deũ toto corde laudando infantulam in templo relinquunt firmiter credẽdo, quod qui eam à sterilibus fecerat nascendam, pariter aleret, nutriret, foueret, gubernaretq; sua gratia. Sic igitur Virgo beata ascendit in templum. Sed quo duce quo comite? Deo equidem duce, atq; comite eius gratia, iam in vtero sanctificante, præseruante, & confirmante. Domi manent parentes reuersi, ad propria redeunt cognati, & vicini, ipsaque Virgo ætatis annorum trium, vt dictum est remãsit in templo. Sed quæreret aliquis, quid Virgo beata ibi faciebat? Certè pie credendum, & asserendum est eam ibi contemplationi, & assiduis orationibus vacare, vt quæ omni ex parte Deo dicata totum suo creatori diu, noctuq; impenderet seruitium, & obsequium. Decebat.n. hoc, vt sicuti in ætate senili pariter, & viduali aliquę mulieres Domino inseruiebant, sic in Virginitate posita, tenellaq; ætate creatori suo ipsa obsequium præberet. Anna nempe mater Samuelis prouectę ętatis, quæ processerat in diebus suis, vt Elisabeth vxor Zachariæ. Altera Anna vidua in templo seruiebãt, orabãt, contẽplationi vacabãt, ait cõgruũ erat, vt B. Virgo in tẽplo sũmo Deo omnipotẽti: gratias, quas posset, redderet orationibus, atq; cõtemplationibus vacaret. Deinde ad templum accedit, vt mores etiam aliorum imitaretur. Sacerdotes.n. ingrediebantur tẽplum, ut sanctificarent, sic Virgo beata, ut suã sanctitatem in utero susceptam ostẽderet. Daniel pariter iuit cũ rege in tẽplũ, ut impietates sacerdotũ fugaret. Ita Virgo ad templum accedit, vt cuncta vitia fugãda monstraret. Dauid etiã ascendit in templum, vt oraret, & adoraret Deum, sicuti ipse

2. Pa. 19

Dan. 14

ti ipse dicebat. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini. Sic Virgo in templo orat, ascendit, confitetur, & Deum in tali ę- *Psal. 5.*
tate adorat. Tobias pergit in Ieruſalem, & ad templum ascendebat, vt Deo gratias ageret de acceptis beneficijs. Ita Virgo beata ascẽdit in templum, vt Deo gratias ageret de beneficiorum susceptione. Sed hic oritur dubium: An B. Virgo potuerit reddere æquiualens Deo de beneficijs acceptis. Respondetur quod non, & præcipuè de maternitate, elegit.n eam ab æterno in Dei matrem, & istud est tantæ excellentiæ, vt nequeat Virgo reddere æquiualens Deo. Zacharias insuper Pater Ioannis Baptistæ ascendit in templum, vt adoleret altari, sic Virgo ascendit, & permanebat in templo, vt deuotioni incessanter insisteret. Hæc pauca de veteri testaméto collegi, vt Virgo beata in templo orãs deuotioni vacãs, orationibus insistens, Deo summo creatori seruiens, cũctis patesceret. Sed hic etiam quęri potest ex quibus, & à quibus gloriosa Virgo excitata, & promota fuit ad ascendendũ templũ, vt ibi diuturno tempore maneret. Dicendum quod multis de causis, inter quas, quemadmodum in templo erant in ascensu quindecim gradus, quos etiam modo sancta Mater Ecclesia spiritualiter obseruat, ita in Virgine beata quindecim aderant, quæ eam impellebant ad ascendendum templum, in quo diuina persoluebantur sacrificia. Primum fides in intellectu, qua credidit firmiter Deum posse facere, & ei tribuere, quod dederat, & fecerat. Secundo spes, quæ in ipsa non fuit obliqua, vt cõiter dicitur, spes, quæ differtur affligit animum: sperauit.n. ipsa in Deo salutari suo. Tertiò charitas, quæ circumdedit totam eius voluntatẽ, & hic quæri potest: An in virgine in præsenti statu viæ fuerit actus perfectus charitatis, ita quod actualiter semper, & continuò fuerit in ea? Respõdetur quod non, quia talis actus tantummodo fuit in anima Christi actualiter, & nunquã interruptus. Si verò loquamur habitualiter, vtiq; talis habitus charitatis semper fuit in ea, quia à peccato originali præseruata, & in vtero in gratia confirmata. Quartò magnum gaudium, quia Deo vnita, maiori vnione, q̃ aliqua pura creatura. Quintò pax trã quilla, vt manifestatur in illud. In pace factus est locus eius. Habuit. n. pacem in corde, visceribus, intellectu, affectu, cum Deo, angelis, & iustis, & etiam, cum peccatoribus eorum capiens salutem. Sextò longanimitas: decreuit. n. perpetuò, & toto tempore vitæ suæ inuiolatã se custodire ab hoc sęculo. Septimò modestia, quia in incessu graui, modesto, atq; tantæ Virgini correspondenti, fuit.n. nota eius modestia omnibus eam inspicientibus, quia, vt fructu præcedenti tactũ est nullus vnquam eam carnaliter concupiuit. Octauò patientia, quæ est virtus summè laudata, de qua dr. Patientia oĩa vincit. Nonò benignitas, quæ etiã Deo attribuit, vt dr. Benignè fac Domine in bona volũtate tua Sion. Decimò mansuetudo, quæ adeò B. Virginem circumdedit, vt verè dici

possit

possit de ea altiori modo, quàm de Moyse, qui fuit mansuetissimus super oēs homines Maria ergo fuit adeò mansueta, quod nulla pura creatura possit ei comparari. Vndecimò castitas, quæ potius dici potest inuiolabilis virginitas, eo quia, vt dictum est fructu 10. fuit Virgo ante partum, in partu, & post partū. Duodecimò humilitas, in qua adeò profecit, quod dixit. Ecce ancilla Domini, dum esset electa in matrem, & ipsa de se ipsa dixit in suo Cantico: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Tertiodecimò veritas, quæ adeò illustrauit intellectum Virginis, quod veridicè cognouerit cuncta: cum veritas ipsa naturaliter loquendo, nil aliud sit, nisi adæquatio rei ad intellectū, tali ergo lumine veritatis Virgo in intellectu illustrata, pariter & diuina gratia perfusa cognouit praterita, præsentia, & futura. Quartodecimò iustitia, quæ vnicuique reddit, quod suum est: fuit.n. Virgo gloriosa hac virtute ornata, vt Deo sibi, & iustis traderet, quod competebat, Deo verum cultum, sibi lætitiam spiritualem, & iustis debitum honorem. Decimoquintò perseuerātia, in qua ità profecit, vt nunquam saltem habitualiter amoueretur His ergo quindecim gradibus succinctè expositis Virgo beata, tanquā à quindecim stellis excitata, & ornata impellebatur ascēdere templū, scilicet stabili fide, firma spe, ardenti charitate, immenso gaudio, composita pace, perfusa longanimitate, plena modestia, inuincibili patientia, incredibili benignitate, deuota mansuetudine, inuiolabili Virginitate, profunda humilitate, certa veritate, recta iustitia, & grata perseuerantia. Quare meritò concludendo dici potest B. Virginem plurib. de causis ascendisse ad templum. Quas oēs numerare prolixitas operis, an gustiaq; temporis impediunt. Sat igitur est dicere, quod Maria Virgo ex parte Dei, sui, parentum, & templi ascendit, quia Deus sic exigebat, ad probandum suas virtutes sic postulabat, ad votum à parētibus emissum attinebat, & templum inuitabat. Præcipuè tñ ex parte Dei in templo per gratiam singulariter habitantis ad ascendendum dictū Domini templum mens, & corpus B. Marię subleuabatur. Quid.n. in templo principaliter præsentabatur, & obijciebatur menti Virginis, nisi Deus, quia Dominus in templo sancto suo. Quem.s. Deum Maria exactitatis ab ipso circa semetipsam genus humanum, & alia condita esse attendendo cernebat. Admirabilem in efficiendo creata agnoscebat, & cōsequenter omnipotentissimum. Affabilem, dona naturalia, quæ conditis indidit largiendo se participatiuè quo ad perfectiones, & distribuēdo, quibus eam Maria cum hoc sola sua bonitate contulerit, intuebatur beniuolentissimum. Amabilem videbat Maria. Sed quomodo? Certè ex Dei ostensione patribus facta, cum eis conuersando, vt amicus, cum amico, vt patet in Abraham, Moyse, & alijs, quo Maria Deum dulcissimum, & placidissimum attendebat. Placabilem cernebat, quia offensus nostris facinoribus, indulgētiam largitur, & offert, vt ex primo

paren-

parente, ſactiſq; filijs Iſrael claret,& ſic miſericordioſiſſimum inſpicie bat.Laudabilem in diſponendo,qua certis ritibus,modis,terminis, & legibus eum aſpiciebat,quare ipſum eſſe prudentiſſimum. Commendabilem tam in eligendo ſemen Abrahæ ad ſuum cultum, & carnem de ipſo ſumdēdā, quàm in præſeruando eos ab incommodis,hoſtibus, & malis omnibus,videlicet ſanctos Patres iudicabat.Tali conſideratio ne videbat Deum ſollicitiſſimum circa quos diligit.Terribilem cōtue batur,præſertim ſuis ſanctis vexationem inferentibus,& iniuſtè,vt patuit in Pharaone, & Ægyptijs ſubmerſis, & ſic Deum amplectabatur iuſtiſſimum.Honorabilem,& diſertiſſimum in ſuis aduertebat mādatis.Venerabilem,ob beneficia impenſa cultus ſacrificiorum ei debebā tur,& vt Deo ſoli,& ſimpliciſſimo. Deinde ipſum Deum ſcrutabatur. Formidabilem malignis ſpiritibus.ſ.dæmonibus. Tractabilem iuſtis. Diligibilem, vt bonum immenſum ſūper oīa, & à cunctis. Infallibilē, & veraciſſimum impromiſſis.Appetibilem præ omnibus,vt optimum Entium. Exorabilem, & inclinabilem ad indignas hominum preces. Inſcrutabilem in ſuis iudicijs. Delectabilē in ſuis præmijs,& delicijs. His gradibus in operatis à Deo repertis à Virgine,non ſolum ratione præfatorum quindecim,quæ,vt dictum eſt,in ipſa fuere,ſed etiā horum quindecim repertorum in illo cuius eſttemplum, & qui in templo habitabat gratia ſingulari.ſ.ipſe Deus,ipſa B.Maria ſine parentum auxilio,& aliorum,ad templum aſcendebat.Præfata quindecim,quod fuerint in B.Maria,ex ſupradictis deducuntur,præſuppoſito,quod habuerit vſum rationis perfectum. Præſuppoſita ſanctificatione perfecta B. Mariæ cum gratiæ copioſitate,ac omnis impellentis ad malum,& retardantis à bono propulſione,actiuitatē gratiæ,quæ nunquàm eſt ocioſa cum illuſtratione Dei aſſidua ſequuntur præfata euidenter. Verùm prædicta quindecim,quæ B.Maria conſiderabat in Deo,quia exiſtentibus in minori gradu gratiæ, quam pro tunc eſſet B.Virgo, ſe obijciūt clarè,& apertè,non decet negare pro tunc eam inſpexiſſe, licet modo perfectiori ab ea,q̄ à quocunq; alio,quantumcunq; deuoto.Applicando præfata quindecim,quę fuerunt in Maria videlicet, mentis puritatem ad illa,quę Maria conſpiciebat in Deo in templo reſidente per gratiam.Primum.ſ. Deum eſſe admirabilem, quia.ſ.ipſam præſeruauit ab omni macula,& ſic de alijs apparebit,quæ iuxta quindecim, quæ fuerunt in Maria,quindecim conſiderabat eſſe in Deo iuxta prædicta:quarè mirum non eſt ſi corporalem aſcenſum tàm velociter puella benedicta perfecit. Et quia dictum eſt per corporalem aſcenſum Virginis ad templum ſpiritualem noſtrum deſignabat à mundo ad patrem aſcenſum,à vitijs ad virtutes,à corde mūdano ad Deum quem quidem ſpiritualem aſcēſum B.Mariā effeciſſe,nō ſolū ex antedictis,ſed ēt & nunc dicendis oſtenditur, vita eius inſpecta. Gradus ſpirituales quindecim

iuxta

iuxta numerum graduum in huius templi ascensu designatorum sunt isti. Primus est, linguæ ordinatio, & sanctificatio, vt laudes sanctificatas persoluat, & tunc psalmus. Ad Dominum cum tribularer, cum suorũ obseruantia decantatur. Secundus gradus est oculorum internorũ, & virium ad Deum sublenatio, diuinum auxilium assiduè deposcentium, & sic psalmum. Leuaui oculos meos, mens dicere cogitur. Tertius est affectionum. i. appetibilium appetentium, & appetendorum in Deum directio; & quia in hac sui adeptione gaudet, psalmus. Lætatus sum, de promitur. Quartus gradus est, criminis cuiuscunq; animam maculãtis detestatio, & quia id per se quis non obtinet, sed Dei gratia cogitur cãtare psalmum continuè. Ad te leuaui oculos meos. Quintus gradus est ab omni peccato mortali Dei gratia præseruatio, vt hoc obtineat dicere debet psalmum. Nisi quia Dominus erat in nobis. Sextus gradus est, vt quantum potest rogatu assiduo Dei cor suum stabilire conetur, pro quo obtinendo, psalmum. Qui confidit in Domino, piè decantet. Septimus gradus est à vanitatis cuiuscunq, contuitu suos auertat oculos, ne per fenestras has ad aĩam mors quęcunq; peccati ingrediatur, vnde pp hoc psalmum. In conuertendo decantet. Octauus gradus continua in Dei opere, & bono exercitatio, vnde psalmum. Nisi Dominus ædificauerit domum, dicit. Nonus gradus est incentiuorũ carnalium, & voluptatum inordinatè orientium suppressio per vitæ austeritatem. Decimus gradus est, hostis dæmonis, & suarum fraudulentiarum, & insidiarum detectio, & contemptio, vt nequaquam suis assentiat blanditijs. Quare pro nono, & hoc decimo gradu. Beati omnes cum Sæpe expugnauerũt, ad Deum clamare probatur, & dicere psalmos. Vndecimus gradus, vt mentem à terrenis excutiendo, quantum valet ad diuina sustollat, quare psalmũ, De profundis depromat. Duodecimus gradus est, vt seipsum supprimat suam modicitatem cognoscendo, & de se, & sua fragilitate, omnino diffidat, vnde psalmum. Domine non est exaltatũ cor meum. Cãtare continuè minime obliuiscatur. Decimus tertius gradus vt rimari non desinat operata à Deo sui, & similiũ ratione, & à sua, ne discedãt memoria beneficia cunctis à Deo donata, quare psalmum. Memento Domine Dauid psallat. Quartusdecimus gradus est, ut caduca deserat tàm facto, quàm mente, & ad appetendum æter inhiet, & anhælet, dicendo psalmum. Ecce quam bonum. Decimus quintus est, vt Deo dilectione tota sic se copulet, & intimare conetur, vt ibi nihil aliud sapiat, quàm Dei dulcedo cum obseruantia mandatorum, quare pergendo sic, & ascẽdendo cantet hymnidice psalmum. Ecce nunc benedicite Dominum. Quibus gradibus expletis templum spirituale ascenditur, vbi non litera sed spiritu Deus colitur, nec labijs tantum, sed corde pariter, & opere deitas collocatur. Per hos spirituales gradus, non solum in pueritia, sed in vita tota B. Maria ad spirituale templum

perrexit.

perrexit. Ipsa. n. quia sanctificata linguam ad Dei laudem direxit, oculos, & affectiones ad Deũ, & totum suum desiderium tenuit, & erexit. Ab omni peccato immunis fuit, atq; secuta est in ipsa per gratiam stabilitas in bono, habilitatio ad bene operandum, & rectè remotio cuiuscunq; ad sinistra impellentis, dæmonis deiectio erga ipsam, suspẽsio sui cordis ad diuina, cognitio sui cum humilitate, contemplatio diuinorum operum circa se, & alios, pacem internam possedit ex præmissis, Deo se per summam, eius dilectionem coniunxit, & copulauit. Ita aliter non ex plano propter prolixitatem, quia iam dictis inspectis videntur nota. Aliter possunt dicti gradus pro nostra ædificatione spirituali designari, vt hi sint quindecim, quibus nostra mens ad spirituale tẽplum, vitam, scilicet, perfectam capescendam ascendere si volumus habere oportet. Primus gradus est, humanę miseriæ debita inspectio, qua diligenter inspecta. Ad Dominum cum tribularer cogitur exclamare. Secundus est, diuinæ clementiæ attentio, & imploratio, consurgit hic gradus, ex primo, vnde: Leuaui oculos meos. habet cum deuotione depromere. Tertius gradus est, de diuina bonitate ausus fiducia, & perceptio, qua lætificatus, Lætatus, decãtat, in his, quæ dicta sunt mihi. Quartus gradus est, confidentiæ propriæ à se abdicatio, & in Deum iactatio dicendo: Ad te leuaui oculos meos. Quintus gradus est, quia Deus in se confidentes non deseruit, sed adiuuat, est Dei potentiæ erga se perceptæ, & exhibitæ commendatio, vnde securè ait: Nisi quia Dominus erat in nobis. Quid contigisset? Certè perijsset. Sextus gradus est victoriæ obtentus contra dæmones, & prouentio, ipse. n. stante, & videte Dominus pro eo contra hostes pugnat, quare lætificatus interius cantat. Qui confidunt in Domino. Septimus gradus est, quæ Deus infligit, eorum læta præsentia, & supportatio, vnde psallit considerata vtilitate: In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati. Octauus gradus est, humanæ potentiæ totalis abiectio, & detestatio, ita quod amplius non confidat de aliquo, & in aliquo, nisi in Deo vnde clamat: Nisi Dominus ædificauerit domũ. Nonus gradus est coaptatio, & sui recollectio, ad quæ præcepit altissimus opera adimplenda fideliter, quarè Beati omnes, dicit, qui timent Dominum. Decimus gradus, quia Dominus supponit manum suam, ne iusti corruant, diuinæ protectionis est comprehensio, tàm in præseruando, quàm in iuuãdo. Quo, Sæpe expugnauerũt, dicere habet attentè. Vndecimus gradus est, quia mens deuota, quanto magis se à Deo diligi perceperit, tanto se profundius deijcit, vt patuit in B. Maria, quæ auditis tot magnis de se, & amore Dei ad se, dixit: Ecce ancilla Domini. Et tunc se clamans maximum peccatorum, vt sua scelera ei dimittantur, dicendo: De profundis Duodecimus gradus est, quia non fictè, sed verè per humiliationem coram Deo se deijcit, quarè, & in humilitate perseverans: Domine non

ne non est exaltatum cor meum, depromit veraciter. Tertius decimus gradus est, quia Deus zelotes est, nec vult aliquando ad iracundiã prouocari vigil, & sollicitus debet esse homo deuotus, & supra custodiam suam stare, & Dauid memor semper esse debet. Verum quia, teste Cap. 2. Ioanne in sua Canonica, non diligens fratrem suum manet in morte, nec Deum valet diligere, omnes diligendo dicat. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Deinde sicut Deus à collatione suorum beneficiorum nunquàm cessat, sic creatura à laudibus Dei nunquam debet cessare, quia talium impensione ad præbẽdum vberius inclinatur omnipotens, & homo in conspectu altissimi vehementius acceptatur. His gradibus ascensis fideliter cum B. Maria, & in templo permanet gratia singularis, & bonum sic esse cum principe apostolorum Petro veraciter clamat, & dicit. Quo in tẽplo anima residente lege amoris regulatur, & vt Moyses, sic corde ad Deum suũ loquitur, & omne bonum suum, suo Creatore, esse perpẽdit cum Maria. Patet ergo qualis est Mariæ ascensus ad templum, & qua ex causa ascendit. Verum ipsius parẽtes ad hoc templum adiere, vt de percepto beneficio iuxta exemplum Annæ matris Samuelis, ac Regis Ezechiæ gratias exhiberent, atq; iuxta mandatum Domini, oblatio ipsi Deo daretur, Mariaque eis à Deo tradita, ipsi redderetur, consecraretur, & permansura in templo ab ipsis dimitteretur.

Fructus XII.

FRVCTVS SECVNDVS.

Maria collocatur.

EXPOSITIO BREVIS.

VIRGO sacra Maria thesaurus regis æterni, & arca fœderis Domini in templo dimittitur à parentibus, & locatur, ac diuinis mancipata obsequijs, quid in posterum de ipsa tali dedicatione ordinabat altissimus panditur euidenter.

EXPOSITIO MAIOR.

NATVRALIS rerum nobilitas, & insignium, etsi penes participationem maiorem, vel minorem tàm intensiuè, q̃ extensiuè perfectionum quidditatiuarum diuinarum, si talis sit in his creatis possibilis, attendatur, & mẽsuretur, vt aliqualiter in principio septimi fructus fuit tactum: ac per hoc natura angelica in esse naturali potior, & nobilior censeatur humana, quia

quia verò non iuxta excellentiam naturalium gratia confertur à Deo ex articulo Parisius condemnato. Aut regnum præstat æternum, vt asserebat Pelagius: Hinc est, quod parum esse naturale putari debet, nisi spirituale adsit, & gratuitum. Quo fit, vt quod naturâ humanam excedit in naturalibus, homo ipse id excedat gratuitis Dei donis. Natura angelica animæ cuiuscunque viuentis esse perfectione tali excellit. Sed Christus, Virgo pleriq; sanctorum, ipsam gratia, merito, & gloria perfectione gratuita superexcellunt. Quo concluditur, quod creatura tãta esse perpenditur, quantum à Deo diligitur, & acceptatur. Sed aduertendum, quod licet Deus diligat quodlibet immensè, & infinitè, dilectione relata ad actum, qui est ipse Deus, vt docet Magister in tertio. Et allegatum est suprà fructu 1. circa finem. Dicitur tamen alium alio magis diligere, quia alios ad maiora bona, alios ad minora bona dilexit, alios ad meliores vsus, alios ad minus bonos. Omnia tamen bona nostra, ex eius dilectioni proueniunt nobis. Electorum ergo alios magis, alios minus dilexit ab æterno, & diligit etiam nunc, quia alijs maiora, alijs minora ex dilectione sua præparauit bona: alijsque maiora, alijsque minora confert in tempore. Hæc Magister. Ex quo dicto concluditur, quod cum probatio dilectionis secũdum Gregorium exhibitio sit operis. Deus dando isti plus de gratia, & ad meliora bona præparando, & plures effectus dilectionis ostendendo, & iusto præfata conferat: talis præ alijs perfectior, & Deo acceptior reputatur, & dicitur. Cum ergo Deus circa nullam puram creaturam tot, & tanta signa dilectionis ostenderit, vt fecit erga B. Mariam, vt patet ex supradictis, & dicendis inferius diffusius patebit, ipsa præ omnibus puris creaturis à Deo dilecta fuit. Quare hac de causa nobilior, & perfectior merito censetur. Quare sicut in rebus naturalibus elementa prout sunt perfectiora digniora loca sortiuntur, vt patet de igne, & aere: consuetudo etiam demonstratur, quod elemenra similiter secundum eorum perfectionem dignis deputãtur locis: vt patet de pannis, gemmis, & lapidibus preciosis: quibus homines varia loca designãt. B. Maria cum iã esset præ cunctis puellis preciosior margarita, quàm Dei filius, vt mercator prudens, omnibus alijs contemptis, emerat, eã præeligendo in matrem, & sponsam, aliquo in loco digno præ suis prærogatiuis virtutũ erat locãda. Sed quis locus præ aliis est dignior in istis inferioribus? Certè templum Domini, quia, etsi Deus sit vbique per præsentiã, essentiã, & potentiam, speciali tñ modo in templo suo consistit: & iuxta psalmum: Templi sui vsum nunquã alteri à se cõcedere voluit, ac in eo indecentia operantes grauiter puniuit: vt patet in libris Regum, & Machabæorum. Dignior ergo locus, qui in hoc mundo reperiatur, est Dei templum, & templi loca deputata. Hæc aliquid acceptabilius Deo, de inanimatis loquendo, & irrationabilibus reperitur. Si ergo B. Maria

dist. 32. cap. 2.

Deo erat prę cunctis creaturis acceptior, locari debuit in loco dignissimo, & Deo gratissimo: quare, & in templo suo, ideſt, loco in tẽplo deputato, qui noīe tẽpli poteſt censeri, & ſic eſſe factum, præſens hic oſtẽdit fructus, & declarat dicens: Qđ, *Maria collocatur*, ſ. in loco in tẽplo deſignato. Teſte. n. Hieronymo, anno tertio ſuæ ætatis, B. Maria à parentibus ad templum ducta, in templo Domini tradita, deputata, dimiſſa, & locata eſt. Sed aduertendum, quod nomine templi, aliquando intelligitur ipſum templum ſanctum, & ſancta ſanctorum: vt patet. Aliqñ accipitur pro platea templi, iuxta illud: Ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis. Aliqñ accipitur pro locis deputatis miniſtris templi, veſtibus, & vaſis. De quo ẽt hr̃ 3. Reg. Ad primũ tẽplũ, ſ. Sancta ſanctorum nullus intrabat, niſi ſummus ſacerdos. Ad alia loca, ſ. primam plateã intrabant alii ſacerdotes, & ad primã partem templi, quæ sãcta dicebatur, ſed ad alia reliqui viri Iudęi, & de filijs Iſrael. B. ergo Maria, etſi ratione gratiæ, eidem inexiſtẽtis, vt arca Domini poſſet ſtare in Sãcta ſanctorum, ipſe tamen in loco templo adhærenti ad leuam, ſecundum Epiphanium, & Hieronymum habitauit. Sed licet ſuperficialiter ſit viſum, quod B. Maria in templo locari debuit: Iſtud tñ poteſt cõgruentius manuduci. Prima eſt, vt quid Maria eſſet internaliter oſtenderetur. Ex inhæſione. n. alicuius cum alio, cõditiones, & proprietates illius videamus: ſicut, cum videmus vapores eleuari, à terra, & ad diuerſas ferri regiones, de ipſis variè iudicamus, ſ. vt ſint leuitatis aereæ, & igneæ: & ſic de alijs: Rõ eius eſt, quia tã ſcriptura, q̃ natura clamat: Simile ſimili adiungit Maria benedicta, cum eſſet propter ſuã puritatẽ, & vitæ ſanctimoniã Dei templum, quòd à Deo ſingulari modo habitãbatur pro tunc, & inhabitari debebat in poſterum adhoc reſerãdum in templo collocari debuit, & factum eſſe hic præſens fructus oſtendit. Secunda eſt conformitas templi materialis ſpiritualiter ad Virginem referendo, & intelligendo declaretur. Cum, n. locatum cum loco dẽat conuenire, & è conuerſo, ſi. n. diſſiderent ad inuicem, non naturaliter, ſed violenter ſimul ſtarent. Quapropter B. Maria cum templo Dñi habuit conuenientiã, templi materialis conditiones ſpiritualiter intelligẽdo, & accipiẽdo. Ipſa. n. ad inſtar templi materialis ſpiritualiter fuit. Primò in monte Moria, ideſt, viſionis ſituata per humilitatem ſuã cernendo paruitatem: ſua enim exaltationis origo, & fundamentum, vt ipſa poſtea cecinit, fuit humilitas. Hac. n. vt ipſa dicit placuit Deo. Et cũ iſta ſit præcipua virtutum non eſt negãda eidem infuiſſe; cum puella exiſteret vſu rationis in tali ætate perfectè vtente. Secundò lapidẽ marmoreo, & candido fuit profundata per ſtabilitatem in bono, & puritatem integerrimã à peccato. Fuit. n. tota pulchra, & cãdida. Tertiò quadruplici puritate ordinata. Ad orientem per prudentiã, ad occidentem per iuſtitiã, ad auſtrũ per temperãtiã, ad aquilonem, quo pãditur omne malum,

3. Reg. Ioan. 10.

Eccle. 14

Item. 1

malum, fortitudiuem animi possidendo. Quartò fuit dilatata. In longitudine per misericordiã, & pietatem, in altitudine per deuotionem, in latitudine per animi compassionem: & de hoc dicetur fructu sequenti. Quintò fuit tecto consummata, per sanctificationem, quam habuit in vtero, ac etiã post in verbi Dei susceptione. Sextò hostio patefacto, & reserata per virtuosam operationẽ. Septimò sancta, & sancta sanctorum partibus variata, quia Maria in corpore, & anima fuit sanctificata, licet principaliter in anima: vt sancta sanctorũ merito sit vocata. Octauò: altari aureo dedicata per ignitam à Deo dilectionem, & orationẽ. Nonò auro intus tecta, & circumdata per irradiationem. Decimò duobus Cherubim, vt arca circũuoluta siue adornata, quia in B. Maria fuit scientia infusa sibi diuinitus terrenorum cũ sapientia supernorum: vt fructus 23. ostendit. Vndecimò in ea fuit mensa panis propositionis, quia de ipsius purissimis sanguinibus formatus est panis vitæ Christus benedictus. Duodecimò fuit in ea arca testamenti, quia ipsa nouẽ mensibus mediatorem noui testamenti Christum, secundum Apostolũ portauit. *Heb. 9.* Præfata de templo materiali ponuntur in libris Regum, & Paralipomenon, quare Virgo beata habuit cum templo materiali congruẽtiam, & in templo Domini modo iam dicto est locata. *3. Reg. 6. 2. Par. 3.* Tertia vt veraciter Maria Dei templum esse reseraretur, & patenter intelligi daretur. Quod enim Maria fuerit Dei templum patet: quia Virgo castissima, & sic templum Spiritus sancti, ad quod templum venit dominator dominus iuxta prophetiam. Et quando? Certè, quando maiestas Domini per incarnationem ingressa est in templum. Sancti homines, etsi Dei templum existant non eatenus, vt Maria: vt patet ex dictis, & suorum meritorum prærogatiua. *1. Cor. 6. Mala 3. Ezec. 43. 1. Cor. 3.* Quarta, vt sui exemplo qualiter, quilibet fidelis Dei templum esset demonstraretur. Si enim iuxta Apostoli dictũ verum Dei templum esse optamus, Beatæ Mariæ exemplo simus. Primò in monte Moria situati: vt Abrahæ dictum est, ac offerat Isaac in monte. *Gen. 22.* Debet enim homo se cognoscere, quia qui se perfectè cognoscit, statim de se diffidens Deo se committendo, & tradendo immolat. Secundò lapide non frigido fundati, sed calculo ignito: vt videlicet, simus in charitate radicati, & fundati. Tertiò quadruplici pariete ordinati ad orientem Dei timore, ad occidentem regis calore, ad meridiẽ iudicij pauore, & ad septentrionem inferni, & supplicij horrore. *Isa. 6. Ephes. 3.* Quartò dilatati nostrorum factorum inspectione. In longitudine quid effecit, & quid admisit: In latitudine quid commisit, & quid omisit. In latitudine, quid offendit, & quem, & quid amisit, scilicet, Deum, & vitam æternam. Quintò tecto consumati, ideſt, perseuerãtiam habentes, scientes, quod qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Sextò hostio reserati per exemplaritatem, & per famæ bonæ diuulgationẽ. Estote perfecti, & lux vestra luceat coram hominibus. Seprimò variati, *Matt. Matt. 6. Luc.*

& distincti: vt videlicet simus sancti quoad nos: & sancta sanctorũ quoad ipsum Deum, vt in nobis habitare ipse dignetur. Octauò dedicati Deo per assiduã orationem iuxta dictum Saluatoris semper simus orãtes opere bono, corde, & affectu. Nonò, figuris obumbrati, videlicet diuersarum virtutum, quia induere per verã imitationem debemus Dominum nostrum Iesum Christum. Decimò, auro tecti, quia dilectione, & amore Dei, & proximi, quia qui diligit Deũ, necesse est, & diligere fratrẽ suũ, vt dicit Ioãnes. Vndecimò, mensa propositionis, sit in nobis posita per pietatẽ, misericordiã, & cõpassionẽ ad alios, quia misericordes, misericordiã consequent. Duodecimò sit in nobis arca, in qua sint tabulæ digito Dei cõscriptæ, vt veraciter Dei p̃cepta seruãtes, arca simus testamẽti legis librũ custodiẽtes. Si ergo p̃fata in nobis erunt: tũc Mariæ exẽplo Deus in nobis dignabit habitare. Præfatis ergo cõgruẽtijs apparet, q̃ B. Maria: vt Dei tẽplũ, in tẽplo locari decuit, & manere. Sed nunquid B. Maria parua, & infantula à parentibus summo tradita pontifici, & in templo relicta, & se cõspiciendo à progenitoribus suis derelinqui contristata est, aut lachrymas effudit? Proculdubio non. Ratio, nõ turbatur homo, cum inuenit, quod appetit, & quærit: quare nec Maria, quia inuenerat, quẽ sua anima super oĩa diligebat. Insuper qũo mens eius turbaretur ex dimissione in loco, ad quem cũ tãto desiderio gaudio, & velocitate ascendit, vt fructus præcedens ostendit. Nõ tristãtur corpora, dum suis traduntur in locis, imò de oppositio, quare Maria, nec de sua in tẽplũ dimissione, seu locatione. Quomodo turbaret Maria, cuius spiritus exultabat in Deo salutari suo? Quę à Dño adhoc vocabatur, sacrificabatur, & in templo dimittebatur: vt diuinis mãcipata obsequijs, quid de ea intenderit altissimus, tali dedicatione, dimissione, locatione in templo oĩbus monstraretur? Maria benedicta, cum propelleret ab inhabitãte gratia ad Dei amorem super oĩa. Quare nõ ad parentes plus afficiebat, sed ad Deũ. Non ergo tristitia est perfusa, dũ à parentibus Maria dimittit, sed gaudio, & lætitia. Quo Mariæ exẽplo, euidenter dat intelligi, q̃ desertio parentũ, & mundi nõ solum in pueritia est fienda propter Deũ, sed cũ lætitia, & exultatione, cõsidera to, cuius rõne homo id agit, & fit: quia Dei: propter quẽ finẽ? quia vt acquirat, q̃ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascendit. Datur etiam documentum nobis, quod propter Deum summum, & verum patrem, omnes sunt relinquendi parentes, vt B. Maria fecit, indicitur etiam aliud documentum, quod post dimissionem parentũ, & mundi soli Deo debemus inhærere. Maria hac ex cã in tẽplo manet, & stat. Peruenièdi ad viã virtutũ dat documentum, s. conuersando in tẽplo, orãdo, & opera spũalia exercẽdo, vt Maria benedicta peregit, sicut patebit fructu seq. Demũ, quia, vt ex præfatis apparet, B. Maria est Dei templum, & promptuarium, tabernaculũ, & sacrarium Spiritus sancti

Luc. Rom.

1. Cano.

Matt. 5.

non

non quidem manibus fabrefactum lapidibus, sed cœlestibus instructũ virtutibus, in quo Deus colitur, adoratur, & veneratur, non litera, quæ occidit, sed spiritu, qui viuificat. Ad ipsum igitur confidenter accedamus: in hoc.n.templo verus Salomon Iesus Christus posuit candelabrum nostræ fidei, & lucernas, ideſt sua facta, & opera conseruanda. Ei dem in hæreamus, qui ante se duas habet columnas, prima Ioachim vocatur, quę firmitas, vel virtus interpretatur. Secunda dicitur Booz, quæ in quo est virtus, seu fortitudo interpretatur, quia in B. Maria est virtus ad protegendum, firmitas ad stabiliendum, & fortitudo ad defensandum, roborandum, & diabolum expugnandum. Hoc in templo ad adorandum Deum stemus, ipsa Dei matre Maria sterilitatem nostræ mentis, pluuia suæ gratiæ, Deus irrigabit. Tamen copiosa virtutum influẽtia satiando propulsabit, infirmitatem corporis Deus curabit, & animæ: hostes nostros dæmones effugabit, peccata commissa dimittet, ac postulata deuotè concedet fideliter, vt habentur hæc omnia in figura. Ex iam dictis breuiter apparet declaratio duodecimi fructus scilicet. Maria collocatur. 3. Reg. 7. 3. Reg. 8.

FRVCTVS TERTIVS.

Fructus XIII.

Maria cœlo pascitur.

EXPOSITIO BREVIS.

SVPERNO continuè Maria intenta lumini, ac sursum per contemplationem in Deum acta, cœlibem vitam hic degens victitare non solum immissionibus diuinis, sed cibi delatione angelica deprehenditur, & modo singulari.

EXPOSITIO MAIOR.

AB omni sęculi voluptate sancti viri sic custodiunt mentes suas, vt propossse nullo præsentis vitæ contagio inficiantur, & deposita cuiuscunque amoris temporalis sarcina, liberè progredi valeant ad contemplandum superna, non.n.in infimis, sed in supernis delectantur. Quo fit, vt si sint corpore in hac vita degentes, mente tñ, & spiritu exemplo apostoli in cœlestibus conuersantes illius cibi, panis. s. vitæ, & angelorum dulcedine recreentur assiduè, & ab vberibus satientur consolationis diuinæ. Verùm quia nemo nouit, quæ sunt in homine, nisi spiritus, qui in eo habitat. Sic reuera, quorum mentes in cœlestibus conuersen

tur, cum in abscondito orent patrem, nullus hominum nouit, sed ipse solus agnoscit, qui eorum sic subuehit spiritus in præsenti, vt in cœlis eorum cõuersatio assidua agnoscatur. Et licet hoc ignotum maneat, vt plurimum apud in sęculo residentes, quibusdam tamen placuit altissimis signis euidenter ostẽdere, quod talium vita est Christo viuere, ac Deo tanto sint nexu amoris coniuncti, vt etsi sint manentes in corpore, suæ tñ carnis clausura transcendentes, & terminos, eorum affectus, & animus in supernis sit positus, & iunctus. Sed quo signo hæc expressit omnium Deus? Et si plura sint, quia sanctorum suorum merita sanctitatem, & uitam prout uult, diuersis uijs, & modis innotescere facit mundo. Attamen cum constet ex duplici natura terrestri, videlicet, & spirituali, anima. s. & corpore, tunc Deus ostendit qñ cibo, quo nutrit animam pascitur, & corpus, vt eodem ferculo, utrunq; reficiatur, & nutriatur. Cibus animæ non est corporalis, & mundanus, sed spiritualis, & supernus: non temporalis, & transiens, sed permanens, & æternus: suus cibus est panis angelorum. Si ergo hoc spirituali cibo reficiatur & corpus, hoc signo potissimo argu itur, quod mens talis, & anima in superis, quia permanet, cęlesti cibo satietur, & recreetur. Sed fecit Deus ne hoc aliquando? Certè sic, non modo in veteri testamento, sed in nouo. Nonne Deus pauit Adam de ligno vitæ in paradiso ante peccatum existentem? Moysen, Aaron, & Mariam, & alios pane misso de cœlo in desertum? Eliam euntem ad montem Dei Horeb pane subcinericio eidem ab angelo allato pauit Paulum primum Eremitam pane à coruo portato eidem, vt dicit Hieronymus in vitis Patrum. Ioannem abbatem, & eremitam cibo de cœlo eidem transmisso. Alios solo sacramẽto sui corporis die Dominico sumpto, vt de hominibus, & mulieribus plurimis in legendis habetur, & vitis Patrum. Sed cur hæc egit bonus Dominus? & quid indicare aliud voluit, nisi vt ex effectu tali, in quo eorum starent mentes affixæ? ostenderet. Sed cuius mens magis Deo fuit coniuncta, quàm B. Mariæ? Cum nihil ad hæc impediens haberet, & cuius uita perfectior fuit, quàm sua? Certè nullius. Vita. n. Virginis talis fuit, teste Hieronymo, erat Maria in admiratione omni populo Israel, quæ cum trium esset annorum tam maturo gressu ambulabat, tàm perfectissimè loquebatur in Dei laudibus, vt omnes stupore, & admiratione ei subiacerent, quia non infantula putabatur esse, sed ut magna quasi triginta annorum, ita orationi instabat, & etiam facies ipsius vt nix resplendebat, ita, ut vix aliquis in eius vultum intendere posset, insistebat. n. lanificio operi, & omnia, quæ mulieres antiquæ non poterant facere, ipsa in tenera ætate posita explicabat. Hãc autem sibi regulam statuerat, vt à mane, usque ad horam tertiam orationi insisteret, à tertia vsq; ad nonã, textrino opere se occupabat, à nona verò iterum orationi insistebat, donec angelus ei appareret. De cuius manu

Gen. 3.

Exo. 16. 3. Re. 19

escam

escam accipiebat:& magis,atque melius in Dei opere proficiebat.Deinde cum seniores Virgines,à Dei laudibus vacarét,ista nihil vacabat: Ita vt in Dei laudibus, & vigilijs nulla ea prior inueniretur, nulla sapientia Dei eruditior,in charitate glorioſior, in puritate purior,in humilitate humilior, in carminibus Dauidicis elegantior,& in omni virtute perfectior.Hãc iacentem nullus vidit, maledicétem vllus audiuit: erat autem constans,& immobilis,atque continuè in meliori proficiebat.Omnis verò sermo eius ita erat gratia plenus,vt cognoscereturesse Deum in lingua eius semper, & in oratione, scrutatione legis permanebat,& sollicita erat,ne aliquo sermone peccaret circa socias suas. Deinde timebat ne aliquid risu,aut vocem suã exaltãdo committeret, vel aliqua iniuria,aut superbia contra parentes elata existeret, sine intermissione Deum benedicebat,ne fortè in Dei salutatione, & laudibus tolleretur.Esca,quã de manu angeli accipiebat,ipsa tãtum reficiebatur,eã verò,quã à Pontificibus templi consequebatur pauperibus diuidebat,quibus verbis patet,quod B.Maria cibo cœlesti aleretur.¶ Verum quia hic fructus, etsi tangat principaliter quoad vim vocis hoc donum cibationis Mariæ ab angelo, imò verius à Deo eidem collato, nihilominus insistit ad declarandum aliqualiter proprietates, & conditiones Mariæ. Ideo pro hoc plenius videndo ad nostrum propositum alios doctores adduco.Epiphanium episcopum Cyprorum,qui fuit doctor inter Græcos magnus,qui de Mariæ vita, & conditionibus loquẽs dicit: Maria Dei genitrix didicit literas Ioachim patre suo adhuc viuẽte:hæc autẽ erat benè docibilis,laborãs,& perseuerãs circa sacras scripturas:& opus lanæ,& lini,& serici operãs : et mirabilis in sapiẽtia,& doctrina super generationem omnium iuuencularum, & erat ei distinctus locus in domo domini propè leuam altaris : vbi solæ virgines stabãt,& quidem aliæ virgines post emissionem omnes ibant ad propria, Maria aũt perseuerabat, & custodiebat altare, & templũ sacerdotibus administrãs,& mos suus erat modicæ loquelæ,expeditæ obediẽtiæ,mũdæ proximationis,sine audacia,sine risu,sine turbatione, sine furia,benè salutans,bene honorãs,honorata,salutãs omnem hominem,& omnes suã scientiã,& eloquentiã mirabãtur: mediocris staturæ, quasi triũ brachiorum,coloris frumenticei,flauis oculis, recti aspectus,nigri supercilij,mediocris naris,longa manibus,longa digitis,facie longa,gratia diuina,& speciositate plena,sine inflatione,absque dupplicitate,innocens humilitate supergrediente, vestimenta vnius coloris diligens, & ferens,purgabat sacrarium templi,perseuerãs orationibus,ieiunio, labori manuum,& omni bonæ operationi:vt per hæc verè magistra aliarum fieret mulierum.Postmodum ponit tẽpus,quo vixit: de quo habetur in fructu 61.& 62.Ioannes Damascenus libro 4.Sent.Aliqua in præcedentibus fructibus tacta dicens,& specialiter inquit,quod B.Ma- cap.6.

ria sicut Anna Samuelem per preces obtinuit, sic Anna mater Virginis per preces,& repromissiones à Deo Dei genitricem affert, & assignans causam dicit:vt in hoc à nullo illustrium vincatur. Quo dicto sequitur,quod concessa alijs,à virgine non sunt neganda, sed attribuenda,& affirmãda esse collata:Et subdit Damascenus: Parturit.n. gratia, hoc.n.Anna interpretatur.Domina, hoc enim Mariæ signat nomen. Domina enim verè facta est omnium creaturarum, conditionis existẽs mater.Parturit autem Ioachim,in probatica domo,& in sacrario adducitur.Deinde vt in domo Domini plantata,& impinguata spiritu,vt oliua fructifera omnis virtutis facta est habitaculum:ab omni vitę huius carnali desiderio mente desistens, & ita Virginis animam seruans cum corpore,quod decebat Deum in sinu recipere futurum: Sanctus enim in sanctis requiescit:ita igitur sanctitatem asseruit, quod tẽplũ sanctum, & admirabile Dei dignum altissimi demonstratur.Hæc Damascenus verbis paucis,sed discussione profundis. Beatus verò Ambrosius secundo de Virginitate libro ad sacras virgines plura dicit de vita Virginis:vbi inquit:Vt de cæteris eius virtutibus taceã, Maria virgo erat non solum corpore,sed & mente, quæ nullo doli ambitu fincerum adulteraret affectũ,corde humilis,verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior,legendi studiosior non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperum spem ponens,intenta opere,verecunda sermone.Quãdo læsit vultu Maria parentes? quando dissensit à parentibus? quando sastidiuit humilem?quando risit debilem? quando vitauit inopem? Eos solum solita cœtus virorũ visere, quos misericordia non erubescceret, nec præteriret verecundia:nihil torum in Mariæ oculis, nihil in verbis procax,nihil in actu in verecundũ,non gestus fractior, non incessus lasciuior,non vox petulantior,vt ipsa corporis species,simulacrum fuerit mentis,figura probitatis.Talem hãc Euangelista monstrauit, talem angelus reperit,talem spiritus elegit. Quid.n.singulis immorer? Quę digna fuit ex qua Dei filius nascerer:Et subdit. Talis fuit vita Mariæ,vt omnium esset disciplina, & plura ibidem dicit inducendo nos ad imitationem ipsius.Ex dictis horum doctorum sequitur, quod Beata Maria antequàm verbum Dei in ipsa humanaretur, fuit primo lege diuina sufficienter instructa,& studiosa,& laboriosa in addiscendo,& scrutando legem Domini,& circa scripturas perseuerando. Secundò fuit sapientia,& scientia mirabilis, vt nulla ea Dei sapientia eruditior inueniretur.Tertiò in laudãdo Deum deuota,& assidua à Dei laudibus nunquam vacabat,nec in eis aliqua priora inueniebatur. Quartò orationibus dedita,nam orationi instabat perseueranter, sed quo tempore orabat,superius Hieronymus abundè notauit. Ex quo dantur documenta.Primũ exemplo Mariæ vt quàm citò de mane surgamus & exẽplo Christi, & Virginis templum diluculo adeuntes non tã materiale

quàm

quàm internale, id est, mentis Deum laudemus, qui nos ad principium diei venire concessit, & eius manibus omnem nostram dispositionem committamus, & curam. Demum vt non prius cibus sumatur corporis, quàm anima suum cibum accipiat. Maria priusquam cibum sumeret orabat. Postremò, quod magis insistere circa spiritualia, quàm corporalia debemus, sic enim facientes, quia quærimus primo regnũ Dei adijciuntur & alia Dei dispensatione. Sed ne hora matutinali, videlicet, media in nocte ipsa surgeret? Certè Hieronymus expresse non ponit, tamen piè credendum est ipsam, vt tactum est in præcedẽti fructu, die, noctuq; orationibus vacare. Sed quid orabat, quid à Deo petebat? Certè ipsa B. Maria sanctæ Elisabeth declarare dignata est: vnde inter alia septem petitiones à Deo in oratione faciebat. Petebat primo gratiam, qua posset implere præcepta dilectionis, & ipsum Deum diligere toto corde. Petebat etiam, vt diligere posset proximum secundum voluntatem, & beneplacitum suũ, & vt faceret eam amare omnia, quæ ipse amat, & diligit. Petebat insuper, vt faceret eã odire, & fugere omnia, quæ ipse odit. Humilitatem etiam, patientiam, & mansuetudinẽ petebat, ac omnes virtutes, propter quas efficeretur gratiosa in conspectu suo. Petebat ennixè, vt faceret eam videre tempus, in quo nata esset sanctissima illa Virgo, quæ debebat Dei filium parere, & vt conseruaret suos oculos, vt posset illam videre, aures, vt posset illam audire, linguam, vt posset eam laudare, manus, vt possent ei seruire, pedes, vt possent ire ad seruitium suum, genua vt Dei filium in suo gremio posset adorare. Petebat tandem gratiam, vt mandatis, & ordinationibus Põtificis templo posset obedire. Postremo, vt templum, & vniuersum populum ad suum seruitium, conseruaret. Hæc septem præ alijs in sua oratione Virgo Beata à Deo petebat. Sed cum B. Elisabeth diceret ipsi B. Virgini quomodo petebat gratias, & virtutes, cũ esset eisdem plena? Respondit, quod ita reputabat se vilissimam, & gratia Dei indignã, sicut cęteræ mulieres. Sed ista responsio B. Virginis est valde mirabilis cum esset plena omni gratia, quomodo se indignam putabat? Dicẽdũ sic fuisse, si sua profundissima humilitas cogitetur; qua, vt dicit Bernardus se sub omnibus, & præ cunctis humiliauit. Quare si sic se reputaret non est mirum. Sancti enim viri, & quantò maiores sunt in conspectu Dei, tanto magis in oculis proprijs humiles reperiuntur. Exemplo Saluatoris, qui cum esset Sanctus sanctorum humilis tamen corde fuit. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam suam. Quintò facit B. Maria, vt patet ex prædictis doctoribus moribus ordinata, in gestu, in incessu, in actu, in verbo, in visu, vt dicunt Ambrosius, Hieronymus, & Epiphanius, & sic temperatissima. Sextò fuit pacifica in conuersando, non lædendo facto, vel verbo aliquam, seu aliquem. Fuit sedula in obsequendo, seruiendo templo, & altaris ministris, Mat. 11

stris,ac peragendo,quæ,ad præfata spectabant.Fuit vitatrix summopere ocii,& vacationis.Orabat enim, & operi perseueranter incumbebat.Fuit imperturbata animo,permanebat, & manſit sic patientissima,quia irascentem eam nullus vnquam audiuit, aut maledicentem,& sic ab omni perturbatione semota.Fuit adornata virtutibus, quia nulla pura creatura fuit perfectior. Et sic etiam contemptrix mundanorum dando liberaliter,nec in diuitijs spem suam ponendo.Fuit in exequendo inuicta obedientissima,corde humillima, & verbis parcissima.Fuit puritate singularissima:angeli enim fuerunt eius socij,in cultu honestissima,in exemplis dandis virtuosissima,& sanctitate incomparabilis.Fuit amatrix humilium,grata impensis, pulcherrima in omnibus membris,irradiata mentaliter, splendore in facie plena, & à tota Trinitate adamata. Fuit in omni bono confirmata,circumspecta in mentis custodia,amica angelorum,in infirmis misericordissima: et tandem à Deo adornata virtutibus,& donorum muneribus. Quare & vita ipsius sanctissima præ alijs inuenitur,& prædicatur. Si ergo his exterius B.Maria luxit virtutibus,quid interius fuit in mente? Quare indubitãter tàm ex dictis fructu 7.& 8.quàm hic est tenẽdum quod mẽs Beatæ Mariæ semper erat Deo iuncta,affixa,& copulata: quare sicut Deus,ad declarandum merita multorum,& in quo starent mente affixi cibo desuper dato refecit, & sic in Virgine exercere debebat, cuius vita perfectior, & ipsa acceptabilior præ alijs habebatur. Quod sic fore factum B.Hieronymus dicebat & præsens hic fructus astruere congruenter intendit dicens,quod B.Maria cœlesti cibo pascitur. De cęlo enim suus cibus per angelum ferebatur.Et licet dictum B.Hieronymi hoc ostendat, potest tamen congruenter astrui circa Virginem esse factum.Si.n.B.Maria à Deo per promissiones,& preces est data parentibus,vt in hoc à nullo illustriũ vincatur, vt dicit Damascenus allegatũ, merito & in hoc,quod est cibari cibo superno.Dona,& gratiæ alijs cõcessæ,iuxta regulas positas in prologo secundo,par.2. & suppositionẽ tertiam positam fructu 7.Virgini infuisse non sunt negãdæ. Si ergo ad gratiam fuit filijs Israel panem angelorum comedere secundum Salomonem, & Dauid, Eliæ pane subcineritio parato ab angelo cibari, hoc à B.Maria non est negandum. Infra tabernaculum commorãtes, Aaron,& eius filii ibidem,& non extra,de pane, & alijs ad sacrificij reliquias spectãtibus refici Deus mãdauit,vt hĩ Leuitici.Maria mente infra tabernaculũ cœlestis curiæ cõuersãs,& se continuè,vt sacrificiũ vespertinũ,& suau issimũ Deo dedicãs,& immolãs,pane illo cęlesti victitare decebat,in quo cęlo assiduè cõuersabat. Adæ,& Heuæ si nõ peccassent,oĩum fructuum paradisi Deus concesserat vsum, ligno sciẽtiæ boni,& mali dũtaxat excepto, ergo nullo mõ peccato obnoxijs supernus paradisus sicut cõcedebat meti introitũ,cur non & vsum ibidẽ exi

Sap.
Psal.

stentium,

stentium ? cum primus sit secundo excellentior? Paulus hic degens dixit se in cœlestibus conuersari. Quid Maria ? Quicquid fecit Deus in Maria, & de Maria, vt patuit fructu 9. totum fuit miraculosum, & quia continuè erga ipsam, sunt prodigia, & signa declarata, quare & istud, vt cœlicè sit nutrita illo pane ante mente, & demum uentre, siue corpore erat conueniens Maria nutrire, quo ab ipsa genito refici habebat totus mundus. Quomodo cibus carnis saperet Virgini, quæ tanta plenitudine cibum spiritus degustauerat, quo gustato, omnia terrena despiunt? Et quia in cœlestibus Maria conuersabatur, cœli ciuibus iungebatur, similitudine puritatis, & diuinę voluntatis impletione, vnde sua vita potius cœlestis dici poterat veraciter, quàm humana. Dignum ergo fuit, vt inde Maria cibum acciperet corporis, per omnia corpus obediens rationi, vbi stabat mente coniūcta: & affixa, illoq; cibo recrearetur, quo angeli saginātur, angelis cōformis, & socia, ac domina mox futura. Voluit ergo Deus hoc munus concedere B. Mariæ, quod iam pluribus dederat, & conferre intendebat plerisq;. Angelo cibo deferēte ad Virginem, quàm reuerenter capiebat Maria, quàm dulciter sumebat? sed quàm ignitè, & feruēter in Dei gratias consurgebat, & laudes, ipsius prouidam dispositionem, & magnifiā prouidentiam extollendo, benedicendo omni tempore Dominum mente, & opere, qui sanctos suos alit in fame? Benè ergo dicit Hieronymus, quod talis cibi sumptione, B. Maria magis, & melius in Dei opere proficiebat. Quarè profectò degustatione cœlestium mens dulcedine plena, & ardua peragit, & ad Dei magnalia perorāda consurgit. Ex dictis ergo apparet conclusio tertij decimi fructus, videlicet, Maria cœlo pascitur. Et consequenter apparet, & claret quomodo est intelligēdum, quod pro breui huius expositione in principio est annotatum. *Philip. 3*

FRVCTVS QVARTVS.

Fructus XIIII.

Maria consecratur.

EXPOSITIO BREVIS.

TITVLVS castitatis, & pudicitiæ, & speculum Virgo Maria, prima manus puritatis & suæ integritatis Deo obtulit, ac se nescitu ram thorum in delicto superno Domino corde deuoto spopondit.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

DIGNITAS humanæ naturæ, tàm excellenter in sui exordio fuit cõdita, & instituta, vt si maximis decoraretur præ omnibus hic inferius conditis muneribus gratiarum tàm naturalium, quàm gratis datarum, ipsi tñ pareret, & ad nutum sui iuris existeret, nec à seruitute Dei, quin semper teneretur eidem aliquando caderet, aut cessaret. Quapropter cum iure multiplici, & specialiter creationis totaliter Deo vendicemur, & nunc Redemptionis quicquid habemus totum est Dei, & totum siue in actionibus, aut passionibus ei debemus. Vnde sicut anima iure est Dei, sic & voluntas nostra. Dominium ergo quoad esse non concessit, sed vsum eiusdem liberum nobis liberaliter impertiuit, vt volũtas in agendis sit libera quo ad velle, & nolle, non dico extrinsecum, sed intrinsecum, non imperatum, vt plurimum, sed elicitum, vt semper. Ipsamq; sic sublimauit, vt saltem tempore naturæ institutæ in regno animæ, & corporis regina existeret, sibi vires subijciens tàm intrinsecas animæ, quàm extrinsecas, sensitiuas corporis, vt imperaret eisdem, & mandaret ad libitum, ipseq; ad nutum eidem seruirent, ac sine difficultate, & rebellione parerent. Cum igitur hunc voluntatis vsum, sic liberalitas diuina concessit vt propriũ, vt eundem ipsi repẽdere possemus, si vellemus, ac reddendo prę cunctis muneribus acceptaret, quia in suo sacrificio Deus non quantum, sed ex quanto principaliter attendit, vt ait Gregorius, & cum per non exhibitionem voluntas loris astringitur, ac sub diuino velle totaliter supponatur, hinc est, quod si per votũ eam Deo subijcimus, quod nobis velut proprium crediderat, ei voto dãdo nihil maius ei dare valemus. Sed licet quicquid est in creatura siue quoad esse, seu quoad omnia alia, sint Dei, & à Deo procedant, ad quædam peragenda sic Deus ipsam creaturam rationalem obligari voluit, vt nulli liceat oppositum agere ad id, quod Deus ipse instituit, & ordinauit, nisi ex sua processerit, de aliter faciendo voluntate, vt sunt in decalogo contenta, atq; seruanda, & maximè ad tria prima oẽs astringimur, & ligamur. Quæ verò medio sic statuit in loco, vt ad quę vellemus extendere manus possemus, vt sunt aliqua euangelica consilia, quæ nõ astringunt generaliter cunctos ad ea seruanda, quamuis loco, & tempore debito fieri, & vti conueniat. Vel ad talia seruanda, nisi sequis arctare vellet ex voto. Quo facto tali sic vouenti sunt præfata sic seruanda, vt oppositum agere non nisi ab habente auctoritatem inueniatur concessum. Et si multa sint consilia talia, quantum pertinet ad propositum est consilium castitatis, & continentiæ, ad quod non obligatur homo, nisi, vel ex voto, aliauè causa, licet, vt dictum sit, est seruandum

pro lo-

pro loco,& tempore. Si ergo istud,ad quod non simpliciter homo Deo ex voto tradatur,cum ibi sit animæ traditio,in qua principaliter castitas consistit, ac etiam integritatis, corporis munus est Deo carissimũ, placitum,& singulare,cum castitas mẽtis,& corporis ipsi Deo summè placeat,si tñ bonis alijs sit adiuncta,vt docet Gregorius exponẽs illud. Sint lumbi vestri præcincti. Castitas nec magna est sine bono opere, nec bonum opus aliquid est sine castitate. Bona est ergo castitas,sed melior voti circumstantia fœta, vt dicit Thomas tertia parte. Et Riccardus de media villa. Secundum.n. Anselmũ de similitudinibus,melius, & plenius,ac perfectius est dare arborem,& fructum, q̃ fructum solũ. Sic & de bono opere,voti circumstantia regulato. Beata Maria tàm sanctificatione accepta, quàm inspiratione interna cognoscẽs puritatem mentis,& corporis Deo summo placere,vt in se templum & sacrariũ pro Dei filio incarnando p̃pararet. Et quia in corpore subdito peccatis Dei sapientia dedignatur habitare. Se ipsam totam, & totaliter tradidit Deo. Ipsa.n. cum duodecimum annũ pertingisset ætatis,vt ait Hieronymus,& si ibi à Pontificibus suaderetur, vt ascensum de viro accipiendo præberet. Respondit dicens. Non potest fieri, vt ego virum cognoscam,aut vir me cognoscat. Et cum summus Pontifex, & eius affines dicerent ei. Deus in filijs colitur,& in posteris adoratur,sicut semper fuit in filijs Israel,B. Maria respondens dicebat eis. Deus in castitate colitur primo omnium,& comprobatur. Nam ante Abel nullus fuit iustus inter homines, & per oblationes suas placuit Deo. Deinde etiã occisus est ab eo,qui displicuit, duas autem coronas accepit, oblationis,& Virginitatis,quia in carne pollutionem non admisit. Elias autẽ cum esset in carne raptus est in cœlum, quia carnem suam Virginem custodiuit. Ego autem ab infantia mea, quod carum Deo possum offerre,statutum habeo in corde meo,vt virum pœnitus non cognoscam. Hæc B. Virgo. Quo verbo habetur Virginitatem suam Deo obtulisse, & propositum in Virginitate permanendi. Sed quod vouerit,& si non clarè,ex præfatis hr̃, tñ in hoc uerbo posset intelligi,quia ait, statutũ, & firmatum habeo. Tunc.n. propositum est firmum, qñ sic est roboratum,quod non licet sine peccato ab eo resilire, quod vtiq; fit ex voto. Insuper B. Maria Virginitatem suam perfectiori modo, quo potuit, Deo obtulit. Sed cum fiat,potest concludi, quod ex hoc verbo,statutũ, vouit. Et quia,quod constat esse clarum ex alijs, ex dubijs trahi non debet, quare B. Maria uirginitatem suam Deo consecrauerit, & vouerit, expressè doctores asserunt. Magister in historijs scholasticis super Euãgelia dicit,quod B. Maria, se non cognitura virum in animo vouit, nisi Deus aliter disponeret. Magister sententiarum allegando Augustinum dicit. Beata Maria proposuit se seruaturam votum uirginitatis in corde,sed ipsum votum non expressit ore. Idem dicit B. Augustinus cõtra Faustum.

Luc.

q. 88.

Sap. 8.

dist. 30. cap. 2.

Luc. 1. Faustum. Beatus Ambrosius lib. de Virginitate exponēs illud, qūo fiet istud, qm̄ virum non cognosco, inquit, profectò non diceret nisi Deo ante Virginitatem vouisset, et subdit. Hæc prima inter fœminas, hoc constituit in corde suo, vt diceret Deo, Domine offero tibi Virginitatē meam, cum hoc à nullo homine, nec verbo didicisset, nec exemplo ad imitationem inuitata fuisset. Beatus pariter Bernardus super Missus est, dicit: Dedit Deus Virgini partum, qui antea uirginitatis inspirauerat votum, & humilitatis prærogauerat meritum. Et in sermone Natiuitatis B. Mariæ: Verè Maria corpore, & mente sancta fuit, integritatē corporis habens, & integritatis propositum. Et super Missus est dicit: Missus est angelus, ad Virginem, uirginem carne, virginem mente, virginē professione. Quibus doctorum verbis, apparet B. Mariam voto cordis statuisse, virginitatem se seruaturam, sed ex dictis doctorum oritur dubium, quia Magister historiarum, Magister sententiarum, & Glossa super allegata, & Augustinus, & Ambrosius videntur dicere, quod B. Virgo mente, & corde vouit. Beatus Bernardus dicit, quod mente, & professione. Potest dici quod Bernardus recipit professionem pro quocunq; modo oblationis voto facto, ita quod professio intelligatur devoto expresso verbo, mētali & non vocali. Aliter potest solui, sm Augustinum, & hī 27. q. 2. c. B. Maria. Vbi dicit Augustinus. Beata Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum non expressit. Et subdit: Postea verò cū filiū genuit, quod corde conceperat, simul cum viro labijs expressit, & vterque in virginitate permansit. Hæc Augustinus. Idem dicit Thomas 3. parte. Et si quæratur vlterius, quid induxit B. Mariam ad virginitatem vouendam? Respondeo, quod multa. Primum fuit, meritum singulare, quod inspexit ex tali voto consequendum, quia licet seruare virginitatem sit laudabile, vt præfatū est sm doctores. Laudabilius, & perfectius est voto circumstantionatum. Secūdum fuit, quia templum tunc Dei vsui coaptatur cum dedicatur, & non qn̄ ædificatur, quare B. Maria sciens se templum Dei, vt sibi perpetuo coaptaretur & dedicaretur voto effecit. Tertium, quia cū B. Maria, mente sciret se præseruatam ab omni contactu peccati, & corpus à fomite. Quare decebat, vt sic perpetuò esset. Quartum gratitudo affluēter. n. dona Deus excelsus cum dedisset Mariæ, ipsa vicissitudinem reddere cupiens, quia nihil maius, & melius in his inferioribus se possidebat, duo minuta, vt pauper mulier in gazophylatio Domini posuit. Animam per obedientiam, corpus verò per votum castitatis corde expressum diuinis se mancipando perpetuo obsequijs. Quintum est diuinæ voluntatis impletio. Sciebat. n. Deum puritatem cordis, & corporis amare, & spiritualiter, circa ipsam sic Deum velle. Quod ex præseruatione à peccato, & à fomite perpendebat: quare eius illibatissimam puritatem mentis, & corporis obtulit, & spopondit. Beata ergo Maria vt

9. 28. artic. 4.

Luc. 21.

tota &

tota, & totaliter esset Dei, & Deo consecrata, se perpetuò virginitatẽ, seruaturam promisit. Subijciens tñ se per oĩa diuinæ dispositioni, vt dicit Magister, in quarto. Quo Magistri dicto, Magistro historiarum videtur, quod conditionaliter vouerit. Scotus vero dicit, quod absolutè se seruaturam virginitatem promisit, nisi Deus aliter vellet. Oblatione hac à virgine Deo per votum tradita suæ integerrimæ virginitatis apparet, quod istud precioſius fuit, & excellentius & Deo acceptabilius omni alio ante ipsam à quocunq; dato. Magnum fuit munus Deo oblatum ab Abel, ad quod Deus respexit, Noe cuius sacrificium odoratus est Dominus, Abrahæ qñ filium offerre voluit, Filiorum Israel pro constructione tabernaculi in dedicatione eiusdem, Salomonis pro templo tàm singulari construendo, & sic de diuersis donis, muneribus, & sacrificijs Deo oblatis. Sed nullum fuit tale, vt fuit hoc B. Virginis. Ratio qua talia erant magna tatione oblati, vel offerentis, nullum tñ oblatũ fuit nobilius Virgine, qa nihil ab homine, est ipso hodie melius. Similiter nullus offerens sanctior fuit Virgine, aut gratia fœcundior, quare propositum. Et si dicatur, nonne magnum fuit munus Abrahæ qui voluit filium immolare, & voluntas pro facto reputetur? Respondetur, q̃ verè fuit magnum, & Deo acceptum, sed nõ vt illud Mariæ. Ratio, quia aliud est sponte offerre, aliud præceptoriè. Insuper aliud est dare se, aliud dare, quod est distinctum à se. Beata Maria sponte se dedit, quare hoc munus cõsiderata persona Virginis Deo acceptissima, & voluntate, quam præ cunctis pensat altissimus ſm Gregorium, fuit præ cũctis ante Deo exhibitis acceptissimum, & suauissimum, hostia viua, & Deo placens. Quo sequitur, quod si ſm mensuram dati, & dantis Deus acceptet opus, & munus, nihil fuit hoc dono dato à Virgine Deo placibilius, & sic præ cunctis Deo acceptissima Maria fuit. Quo sequitur, q̃ tali voto emisso, iuxta quæ habentur de consecratione, & sanctificatione facta per votum Deo. Talis sanctificatus Deo, & consecratus diceba tur, quia Nazareus sic interpretatur. Et dicit Hieronymus: Beata Maria si ante fuit Dei templum, tunc fuit singulari modo diuino vsui applicatum, dedicatum, sanctificatum, & consecratum, vt nullum esset in mũdo tẽplum ipsa nobilius, perfectius, ac Deo acceptabilius. Verũ quia, vt dicit Ambrosius ipsa B. Virgo seruandæ virginitatis prima fuit votũ faciens, facta est primiceria, & primaria virginum omnium, & caput, & domina Multę enim in ueteri testamento fuerunt, virgines, vt quæ ante traditionẽ uitis mortuę sed de nulla legit, q̃d votũ emiseri deseruãdo virginitatem. Imò de filia Iephte, quæ non cognouerat virum, sacrificanda per Patrem, legitur quod duobus mensibus per montem cum suis sodalibus flendo virginitatem suam perrexit, ecce quod ista plorabat non amissam. Beata Maria spopondit non amittendam. Vltimum, & vltimum, quod induxit B. Mariam ad sic virginitatem suam per votum

dist. 30. c. 2.

Gen. 4. Gen. 8. Exod 35 Num. 7.

Gen. 22.

spon-

sponsendam Deo fuit, vt ab ipsa hanc tenendi, & Deo offerendi capere-
Apoc. vl. 1. Co. 15 mus exemplum. Virginitas. n. in corruptione sui, in statu collocatur hic existens, quodammodo beatorum fm Bernardum hominem similé angelis reddit, fratrem efficit supernorum. Pulchritudinem seruat mētis, & corporis, mentis imaginem custodit, animam Deo cōiungit, Dei sponsam animam efficit. Gratum Deo, & hominibus reddit. Immitia subiugat, super pectus Christi recumbit, amicitias retinet, & inuenit, post Christum agnum indesinenter incedit, merita auget, & cumulat, ad seruiendum Deo prōptum reddit, & liberum, Deo seruientes adorat, secreta rimatur diuina fructum centesimum accipit, dæmones fugat, & pellit, auaritiam refrenat, libidinē occupat, lasciuiam castigat, motus sensuales temperat, indecentia cauet. gulæ concupiscentias purgat, vitia restringit, omnesq; virtutes nutrit. Hæc exaltat humiles, decus est religionis, minoratio criminum, famam bonam custodit, & fouet, imitabilem sedat hominibus, bonis moribus delectatur, bonorum oīa contubernia nectit. Hæc possent sactæ scripturæ dictis, & exēplis faciliter probari, & doctorum, quæ, quia nota sunt solerter inspicienti, quid sit virginitas, integritas, castitas, continentia, & pudicitia scribere omitto. Virginis ergo beatæ exemplo hanc possideamus, seruemus, & custodiamus, & si non corpore, saltem iuxta Augustinū habeamus in mente. Et quia Deo placet, eam, vt nobis contulit in baptismo, tradamus, quia teste Hieronymo in epistola ad Eustochium plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod eis non fuerat imperatū, quia maioris est meriti quod non cogitur, & offertur, propter quod ipsam si uolumus voto offeramus Deo, nec in ultimis, sed in primo si possumus nostræ ætatis temporis, ipsamq; sic integram, illibatamq; seruemus, vt nulla eam frangat aduersitas, prosperitas alliciat, exemplo Mariæ, quæ ab eius proposito, non nisi ea salua, complacuit ei generatio filij Dei. Hæc siquidem, nos eam custodientes fœcundabit virtutibus, & tandem in gloria post Christum, indesinenter exultando incedere faciet cupitis affectionibus, & laudibus. His ergo præmissis, declaratio apparet quarti fructus; scilicet, Maria consecratur, &c.

Fructus XV.

FRVCTVS QVINTVS.

Maria iusto traditur.

EXPOSITIO BREVIS.

DISPENSATIONE superna reuelatione facta summo Pontifici, Mariæ Ioseph in coniugem traditur, vt ipsius curam gereret, & filij in posterum, alijsq; de causis, hæc sapientia præordinauit diuina.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

OMNIVM creaturarum Maria Virgo sanctissima, etsi ab æterno in Dei sit matrem electa, ab ipso Deo, sic mundo est data, vt pro humani generis salute in se Dei verbum susciperet, vestiret, & carne, ac ipsum in fratrem nobis donauit, & socium. Et quoniã operatio altissimi perfectissima probatur in cunctis, in hac sacra Dei filij ad Mariæ vterum destinatione sic diuina potentia est operata: vt diuinæ sapientiæ circumstãtijs omnia sint perfectissimè ordinata, & regulata. Qua in re diuina sapientia, cuius dispositione condita moderãtur filium Dei incarnandum decernens in Maria: vt cuncta decenter fierent, & ordinarentur, B. Mariã desponsandam decreuit. Decentissimum. n. fuit Christum nasci de Virgine desponsata. Et primo ratione sui. Et ista ratio est multiplex. Prima quidẽ, ne ab infidelibus tanq̃ illegitimè natus abijceretur. Hanc tangit Ambrosius super Lucam dicens. Quid Iudæis, quid Herodi posset adscribi, si viderentur natũ ex adulterio persequi? Secunda vt Christi Genealogia per virum describeretur: hanc tãgit Ambrosius præallegato in loco: & B. Hieronymus super Matthæum ostendens non esse consuetudinem scripturarum, vt per mulieres sed per viros generationis series texatur. Tertia vt sacramentum incarnationis Christi diabolo celaret. Hanc rationem tangit Ignatius martyr, vt ait Hieronymus super Matthæum: B. Ambrosius super Lucam: Ioannes Damascenus 4. sententiarum suarum. Et consimiliter, vt celaretur hominibus eis reserandũ pro tempore debito, & loco: licet quibusdam dignis, & idoneis sit manifestatum in Christi ortu: vt Lucæ 2. & Matthæi 2. de Magis & Pastoribus. Sed dubium potest esse de ista ratione, quomodo, videlicet, sacramentum incarnationis fuerit diabolo celatũ, cum multiplici modo ad huius cognitionem potuerit deuenire, prout ostendit Augustinus. Similiter Damascenus dicit loco allegato, quod diabolus obseruabat tempus prophetiæ dictæ ab Isaia: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Videtur enim diabolum de facto hoc cognouisse: vt habetur Marci 1. & Matthæi 8. vbi dæmones vocabant eum Christum, ideſt Messiam, & filium Dei. Ad hoc est dicẽdum, quod vt dicit Apostolus: Quod nemo eum principem huius sæculi cognouit; quare ipsi dæmones nunquam cognouerunt Christum esse Dei filium, hoc interdicẽte Dei potentia, & virtute, vt ponit Augustinus. Et ad illud de consideratione prophetiæ Isaiæ dicendum, quod licet dæmon hoc sciret, s. Christũ de virgine nasciturum, ignorabat tñ an de desponsata, quia de hoc in prophetia nihil dicitur. Etsi dicatur: Nunquid dæmon non sciuit omnia, quæ gessit B. Virgo? Respondetur quod sicut ad custodiam lecti Salomonis

cap. 6.

3. de Tri.

1. Cor. 2.

3. de Tri.

Cant. lomonis 60. erant deputati ex fortissimis Israel. Sic ad custodiã veri Salomonis, ideſt, Iesu Christi templi, & thalami sui lectuli, in quo nouẽ mensibus quieuit, & stetit, ideſt, B. Mariæ multitudo innumerabilium est deputata angelorum: vt dicit deuotus Bernardus: quare non videre, sed nec appropinquare ad ipsam vnq̃ potuit. Ad illud de Marco, & Matthæo, respondent Augustinus, & Hieronymus super Matthæũ. Quod cap. 8. non dicebant eum esse filium Dei ex certa cognitione, sed ex suspicione, allegantes dictum Apostoli. Si cognouissent nunq̃ Dominum gloriæ crucifixissent. 2. Cor. 3 Quarta, vt à viro Mariæ, s. Ioseph, puer ipse nutriretur, aleretur, & educaretur, vt ait Beda super Lucam: vnde, & pater eius dictus est, ideſt, nutritius fm Origenem. Fuit etiam decentissimum, & conueniens. Secundò ex parte Virginis. Et adhoc est etiam multiplex ratio. Prima, vt per hoc ab infamia liberaretur: vt dicit Ambrosius super Lucam: Desponsata est, ne temerariæ virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre. Secunda, vt immunis à pœna esset, & inueniretur, ne scilicet velut adultera à Iudæis lapidaretur. Hanc tangit Hieronymus super Matthæum. Tertia vt vir esset ei in subsidium, & solatium, & sui & infantis, tàm in stãdo, q̃ ad Ægyptum pergendum: vt dicit Beda super Lucam. Quarta, vt similis esset B. Maria in hoc, videlicet, in sacramento matrimonij veteris testamenti mulieribus. Sicut enim ipsa, & filius patribus in alijs cõformes esse voluerunt, ita, & in hoc. Fuit enim decentissimum, & conueniens. Tertiò ex parte nostri. Primò, quia Ioseph testimonio cõprobatur Christum ex virgine natum. Hãc tangit Ambrosius super Lucã, & Bedã. Secundò vt B. Mariæ verbis maior fides adhiberetur, & omnis mentiendi suspicio tolleretur. Ipsius enim integritatis est Ioseph angelus, & ipsamet testis. Tertiò, vt virginibus siniſtra opinione viuentibus excusationis velamen non daretur fm Ambrosium, si Domini mater infamata videret. Quartò vt matrimonij sacramentũ bonũ esse declararetur contra futuros hereticos hoc condemnantes, vt malũ. Quintò, vt B. Maria in statu quolibet mulierũ existens, & modũ in eisdem præberet manendi mulieribus, & opprobriũ ab ipsis tolleret, & benedicta inter mulieres prædicaret. Sextò, vt declararetur nobis, q̃ flos pudicitiæ virginalis produceret nõ modo fructus honoris apud Deũ, sed ẽt honestatis apud hoĩes per matrimonii sacramentũ. Septimò, vt per hoc designaret, q̃ vniuersa ecclesia, q̃ cum sit Virgo, desponsata tñ est vni viro, s. Christo, vt Augst. dicit in lib. de Sancta virginitate. Ex quibus apparet, q̃ à Dei sapientia decentissimè ordinatũ est, vt B. desponsaretur Maria. Sed cur magis Ioseph? Dicet̃ statim, sed dubium oritur ex prædictis: Virgo beata, vt p̃cedens fructus ostendit virginitatẽ suã Deo nouerat, & non fuit desponsata nisi consentiẽs, quia aliter nõ fuisset verũ matrimonium: sed cũ dicat Hieronymus, q̃ vouentibus virginitatem

nitatem non solum nubere, sed ét velle nubere dãnabile est, quare vẽ indecentissimum: quia iniustũ ex parte Virginis fuit velle in matrimonium, & voluisse consentire. Ad quod põt dici. Primum, q̃ B. Maria nõ obstante voto virginitatis, licitè, & verè cõtrahere potuit. Fuit enim certificata, q̃ Ioseph vsum carnalis copulæ nunq̃ exigeret, vt ponit Bonauentura in 4. Vbi dicit, q̃ de se erat certa, & de Ioseph fuit certificata, vel inspiratione diuina, vel angelica reuelatione, & sic nunq̃ consensit in copulam carnalem. Quod verò nunquam in copulam carnalé assẽserit, patet ex verbo ipsius ad angelum dicentis. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Aliter ista interrogatio friuola extitisset. Hoc idé ostendi potest rõne suæ purisimæ virginitatis, & rõne regiminis Dei ipsam in matrem eligere disponentis. Ratione ét exẽplaris virginitatis ſm q̃ erat præficienda oĩbus virginibus in speculũ sum mum, & exemplum. Quæ tria cum alijs dictis fructu præcedenti 9. & 7. ostendunt ipsam in carnalem copulam non ascensisse. Et si dicatur allegando Augustinum, qui vẽ dicere oppositum, s. quod Virgo committens se dispensationi diuinæ consensit in carnalem copulam. Respondetur, quod erat sub conditione si ille peteret: sed ipsa fuit certificata, quod nunquam peteret Ioseph: Et sic B. Maria cõsensit in istã trãslationem: sed tñ quilibet habuit sub voto: & Ioseph, & Maria nũquam reducere ad actum istam potestatem. Quod autem Ioseph vouerit virginitatem, tenetur, quod sic, & fortè inductus à Virgine gloriosa. Seraphicus verò doctor respondens ad illud Augustini dicit: quod intelligitur, non quia virgo consensit, vt ipsam cognosceret, quia nunquàm credo hoc ipsam voluisse, nec Deum hoc sibi inspirasse, sed consensit in coniugalem societatem: siue in mutuam corporum potestatem, quę ordinata erat ad copulam carnalem, non tñ ordinatione necessaria. Et si dicatur B. Maria consensit in matrimonium, igitur & consequenter in copulã: dico, q̃ non valet, quia vsus matrimonij potest perpetuo à dominio separari: vt patet à simili de potestate clauium in degradatis, excommunicatis & religiosis, qui si non licentiarentur, non possent cõfessiones audire: patet de altero coniugum adulterante, qui perpetuò, si alteri placeret, vsum amittit. Et sicut vsus potest à dominio separari, & è conuerso, sic in proposito. Etsi dicatur, tàm in lege naturæ ante peccatum, & post, carnalis copula fuit in præceptum: Crescite, & multiplicamini, immo maledictio dabatur sterili. Respondetur, quod sacramentum matrimonij in statu innocentiæ fuit solum in officium, & post peccatum in officium, & remedium. Quantum ad hoc, quod est sacramentum in officium, fuit in scriptura datum vsquequo genus humanum esset ad diuinum cultum multiplicatum, post cuius multiplicationem non astringebantur sic præcepto, sicut ante. Ista est sententia Beati Hieronymi in epistola ad Eustochium de

dist. 30.

Abraham sene, qui ob multiplicandum populum ad Dei cultum accepit Cethuram. Ponit exemplum de Iacob mandragoris redempto, & subdit: quod alij virginitatem seruauere, sicut Elias, Eliæus, Ieremias, & multi prophetarum filij. Quantum ad remedium, nunquam sacramentum matrimonii fuit in præceptum datum. Non igitur obstat de B. Virgine, quia iàm tempore eius facta erat sufficiens multiplicatio hominum ad cultum Dei, & ideo iam copula coniugalis non erat sub præcepto: vnde nec Ioannes contraxit. Vel potest dici, quod personæ priuilegiatæ, vt Beata Virgo, & alij erant ab illo præcepto per diuinam dispensationem secretam exemptæ. Ex dictis apparet, quod Virgo fuit desponsata, & nupta. Sed contra hoc videtur esse commune dictum ecclesię dicentis de beata Maria in antiphona. Beata mater, & innupta virgo, quare propositum. Respondeo, quod nuptię etsi secundum Isidorum accipiantur pro solennitate, apud doctores tamen sanctos accipiuntur pro matrimonio carnali copula consumato, vel consumendo. Patet per Hieronymum super Matthęum. Cum audieris virum suspicio tibi non subeat nuptiarum. Patet etiam per Gregorium loquentem de dubitatione Thomę, & comparans eam dubitationi Ioseph, qui dicit, quod Ioseph permissus est dubitare de Maria, nec in dubitatione permansit, qui tamen ad Marię nuptias non peruenit. Modo ecclesia ad hoc habendo respectum dicit Virginem innuptam, id est, nullo modo à Ioseph cognitam, & isto modo debet intelligi dictum Hieronymi, quod vouentibus non solum nubere ideſt carnaliter commisceri, sed ille nubere, ideſt carnaliter iungi damnabile est. Apparet ex dictis tàm hic, quàm in precedenti fructu, quod decentissimum fuit Beatam Mariam suam virginitatem uouere, videlicet, vt esset decentissimum habitaculum, quia sapientia increata speculum sine macula in corpore, & anima, vbi aliquod inquinamentum est non habitat, quare decebat, vt ex matre incorrupta re, & voluntate conciperetur: perfecta autem
d.30.q.2 incorruptio voluntatis in voto consistit virginitatis: vt dicit Bonauentura in quarto. Vt esset mulieribus totius virginitatis exemplum. Sicut enim Deus pater Christum viris proponit in exemplum: sic eius matrem proponit mulieribus: & quoniam hoc est maximè imitandum, & laudandum, scilicet, votum virginitatis, absque dubio in illa esse debuit, vt dicit idem Bonauentura: & ibidem: Vt in ea esset omnis nobilitatis, & sanctitatis priuilegium. Absit enim, quod aliqua alia virgo Beatam Mariam excellebat, imò altissimus, qui fundauit eam omnis dignitatis priuilegio ipsam adornauit: vt sicut ipse prę cęteris eam adamauit, sic ipsa esset sanctior, & amabilior vniuersis. Vnde circumdata maternitate Dei adhuc ipsa prę

cęteris

cæteris sanctis debet amari, & laudari. Et ideo spiritus sanctus, qui alij inspirauit virginitatis votum, ab ea non retinuit celatum. Ex quib. apparet prærogatiua virginitatis Mariæ, quia præ cæteris votum emisit immobili voluntate, & sola præ oibus dicere valuit. Virum non cognosco, quia ad hoc nullo modo potuit impelli quacunq; voluntate, vel cõplacentia. Insuper sicut ipsam virginitatem est constricta, quod etiã pro filio Dei concipiendo nullatenus admisit, seu admittere voluit carnalẽ commixtionem. Quo puritatis gradum, quantum dilexerit modo singulari ostendit, & ineffabili. Ex prælibatis apparet, non solum, quod Virgo vouere deberet, sed etiam apparet, quod, & nubere, i. desponsari deberet ex causis iam dictis in prima parte huius fructus. Sed nunquid Ioseph? Respondetur quod sic. Prima causa est, quia de domo Dauid, & Virgo etiam, quare fm legẽ eam accipere cogebatur, teste Hieronymo super Matthæum. Secunda causa, ratione sanctitatis Ioseph. Simile.n. iungitur simili, viro ergo sancto, & Deum timenti sanctissima Dei Mater in coniugium tradi debebat, vt in figura habetur. Sed fuitne sanctus Ioseph? Respõdeo, quod sic, fuit.n. iustus, fidelis, quia credidit Deo, obediens, accipiendo Mariã in coniugem, & eundo ad Ægyptum, & redeundo, timoratus, ideo dr. Noli timere. Humilis vocatur filius Dauid, qui Dauid fuit humilis. Obsequiosus, quia accepit puerum, & matrem, & iuit ad Ægyptum. Pudicus, quia teste Hieronymo cõtra Eluidium, Virginitatem vouit. Pacificus, quia uoluit occultè dimittere eam. Prudens, & circumspectus, quia noluit post reuersionem de Ægypto in Iudæam ire, ubi Archelaus regnaret. Patiens, maxima incõmoda suscepit, uadens, & rediens ab Ægypto. Sollicitus, quia habito monitu angeli de nocte surrexit, & accepit puerum, & matrem eius. Hinc apparet, quod non uoluntate humana, sed diuina B. Virgo est nupta. Quo arguitur, quod cum Deus amator integritatis sit, ac per prius B. Maria fuerit desponsata Ioseph, quod sic B. Maria in matrimonialem ascẽsit societatem, quod nullatenus in carnalem. Apparet etiam, quod sicut uirga mira exercuerat in Ægypto, mari, & deserto, Deus p Moysen & põtificatum Aaron cum filijs acceperat ipsa uirga, ut habetur. Sic gloriosa Virgine Maria, uirga designata per Balaã, signa innouare uoluit in mundo idolatria obcęcato, ut in Ægypto, in mari, i. peccatoribus, amaritudine peccatorum repletis, in deserto ad pœnitentiam homines aduocare, mittereq; summum Pontificem, & sacerdotem fm ordinem Melchisedech, Deus excelsus. Ipsa erat uirga Israel, per quã duces Moab, i. dæmones, & alienigenarum. i. perfidorum hæreticorũ dogmata exterminari debebant. Virga Iesse iuxta dictum Isaiæ, super quã septem dona Spiritus sancti requieścerẽt, quia in Maria plenitudo gratiæ habitaret per superuenientem Spiritum sanctum in ea. Virga Aaron, quæ non humano semine, sed diuino munere fructum subito fe-

Tob. 7. *Matt. 1.* *Matt. 2.* *Matt. 1.* *Matt. 1.* *2 Reg. 6.* *Matt. 2.* *Matt. 1.* *Matt. 2.* *Matt. 2.* *Nu. 17.* *Nu. 24.*

cit, quia in instanti fructum nostrę germinaret salutis. Virga Assueri aurea. i. tota charitate referta, per quam clementiæ signa miseris, & afflictis ostenduntur. Virga uigilans, quia Maria morti, & somno peccati nunquam obnoxia fuit. Virga uirtutis, non solum efficacia misericordiarum, sed exemplaritate uirtutum, & morum, ut Dauid testatur. Virga Ionathæ, per quam mel diuinæ gustatur dulcedinis. Virga, per quã ignauia, sancta disciplina pueriliter uiuentium propellitur. Virga, qua afflicti solantur, & mœsti. Virga, qua si peccator percutitur, sua uirtute eius aĩa ab inferno per emendationem vitæ, gratiæ & gloriæ collatione liberatur. Non ab re igitur desponsata fuit Maria mystica uirga Ioseph iusto, & sancto, sed ut quàm esset recta iustitia, fructuosa misericordia, & fortis potentia intelligi daretur. Sed nunquid inter Mariam, & Ioseph fuit perfectum matrimonium? Respondet Magister in quarto, quod sic. Fuit. n. perfectum quidem non in significatione, sed in sanctitate. Sanctiora. n. sunt coniugia pari uoto continentium, quia teste Augustino in de nuptijs, & concupiscentijs. Omne nuptiarum bonũ impletum est in illis parentibus Christi, fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum. Fidem quia nullum adulterium, sacramentum, quia nullum diuortium. Et subdit, quare ibi non fuit concubitus nuptialis, quia ille, qui nascendus erat ex Virgine sine peccato concipiendus erat, quod tñ fieri non potuisset tali concubitu, cum sine carnis concupiscentia fieri non possit. Et soluens Magister auctoritatem Ambrosij, qui perfectum matrimonium dicit in copula carnali, ait, intelligendum coniugium perfici commixtione corporali, nõ quã tum ad ueritatem, uel sanctitatem coniugij, sed quantum ad significationem, quia perfectius tunc unionem habet. Quo magistri uerbo sequitur, ut dictum est supra, quod principale in matrimonio est translatio Dominij corporum, & secundarium est copula carnis. Sequitur etiam, quod sacrum matrimonium stat cum uoto uirginitatis, quia homo potest consentire in primum, quod spectat ad matrimonium, absq; eo, quod assentiat in 2m. Quo etiã Magistri uerbo sequitur, quod quia fuit uerum matrimonium inter Mariam, & Ioseph, quod B. Maria uerè erat Ioseph per collationem Dominij, & è conuerso, & Deus hoc uoluerat, ut sic fieret, ut hoc magnũ donũ inter creata nulli esset collatũ, quàm ipsi Ioseph, habẽdo B. Virginẽ in suã sponsam, quæ sanctior erat cunctis, & acceptior Deo. Quapropter si ad gloriam est uirorum habere uxores nobiles, & insignes tàm generositate, quàm sanctitate, cũ Maria fuerit nobilissima, & sanctissima, ad ipsius Ioseph magnam gloriã extitit, & honorem. Quia uerò, quid ex matrimonio Ioseph accreuerit Mariæ dicetur fructu 18. ad præsens omitto. Superioribus debitè pensatis, liquet, quanta est Domini prouidentia, & prouida sapiẽtia, quod ineffabili suo consilio B. Virginem desponsari uoluit, & tali modo, &

Esth. 5. Iere. 1. Ps. 109. 1. Re. 14 Prou. 22 Psal. 22. Prou. 23 dist. 30.

signo

signo ordinauit. Claret etiam isto actu, desponsationis Mariæ Ioseph, quod sacramentum matrimonij, debet potius esse in cõiunctione principaliter animorum, quàm corporum, vt scilicet ambo coniuges, amore sint indiuisi, & dilectione. Lucet etiam cõsequenter ex dictis, quod spirituale matrimonium potest esse veraciter inter animam, & Deum. exemplo B. Mariæ: vt ibi sit fides, scilicet, ad Deum fidelitas, proles operatio sancta, & nullum diuortium adsit aliquo interueniente peccato. Ex præmissis apparet declaratio quintidecimi fructus, scilicet, *Maria iusto traditur.*

FRVCTVS SEXTVS. Fructus XVI.

Maria fœcundatur.

EXPOSITIO BREVIS.

MISERATIONIS diuinæ aduenientе iam tempore noua cũ legatione verbi incarnandi ad Mariam dirigitur angelus: Salutat Virginem reuerenter, filium promittit, Spiritus sancti superuentione gignendum, Deum verum, & hominem: mundo deniq; Saluatorẽ. Cuius dum verbis Virgo præbet assensum, mox verbum Dei aulam ingrediens vteri virginalis, fit homo Christus Iesus.

EXPOSITIO MAIOR

MAGNITVDINE diuina, cum in entibus nihil, ea præcellsius reperiatur, sitque ipsa summa essentia, sic cunctis perfectionibus immensa, vt nulla minor, aut maior censeatur in se, cũ quælibet infinita sit, & suprema. Et licet hoc à quolibet debeat intellectus lumine prædito teneri, cum apud philosophos actus purus dicatur, & simplex: nec sit in Deo aliquid, quod nõ ipse existat, tamen quia non cuiuslibet perfectionis diuinæ nobis per effectum æqualiter magnitudo apparet: hinc est, quod vna maior alia à nobis sæpe creditur, cum in veritate æqualitas summa sit in eisdem. Misericordia Domini, etsi plena sit terra similiter, & iustitia. Sed cur misericordia Domini super omnia opera eius. Non quod misericordia Domini sine iustitia valeat reperiri, (ex quarto) aut misericordia ea maior sit, sed quia eiusdem misericordiæ effectus percipimus frequentius, atque ipsa nobis dulcior, & amabilior apparet. Eam perfectionibus omnibus præficimus diuinis. Misericordiam suam circa homines Deus ostendit in primorum parentum punitione, quia etsi morte puniri merentur dist. 46.

rerentur æterna,& citra puniuit,& ad pœnitentiam exercendam locũ, & tempus indulsit. Sic etiam apparuit in cæteris aliis diuinis actibus erga homines,quos clementer protexit,instruxit,correxit, & ad viam virtutis,& veritatis deduxit.Sed quando hæc misericordia nobis præ cũctis temporibus & actitatis à Deo præfulsit,& claruit?Certè in sua sacratissima incarnatione: tunc seipsa misericordia in proprio esse exhibuit,quando carnem nostram Dei filius ipse susceptit.Quo facto nihil fecit Deus clemẽtius,benignius,& misericordius vnquàm circa hominem aut faciet. Hæc misericordia quanta sit apparere potest,si attendatur diuina dignatio:Quę se vniuit nostra indignitas,quam susceptit, & demum fructus,& vtilitas,quæ ex tali Dei ad nos misericorditer facta adhæsione per nostræ naturæ assumptionem prouenit. Hæc tria si cogitentur subtilius,profundius,& frequentius,pandẽt per inæstimabilẽ incarnationẽ filij Dei ad hominem ostẽsam esse Dei misericordiam, pietatem,gratiam,beneuolentiam,benignitatem,& clementiam. Sed quia præsens fructus circa Dei misericordiam nobis in incarnatione exhibitam declarandam insistit, aliqua, vt præuia occurrunt discussione dignissima.Primum est: cum beneficium acceptabilius sit,si statim præstatur, cur suã misericordiã hãc Deus tanto tempore distulit nobis exhibere.Respondeo,q; beneficiũ sic debet conferri,vt & sollicitè exhibendum quæratur,& donatum debitè acceptetur. Homo.n. peccando sicut duo ad Deum spectantia indebitè optauit,ipsius,s.potẽtiam.Eritis,inquit serpens ad eos,sicut dij.Et sapientiã.Scientes bonũ, & malũ.Sic duo incurrit peccato impotentiã,videlicet,& ignorantiã: Et quia miser homo peccando pœnas indissolubiliter annexas peccato,duas præ alijs incurrerat ignorantiã contra secundum, quod appetierat,& impotentiam contra primum optatum ab ipso.Hæc sic subito ista duo incurrisse percipiebat:quare nec sciebat diuinum auxilium sibi fore poscendum,& aliud adesse oportere. Quapropter cum primus homo cum sua posteritate factus esset ignorans,& impotens:vt sic esse probaretur,duo tempora procedere debuerunt,in quorum primo de ignorantia,in secundo de impotentia conuinceretur. Primum fuit legis naturæ secundum legis Mosaycæ,& scriptæ.In primo clamabat homo:Non est qui faciat bonum, sed qui iubeat: sed in secundo ex onere legis dixit:Infirmata est in paupertate virtus mea. Vt igitur de ignorãtia,& impotentia conuinceretur,duo tempora, s.legis naturæ, & scriptæ præcedere debuerunt, vt sicut dum perpenderet se ignorantẽ lucẽ veram,& impotentem, adiutorium Dñi expeteret feruentius & collatum acceptaret præcordius. Hoc idem,s.vt misericordiam hanc genus immediatè post peccatum humanum non acciperet, libertas humani exigebat arbitrij.Cũ.n.ad nihil debet trahi in vita,hinc est,q; Deus genus sic reparare debuit humanum, vt saluté inueniret, qui vellet quæ-

Gen.2.

rere

rere Saluatorem, qui verò nollet Saluatorem quærere, neque salutem per consequens inuenire. Nullus autem quærit medicum, nisi qui prę-cogitat morbum. Nullus cognoscit doctorem, nisi qui inspicit se ignorantem, ac adiutorem nullus exposcit, nisi se videat impotentem. Primus homo magnitudinem morbi, aut genus humanum, cum non esset multiplicatum adhuc non perpendebat: de scientia, & potentia superbiebat. Ad ostendendum morbi grauitatem, q̃ incurrerat per ignorantiam & infirmitatem virtutis, non statim misericordia hæc magna affuit, sed dicta cognoscens, & ad misericordiam diuinam recurrens, & gratiam, quæ ostensa est in aduentu filij Dei, & ipsam perciperet exoptatam, & habitam acceptissimè retinere. Verum non modicum erat, imò magnum, sed verius loquendo certè per maximum munus erat incarnationis filij Dei mysterium, & donarium. Quare decés erat, vt crederetur præstandum firmissimè homini, & ardentissimè amaret. Congruentissimum fuit: vt quando Christi aduentum prærirent multa testimonia prophetarum tàm explicita in verbis, quàm implicita in figuris, vt multis & firmis testimonijs, quod erat secretum fieret certũ, & indubitabile ad credendum, præcederent etiam multiplicia patrib. promissa, & ardentia desideria, vt promissum beneficium expectarent, expectatum differretur, dilatum amplius desideraretur, & diu optatũ amplius amaretur, & gratiosius susciperetur, & susceptum sollicitius seruaretur. Quoniam modus debitus à sapiente debet in suis operibus teneri, & seruari, sitq; modus, vt ab imperfecto quis ad perfectum procedat, & non è conuerso. Decuit incarnari Dei filium in fine temporum, vt sicut primus homo, qui fuit totius mundi sensibilis ornamentum, vltimò fuerat conditus, videlicet sexta die, sic secundus homo totius mundi reparati complementum, in quo primum cum vltimo coniũgitur, scilicet Deus cum homo fieret in fine temporum sexta scilicet mũdi ætate, qua & tempus gratiæ incepit, & ipse desideratus aduenit. Multæ adhoc congruentiæ possunt adduci, quę omitto ad præsens, vnã solam, quę mihi satis congrua videtur pro nostro proposito, & huius fructus declaratione ponendo. Sicut enim ad operationem perfectã, vt dictum est requiritur modus, sic certè tempus, & locus, & quia de modo incarnationis, & tempore est dictum: De loco solum tangã. Beata. n. Dei genitrix, etsi ab æterno pro filio Dei incarnando in habitaculum, & locum congruum, ac Dei matrem fuerit electa, quia nondum erat in mundo per natiuitatem exhibita, disponente illo, qui omnia agit, in numero, pondere, & mensura, quia supra aptum non reperiebat in aliqua locum, diu, & tanto distulit incarnari. Diu sancti patres, & angeli quæfierunt in omnibus Israel finibus adolescentulam, quæ cale-faceret Dauid manu fortem verbum, scilicet incarnatum, sed minimè inuenerunt: vt in figura habetur. Non enim Virgo Maria inuenta est 1. Reg. 1.

tempore

tempore Patrum Seth, & Noe. Non tempore patriarcharum, Abrahæ, Isaac & Iacob: fuit. n. eis promissa, sed non exhibita. Non tempore prophetarum, licet ab eis fuerit spiritu sancto præuisa, & prophetata. Non tempore summorum pontificum. Melchisedech, & Aaron. Non tempore regum, Dauid, & aliorum. Non tempore Iudicum Iephte, & & Samsonis. Non tempore ducum Zorobabel, & aliorum. Sed quare istis temporibus non est inuenta, & nata? Respõderi potest, q̃ ratio est, quia Virgo Maria debebat esse summæ pudicitiæ in partu, ante partũ, & post partum. Et in primo tempore regnauit pro maiori parte luxuria: quare hoc in tẽpore non est reperta. Largæ misericordiæ, vt de eius gratię, & misericordiæ plenitudine oẽs acciperent: & in secundo tem
Gen. 11. pore regnauit auaritia: patet de Nemrod, qui fuit oppressor hominum, quare in secundo tempore non est inuenta. Miræ beneuolentiæ & clementiæ. Et in tertio tempore viguit ira, & crudelitas. Sancti. n. prophetæ interfecti fuerunt, vt patet de Isaia, Ieremia, Michæa, & sic de alijs, quare isto tempore nata non fuit. Promptæ obedientiæ. Nõ est orta quarto tempore, quo videlicet, irreuerentia ad Deũ viguit, vt pa-
Exo. 32. tet de vitulo. Et de idolis: Iudicum quasi per totũ. Profundæ humilitatis. Nõ est reperta quinto tẽpore, s. Regum, quo superbia præsedit, patet de Acham, & alijs, qui Deũ paruipenderunt. Firmæ credulitatis, & Deo inhærẽtiæ, Non apparuit sexto tẽpore, quo tẽpore filij Israel idola vt plurimũ coluerunt, vt hẽ Iudicum per totum. Gratæ pacis, & concordiæ ordinatrix: & in septimo tẽpore viguit tribulatio, & angustia: Patet de Iudith, Esther, Esdra, & Machabæis: ideo non venit, aut inuenta in hoc tempore fuit. Bene igitur præfatis temporibus poterit quæri in omnibus finibus Israel, & per consequens totius mundi, nullatenus tñ inuenitur: quarè, & verus Dauid, Dominus fortis, & potens calefieri non poterat, idest ad descendendum, & succurrendum homini inclinari. Sed mirum certè est, quod dictum est: Nunquid in veteri testamẽto? nõne aliqua mulier sufficiẽs reperta est, vt Dei esset locus aptus, & habitaculum pro Dei incarnatione. Nonne Heua fuit sufficiens, Sara, Rebecca, Lya, Rachel, Maria soror Moysi, Ruth, Anna mater Samuelis, Abigail, Abisag, Iudith, Esther, aut Anna, & Sara Tobiæ? Respondeo, q̃ non, quia licet dictæ mulieres sanctę, & virtuosæ ex titerãt,
1. Cor. 3. aut in se Dei habitaculũ præparauerint, & fuerint: Eo mõ quo animę sanctorum templa fm Apostolum sunt Dei: non tñ sufficiens aliqua ipsarũ fuit, vt de ipsa verbum Dei carnẽ susciperet. Rõ generalis patet de oĩbus. Prima q̃a immunis à peccato esse decebat, vt puritate maiori niteret, qua sub Deo neq̃t intelligi fm Ansel. Secũda, vt plena esset oĩ gra. Tertia à Deo ad hoc electa, & deputata. Quarta humilitate prę oĩbus adornata, q̃a ista nõ fuerãt in aliqua p̃dictarũ, nulla fuit dispositа, vt esset mater Dei, & q̃a hęc solũ in Maria fuere, ipsa sola inuẽta est

digna,

digna,vt esset Dei Mater. Sed in speciali Heua,de qua videret quibus dã,q; esset Dei Mater,qa à Deo cõdita,virtutibus naturalibus prædita, & quia fuit cã dãnationis,esset & nostrę saluationis. Quod ipsa digna nullatenus,nec apta fuit,vt esset mater Dei, ostendi põt multipliciter Mariæ conditionibus per oppositum ad Heuam consideratis, quæ qui dẽ conditiones in illa esse decebant, quę ad talem maternitatem eligi debebat. Maria.n. beata per oppositum ad Heuam fuit. Primò reconsiliatrix conditorum. Per Heuam à Deo auersi sumus,sed per Mariæ fructum reconciliati. Secundo reuocatrix expulsorum, per Heuam à paradisi patria,& delicijs eiecti,sed per Mariam,& filium ad verum paradisum cœlestem reuocati. Tertiò abdicatrix peccatorum. Auctrix peccati Heua,fm Augustinum,auctrix meriti Maria. Sancta.n. & immaculata fuit. Quartò regulatrix internorum,& externorum. Heua sensum prætulit rationi,cibum comedendo,sed Maria sensus subiectos habuit per omnia rationi. Quintò exemplatrix actuum virtuosorum,& honestorum,inobediẽtiæ paruipensionis diuini mandati, Heua dedit exemplum,Maria obedientiæ,& reuerẽtiæ summæ dicens. Ecce ancilla Domini. Sextò aduiatrix à Christo diuersorum. Per Heuam velut peccati principium à Deo diuisi,per Mariam Christus caput factum est nostrum. Septimò expugnatrix dæmoniorum,& hostium inferorum. Heuam diabolus vicit per serpentem. Maria caput draconis, contriuit. Octauò illuminatrix mundanorum in valle hac cecitatis,& ignorantiæ Heua sumus deiecti,& per consequens in intellectu obscurati,per Mariam lumine verò sumus illuminati. Nonò consolatrix afflictorũ. Heua lachrymas,Maria gaudium in ventre portauit, teste Augustino. Decimò subleuatrix maledictorum,Augustinus. Quicquid maledictionis infusum est per Heuam,totum abstulit benedictio Mariæ. Vndecimò vnitrix,et copulatrix summèdiuisorum,& desperatorum. Heua peccato,quantum in se fuit,incarnationem filij Dei impediuit, Maria Deũ hominem fecit,& summa imis coniunxit,& copulauit. Duodecimò cõdonatrix vitæ,& abdicatrix,siue remediatrix morborum. Per gustum cibi vetitum Heua defectus mundo, & mortem dedit. Maria vitam gratiæ,& omnis consolationis cunctis peperit,& genuit. Quarè his inspectis,non solum Heua,sed aliæ omnes mulieres à Dei maternitate sũt meritò repulsę. Apparet etiã quibus ex causis non statim post peccatum hanc misericordiam summam Deus nobis concessit. Verum quia non nulli doctorum tenere videntur minime hoc gratiæ munus nobis à Deo fuisse collatum nisi homo peccasset. Hoc est fm videndum pro proposito,& quid sit hic tenendum,succinctè,est narrãdum. Dicta doctoris excellentis Alexanderi de Ales in tertio parte 1. & Domini Ruberti Lynconiensis Episcopi tractatu 2. de cessatione legalium tenendo,aliq ua sunt pro euidentia huius propositi notanda. Primum quod

Rom. 1. *Act. 4.* *Luc. 1.* *Gen. 3.* *Ioan. 1.* *q. 23.*

homo

homo ad beatitudinem à Deo est conditus, & creatus. Istud cuilibet
dist. 1. Theologo, & Catholico est notum, patet per magistrum in secundo, & Anselmum libro 1. & 2. Cur Deus homo. Hoc idem patet ratione, quia ad aliquem finem quietatiuum homo est conditus, sed nihil creatum est bonum, & finis quietatiuus hominis cum oĩa sin pp hominem con
2. Phys. dita, vt inquit magister, & philosophus, quare propositum Homo natu
lib. 3. ralitet beatitudinem appetit ex Augustino de Ciuitate, & per Boetiũ de Consolatione, nec appetitus naturalis est frustra, igitur. Quo dicto potest inferri, quod si homo in suæ conditionis statu perstitisset, cũ gratiam gratum facientem accepisset, qua meruisset, Deus ipsum ad beatitudinem aliqñ perduxisset. Secundum notandum, quod homo tunc corpore, & anima fuisset beatus. Patet, quia Deus hominem ad beatitu
Gen. 2. dinem perduxisset, nec homo fuisset mortuus tunc, cum mors sit peccati pœna. Et sic homo cum corpore, & aĩa ad patriã perductus fuisset. Quo sequi vr̃, quod ex quo homo totus fuisset beatus, sicut anima obiectiuè in Deo, sic corpus in alicuius corporalis contuitu suam beatitu-
Isa. dinem percepisset. Patet istud, quia cum Deus sit spiritus, oculo corporali non vr̃. Nullum etiam corporale est dignius corpore humano glorificato, quare non nisi in ali qua corporali re, & humana deitati vnita potuisset fieri. Et quia huius declaratio pendet ex tertio notando, ideò tertium notandum est. Quod si Adam non peccasset, filius Dei incarnatus fuisset, patet ex præfato corollario. Ad hoc probandum adducit Alexander loco allegato auctoritatem Augustini de spiritu, & anima, dicens. Propterea inquit factus est homo Deus, vt totum hominem in se beatificaret, vt siue homo ingrederetur intus per intellectum siue egrederetur extra per sensum in creatore suo pascua inueniret. Pascua intus in cognitione deitatis, pascua foris in carne Saluatoris. Hæc Augustinus. Qua auctoritate apparet in quo stat beatitudo corporis nostri quoad cõtuitum, & in quo beatificatur homo, quoad corpus, & aĩam.
cap. 2. Aliam auctoritatem addit Bernardus exponens illud Ionę: Propter me orta est tempestas hæc, de Dei filio. Vbi dicit Bernardus, quod Lucifer præuidit rationalem creaturam assumendam in vnitatem filij Dei, vidit, & inuidit. Et dicit, quod inuidia causa fuit ad tentãdum hominem mouens diabolum, cuius fœlicitati inuidebat, vt per peccatum demeretur humana natura assumptionem, & unibilitatem ad Deum. Dominus Lynconiensis plures adducit rationes, et probat hoc ratione summæ bonitatis, quæ influit rerum vniuersitati tantã bonitatem, quantæ bonitatis est capax, aliter non esset summe larga. Extendit etiam se ad omnium utilitatem, quia summè perfecta bonitas. Sed vniuersitas est huius capax, quod est Deum esse hominem, & non per lapsum capax facta est, quare propositum. Lapsus insuper non facit ad vnionem hanc, imò magis ad oppositum. Magister sententiarum di-

cit,

cit,quod verbum carnem assumpsit,& animam, sed carnem mediante anima. Et cum maior non sit vnibilitas animæ ad corpus post peccatũ, quàm antè, per lapsum anima, & intellectus, non est factus magis vnibilis deitati,q̃ antè. Ratione corruptibilitatis,quia corruptio tàm cul pæ,quàm pœnæ non est aliqua essentia, sed defectio, quo igitur hæc defectio,quæ mala est,potest esse causa tanti boni vt est vnibilitas naturæ humanæ cũ verbo? Assumptibilitas n. naturæ humanæ à verbo non est mera priuatio,etiam si ponatur distingui a fundamento,quare si est essentia,non est defectio eius causa,cum sit priuatio. Ratione perfectionis,quam habet vniuersitas creaturarum ex tali ad Deum vnione,quia glorificata est,& honorata cum ratione diuini suppositi eã assumentis adoratur,& colitur. Quo concluditur, quod licet hoc habuisset si Adã non peccasset, aut certè nunc vniuersitatem esse meliorem inæstimabiliter,q̃ ante vnquam fuisset si Adam non peccasset, Deus minimam speciem, qua ipsum participaret, fm talis speciei capacitatem non dimisit, quin pro perfectione,& decore creauerit vniuersi,& dimitteret tm̃ bonum,quod excedit totam factam creaturam,s. personam filij Dei naturæ humanæ vnitam. Ratione Ecclesiæ, quæ caput debuisset hre, & Christus fm apostolum,est caput. Quare vel Ecclesia capite careret, vel Deus si homo non peccaret esset verè caput. Ratione adoptionis, quia si modo sumus filij Dei adoptione,multo fortius, & ante peccatũ sed nos sumus filij adoptionis, per hoc quod sumus vnum in Christo, & cum Christo,fm apostolum,quare propositum. Ratione vaticinationis Adæ,ipse. n. ante lapsum prophetauit matrimonium Christi,& Ecclesiæ dicens. Quamobrem relinquet homo patrem, & matrẽ,& adhærebit vxori suæ. De quo dicit Apostolus; Sacramentum hoc magnũ est in Christo,& Ecclesia,sed non prophetauit ignorans, quare vidit Deũ incarnandum. Alias ponit rationes,quas in antea posui fructu præsenti, quare ad præsens omitto. Quibus ex dictis inferri potest contra quosdam, scilicet, quod præsuppositio, quod si homo non peccasset, ꝙ non homines omnes assumpti ad beatitudinem fuissent simul, sicut est ueriſimile ad vitandum numerositatem hominum,quod filius Dei non in fine,qñ natura multiplicari cessasset humana incarnatus fuisset, sed antequam aliquem hominem ad beatitudinem assumpsisset. Patet quia homo sic assumptus ad beatitudinem pascua obiectaliter tàm corporis,q̃ animę in beata vita inuenisset. Hoc vr̃ sequi ex dictis: teneatur, ꝙ placet. Quartũ notandum,ꝙ si Adã non peccasset Christus, vt Redéptor non venisset,sed vt gratificator & glorificator. Prima pars patet,quia si Adã non peccasset, homo redimi non indiguisset. Secunda pars patet in prædicto tertio notando. Ex dictis si quis præfatam opinionem vellet tenere ad auctoritates,quæ,possent adduci,facilè præbetur responsum. Omnes.n. præsupponunt hominis lapsum, & concludunt,

dunt, qnod Christus ad redimendum nos, & sic intelligitur auctoritas Augustini. Nulla fuit causa veniẽdi Domino, nisi, vt peccatores saluos faceret. Verum est, quod homo beatitudinem non accepisset, nisi per Redemptorem Christum salutem habuisset. Similiter illa auctoritas Gregorij. Nihil.n. nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. Verũ est, quod præsuppositio lapsu, si Christus fuisset incarnatus, & nõ so luisset reatum, seu debitum nihil profuisset humanæ naturæ, quia non beatificaretur, nec redimeretur, sed lapsu non circumscripto aliter fuisset, vt est dictum. Ex dictis videtur sequi argumentum, quod cum fm Apostolum Christus sit prædestinatus filius Dei debet intelligi fm quod homo. Nec prædestinationis diuinę aliqua est causa extrinseca, vt dictum est supra, præcipuè cum lapsus primorum parentum causa non potuerit esse incarnationis diuinæ, adeò quod sine ipso lapsu incarnari non potuisset. Sequitur etiam, quod ab æterno præuisum fuit filium Dei, vt hominem, temporaliter matrem habere debere. Patet, ex supradictis quo homo esse debebat, & naturam humanam assumere, & sic per consequens ex muliere nasci debebat, aliter non fuisset vniuocè homo cum alijs, quia nec nostri generis, vt dicit Anselmus, nec nostram naturam assumpsisset, sed partem, vel aliam. Et si quæratur, an natus esset de B. Maria, vel de alia muliere: Respondetur secundum sanctos, quod B. Maria ab æterno ordinata est, vt esset mater Dei, quare tãdem habuisset matrem tunc, sicut & nunc. Sed nunquid de sola Virgine? Respondit Anselmus, sic, vt modus quartus natiuitatis, qui est de muliere sine viro poneretur in rerum natura. Adam fuit à Deo productus sine homine, & muliere, Heua de homine solo, costa videlicet, cœteri homines de muliere, & viro. Restabat quartus modus, qui esset alicuius de sola muliere, & sic patet fm videndum pro nostro proposito. Ad propositum veniẽdo qm̃ Deus ab æterno siue Adam peccaret fm vnam opinionem, siue non peccaret fm aliam, misericordiam hanc maximã decreuerat prestare homini. s. carnem humanam per incarnatiõnẽ assumendo, & vt præfatum est, non statim concedere hãc debuit, videlicet, nec ante peccatum, quia si tunc incarnatus fuisset, non potest dici nisi de Heua, quæ tunc erat, vel de Heua post peccatum, quod indecentissimum fuisset, vt Dei mater peccaret aliqñ, vel ipsa confirmata fuisset, & sic non valuisset peccare, & sic non potuisset mori secundum doctrinam Magistri, & contra illud Ecclesiastici Deus fecit hominem rectũ, & reliquit eum in manu consilij sui. Nec post peccatum immediatè exigente hoc hominis superbia, quæ humiliari oportebat, imbecillitate considerata libertatis arbitrij, & infirmitate, cognosceret homo, & ad medicũ Deum pro subsidio gratiæ exclamaret. Venientis dignitate. 4. Glosa super illud Galathę. At vbi venit plenitudo, & sunt verba Augustini, quanto maior iudex veniebat, tanto præconum series longior

præce-

præcedere debuit. Ordinis promotionis in bonum veritate. Primus ho mo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis, ſed quia prius eſt, quod animale eſt, quàm quod ſpirituale. Et progreſſus eſt de imperfecto in perfectum, homo primus probari debebat per tempus eſſe terrenum, & deinde cœleſtis aduenire debebat. Nec in finem mundi differri decebat, ponendo ipſum ueniſſe, ſi Adam non peccaret pp beatitudinem duplicis hominis, vt eſt dictum. Ponendo etiam ipſum peccato ſolum veniſſe, non debebat vſq, in finem prolõgari, quia nec Dei miſericordia apparuiſſet, niſi eius iuſtitia, quæ puniebat, nec ſuum tempus miſericordiæ habuiſſet. Inſuper eius aduentus nimis fuiſſet tardus, quia nec morbus remedium pœnitentiæ, nec oportunitas ex tempore medio ante iudicium currendi ad brauium affuiſſet. Aliud gratiæ tempus melius q̃ peccati eſſet oſtenſum, nec pœnitentiæ, aut ſacramẽtorum, & doctrinæ Euangelicæ tempus fuiſſet debitè ordinatum. Quapropter ſumma ſapientia, quæ oĩa certis temporibus diſponit decẽter miſereri deliberauit hominis peccato proſtrati miſerationis eius, quo decreuerat iam ſuperueniente tempore iuxta patribus promiſſa, videlicet Abrahæ: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, Iſaac, Iacob, & Dauid: De fructu vẽtris tui. A prophetis vaticinata, A Iacob. Nõ auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt. A Balaam: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga ex Iſrael. A Salomone: Cum quietum ſilentium tenerent oĩa, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus à regalibus ſedibus venit. Ab Iſaia: Ecce virgo concipiet & pariet filium. A Ieremia: Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circumdabit virũ. Ab Abacuch: Exue te Hieruſalem. A Daniele: In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus regnum cœli, quod in æternum non diſſipabitur. A Zacharia: Ecce Rex tuus venit. Et idem: Veniet Dominus, & omnes ſancti eius cum eo. Ab Aggæo: Ego commouebo cœlum. Et ſequitur. Et veniet deſideratus cũctis gẽtibus. A Michea: In Bethlehem terra Iuda. & ſequitur. Ex te exiet dux. A Malachia: Statim veniet ad tẽplum ſanctum ſuum. A ſanctis feruidè poſtulata. A Moyſe: Obſecro Domine mitte quem miſſurus es. Ab Iſaia: Vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes ad nos. A Dauid: Oſtende nobis Domine miſericordiã tuam. Et ſic de alijs, iuxta hæc præfata agere volens, & præfata implere diſponens. Et vt fides fortius radicaretur, veritate increata hominem aſſumente vt dicit Auguſtinus. Spes erigeretur, quæ erecta eſt per demoſtrationem dilectionis, quantum nos diligeret, indicio incarnationis oſtendendo, vt docet Auguſtinus. Charitas noſtra excitaretur cauſa dilectionis noſtræ eſt aduentus Domini, vt oſtenderet dilectionem ſuã in nobis, vt dicit Auguſtinus libro de Cathechizandis rudib. & ſubdit. Si amare pigebat, ſaltem reamare non pigeat. Homo, quem ſequi, debere-

1. Cor. 15

Gen. 22.
Gen. 26.
Gen. 28.
Pſal.
Gen. 49.
Nu. 24.
Sap. 18.
cap. 7.
cap. 31.
cap. 5.
cap. 2.
cap. 9.
cap. 14.
cap. 2.
cap. 5.
cap. 13.
Exod 4.
cap:
Pſal. 88.

11. de Ciuit. Dei.
3. de Trí.

beremus, demonstraretur, vt dicit Augustinus in sermone quodam Natiuitatis. Bonitas Dei ostenderetur, quæ non despexit proprij plasmatis infirmitatem. Iustitia, vt non vi, sed, vera satisfactione homo liberaretur. Sapientia astutia diaboli superaretur. Potentia, & virtus infinita, quia nihil maius est, quàm Deum hominem fieri. Ad summam celsitudinis, & deitatis participationem homo perduceretur, vt homo fieret Deus, & Deus homo, secundum Augustinum in sermone Natiuitatis. Dignitas humanæ naturæ, ex hoc agnosceretur, vt quem gradum haberet inter creaturas homo agnosceret, Vt dicit Augustinus de vera Religione, et Leo in sermone natiuitatis. Factus est Deus homo, et per consequens, ne peccando ipsum inquinaremus. Diaboli seruitus abijceretur, & debitum quod exigebatur repẽderetur, vt dicit August. et Leo Papa in sermone Natiuitatis Domini, & vt totus homo glorificaretur, vt dicit Augustinus de spiritu, & anima. His igitur de causis, ac quia illo in tempore virgo B. Maria ab ipso prælecta, sanctificata gratia, & virtutibus adornata, & ab omni peccato præseruata inuenta fuit, et tẽpus gratiæ incipiebat, noua cum legatione summæ misericordiæ exhibendæ generi humano. s. verbi incarnandi, ad Mariam dirigitur angelus, prout Lucas asserit, & hic fructus declarare intedit. Verum quia ipsa incarnatio est id, quod fructus principaliter ostendere intendit, quia ad hoc nonnulla sunt præmissa, quæ præmittuntur sucinctè sunt videnda. Et quid fructus dulcedinis exponat, deinde erit per meditationem gustandum. Ad ostendendum incarnationem Dei filij in Virgine Maria præmittuntur aliqua, et primum est, quod Virgo beata fuit à Deo, & angelis, peculialiter adamata, angelus à Deo fuit sibi destinatus. Circa cuius euidentiam beatus Lucas plura tangit in hoc, quod angelum à Deo missum, dicit. Primũ est ipsa verbi Dei de propinquo pronunciatio: in veteri. n. testaméto Patribus, Prophetis promissus erat Saluatoris aduentus, & cæteris fidelibus, sed aliquando de longè. Quidã. n. statim venturum eum nunciabat, sed illud statim nimis prolixum extitit, & protensum. Oportebat ergo, quod per aliquem nunciaretur, sic in breui venturum, vt certissimum crederetur tàm ex persona deferentis, quàm mittentis. Quod vtiq; factum Lucas pronunciat dicens. Missus est angelus à Deo. Secundum est nuncij specialis conditio, quia, inquit, missus est angelus, non homo. Sed cur angelus, & non homo? Respondetur, quod cum Saluator noster, omnes creaturas intellectuales superexcellat, & quia Deus, & plenus gtatiæ, & veritatis. Et si non natura humana in suo naturali esse considerata quod ad gloriam, & singularitatem factum est aliorum iustorum. Ab ipso remoueri non decet. Multiq; ab alijs nascituri parentibus sint denunciati, vt superiora, videlicet, fructus 6. declarat, quare & Redemptor noster per hominem vltimo virgini nunciari non decebat? Respondeo, quod quæ magis sui ap

ca. 13. de Trin.

cap. 1.

cap. 1.

propin-

propinquant, perfectiora censentur. Ante prænunciatus fuerat per prophetas: et cum nihil sit perfectius homine in naturalibus, de cęteris loquendo, quàm angelus. Quare per ipsum, & non per hominem nunciari decuit. Mysterium incarnationis cum sit arduissimum, & solius Dei misericordiæ operabile per talem nuncium reserari decebat: cuius verbis, fidem sine cunctatione daretur. Quare non per hominem vtique sui natura, (teste Ambrosio) fallacem, licet Dei gratia, veracem. Sed per angelum Virgini, vt fides certa daretur debuit reserari. Maiestate pensata Dei veritatis, quia vt dicit Bernardus. Nihil maius vnquã mundus audiuit, ideo per nobilissimam creaturarũ nunciari debuit. Incarnatio verbi Dei, etsi ad beatitudinem conferendam homini ordinaretur, disponebatur nihilominus ad hominem reparandum, & redimendum: Quare modo congruentissimo fieri decebat, vt, scilicet, medicina, ex opposito responderet morbo, reparatio lapsui, & remedium nocumento. Cum genus humanum lapsum fuerit per diabolicam suggestionem, & per consensum mulieris deceptæ: & per generationem concupiscentialiter transfundentem originale in prolem. Oportuit, quod è conuerso hic esset angelus bonus, suadens bonum: & Virgo credens, & consentiens in bonum suasum. Claritas sancti Spiritus sanctificans, & fœcundans ad conceptum immaculatum: vt sic contraria, cõtrarijs curentur, ac per hoc, sicut mulier fuit per diabolum decepta, per virum concupiscentialiter cognita, & corrupta transfudit in omnes culpam, morbum, & mortem: sic mulier per angelum erudita, & per Spiritum sanctum sanctificata, & fœcundata, absque omni corruptione tàm mẽtis, quàm corporis prolem generaret. Quæ omnibus ad ipsam venientibus daret gratiam, sanctitatem, & vitam. Verùm cũ per verbum incarnatum fieret reparatio hominũ, & per consequens ruinę angelicæ restauratio. Decuit, vt generalitas beneficij declararetur, & summi reparatoris liberalitas. Quarè, vt per angelum B. Virgini incarnatio Christi nunciaretur. Sed quis angelus fuit iste? Respondetur iuxta B. Gregorium, & Bernardum homil. 1. super Missus est, & Dionysium, quod fuit de maioribus, & de ordine supremo, idest, de ordine seraphico. Hoc enim fuit decens: si enim ad mundanda labia Isaię venit vnus de seraphim, multo magis ad annunciandũ illum, qui oẽs à peccato mundare debebat. Istud asserit Landulphus in postillla super Euangelia, dictam figuram pro Virgine exponens Isaiæ. Etsi dicatur. Ecclesia vocat eum archangelum dicens. Gabriel archangelum diuinitus te esse affatum, credimus. Potest dici, quod angelus cum sit nomen officij aliquando secundum Dionysium, cum nuncius interpretatur, et August. Archangelus potest sumi etiam hoc modo, vt, scilicet, isto modo ille archangelus appelletur, qui arcanissima mysteria nunciat, & sic fuit in proposito. Etsi dicatur secundũ Dionysiũ de suprema

cap. 6.

3. de Trinit. 10.

hierarchia. Ad extra non mittuntur. Respondetur, quod ideò non dicũtur mitti, quia rarò. Sed quod aliquando mittantur: patet de seraph volante ad Isaiam, & de cherub Ezechiæ: etsi dicatur ab effectu vocatur, non in re. Respõdetur, quod ex circumstantijs, quas Isaias ponit, quod habebat sex alas: patet, quod erat seraph: Ita dicet in proposito, quod Gabriel vocatur archangelus à nuncio, non à natuta, sed seraph. Sed quo nomine censeretur, dicitur in euangelio, q̃ Gabriel, vt dicit Gregorius, hoc nomen officio suo congruit. Interpretatur enim fortitudo Dei, & confortatio. Per ipsum enim, vt angelum, idest, nuncium, Dei, virtus, idest, Christus, est denunciata, & fortis in prælio. Ac Virgo Maria ad susceptionem verbi inducta, & confortata. Missus est ergo Gabriel angelus officio, non ordine. Sed à quo est missus? Dicit Euangelista, q̃ à Deo. Quo datur intelligi, q̃ Virgo à Deo diligebatur, ad q̃ à Deo talis nũcius mittebatur. Datur ét intelligi: quod ad quẽ mittebat. Eidé soli sunt, & Virgini referata, vt dicit Bernard. super Missus est. Ad quod innuendũ, dr, à Deo missus. Sed qũo soli ipsi Gabrieli potuerunt talia reuelari: cũ Deus sit speculũ oĩa repræsentãs, & angelus similiter secundum Dionysium. Respondetur, quod Deus, etsi sit speculum omnia repræsentans, est tamen voluntarium: quia quantum vult, & quomodo, & quando, videtur: vt dicit Augustinus. Insuper: cum Deus corda inhabitet, & mentes, vnam potest irradiare, non illuminando aliã: cum liberrimè agat ad extra. Sed quomodo illud, quod reuelatur vni, non patet omnibus: cum angelus sit speculum clarum, & splendidum secundum Dionysium. Respondetur vno modo, vt dictum est. Quia est speculum voluntarium, ideò quod vult reuelar, & quod non vult referare, occultat, vt dicit Augustinus super Genesim: Alio modo potest, quod cum nihil loqui possimus ad extra: nisi prius nobis ipsis loquamur ad intra, cum verbum extra index sit verbi, & cogitationis ad intra formatæ per Augustinum in sermone Natiuitatis Ioannis Baptistę: sic in angelo est, & verbum intrinsecum, & extrinsecum: intrinsecum, dũ quem nouit habitualiter, actuali cogitatione per aciem intelligentiæ agnoscit. Extrinsecum, dum cogitata aliquo signo ad extra depromit. Vt etiam docet diuus Bonauentura in secundo. Locutio angelorum ab extra differt ab actuali cogitatione ad intra. Addit enim, vt dicit effectum, siue respectum. Ratio, vt dicit, quia cogitatio de sui natura, & quantum est ex se, secreta est. Et ideò nunquàm fuit manifesta, nisi ipse cogitans aliquid, tanquàm audienti offerat, & aperiendo se, quasi quodam nutu ad notitiam alterius pertingere faciat: Habent enim angeli signa sua, & dæmones, per quæ de inuisibilibus Dei, & occultis immaterialiter, & supernaturaliter erudiuntur, quæ signa nobis inuisibilia sunt, ut ait Vgo de sancto Victore super capitulum primũ de Angelica hierarchia. Ad propositum, cum solius Dei sit agnoscere

cap. 6.

1. Cor. 2. Psal.

d. 5. q. 9.

scere cogitationes, & non alterius, loquendo de cogitatione formata, Nec possit aliquis alius à Deo cogitationes nisi per signa aliqua, sic experimentia videre. Vbi ergo talia non adsunt, ipsorũ cogitationes videri non possunt. Quare quantumcunq; angelus alteri præsens sit nisi adsint signa iã dicta, non põt, quid alius cogitet, videre. Nec videri dẽt mirũ: vt n. dicit Landulphus, locutio cõis inter angelos nõ fit, nisi de reuelatis, & abditis. Deus nõ vult, q; vnus videat cogitationes alterius, q̃ vni ex se essent aptè cognosci. Nec hoc est irrationabile, quia cõiter sancti ponunt angelos non cognoscere, nec nostras, nec ad inuicem cogitationes. Cuius tamen principalis causa non videtur posse poni, nisi quod Deus hoc solum sibi reseruauit, qui solus scrutator est cordium. Hæc doctor iste. Datur etiam intelligi, quod missio angeli Dei non nostris ex meritis processit, sed ex sola dignatione facta est supernæ clementiæ. Missus est à Deo non ab homine, quia ipsum Deum incarnandum nunciabat: & quidquid agendum esset, totum virtute diuina fieri debebat. Hac etiam ex missione obedientia Gabrielis inuenitur, & commendatur: quia missus à Deo. O quàm gratanter, & lętè istam suscepit legationem, qua nihil maius vnquàm fuit, felicius, vtilius, & melius, tam pro ipsis beatis spiritibus, quàm pro cunctis hominibus. Quàm reuerenter suscepit, & velociter adimpleuit. A summo cœlo ad Virginis locum celeriter volando, vt iniuncta perficeret, & optata complenda videret. Sed quo tempore missus est? Respondet euangelista Lucas, quod mẽse sexto à conceptione beati Ioannis Baptistæ. Et quia teste beato Augustino in sermone Natiuitatis Beati Ioannis Baptistæ: Ipse Ioannes figura fuit veteris testamenti. Hinc est, quod sicut à conceptione Ioannis ad missionem angeli ad Virginem, sex distribuuntur menses, in quorum vltimi fine facta est verbi incarnati missio, & verbi diuini incarnatio, Sic in sexta mundi ætate, quarum, vna sub patribus, secunda sub patriarchis; tertia sub iudicibus, & rectoribus; quarta sub regibus; quinta sub ducibus, prophetis, & sacerdotibus transiebat; sexta superueniente, venit in Virginem Deus verus. Et quemadmodum primus homo sexta die conditus fuit, sic & Christus, sexta die, scilicet ventris in Virgine extitit incarnatus, vt secundi Adæ, esset ad primum similitudo, vt sicut in mense, & die sexta, quo mundus fuit conditus, & ipse primus homo creatus, ac peccato deprauatus. Sic in eodem mense, & die sexta filius Dei incarnatus. Deinde reuolutis triginta tribus annis, die, & mense immolatus pro nobis, vt dicit Chrysostomus homo fuit à peccati morte redemptus, & liberatus: vt sic eodem tempore per Christum mundus extitit reformatus, quo per primum hominem fuerat damnabiliter dissipatus. Mense sexto, missus est angelus. Sed cur nõ primo mense, ideſt ætate prima, secunda, vel tertia, & sic de alijs? Ratio

est, quia angelus debebat mitti ad nunciādum salutem contra mortē, Dei misericordiā, contra seueritatem. In primo mense Adam angelus à paradiso expulit. In secundo diluuio homines eiecit, & igne Sodomitas necauit. In tertio, Ægyptios submersit, & Israelitas plures in deserto prostrauit In quarto Senacherib exercitum, & Æthiopum interfecit, & populum Israeliticum captiuauit. In quinto Aman Agagitem, Holofernem Assyrium, & Antiocum superbum crudeliter superauit. Quare in præfatis mensibus, idest, ætatibus potius iustitiæ extitit bacu lus, q̄ clementiæ nuncius. Sed in sexto mense Dominus recordatus misericordiæ suę, & veritatis suæ à se, ad Dei misericordiā nunciandam missus est angelus. Venit in mense sexto, vt in primo mense Dei potentia patefacta in mundi creatione: in secundo iustitia in punitione: in tertio sapiētiā in regulatione: in quarto Dei prouidentia in dispositione: in quinto Dei excellentia in superatione: in sexto, Missus est angelus, vt videlicet, per illum, quem nunciare veniebat, fore homini impēdenda ostenderet, s. Dei recōciliatio, quod est primum: cum beatis spiritibus pacificatio secundum: à debito liberatio tertium: ab hoste erectio quartū: gratiæ copiosæ largitium quintū: & glorię finalis condonatio sextū. Maria nata non statim, vt Deū conciperet, missus est ad eā angelus, sed sexto mense. Quia sex præcedere debebant hanc missionē in ea, quæ congruentia erant ad huiusmodi incarnationem. Primū est mirifica à peccato prēseruatio, & immunitas. Secundum sanctificatio perfecta. Tertiū stabilitio, & in gratia confirmatio. Quartū suę integritatis per votū consecratio. Quintū ipsius dignifica despōsatio, quibus prēmissis, in sexto mēse, quo Marię erat debitè despōsata, & disponēda. Missus est angelus Gabriel à Deo ad ipsam. Missus est angelus ortu, & creatione generosus, aspectu speciosus, ī actu vigorosus. Esse immortalis, verbo delectabilis, statura inuisibilis, in statu gratiosus, in affatu dulcorosus, approbatus veritate, plenus gra, & bonitate. Missus est angel' à Deo. Sicut auctoritas plenissima arguit', & charitas in mittente, sic bonitas, virtuositas, & singularitas, p̄ cæteris angelis accipit' esse inuenīēte. Missus est angelus à Deo, à quo bona cūcta procedunt, bona ergo nunciādū esse per angelū indubitāter credēdū. Sed quò directus est angelus Euangelista ostendit dicens: In ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth. Vide ad quem locum angelus à Deo dirigebatur, quia si de prouincia quærit' est Galilea, quę rota, vel volubilis, vel trāsmigratio facta, vel transmeans interpretatur. Si de ciuitate quærit' Nazareth vocat', quę flos, virgultum, sanctitas, vnctio, consecratio, medicina, custodiens, & separatio interpretat'. Quo datur intelligi, q̄ ad locum, in quo degunt viri contemplatiui abissali circumferētia rotati ad misericordiam proni, à mundo ad patrē transeuntes, aquas peccatorū transnadentes, puritate, vt flos decorati, bonis operibus, vt virgultū fructi-

fi cantes,

ficantes, pleni vnctione chariſmatum Spiritus ſancti: ſanctitate exemplares, dedicati Deo: ab omni appetitu ſenſuali mundati, Dei mandata ſeruantes, & mente à mundi actionibus ſequeſtrati, angeli à Deo mittuntur, & veniunt. Quæ oĩa tàm in Chriſto, quàm in Virgine fuerunt, vt fructus 39. oſtendit. Locus ergo non repugnat, imò correſpondet angelicæ perfectioni, quare libenter, & mittitur à Deo, & gratanter angelus, & Dei nuncius accedit. Sed ò beate Euangeliſta oſtendiſti locum, oſtende perſonam, quia locus à perſona, & non è conuerſo perfectionis nomen accepit. Inquit Lucas perſona ad quam vt ad terminum dirigitur iſte ſingularis nuncius, oſtendo, quia ad Virginẽ deſponſatam viro. Vbi hanc perſonam deſcribit primò puritate adornatam, quia Virgo non ſolum ſimpliciter, ſed per eminentiam, quia puriſſima præ cunctis creaturis, virgo inſuper mente, profeſſione, corpore, & intẽtione, ante partum, in partu, & poſt partum, ipſa eſt. n. anthonomaſticè virgo. Secundò honeſtate copulatam, quia viro deſponſata, non carne coniuncta. Ideo dixit primo, quod eſt virgo, vt ſi matrimonium adfuerit carnalis cõcubitus nullatenus interueniſſe credatur. Sed cur deſpõſata, præcedens fructus oſtendit. Ponit nomen viri, quia Ioſeph, vt quis dignè Mariam habuerit in vxorem declaret. Tertiò dignitate annotatam, quia exprimendo dignitatem viri, nobilitatem pãdit & coniugis, quia de domo Dauid ambo fuerunt. Quæ Domus fuit primò nobiliter propagata, videlicet ex patribus, ſcilicet, Seth, Enos. Ex patriarchis. Abrahã, Iſaac, Iacob, & Iuda, q patriarchę fuerũt. Ex principibus. Aminadab, Naaſon, Salmon. Ex iudicibus: Othoniele, Sãgar. Secũdò ſpecialiter exaltata, quia præ alijs Tribubus, familijs, & domibus, exaltata, vt regeret populum. Tertiò ſingulariter illuſtrata. Habuit probiſſimos viros viginti reges. Habuit prophetas, patet in Dauid. Habuit uiros ſapiẽtiſſimos, patet in Salomone. Habuit fortiſſimos viros .ſ. Dauid, & alios. Quartò latè diuulgata, Dauid habuit nomen, iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra. Salomon fuit nominatiſſimus, vnde à finibus terræ veniebant audire ſapientiam Salomonis. Et ſic de alijs. Quintò dominio dilatata, quia ſuper duodecim tribus Iſrael, & ſuper alios. Patet de Dauid, qui poſuit preſidium in Syria. Sexto à Deo defenſata. Patet in Dauid, quem protexit Deus, ad quæcunque perrexit. Patet de Abia, qui habuit victoriam de Ieroboam, De Ioſaphat à Rege Syriæ, De Aſa, quem Deus defendit ab Æthiopibus, De Ezechia à rege Senecarib. Septimò in eo ſunt ſigna data, ſicut patet Iſaiæ. Dictũ eſt Achaz. Pete tibi ſignum. Et Ezechiæ in ſole datum eſt ſignum. Et Iſaiæ. Egredietur virga, & Hier. Ecce dies veniunt. Octauò, Deo copulata per fidelitatem. Nam licet aliqui fuerint Idolatræ, non tñ domus tota. Habuit .n. ſemp lucernã. Nonò à Deo acceptata, vt de ea carnẽ aſſumeret. Iurauit Dominus Dauid in veritate. De fructu. Decimò ſuper omnes digni

Act. 7.
2 Re. 22
3 Reg. 8. & 9.
2 Reg. 6.
2 Pa. 14
2 Pa. 14
4 Re. 19 cap. 7.
4 Re. 20 cup. 9.
cap. 23.
Pſal.

ficata, scilicet sanctis hominibus, vt Dauid, Christo, B. Maria, Ioseph, & sic de alijs. Et sic signanter beatus Lucas nominat domũ Dauid dicens: Quod erat de Domo Dauid. Quartò pulchre vocitatam, & nuncupatã, quia eius nomen benedictum est Maria, de quo est supra fructu 8. aliqualiter tractatum, & ideo nihil ad præsens. His dictis apparet, quod B. Maria, fuit ab angelis adamata, quia missus est angelus ad eam, simile. n. iungitur simili, & angelis est cognata virginibus ſm Hieronymũ. Quo ostenditur, quàm differens fuit Maria ab Heua, Ad quam non accessit angelus bonus, sed serpens diabolus, non vt eam salutaret, sed vt eam præcipitaret. Accessit angelus ad Mariam, vt per ipsam refunderetur gratia, & gaudium, quibus Heuæ culpa luctus amoueretur, & opprobrium. Ostenditur etiam, qũo Maria à Deo est acceptata, non repulsa, vt Heua, quia à Deo angelus mittitur. Sanctitate declarata, quia in Galilea habitat, & Nazareth. Purè conseruata, quia Virgo. Sãctè copulata, quia viro Ioseph. Dignè propagata, quia de Domo Dauid. Verè declarata, quia nomen eius est Maria. Ecce qualis B. Maria ab Euangelista Luca declaratur. Sed hic sunt aliqua dubia. Primum est: an Virgini nunciari debuit, quod esset Christum conceptura, per angelum, vel solum inspiratione diuina, absq; angeli nunciatione. Secundum: an in forma corporali, & visibili sibi apparuerit angelus, & à Deo sit missus. Tertium: an prius esset Virgo salutanda, quàm conceptus filij Dei dicendus. Quartum, quomodo angelus locutus est ad Mariam ipsam salutando, an, scilicet, voce sensibili, vel solum locutione interna, & mentali. Ad primum respondetur, quod virgo Maria fuit de conceptione sui filij, & à Deo certificata, & ab angelo. A Deo siquidem, ipso angelo dicente: Dominus tecum, vt. n. dicit Bernardus super Cantica. Dominus nuncium suum præcessit, & præuenit. Et super Missus est Quod non prius consilium reuelatum est Gabrieli, quàm Virgini. Fuit etiam hoc ei indicatum per angelum, cũ tàm altè intonuit dicens. Aue gratia plena, Dominus tecum. Non dixit Dominus dicit, te concepturam suum filium, sed gratia plena, Dominus tecum, dans intelligi ipsam à Deo ioformatam de ipsa conceptione fuisse. Et si nõ de modo. Per angelum fuit ei mysterium reuelatum, vt patet ex processu Euangelij. Vbi non solum angelus reuelauit incarnationem fiendam Dei filij in ipsa, sed & modum distinctè, & apertè detexit. Licet. n. hoc mysterium Mariæ esset notum factum à Deo inspiratione interna, decens fuit, & per angelum hoc eidem denunciari, primò, vt modus illuminationis Hierarchiæ ostenderetur; vt benignitatis Iesu diuinum mysterium angeli primum edocti per ipsos ad nos cognoscendum trã siret, vt dicit Dionysius de cęlesti Hierarchia. Secũdò, quia hoc cõgruebat reparationi humanæ, vt sicut Heua per diabolum extit decepta, quæ prima fuit causa nostræ perditionis, sic per angelum virgo informaretur

Luc. 1.

cap. 4.

maretur partu consecranda diuino: vt dicit Beda super Missus est. Tertio vt multiplicius Maria de suo conceptu informata, certius posset de hoc fidelibus testimoniũ perhibere, ac declarare. Benè ergo dicit Euãgelista, q̃ missus est angelus, & à Deo. Ad secundum. Quod angelus in forma humana virgineis apparuit oculis. Hoc n. expediens erat, vt corporea forma appareret, & visione. Hoc. n. exigebat stat⁹ Virginis, quia viatrix angelum in propria essentia videre nõ poterat. Insuper hoc est factum, quia Maria non solum mente, sed & in corporeo ventre erat Dei filium receptura. Et ideo non solum mens eius, sed ét sensus corporei, erant visione angelica refouendi. Dabatur ét intelligi, q̃ etsi mysterium, q̃ nunciabatur, præcedebant reuelata patribus, & prophetis, modus tñ reuelandi, vt plurimum esset communis. Verum, quia ea, quę oculis videmus, certius comprehendimus, q̃, quæ imaginatione sola, iõ dicit Chrysostomus super Matthæum, quod angelus nõ in somnijs, sed visibiliter Virgini astitit. Nam quia magnam valde ab angelo relationem accipiebat, egebat tantæ rei euentus visione solenni. Ad tertium, etsi ex responsione ad primum appareat, quod ipsa salutatione, simul salutata fuerit, & informata quantum ad principale, videlicet, Dei filij in ipsa incarnandi: etsi non de modo. Congruè tñ primò est salutata, vt ostenderet, qualem elegit Deus in sui filij matrem, tali salutatione, tàm insolita, quia nunq̃ alteri facta, et per angelum talem, & tali expressione verborum, adhuc vt declararet plus ex gratia Mariam concipere debere Dei filium, quàm ex conditione naturæ. Hoc etiam egit, vt quanto intellectus Maria vigeret acumine, angelus declararet illustratione intrinseca diuinali. Statim. n. Maria intellexit, vt patet ex serie euangelij, quod angelus declarare volebat. Salutando ergo eã implicitè conclusit, quod ei postea seriosè expressit. Salutat Mariã primò, vt q̃d agendum sit circa eã, à fidelibus deuotè ostenderet, vt, videlicet, præcedat in cunctis nostris ad ipsam, orationibus hæc salutatio gratiosa. Ad quartum respondetur, quod vt dicit B. Greg. exponens illud Iob. Nunquid producis Luciferũ in tẽpore suo. Cum dñs Deus per angelũ volũtatẽ suã indicat, aliq̃n verbis, & non rebus demõstrat. Patet per Ioannem: vbi Christus dicit, Pater clarifica filium tuum. Et statim, vt dicit Gregorius, Deus per rationalem creaturam respondit. Et clarificaui, & iterum clarificabo. Aliquando rebus, & non verbis loquitur, sicut Ezechieli ostendit speciem electri, ostendens redemptionem nostram, & auream habuisse deitatem, carne tñ velatam, & argenteam claritatem, miraculis protestatam. Aliquando simul verbis, & rebus: sicut Adã increpando, & deambulando. In deambulatione recessum ostendit à corde, & voce eum increpauit. Aliquando per angelos loquitur imaginibus cordis oculis ostensis: sicut Iacob in visione vidit scalã, Petrus linteum plenum animalibus, Et Paulus virum Macedonem. Aliq̃n imagi-

2. Mor. cap. 6.

cap. 12.

Gen. 28. Act. 10.

Act. 16. Gen. 18. nibus corporeis oculis, ex aere assumptis loquitur per angelos, & sic locutus est Abrahæ. Quando vidit tres viros, vt dicit Gregorius: & facit pro solutione secundi dubij. Nisi.n.angeli, quædam nobis interna nunciantes ad tempus corpora ex aere sumerent, exterioribus profecto nostris obtutibus non apparerent. Aliquando cœlestibus substantijs loquitur per angelos Deus sic baptizato Domino vox de nube sonuit dicens. Hic est filius meus dilectus. Aliquando terrenis substantijs per angelos loquitur Deus. Sic per asinam verba formando Balaam reprehendit. Aliquando simul terrenis, & cœlestibus substantijs loquitur Deus. Sicut Moyses in monte, & rubum ardentem vidit, & vocem loExod. 3. quentis audiuit. Aliquando per angelum humanis cordibus ita loquitur, vt ipse angelus mentis obtutibus præsentetur, vt patet in Zacharia. Ecce inquit, angelus, qui loquebatur in me: vbi Gregorius. Sæpe.n. exterius non apparent. Sed sicut sunt angelici spiritus voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescunt. Atq; eos ita ad sublimia subleuãt, vt quæcunque in rebus futura sunt in causis originalibus præsentia demonstrant. Hoc ponit Gregorius loco iam dicto Moralium. Sed aduertendum, quod vltimus modus non debet intelligi, quod angelus menti illabatur, quia hic est proprium Dei, sed vt dicit, quod præsentetur, qua exhibitione præsentiæ angelus potest loqui menti, prout & loqui dist. 10. q. 1. tur alteri angelo tripliciter secundum doctorem subtilem, in 2. Vno modo, speciem causando in intellectu, & non actum: vt quando loquitur angelo, vel intellectui circa alia occupato, postea conuertendo se ad speciem intelliget. Secundo modo causando actum, & non speciem, sicut aliquid sciens habitu, dum actu intelligit, recipit quidem actum, sed non speciem vlteriorem. Tertio modo causando tàm speciẽ, quàm actum. Sicut, cum aliquid prius ignotum actuali cognitione manifestat, tunc speciem causat, & actum. Sed in primo dubio est habitum, quod B. Maria fuit à Deo de incarnatione filii internaliter declarata, q̃ angelus non se præsentialiter menti, & intellectui B. Virginis obiecit: sic quod ipsam separata locutione vocali, & visione corporali mentaliter informauerit, & salutauerit. Rõ, quia ex quo Deus intellectuali allocutione Virginem instruebat, non erat necesse, q̃ fieret isto modo per angelum, Quare B. Mariam prius se visione corporali obiecit eidem, et locutione verbali salutauit, & instruxit: licet sic faciendo simul, & mentaliter informauit, & docuit. Vnde Thomas in 3. q. 30. parte dicit: B. autem Maria non solum visionem corporalem perfecit, sed intellectualẽ. Fuisset tñ nobilior talis apparitio si ipsum angel ũ in intellectuali visione in sua substantia vidisset. Sed hoc non patiebatur, status hominis viatoris. Quod angelum per essentiam videret. Angelus ergo, & intellectualiter Virginem instruxit: & verbis singularibus & insolitis cum rationibus allocutus est, & exemplis: vt patet in serie

euan-

euangelij. Euangelista deuotus præmissa Virginis adamatione à Deo & angelis, quomodo fuit ab ea adamata, secundum annectit: quomodo ab angelo pro Dei parte fuit officiosissimè, & reuerentissimè salutata cum dicit: Ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena. Vbi duo tangit speculatione digna. Primum est, angeli ad Virginem introductio, quia inquit: Ingressus angelus ad eam. Quo apparet, q̃ Virgo tunc non erat girouaga in plateis, seu cameris sociatum, aut extra se effusa per cogitationes sordidas, seu vanas, cum esset sanctificata, sed in propria erat camera, & thalamo, orationi, & deuotioni, & diuinę legis meditationi, ac operum diuinorum contemplationi intenta. Prima enim noctis hora angelus Domini apparuit, vt dicunt doctores, qua in hora B. Virgo orationi vacabat. Et quia nihil impellens ipsa ad malũ habebat, & retrahens à bono, imò omne ad bonum inducens, adiuuãs, & confortans mente in Deum affixa stabat. Angelus enim ad eam non veniisset: nisi eam Deo intimam, & coniunctam vidisset. Quàm claro lumine camerula illa subitò fuit circumfulgẽter radiata, tàm ex præsentia Dñi præuenientis nuncium suum, & angeli sic ingressi, q̃ præ cæteris Virgo mente consolatione fuit repleta suæ vitæ diebus talium assistentia speciali? In manibus enim istius beatissimi nuncii calculus ignitus erat Iesus Christus nondum incarnatus ventre, sed deuotione, fide, & mente. Quare Maria igne diuini amoris, præ solito ardebat. Ingressus est angelus confidenter, vt ad humilem, & sociam conditione, sed reuerenter, vt ad sanctissimam, & super omnes exaltandam filij Dei incarnatione in ea fienda. Præmisit Euangelista angeli introgressionem, consequenter addit actionem, quid egit angelus post ingressum. Inqt Lucas: Ad eam ingressus dixit: Aue gratia plena. Salutauit.n. ipsã Dei genitricem mox futurã. Circa quam salutationem, aliqualiter immorando aduertendum. Quod ista salutatio fuit. Primò admirabilis, & hoc multipliciter. Primò ratione mittentis, quia à Deo. Secundò rõne deferentis, quia angelus de supremo ordine secundum Gregorium, & Dionysiũ. Tertiò ratione personæ, cui dirigebatur, & directa est: quia sanctiori creaturæ de mundo, ideſt, Mariæ. Quartò ratione salutationis insolitæ, quia nulli vnquàm factæ. Quintò ratione modi exprimentis, quia nomine gratiæ vocat B. Mariam, & benedictæ. Sextò id, quod intenditur, sic dicens: Benedicta tu in mulieribus. Non expressit quid intenderet, aliter, nisi, Dominus tecum. Ideò fuit mirabilis. Insuper rõne verbi continentis. Non dixit te, ò Maria, Deus salutat: Nec de te incarnabitur, vel in te, sed absolutè, Aue, Quo dabatur intelligi, q̃ B. Maria, cũ esset Deo acceptissima, præfata oĩa meritò subintelligi debere ostendit, de ea tali salutatione. Septimò ratione muneris prę̃enientis. Quia gratia plena, & Dñs tecũ singulari modo, & præ cæteris. Octauò rõne operis subsequentis incarnationis, videlicet filij Dei. His consideratis

ratis, fuit verè hæc salutatio mirabilis, & stupenda. Secundò venerabilis. Verbum. n. q̃ competit solum excellentissimæ personæ, dñ, Mariæ, videlicet, Aue. Nulla enim creatura ea erat excellentior tunc, & statim, quia mater Dei erat futura, verbo honorabili eã salutauit dicens, Aue. Quo intelligi dedit Mariam, quã salutabat, per oppositum esse ad Heuam. In cuius signum versum est Heuæ nomen in Aue Mariæ. Incipiẽdo ab vltima litera huius nominis Eua, & retrogrediẽdo, habens principiũ salutationis Mariæ Aue. Et quia de conditionibus Heuæ, & Mariæ dictum est supra: ideo non prosequor vlterius: sed sufficiat verbũ Augustini in sermone Natiuitatis Virginis dicentis: Maledictio Euæ in benedictionem mutatur Mariæ. Et quicquid maledictionis infusũ est per Heuam, totum abstulit benedictio Mariæ. Fuit, & est tertiò hæc salutatio acceptabilis, s. Virgini glorioſæ. Nulla. n. est Virgini magis accepta, nec fuit, nec potest esse, quã ista. Primò, qa à Deo venit, & missa. Secundò per angelum enarrata. Tertiò, quia ista ad Virginis mentẽ reducuntur, fœcundatio gratiæ, Spiritus sancti obumbratio, acceptatio præ oĩbus mulieribus, filij Dei in ea incarnatio, confirmatio in bono, mirabilis facta operatio in ea, & filio, et super cuncta ipsius facta sublimatio. Quo dat intelligit, vt qui placere B. Virgini desiderat, hęc salutatio ĩ eius ore semper adsit, & maneat. Est ista salutatio, quartò demonstrabilis quid est Beata, q̃ patere põt. Primò si iuxta dictiones, & verba B. Marię prerogatiua uideant. Octo sunt uerba, & dictiones hic quarum prima, s. Aue, Mariæ exprimit puritatem. Secunda, gratia, sanctitatẽ. Tertia, plena, fęcunditatẽ. Quarta, Dñs, auctoritatem. Quinta, tecum, intimitatẽ ipsius cũ Deo. Sexta, benedicta, dignitatẽ. Septima, Tu, præ omnibus singularitatẽ. Octaua, in mulieribus, fructuositatẽ cõsecutam ex Maria ostendit. Secundò, si iuxta singulas dictiones attendantur Mariæ. A, Vitæ Mariæ austeritas datur intelligi. Ve, obedientiæ suæ uelocitas. Gra, In maioribus grauitas. Ti, respectu Dei timorositas. A, litera, operibus approbata. Ple, Plebis dicitur liberatrix. Na, Nauis, & nauigiũ cõprobat, quo aduenit ad nos Dei uerbum. Do, Donis affluẽter fęcundata. Mi, In cunctis mitis cõprobata. Nus, Nulq̃ macula ta. Te, Telũ est Maria, quo cõfigitur hostis hominis. Cum, Cuncta creuit Maria lumine diuino radiata. Be, Beata prędicatur, verbi incarnatione. Ne, Nexu firmo ipsa solidat Deus, & homo. Dic, Dictamen, & regula fuit Maria apostolis de Christo actitatis. Ta, Tabernaculũ, quod Deus homo inhabitauit. Tu, Tuba, qua Deus se mũdo reserauit. In, Inclita ex progenie. Mu, Munus est, quo placat altissimus. Li, Liberatrix est peccatorum. E, Exemplum est sanctimoniæ. Ri, Riuus omnis gratię. Bus, Bussus soliditate perennis gloriæ. Tertiò accipiuntur, & Virginis conditiones literis huius benedictæ salutationis. Datur enim intelligi. A, quod fuit Deo acceptissima. V, vnitissima. E, electissima. G, gratio-

sissima

sissima.R,religiosissima. A,amatissima.T,timorosissima.I,iustissima. A,auidissima, s. nostræ salutis. P, purissima. L,limpidissima in volitione.E,efficacissima in Dei seruitio.N,nobilissima.A,astutissima cõtra diabolum.D,discretissima. O,officiosissima seruiendo filij Dei,& templi ministris. M, misericordissima. I,intimissima Deo. N,nitidissima. V,veracissima.S,sapientissima,T,tutissima,quia custodita ab angelis.E,elegantissima in forma.C,constantissima. V,veracissima ad subueniendum.M,mansuetissima.B,benignissima in affectu. E,eruditissima in lege Dei secundum Origenem,& Hieronymum.N,nouissima, quia nouum fecit in ea Deus,quod nunquam fecit in alia E,eloquentis- *Iere. 31.*
sima fuit.D,deuotissima.I,iucundissima.C,copiosissima in donis.T,trãquillissima,quia confirmata in gratia.A,ardentissima in Dei amore. T,tristissima in passione.V,vtilissima respectu nostri.I,infestissima dæmonibus.N,notissima exemplis.M,moralissima in gestibus. V,victoriosissima.L,liberalissima in gratijs.I,intensissima nostris precibus. E, eleuatissima per contemplationem.R,rectissima in intentione.I,imperiosissima est in dominatione. B, beatissima in gloriæ perceptione. V, virtuosissima in miraculis.S,suauissima est inuocantibus,& miseris,sed stabilissima est in gloriæ perennitate. Dictæ conditiones,qũo fuerint ex dictis supra,& dicendis in Virgine patebit. Aliter nunc non probo iuxta dictas salutationis literas addendo ad salutationem præfatã,quæ cõiter addi solent,scilicet,Et benedictus fructus ventris tui Iesus. Quæ literæ in summa sunt octoginta duæ: iõ in hoc opere octoginta duo capitula ordinaui, literas ponẽdo in capitulorum principio, & fructuũ expositione, prout in dicta salutatione ordinariè ponuntur,& locãtur. Prologus principalis incipit ab A,dicens,ab Arbore. Secundum capitulum,& est expositio primi fructus,incipit ab V. Tertium ab E. Et sic de singulis,vt patet intuenti principia dictorum capitulorum. In hac sacra virginis salutatione angelus prædicat, & extollit B. Mariam habere immunitatẽ sceleris,quia dicit. Aue. Ab A, quod est sine:Et Vę, id est,sine vę paccati,quia præseruata:copiositatem muneris,quia gratia plena.Hieronymus in sermone Assumptionis ait: Cœteris per partes prestatur,Mariæ gratiæ plenitudo se infudit. Sed quam plenitudinem prius habuerit,& nunc secundò, in verbi incarnatione susceperit, dicetur fructu 26. Sufficiat nunc dicere, quod est multiplex plenitudo gratiæ fm Alexãdrum de Ales,& doctorem seraphicum.Prima est plenitudo gratiæ quantum ad sufficientiam.Hęc est,quæ sufficit ad habendum vitam æternam,& aureolam: et hoc modo Stephanus dicitur plenus gratia.Meruit.n.auream,& aureolam,quia virgo, siue prædicator,& martyr.Secunda est plẽnitudo gratiæ, quantum ad numerositatem.Et isto modo,Ecclesia est plena gratia,quia omne genus gratiæ est in ea quãtum ad aliquod membrum eius,iuxta illud Apostoli. *Act. 7.* *Cor.*

Diuisio-

Diuisiones gratiarum sunt. Alij datur sermo sapientiæ. Tertiò plenitudo gratiæ, est prærogatio super omnem puram creaturam. Et ista est in
Luc. 1. B. Virgine. Aue gratia plena. Ex hoc.n.quod est mater Dei, est ei quædam excellentia, & prærogatiua gratiæ, cui non potest pura creatura
c. 18. comparari. Addit, ad hoc Anselmi auctoritatem de cõceptu virginali. Quod B. Virgo. nituit maiori puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi. Quarta est plenitudo gratiæ quantum ad consummationem, fi-
Ioan. 1. ue perfectionem, & hæc fuit in Christo. Plenum gratiæ & veritatis. Habuit.n.gratiam, quantum ad omnem actum perfectum, Prima plenitudo gratiæ fuit in Maria, quia si in Stephano per locum à minori, multo fortius in Maria. Secunda plenitudo etiam fuit in ea, quantum ad habitum. Et etiam quarta fuit in ea, quantum ad consummationem, & perfectionem iuxta quod congruebat statui Virginis, & puræ creaturæ poterat conferri, prout dicetur fructu 26. Vbi plenè est dictum de gratia virginis, & qũo differt à plenitudine gratiæ Christi. Et etiã qũo in virgine est plenitudo gratiæ redundantiæ, non per modum gratiæ capitis influentis, & ex se, sed per modum meritis obtinentis. Sufficiet hic, quod gratia, & si in sanctis fuerit, non tñ eatenus vt in Maria, vt dicit Hieronymus in sermone de Assumptione. Fuit.n.plena gratia, per quam largo spiritu respersa est omnis creatura. Et fm Bernardum. Verè fuit plena, de cũius plenitudine accipiunt vniuersi. Prædicat etiam angelus, Virginem habere acceptationem præ omnibus singularẽ dicens. Dominus tecum, in ventre, in mente, in vtero, & in auxilio Ait Augustinus: Quare, & præ omnibus acceptata est. Deus.n.& si sit vbiq; tñ in sanctis diuersimode reperitur. Sed nunquam in aliquo loco, etiam loquendo de modo, siue sanctificationis, siue gratificationis, cõfirmationis, & preseruationis, siue quocunq; nomine censeatur, fuit, vt in Maria, secluſa incarnatione etiam filij Dei. Quanto magis ipsa apposita, & considerata? Benè ergo dicit: Dominus tecum. Sed nunquid non erat etiam Dominus cum Gabriele? Certè sic. Sed non eo modo, sicut fuit in Maria, licet, & cum Gabriele esset beatificè & consummatiuè, vt patebit fructu 26. Dicit Angelus Dominus tecum. Quo datur intelligi, quod B. Maria, quia Dominus secum stabat securè. Clamat Dauid: Si Dominus mecum fuerit non timebo mala, aut quid faciat
Genes. mihi homo. Et Iacob: Si Dominus fuerit mecum, & dederit mihi panẽ. Dans intelligere, quod nihil deest timentibus Deum. Multò magis ipsum secum habentibus, vt Maria, imo, omnia habet, quæ appetit. Nec mirum, cum sit summum bonum, à quo oĩa bona procedunt. Omnia donata sunt in Christo, & cum Christo, quare B. Maria secum habens Deum, omne bonum habuit, & possedit. Commendat eam angelus, & dicit habere præcessionem excellũum. Et præeminentiam specialem ad omnes alias mulieres, quia benedicta tu in mulieribus. Augustinus,

& Hie-

& Hieronymus id est super omnes mulieres. Sed quibus ex causis dicetur fructu 26. qui de hac prærogatiua specialiter loquitur. Aliquando tñ hic tangendo, quæ ibidem seriosius ponuntur. Beata Maria super omnes mulieres dr benedicta præeminenter, quia nulla mulier vt ipsa fuit primo ab angelo salutata: gratia repleta: virtutibus omnibus ornata: à Deo in matrem accepta: sic coniuncta, & fœderata, vt Dominus esset secum; Spiritu sancto obumbrata: fœcundata tali filio, sine corruptione grauidata, filium sine dolore portauit, & exonerata: filium lactauit, vbere de cœlo pleno: à peccatis liberata: ab angelis custodita, & gubernata. Insuper singuli actus vitæ virginis de quibus supra est dictū, & in sequentibus dicetur. Virginem ostendunt benedictam esse præcunctis mulieribus. Benedicta in mulieribus. Augustinus. Quia vitam viris, & mulieribus peperisti. Et aduerte quod omnia iam dicta angelus reciprocè, & reflexè retorquet in Deum. Primum, vt sit sine vç. Hoc non est ab Heua matre, sed Deo patre, quare Aue. Secundū est gratia plena, non à natura, sed gratia, quare, & à Deo gratis data. Tertiū, quia non sua virtute ascendit ad Deum, sed condescensione, quare Dominus tecum. Quartum, quia non à se prærogatiuam habuit præ mulieribus, sed benedicta, ergo ab alio, scilicet, Deo. Vide hic, quod quē admodū, angelus malus omnia reflectit ad se, sic angelus bonus, omnia reducit in Deum in principium omnis boni, & causam. Tertium quod subdit Euangelista est, quod B. Maria fuit circumspecta, & solerti prudentia ordinata, & regulata Cum præmissa salutatione audita, dicit. Quod turbata est B. Maria, prudentis est omnia debitè non solum agere, sed cogitare. Sic fecisse Mariam Lucas ostendit. Primò cū dicit, quod turbata est, idest, admirata, more scripturæ, quæ accipit turbari, pro admirari, vt patet. Anima mea turbata est, idest, admirata pp quadrigas Aminadab. Secundò cum addit, quod cogitabat, qualis est ista salutatio. Quibus datur intelligi, quod virgo, & fuit grauis in verbo, & morigerata in opere. Sed cur fuit turbata B. Maria, nunquid ex aspectu angeli? Dicitur vno modo quod sic, quia, & si angelum istum cognouerit, vt sibi familiarissimum, vt dicit Ambrosius super Lucam. Conuersabatur, quotidie cum angelis, vt superiora ostēdunt. s. fructus 13. Afferebant ei cibum, & eidem famulabantur, & familiarior fuit Maria angelis, quā sint aliæ mulieres hominibus, vt dicit, vnus doctor: Quia vidit istum angelum præ solito speciosum, hilarem, iucundum, reuerentiam sibi exhibentem, & ante eam inaudita dicentem. Merito ergo potuit admirari. Alio modo potest dici: quod Virgo fuit turbata, non de persona angeli, & ipsius visione, quia assueta. Sed vt dicit Euangelista. In sermone eius est admirata. Cum. n. opus istud per maximum inter omnia opera Dei fuerit. Et in quo tota lex, & prophetæ, & nostra redemptio pendebat, non fuit factum subitò, sed præcesserunt eum

Cant.

multæ

multæ loquutiones Angelicæ, inspirationes, vnctiones, reuelationes, & illustrationes diuinæ, vnde, & Bernardus dicit, quod necessariò eam docebat. Et filius Dei prius instruxit eius mentem, quàm induerit carnem, quare in sermone eius est admirata. Sed aduertendum, quod cum sit dictum in solutione primi dubij, quod B. Maria à Deo fuit edocta de omnibus, ad incarnationem spectantibus. Quare nō fuit, nec potest dici veraciter turbata. i. admirata, sed per modum admirātis se habuit. Aliter potest dici, quod virgo Maria, cum esset humillima creaturarū, audiēs se sic insolitè salutare per angelū, et cōmendare, & sic ad tā dignificum apificē attolli debere, ad Dei videlicet, maternitatē, nō poterat non mirari, & ideo turbata est in sermone eius. Potest etiam dici iuxta modum loquendi Ambrosij super Lucam: Perturbamur, & à nostro alienamur affectu, qñ restringimur alicuius superioris potestatis occursu. Hoc patet tàm in visione corporali, quàm imaginaria. Vnde dicitur. Quod cum sol occubuisset, sopor irruit super Abraham, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Quia ergo talis superioris occurrebant B. Virgini noua, & facta, admirabatur merito. Insuper cum Virgines expaueant ad virorum ingressus, maximè cum solę existāt, vt dicit Ambrosius, angelus in forma viri Virgini apparens, videt sibi admirationem ingessisse. Sed Euangelista non dicit de aspectu turbata, sed de sermone. Ex cogitatione de salutatione, qualis esset, dat intellige re, quod de sermone eius tam admirabili, vt dictum est supra, admirata est. Sed sciendum, quod vt dicunt doctores, angelus ei in prima hora noctis apparuit, & in media nocte virgo expresè dictis eius assensit dicens. Ecce ancilla Domini. Virgo per quinque horas, & vltra super salutatione cogitauit præmissa. Quo datur intelligi ipsam prout cātat Ecclesia virginem prudentissimam fuisse, cogitabat, ergo qualis esset ista salutatio. Tempore tanto, quoad cogitandum stetit intelligi datur, quod B. Maria dulcedinem ineffabilem talibus capiebat ex verbis, qua suauitate percepta, spiritum eius faciebat stare affixum, & totum Deo vnitum. Sancti. n. viri diuinorum factorum consideratione rapiuntur, qūo non Maria, nunc se sciens sic visitatam à Domino, internaliter gratiæ plenitudine, & salutatam exterius tanta profunditate uerborum, & reuerentiæ gratitudine? Ad excessum ergo contemplatiuum mouebant eam, esse solitarium, quia sola, orationis studium, quia orantem eam inuenit angelus, angelica prēsentia, eloquentia suauis angeli, deuota salutatio, præ solito dulcedinis diuinæ menti infusio, intellectus irradiatio: officium. n. angeli est illuminare, Deus, & angelus eā illuminabant: gratiæ copiosæ collatio, Dei singulari modo suæ menti manifestatio, & covnitio, quia Dominus tecum, sua nominatio, quia gratię nomine est vocata, ac sublimatio ad fastigium tàm excelsum, & benedictio præ cunctis mulieribus. Si. n. multa istorum habent suspen

Gen. 15.

dere

dere mentem, & à se quodammodo alienare: quo simul iuncta mentē illam purissimam, & gratia plenam virginis: non suspendebant ad Deū totaliter? Certè, & faciebant. Non respondit statim Maria nuncio, quia in superna mens posita, & Deo, covnita creaturæ obliuiscitur. Cogitabat ergo qualis esset salutatio. A quo erat principaliter, quia à Deo. Per quem ministraliter, per angelum. Quibus circumstantijs, plenitudinis gratiæ, copulationis diuinę, & benedictionis omnimodè ordinabatur. Ad quem finem? vt Deum pareret, & salutem omnium inueniret, & faceret. Cogitabat ergo, qualis esset ista salutatio. In qua cogitatione B. Maria diuino lumine serenata intuebatur promissiones factas patribus, complendas in breui, scilicet, suo pijssimo assensu. Similiter dicta prophetarum, & figurarum signa. Virginem se esse, de qua Isaias prophetauerat, quæ Emanuel concipere, & parere debebat. Ieremias dixerat. Quæ circumdaret virum. Et sic de cœteris prophetijs dictis de ipsa, & de filij incarnatione. Hunc esse tempus plenitudinis gratiæ. Quare in horum contemplatione non minimum tempus pertransijt, ac virginē cogitandam, & absortam reddidit. Quid interim faciebat angelus, sic stupidam, & Deo concernens Mariam vnitam? Eius raptum & contēplationem non impediebat, sed iuuabat tam oratione, & laudatione Dei deuota, quàm allocutione & inspiratione interna. Et arcana pandens velamina scriptuarum, & ei pandens, sibi intimè reuelata. Ipsi. n. beati spiritus, sicut à Dei contemplatione fm Gregorium nunquàm se parantur, sic nec à Dei laudibus cessant aliqñ, imò die, & nocte laudant Dominum. Sed quo tempore, ex operibus exhibitis, & donis magis decebat Deum laudare, quàm de tali nuncio, & missione pro omniū hominum salute, & redemptione. Laudabat ergo Dominum. Necnon, & id ipsum B. Virgo faciebat, cum esset gratissima circa Deum ex collatis. In tali cogitatione humilitas certabat cum charitate. Hæc volebat misericordiam Dei esse matrem, sed illa indignam se putabat de tāto dono. Illa obijciebat menti virginis, quæ in ipsa fecerat, & agere intendebat ipse altissimus, sed illa omnibus indigniorem se proclamabat. Mitificum, & sanctum inter has duas virtutes erat certamen. Charitas de facto super omnia Mariam erigebat, sed humilitas eam, quātum ad sui reputationem sub omnibus deuiabat, merito ergo cogitabat, qualis ista salutatio. Cogitat Maria verba angelica, vt se ostendat non esse Heuam volubilitate, & leuitate, quæ statim verbis serpētis credidit, sed mulierem fortem, prudentem, & circumspectam, ac Deo super omnia subiectam. Cuius intrinseca reuelatione voluntatem spectando cogitabat, qualis esset salutatio. Verba ponderando, & facta interim. Adiūgit Euangelista quartum, scilicet, quod B. Maria per angelum fuit clarificè confortata cum dicit: Et ait angelus ei. Ne timeas Maria. Beata. n. Maria cum esset in sensū prudentissima, non statim angelo respondit,

In actu

In actu ordinatissimo, non ascendit in superbiam. Sed considerando suam paruitatem,& tantam salutationem, ac exercitata in profundissima humilitate propriam laudem abhorrens turbata est,& cogitabat de ista salutatione. Angelus ergo,sciens horam debitam,virginem interim alloquitur. Sed aduertendum, quod licet allocutione angelica vires corporis langueſcant humani. Vt patet in Daniele. Paueant ad talium angelorum occursum. Angelorum bonorum proprietas est,teste Origene,super Lucam,perturbationi humanæ,prius mederi. Sic fecit Danieli,quem statuit supra pedes suos, & confortauit: sic fecit Zachariæ patri Ioannis dicens. Ne timeas: sic fecit, & Christo confortans eũ, sic fecit, & nunc B. Mariæ dicens. Ne timeas Maria. Quo sumitur argumentorum, quod vbi terremur, alicuius spiritus occursu, si bonus est spiritus, statim confortat,& timorem abducit, si nequam spiritus, nõ excutit,sed superaddit, & sic descriptio spirituum hoc modo signatur, prout ait Origenes loco iam dicto, & abbas Antonius in suis admonitionibus. Sed aduertendum vlterius, quod angelus volendo virginem confortare nomine pròprio vocitat dicens. Ne timeas Maria. Vt suo proprio nomine considerato, Maria admirationis timore non cõcutiatur. Maria. n. interpretatur domina illuminata, vt dictum est supra. Quasi dicat angelus, si de aspectu meo miraris, quia domina es mea, & domina non turbatur de famulo. Ne timeas ergo à conspectu meo. Si de salutatione insolita, illuminata es, scilicet, à Deo, qui omnia tibi reuelauit, quare non timeas Maria. Si de conceptione Dei filij, stella es, vt sicut stella sine corruptione radium, sic, ò Maria stella, non fracto pudore concipies Dei filium. Si de magnitudine filij turbaris. Ne timeas, quia mare es quare tuo ventre circumdabis filium. Quare B. Maria ne timeas. Timorem ne prætẽdas. Ne timere te faciat salutatio mea quia vera est. Gratia. n. plena es, et Dominus est tecum singulari dilectione,& electione,& gubernatione. Et benedicta es in mulieribus. Et quod maius est, gratiam perditam reinueniſti apud Dominum, nõ paruam, sed maximam, non simplicem, sed multiplicem, non ad tempus, sed pro semper, non apud homines, sed apud Deum. Inuenerant plures gratiam in conspectu Domini Abraham, Moyses, et sic de alijs, sed nõ vt Maria. Ipsa. n. quam inuenit gratiam ostendit angelus, cum subdit. Ecce concipies. Quasi diceret. Hanc gratiam præ cæteris inueniſti, vt concipias, scilicet, Dei filiũ, quo nihil maius, aut gratiosius inuenitur. Et vide, quomodo seriatim explicat gratiã, quam præ cæteris inuenit. Primò supernaturaliter generando. Quia concipies filium, nõ, scilicet, virtute humana, sed diuina. Secundò nomen filij, ei reuelando dicens. Vocabis nomen eius Iesum. Tertiò eius altum statum,& conditionem declarando, quia erit magnus. Non dicit, tantum, vel tantum, sed absolutè erit magnus. Vt ostendat, quod limitibus nostræ locutionis eius

magni-

magnitudo,& altitudo nõ exprimitur. Erit magnus in mundo verbis, vita,miraculis,& exemplis.Et non ſolum coram mundo, ſed ét in conſpectu illius,ſcilicet,Dei, qui me miſit ad te. Et ratio, quia magnus erit coràm Deo,& hominibus. Nec poteſt explicari, quãta erit eius celſitudo,quia inquit filius altiſſimi vocabitur, ſed quia non falsò,ſed verè:quare filius erit altiſſimi. Non adoptiuus, vt nos, ſed eſſentialis per omnia ſibi. Et ſic apparet, quod magnitudo filij pariendi à Maria,non ſolum in mente,ſed in vtero,& ventre exprimitur. Ex nominatione, quia Ieſus:ex perfectione,quia magnus: ex acceptatione,quia filius altiſſimi vocabitur: ex ſublimatione, quia dicitur: Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius. Super quos dominari demonſtratur, cũ dicitur. Quia regnabit in domo Iacob, ideſt, ſupplantantium, mundum,carnem,& diabolum regnare debebat. Sed quanto tempore? Additur: Quia in æternum.Et ſic ipſius regnum de hoc mundo eſſe nõ decebat,ſtatim deficienti. His ergo apparet, quam gratiam, præ alijs mulieribus inuenit in conſpectu Domini Maria: quia adhoc electa eſt à Deo,vt pareret filium,qui eſſet Deus,& homo,Saluator,& Redemptor,excelſus,nominabilis,& inſignis.Quo concluditur,quod Virgo, etſi fuit deſponſata Ioſeph, principaliter tamen Deo, vt eius filius ex ipſa oriretur:quare ſi ad honorem ceſſit Eſther,vt eſſet deſponſata Aſſuero,multo magis Mariæ,vt eſſet Deo. Datur etiam intelligi quã magna fuerit Maria:quæ deſponſata Deo fuit,& filium Dei genuit. Sed qua virtute,& integritate.ad dicta Iſaiæ conformiter loquendo, angelus referat Iſaias enim dixerat:Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. cap. 7.
Angelus eodem modo dicit: Ecce concipies, & paries filium; vt dicendo conformiter ad prophetiam ipſam in ea complendam eſſe oſtenderet:& quo Virgo conciperet,indicaret. Quare non naturaliter,ſed ſupernaturaliter filium Dei generaret. Sed hic eſt dubium,cur ſic explicitè angelus Mariam concepturam talem filium prædicit. Nonne ipſa hoc internaliter nouerat? Reſpondetur,vt audiendo ab angelo, quod inſpirauerat Deus,& firmius ſe concepturam noſceret, & aſſenſum adhoc ipſa præberet. Sed erat neceſſarius Virginis aſſenſus? Nonne in ditione eius cuncta ſint poſita? Et ſi ſic,poterat ergo & de Maria facere quod libebat.Reſpõdetur quod ſic. Primò, vt ordo cõgruus ſeruaretur,vt prius Virgo conciperet mente,quàm carne,vt dicit Auguſtinus, de Virginitate: quod non poterat niſi per conſenſum fieri. Secundò, quia quando vult Deus operari opera gratuita, diſpoſitionẽ in ſuſcipiente requirit,quod habet fieri principaliter per conſenſum. Tertiò vt Virgo eſſet bene certa de myſterio incarnationis, quod non fuiſſet,vbi non fuiſſet eius aſſenſus habitus,& requiſitus, nec eccleſia potuiſſet per eam certificari, quæ teſtis erat futura huius ſacramenti. Lucas Euangeliſta ponit quintum,ſcilicet, quomodo Beata Maria, eſt

gratificè per angelum declarata, cum dicit, quod explicato per angelū, quod Virgo concipere deberet, & Dei filium: ipsa Beata Virgo, licet
Isa 7. sciret, quod conceptura Deum Virgo esse deberet iuxta prophetiam, et ex dictis angeli dicentis, quod conciperet filium altissimi: & per consequens se esse illam virginem prophetatam, quærit de modo, vt suam puritatem internalem declararet corde Deo totaliter traditam. Dixit ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, non tantum de præsenti, imò nec cogniturum in corde meo proposui, quasi diceret. Cum ego virginitatem meam Deo vouerim corde, (ipsa enim, fuit prima ab Adam ad ipsam,) quæ primò vouit virginitatem, & in corde proposuit, & Deo ipsam obtulit. Nec dubitem ipsam Deo placere aliud à me auferendam ab ipso, indica, quæso, quomodo fiet, vt ego virgo pariam? Erat enim decentissimum, vt istud sanctissimum Virginis propositum ad notitiam deduceretur, quare ex solutione quæstionis, quod Virgo virginitatem seruauerit, & Virgo conceperit, apparet. Nec alio in loco melius exprimi potuit hoc propositum, quàm in præsenti. Petijt ergo de modo, vt suum votum corde iam factum agnoscatur. Rem credit scilicet se concepturam Dei filium: de modo quærit. Cui angelus respondens ostendit modum esse ex actione supernaturali, & diuina, & non naturali, & humana, quia inquit: Spiritus sanctus superueniet in te. Vbi libet intueri, quod cum opus hoc incarnationis, scilicet fuerit insolitam singulariſſimum, nec virtute naturæ possibile, sed Dei solius, necessaria erat virtus superna. Quapropter Spiritus sanctus superueniet in te, non solum in effectu, & dono creato, sed in suo esse, increato, quia ipsius potentiæ solius est facere, vt Deus sit homo, & homo Deus. Infinita potentia exigitur vt talis effectus in esse ponatur. Ipso ergo efficiente, & causante hoc fiet in te, vt Deum hominem gignas, & intacta permaneas. Veniet Spiritus sanctus, sed vnde? desuper, non de sub te. Et in quo? in te, videlicet, quia tu es sacrarium eius, & templum digniſsimum: quare in te, & super te, vt super humilem, & quietem requiescat, & in te inauditā exerceat operationem. Veniet Spiritus sanctus, ideſt, Deus, spiritus est,
Ioan. lib. 1. de Trin. ideſt, tota Trinitas istum effectum operabitur in te, cum eius operatio ad extra sit indiuisa. Omnipotens Deus istam, cui nihil est impossibile habet operationem explere. O qualis, & quanta es Virgo Maria, & quam magnam gratiam inueniſti, vt in te sit ipsa Trinitas tota, & vt sis Dei vnigeniti mater, & parēs. Sed veniet Spiritus sanctus super te, cui appropriatè huius incarnationis effectus attribuitur, vt ex dono superno incarnatus Deus potius intelligatur, & diuino munere, quàm nostro merito, aut precamine. Aut, vt, non amore carnali, quo in humanis filius gignitur, sed amore sincero, sancto, casto, & diuinali, virgineus conceptus celebratur. Quia in corde Virginis Spiritus sanctus

singula-

singulariter ardebat, in eius carne amor Spiritus sancti mirabilia faciebat, ait Vgo. Quo datur intelligi, quod sicut Dei dilectio in corde Virginis non habuit socium, sic in operatione hac tàm excellentissima, ipse Spiritus sanctus fuit principium. Veniet ergo Spiritus sanctus super te, vt te amplius sanctificet, illuminet, corroboret, & hãc specialiter tribuat tibi potentiã: vt Deum parere intacta possis, & valeas. Veniet in te illa Spiritus sancti inuisibilis, incõprehensibilisque maiestas, vt suis donis te gratificet, & de tuis purissimis sanguinibus corpus Christi filii tui efficiat, & deitati cum anima vniat. Ne timeas ergo virginitatem amittere, quia actor omnis puritatis, & amator in te dẽt descendere. Sed ecce Spiritus sanctus superueniet in tẽ Maria. Quis in te incarnabitur? Et quæ persona ex diuinis in te, & ex te sumet carnem humanã? Inquit angelus: Virtus, ideſt, Christus, Dei virtus, & sapientia. 1. Cor. Ipse Dei filius, vt qui est filius in diuinis, sit & filius in humanis. Et qui in cœlis est genitus sine matre, in terris ex te fiat sine patre. Incarnationis opus in te Spiritus sanctus, i. tota Trinitas operabit, sed ad virtutẽ, ideſt, Dei filium secundã in Trinitate personã terminabitur. Sed cuius est hæc virtus? altisimi, ideſt, Dei patris, quia filius Dei in te incarnabitur. Quid faciet in te? Obumbrabit tibi, ideſt ex te sumet vmbram, ideſt humanã carnem, qua vmbratus ipse sol iustitiæ Deus à te primo, & demum ab alijs queat videri. Quapropter cum ex sancto sanctum fiat, quod ex te nascetur sanctũ, ideſt res sancta per supereminentiã non filius hominis erit, sed filius Dei vocabitur. Siue ex te sanctũ, i. in te sanctificatũ, s. carne tua sancta, assumptũ, filius Dei vocabit. Ergo B. Maria si modũ quæris, qũo filiũ Dei gignere debeas, Spiritus S. fiet potẽtia, & virtute, qui quidẽ sua potentia, & virtute tuæ cognatæ Elisabeth antiquæ, & sterili dedit conceptũ, qui iã est sex mẽsiũ. Dabit ergo & tibi benedictæ Virgini, sed mõ distincto, & diuerso. Quia tibi pstabit, vt gignas filiũ intacta: illa aũt, & si nõ sua virtute, tñ viro cõmixta. Poterit ergo ò Maria hoc fieri: rõ, quia cũ Spiritus sanctus, i. Deus sit omnipotens, nullũ verbũ est apud ipsum impossibile. Nullũ verbũ est à me dictũ, quòd operi ipse non mandet, si tñ assensum prẽbere digneris. Et sic homini est facile dicere, & non operari. Apud Deũ est facile operari, sicut & dicere: quare omne verbum, q̃ dicit, & implere: cum q̃dq̃ nõ sit Deo difficile, vt patet ex verbo Dñi ad Abrahã. Tuũ patrẽ, Gen. 18. & progenitorem o B. Maria: & mensis sit sextus, i mundi sexta incipiat ætas, qua veluti in sexta die fieri dẽt homo Deus, qui est vera patris imago. Responde nũc verbũ, & suscipe filium. Da fidẽ, & senti virtutẽ. Sed quid egit Virgo Maria, sic à Dei nuncio informata, & in suo affectu tam ratione, quàm exemplo, & intelligentia excitata, & confirmata? Inqt Lucas. Et est sextũ q̃ ipsa q̃ Deus, & ad quæ ipsã prælegat. Est de notissimæ, & reuerẽtissimæ, ac humiliter inclinata dicẽs. Ecce ancilla

Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Vbi cernæ quod virtutes multæ ad opus incarnationis in Maria existentes concurrerunt. Solitudo enim fuit dispositio respectu exteriorum actuum: prudentia respectu nuncij; & modi, ne consentiret incerta. Virginitas quantum ad corpus, & affectum, sed humilitas attraxit: verum obedientia tenuit principium, & Dei incarnationē consumauit dicens: Ecce ancilla Dñi. Quā obedientiā Euāgelista ostendit fuisse velocem, quia, humilē, ancillā sedicendo; placitā, quia Dñi diuinæ conformē voluntati, quia fiat mihi fm verbū tuū. Sicut ergo Heuæ inobedientia principiū nostræ fuit dānationis, sic obedientia Marię exordium, cā, & origo est nostræ salutis. Quo Virginis exprimitur consensus datus, quo nihil furtuosius; patet, quia id expresit Deus, in ipsa incarnari. Nihil optabilius, ut dicit Augustinus in sermone Natiuitatis Mariæ: Mundus totus tuum deprecatur assensum. Et declarat deuotus Bernardus homil. 4. super Missus est dicēs: Ad te, & in tuo responso breui, sumitur initium faciendi: vt ad vitā reuocemur. Hoc supplicat ad te ò pia Virgo flebilis Adā cum misera sobole exul à paradiso. Et hoc Abrahā, & hoc Dauid: hoc & cæteri sācti flagitant patres. s. tui, qui & ipsi habitant in regione vmbræ mortis. Hoc totus mundus tuis genibus prouolutus expectat. Nec immeritò. Quoniam ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemptio captiuorum, liberatio damnatorum, salus deniq; vniuersorum filiorum Adā totius generis tui: da virgo responsum festinanter ò domina. Responde verbum, quod terra, quod inferi expectant, & superi. Ipse quoq; omnium rex, & dominus, quoniam concupiuit decorem tuum, tuum desiderat responsionis assensum; in quo nimirū proposuit saluare mundū: Cant. Hæc Bernardus. Sonet vox tua, B. Maria, potest dicere angelus, & Deus. Vox. n. tua dulcis. Quo consensu nihil Deo acceptabilius, cū fieret ex mera voluntate, q̄ super omnia attendit altissimus. Quo nihil homini fructuosius, vt patebit: quia Deus factus est homo, ad quod multa sunt bona nobis consecuta, vt patebit infra fructu 23. & 6. Quo nihil est mirabilius. Dato enim consensū ex uerbo prolato. Primò sunt mira operata. Et ista sunt plura. Primū est, vt una parua puella, sic humilis, paupercula, modica, & despecta, sit Dei mater effecta. Quo nihil est mai*, nec potest dici, ut fructu 28. dicetur. Est etiam ut Deus tantum humiliaretur, ut nostræ carnis fœditatem assumeret. Est ulterius ut humana natura tàm altè sit sublimata, vt homo Deus sit constitutus, & factus ex assumptione humanitatis à Dei verbo. Vt puella sine virili semine, & uirginitate permanēte nō de hoīe grauidata est, q̄ corpus Christi, ut dicit Ioānes Damascenus, & Magister, statim ex purissimis Mariæ sāguinibus est formatū, & organizatum. Quod in eodē instāti anima gra, & sapientia plena, ut dicit Magister libro 3. creata est, & corpori unita. Quod in eodem instanti, quo corpus est organizatum, & anima creata,

libr. 3. dist. 6.

unita

vnita sunt deitati inseparabiliter, vt dicit Magister, quod sine labe vnita est anima carni, contra morem aliorum. Nec inquinata est, quia summa gratia repleta est. Quod anima deitati coniuncta est beatificata, vt docet Magister. Quod anima gloriosa existens corpus Christi passibile remansit, vsquequo per resurrectionem fuerit plene glorificatũ. Quod in illo instanti Christus fuit perfectus homo ratione vtens, vt habetur in 3. Sent. Et sic verificatum est illud. Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circumdabit virum: fuit. n. vir perfectus ratione. *Iere. 31.* Quod corpus Christi fuit minimum, quod vnquàm anima hominis fuerit animatum. Dicit. n. Magister in tertio, quod in momento cõceptionis illa distinctio corporis Christi iam organizati fuit adeo tenuis, & parua, vt vix humano visui posset subijci. Diebus aũt illis, quibus vt dicit, Augustinus, perfecta est, & notabilis facta, scilicet, quadragesima sexta die. *4. de Trinit. q. 83.* Quod Virgo verum hominem, & Deum non solum genuit, sed concepit. Patet, quia non partem humanę naturę accepit prius, sed simul totam, vt dicit Magister. Quod ratione operis tam singularis tota Trinitas fuit in Virgine. Quod Spiritus sancti nomine intelligi potest. Et per appropriata, & per indiuisam operationem ad extra, licet talis operationis effectus ad solam personam filij sit per vnionem, & assumptionem terminatus. Quibus ex dictis apparet, primò, quod plus fuit Christus in utero Virginis, quàm aliquis alius homo, loquendo de tempore animationis. Quia statim fuit corpus animatum, ita quod tẽpus. Quod ad corpus organizandum, & animandum expectatur accelleratum fuit in Christo. Secundò sequitur ex dictis, quod tantam germanitatem habuit Christi corpus ad virginem solam, quantam habet aliquis alius simul ad patrẽ, & matrẽ. Alij. n. partim sunt de substãtia patris, & partim de substantia matris, sed Christus totaliter, quoad corpus ex substantia matris. Tertiò quod maiorem habuit germanitatem ad matrem, quàm cæteri ad parentes. Quia plus de alimento suscepit in vtero matris, quàm alij, quia ibi plus mansit: fuit. n ibi ducentum septuaginta sex diebus, vt dicit Augustinus. Quartò, quod tantam inclinationem naturalem præter gratuitam habet mater Domini ad diligendum filium suum, & maiorem, quantam habent simul pater, & mater aliorum. *4. de Trinit. c. 5.* Quia naturalis affectio prouenit ex germanitate fm maiorem gradũ germanitatis. Mira sunt hæc, quæ dicto verbo facta sunt, & secuta, scilicet. Ecce ancilla Domini, ac consensu tali data. Vnde bene Virgo poterat dicere illud. Signa, & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. *Dan. 3.* Quintò sequitur iuxta dictum beati Augustini, quod cum in rebus per tempus ortis illa est summa gratia, quod homo in vnitate personæ coniunctus est Deo. Quod post illã unionem, quæ magis propriè vnitas dicitur, qua uniuntur tres personæ in vna natura diuinissima, est vnio hypostatica humanæ naturæ ad personã Verbi, quia

citra illam omnes aliæ sunt per tempus ortæ, Sextò sequitur, quod nobilior est vnio humanitatis Christi hypostatica ad verbũ, quàm sit beatifica ad obiectum beatificum præcipuè sumptum. Quia prima includit secundam, & non è conuerso, licet ista secunda sit ad Deum. Patet, quia vtraq; est per tempus orta. Septimò sequitur, quod mysteriũ beatæ incarnationis excellit omnia alia mysteria, & sacramenta pertinentia ad Christum (mysterio ęternę generationis excepto.) Patet, quia in rebus per tempus ortis hoc est præcipuum. Quo sequitur octauò, quod solennitas annunciationis Dominicæ in dignitate omnes alias excellit, quia in ea Christus incarnatus fuit, quia nisi ista vnio facta fuisset, natiuitas Dei, & hominis, resurrectio, & ascensio non fuisset. Hac solennitate Pater æternus nuptias fecit filio suo, naturam humanam desponsatam inseparabiliter sibi communicando. Natalis Dei in vtero fuit dies. Spiritus sancti est solennitas, propter opus mirificum, & singulare incarnationis, quod ei specialiter attribuitur. In qua incepit benignitatem ostendere humano generi singularem. Virginis Mariæ fuit festum, quæ à patre in filiam, à filio in matrem, à Spiritu sancto in sponsam est recognita, & assumpta. Solennitas est cælestis curię totius, quia inchoatur eorum reparatio. Multò magis humanæ naturæ, quia eius incepit salus, & redemptio, & reconciliatio, ac sublimatio, & deificatio. In hac à summo cœlo egrediens exultauit, vt gigas ad currendã viam verbum, & se in vteri clausi ortulo virginalis. Nouam à patre suscepit obedientiã de salute nostra peragenda, se fecit fratrem nostrum, & quasi vnum, ex nobis. Peregrinari cepit nobiscum. Lux ineffabilis de cœlo descendit ad nostras fugandas tenebras, & tollendas. Panis viuus vitã dans mundo de cœlo descendens, decoqui cæpit in vteri virginis clibano. Verbum caro factum est, vt habitaret in nobis, patrum clamoribus acceptatis: ac oĩa bona collatione deitatis Iesu sunt homini data, & collata. Verbo dicto iã prælibato à Virgine, scilicet, ecce ancilla Domini. Sũt duo vaticinia, & figuralia impleta, & verificata, quæ etiam erãt de incarnatione filij Dei fienda, à prophetis prædicata, vt patuit in principio huius fructus, sunt omnia verificata. Et non solum, quæ dicta sunt, sed alia multa, in vaticinijs prophetarum posita. Sunt insuper hac Dei incarnatione figuræ plures veteris testamenti, ueridi cè adimpletæ. Cęlum, & terra creata sunt. Christus videlicet, & Maria.

Gen. 1. Lux est facta, quia deitas incarnata. Factus est sexta die homo Christus ad imaginem Dei, quia ipse imago Dei est, ac terra Maria, scilicet, her

Gen. 1. bam, virentem produxit Cristum. Fons ascendit, è terra, Christus conditus ex Maria, paradisus plãtatus, ideſt, virgo à Deo ornata, & lignum vitæ in medio, ideſt, in ventre eius, scilicet, Christus est pomum paradisi. Fons est, ideſt gratia Christi, ad quatuor capita destinata mundi. Ar

Gen. 2. *Gen. 6.* ca pro salute humani generis fabricatur à Noe, ideſt, humanitas

Christi

Christi, à Noe susçipitur. Columba fert ramum oliuæ, ideſt pacis, ideſt, caro à verbo susçepta. Arcus fœderis sempiterni in nube, ideſt carne, ponit Saluatoris. Rebecca, Maria, ideſt, Dei filio copulatur. Scalæ inniti tur Iacob Deus, ideſt, assumptæ huminitati indissolubiliter counit. Facie ad faciem Deus in àssumpta humanitate à sanctis angelis, & hominibus conspicitur. Propagines tres viti, ideſt, ad personam Christi in seruntur, ideſt, caro, anima, & Deus vnam personam constituentes: Rubus ardet, & non comburitur, quia Deus in carne nõ mutatur. Exéplar, ſ. Christus in mõte, ideſt, Virgine locatur. Cœlicum manna, ideſt, Dei filius in arca virginea ponitur. Nubes surgit de tabernaculo, quia caro pro filij Dei de Maria accipitur. Gloria Domini descendit, & apparet super montem Sinai, ideſt, in Virgine Maria per vnionem Dei ad hominem. Virga floret Aaron, quia sine virili semine, concepit Maria Deum, & hominem. Sol stat in medio cœli, ideſt, Christus in medio locatur Mariæ. Ros descendit in vellus, ideſt, Deitas in carnem. Candelabrum septem lucernis ponitur in tabernaculo, ideſt, deitas in septem Spiritus sancti donis ponitur in Maria. Gloria Domini implet templũ, ideſt, deitas carnem implet assumptam, & animam sua gloria. Arca ponitur in sancta sanctorum, ideſt humanitas iungitur deitati. Nubes ascendit de mari, ideſt, humanitas de Virgine assumitur. Sol retrocedit decem lineis, quia Christus quesiuit decimã dragmam, ideſt, assumpsit naturam humanam. Lapis abscinditur de monte, ideſt, humanitas de Virgine: & Christus sine manibus, ideſt, peccato. Mons Domini, ideſt, deitas Christi in vertice montium, ideſt, humana carne in Virgine præparatur. Portam clausam, ideſt, Mariam intactam intrat Deus. Arbor, ideſt, Christus ponitur in medio terræ, ideſt, Virginis Mariæ. Esther iungit Assuero, ideſt, caro nostra Dei filio. Et sic de alijs. Quæ oĩa sunt in sacra incarnatione filij verificata, & impleta. Est nihilominus tali dicto verbo: Ecce ancilla. Tertiò multipliciter regula scripturę abolita, & reuocata est, vt illa. Maledicta terra in opere tuo, qa benedicta fuerit Maria. Spinas, & tribulos germinabit tibi. Maria, & Christus sine peccato fuerunt. In laboribus comedes ex ea. Quia sine corruptione Maria fructum dedit, & cum lætitia Christum in se habuit, & tenuit. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Pœnitet me feciſſe hominem. Cuncta cogitatio hominis intenta est ad malum omni tempore. De viris mille vnum reperi, de mulieribus nullam, Non est, qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Nemo mundus à sorde, nec infans, cuius est vita vnius diei super terram. Non videbit me homo, & viuet. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Cũ extenderitis manus vestras non exaudiam. Vidi cuncta sub sole, & ecce omnia vanitas. Omnis homo mendax. Et sic de alijs pluribus, quæ & rõne humanitatis assumptæ, & B. Marię Dei matris institutę, & exceptionem

Gen. 8. Gen. 24. Gen. 28. Gen. 23. Gen. 48. Exod. 3. Exod. Num. Exod. Nu. 17. Iosue. Iudic. 6. 3 Reg. 3 Reg. 4. Re. 20 Dan. 2. Isa. 2. Eze. 43. Dan. 4. Esther. 2 Gen. 3. Gen. 6. Psal. Iob. Exod. Psal. Isai. 1. Eccles. 1.

nem recipiunt,& generaliter verificari non possunt. His diligenti meditatione pensatis apparet,quã fuerit,virtuosus, fructuosus, & Deo acceptus Virginis Marię consensus,& quantæ fuerit efficaciæ ista oratio. Ecce ancilla Domini. Ad cuius expressionem sanctificã tot sunt mirabilia operata, & secuta. Verum,quia sanctorum vita in exemplum nostrum à Deo ponitur,& exhibetur,quid ex supradictis pro nostra informatione alicui valet,est nunc breuiter differendum. Plena enim documenta accipiuntur ex serie à Luca Euangelista dictorum in hac parte, vt videlicet si nihil propriæ voluntatis tenentes,subiectam Deo nostrã voluntatem habeamus, eiusque mãdatis, angelus semper à Domino mittitur. De ad nos angelorum descensu piè est semper præsumendum, quia à Deo ipse dirigitur. Angelico fruuntur consortio, & aspectu, qui in Galilæa, & Nazareth prout supra est positum assiduè commorantur. Placet Deo virginitas, si ei concomitetur humilitas. Ad Virginem humilem Dei nuncius destinatur. Virginitatem,& mentis puritãtem seruare volentes:Galilæam inhabitare condecet, desponsari Ioseph,& de Dauid domo existere,vt statum,& effectum sensualem omnem,& mundanum relinquentes, Virgini iungamur cũ voto,sensuales quoque motus,disciplinæ,& custodiæ manuteneamus. Matrem gratiæ Mariam,vt exemplar virtutũ sequi non dedignemur, imitatur virtutum ornatu,puritatis decore,& humilitatis obtentu. Virgineis laudibus insistere anhelantes,munus angelicum sibi præ cunctis acceptabilius offeramus assiduè. Angelus nihil aliud agit assiduè. Mens ad diuersa respersa,& distracta,sicut sua non est, sic nec ad diuinos aptatur affatus. Quare ad interiora progredi oportet exemplo Mariæ,vt angelicos gratè concentus attendat. Ingressus angelus, dicitur ad Mariam,quàm in conclaue reperit existentem. Prudentiæ exemplũ præstatur à Virgine, quam, etsi in cũctis,præcipuè in nostris debemus sermonibus obseruare,sic diuinis cõsolationibus à Deo piè visitemur, Mens nostra non eleuetur. Maria tanta salutatione turbatur. Multiloquium,in quo non deest peccatum vitare decet, ac Mariæ exemplo taciturnitatem,vsque ad tempus amemus. Maria non respondit,sed cogitat. Spirituum malorum, & bonorũ discretionem accipere possumus. Si mens ipsorum turbãta aduentu,ad tranquillitatem ipsorum eloquio deducatur. Ne timeas Maria ab angelo dicitur. Humilitate à Deo perceptas gratias negare non licet. Maria se gratia plena non negat, sed ad alia se diuertit. Addiscere nullus tàm illuminatus, verecundari dẽt. Maria illuminata,vt discat: angelum interrogat reuerenter. Munditiã cordis præ omnibus deuotũ oportet habere christicolã:vt thorum mẽte proponat non cognoscere in delicto. Maria virum non cognoscere proponit. Mare amarum,vt Maria, per pœnitentiã existentes gratiã inueniunt in conspectu altissimi. Spiritus sanctus mentem visitãs: etsi illuminet,

luminet, à vitiorum calore sua vmbra refrigerat. Quo datur exemplũ ad ipsum in tentationis impulsu fideliter recurrendi. Mariæ filium cõdecet super cuncta amare. Filius enim Dei hic nuncupatur. Se totaliter Deo per fiduciã committentes: Deus non solum errare, sed dubitare non sinit. Inquit angelus: Ne timeas. In nobis Christus tunc viuit, & regnat, quando vitia in nobis veraciter supplãtãtur. Quia in domo Iacob. Viribus totis Deo seruire debemus, munus est optimum, & perpetuum, quia, & regni eius non est finis. Ad Deũ recurrere oportet, quia, dulcis, & potens. Nihil enim ei impossibile reperitur. Cognita Dei voluntate, ei per omnia est acquiescendum Mariæ exemplo, non partim, sed totũ, & totaliter se Deo tradere dẽt, qui ei super omnia placere desiderat. Maria ancillã Dei totã se esse dicit. Obedientiæ virtus cum humilitate Deo super omnia placet. Hac. n. incarnatur Deus. Mundo seruire abhorrere debemus. Maria non mundi ancillã se dicit, sed Domini. Sancti viri, cum magis à Deo gratijs extolluntur, intimius à semetipsis eijciuntur, post tot laudes, & gratias Maria ancillã se vocitat. Prõptè est Deo seruiẽdum, non pigrè, quia talis à Deo respuitur. Ecce, ait, Maria. Imitatione Mariæ, Deo assiduè dicamus cũ opere: Ecce ancilla Dñi: quia nihil Deo acceptabilius porrigere valet homo. Deinde Dei genitricem Mariam inuocare, quia gratia plena, exorare, quia Dominus est secum, & venerari debemus, quia ipsa est benedicta præ cũctis viris, & mulieribus in æternum. Amen. His patet declaratio sextidecimi fructus, scilicet, *Maria fœcundatur.*

FRVCTVS SEPTIMVS.

Fructus XVII

Mariæ venter tumuit.

EXPOSITIO BREVIS.

VIRVM totum, & perfectum, quoniam circumdat Maria, venter eius crescebat quotidie, animaque Virginis mirandis replebatur, tàm irradiationis, quàm gratiæ muneribus, delicijs insuper, & contemplationis gaudijs, verbo incarnato in eius sacro vtero commorante.

EXPOSITIO MAIOR

IMMENSA illa clementia atque benignitas Saluatoris Dei nostri, qua ob nostri dilectionem tm se humiliauit: vt intra vnius puellę viscera se clauderet per assumptionẽ carnis humanæ, sic operatus est nostrã salutẽ, vt quæ sunt

Dei

Dei nõ dimitteret exercere: prout pulchrè declarat doctor eximius August. 2. epist. ad Volusianũ. Quapropter, cũ verbum ipsum diuinũ lux sit, sol, & cãdor sui natura. Hinc est ꝙ mentes & corda, quę dignè suę illustrationis habitacula reperit, à suæ irradiationis participatione vacua nõ relinquit, sed ea replet, prout sua sapiẽtia viderit, & disponit. Et sicut hic sol materialis, & splẽdidus materiã purã, & à sordibus defecatã illustrat plenius, & suos radios ad eã validius dirigit, & immittit. Sic reuera, & ipse sol iustitiæ Christus, ĩ aĩas sãctas se trãsfert, amicos Dei, teste sapiente, & prophetas faciendo. Sed cũ inter oĩa creata rationabilia, seu intellectualia nullũ mundius, purius, & perfectius receptaculũ extiterit ventre, mẽte, aĩa, intellectu, & corde B. Mariæ, cum fuerit ab omni macula præseruata, repleta gratia, & oĩbus virtutibus perfectissimè adornata. Lucifer ille matutinus, & lux Eoi syderis. Etsi in ortu, seu conceptu suo iuxta prophetiã carnis nostræ velatione obtenebratus extiterit, intra tñ viscera situs tãtę matris, lumẽ suũ nõ retraxit, sed expãdẽdo eã circũfulgenter radiauit, suã deitatẽ, vt piè creditur, & hic fructus ostendere conatur, clarè, limpidè, gratificè, & facialiter demonstrãdo. Ad cuius euidẽtiã plenius cõsequẽdã sunt quædã prius vidẽda: primò, an sit possibile Dei virtute, viatorẽ ad huius inacessibilẽ lucẽ ꝑuenire. Secũdo, an de facto quisq̃ aliqñ peruenit. Quibus visis, quid actum sit de hoc circa Virginẽ, concludetur. Circa primũ intelligendo per Dei virtutẽ, Dei potentiã, & suã gratiã sunt ponendæ aliquæ distinctiones. Prima distinctio est de gratia, ꝙ põt intelligi, ꝙ q̃libet gratia, & de lege cõi sufficiat ad intellectũ in vita ista subleuãdũ, ad huius Dei facialẽ visionẽ, vel põt intelligi de gratia speciali, Dei influxu speciali, & ex priuilegio singulari. Secunda distinctio est de viatore, ꝙ viator põt dupliciter accipi: vno mõ pro illo, q vtit̃ sensibus corporeis, & vita viuit mortali, & põt mereri, & demereri. Alio modo accipi pro illo, qui non vti
2. Co. 11 tur sensibus corporeis. Paulus erat viator, & tñ in raptu nesciebat an in corpore fuerat, vel extra corpus. Tertia distinctio est, de visione ista Dei, ꝙ ipsa est duplex. Quædã stabilis, perpetua, & mãsura, vt est Beato
22. de Ci rũ in patria, nunc existentiũ, qui Deũ sine fine videbunt, vt dicit Aug.
uit. De. Alia est trãsiens, sicut fuit in Pauli raptu, vt dicetur. His p̃libatis, pono aliqua dicta. Primũ est istud, Quod non per quodcunq; donũ gr̃æ, & de lege cõi intellectus noster eleuat̃ in vita ista ad illã visionẽ, licet loquẽdo de gr̃a gratũ faciente ad ipsã disponat̃. Hęc secũda pars patet, quia talis gratia est cũ opere meritorio vitæ æternæ, ex ordinatione diuina in adultis. Sed prima pars intelligẽdo de viatore primo mõ patere põt quadruplici via. Prima ex parte potẽtiæ vidẽtis in se cõsideratę, licet potẽtia ĩtellectiua nata sit ad Deũ cõtẽplãdũ, & vidẽdũ, eo ipso, ꝙ est ima
14 de go. Est. n. imago Dei, in qua põt cognoscere eũ, à quo facta est, infirma
Trinit. tñ est, & ad illã ęternã lucẽ cõtẽplãdã in sua claritate nõ est idonea, qa

super

sup defectibilitatē naturæ supinducta est obscuritas pęnæ ex originali peccato contractæ, vnde dicit Vgo de Sacram. quod oculus contemplationis est obcęcatus, qui ordinatur ad contuenda, & videnda intellectualia, & diuina. Ista est ratio Augustini. Quę causa inquit est, vt lucē illam fixa acie videre nō possis (loquitur sibi ipsi) nisi vtiq; infirmitas? & quis eam tibi fecit? nisi iniquitas. Secunda ex parte rei visibilis, lux illa diuina, & si ratione sui sit maximè visibilis. Tñ ratione obiecti, & si sit præsens improportionabilis est intellectui viatoris ipsum in infinitum excedens, habitat.n. lucem inaccessibilem, quam nemo hominū vidit, sed nec videre potest, ideo lucem illam in sua claritate non potest intueri. Hæc est ratio Anselmi quærens, cur illam lucem videre non posset? ait cur hic Domine, cur hic tenebratur oculus eius infirmitate sua, aut reuerberatur fulgore tuo? Sed certè, & tenebratur in se, & reuerberatur ad te. Vtiq; est obtenebratus sua breuitate, & obruitur tua immensitate. Verè, & contrahitur angustia sua, & vincitur amplitudine tua. Tertia ex parte medii, ex parte gratiæ, quæ est quasi, lumen quoddam, medium quo Deus videtur, infusum à sole iustitiæ. Gratia autem viæ de communi lege per essentiam non ordinatur ad videndum Deū in præsenti. Patet, quia si sibi esset essentiale, vtiq; quilibet habens eam Deum videret, & videre posset, quod expresè falsum apparet, licet.n. lumen gratiæ dirigat ad terminum, non tñ ad quietandum in præsenti termino. Talis insuper gratiæ luci formitas non sufficit, vt dicit Augustinus in Epistola ad Italicum. In tm̄ Deum videmus, in quantum similes sumus. In tm̄ non videmus, in quantum dissimiles sumus. Inde ergo videbimus vnde similes erimus. Tanto ergo efficimur similiores illi, quanto magis in eius cognitione, & claritate proficimus Ita sanè, vt in hac vita, quantumcunq; perfectus longè absit ab illo perfectione similitudinis, quæ idonea erit ad videndum Deum, sicut dicit Apostolus. Facie ad faciem: Quarta est ex parte impeditui, vt.n. dicitur. Corpus, q̄ corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensū multa cogitationem. Quamdiu ergo quis corruptibili corpore grauatur, & corporis sarcina deprimitur, gratia etiam assistente, de cōi lege ad illam sublimem visionem non eleuatur. Et de hoc est illlud: Non videbit me homo, & viuet. s. carne mortali, & de hoc cōi lege, non de speciali, vt dicetur. Depositā.n. sarcina corporis. Quādo corruptibile hoc induerit incorruptionem, tunc liberius feretur, vt dicit Augustinus. Ista est ratio Gregorij super illud Iob: Obtenebrentur stellæ caligine eius. Multi in tenebris vitę præsentis dum superiora de se exempla exhibent, astrorum more nobis desuper lucent. Sed quantalibet corruscatione operis fulgeant, quantalibet se ignis compunctione accendant. Nimirum constat, quia dum corruptibili carne ad huc grauati sunt, ę-ternum lumen, sicut est, videre nequaquam possunt. Quia ergo experientia

p. 4 li. 1. 15. de Tri. c. 26

1. Th 6. cap. 15.

1. Co. 13

Sap. 9.

Exo. 23.

1. Cor. 5

12. super Gen. 4 Mora. 17

rientia patet,ad visionem sicut corporalem, quatuor requiruntur. Primum ex parte potentiæ,vt sit dispositа. Secundum ex parte obiecti,proportio ad potentiam debita. Tertium ex parte medij luminis sufficientia. Et quartum ex parte impedientis, vt nulla interponãtur resistentia vel prohibentia. Sic ad intellectualem,& in proposito,ex parte obiecti visibilis:est improportionis excessus ex prima ratione: ex parte videntis est infirmitatis defectus, ex secunda ratione: ex parte medij est insufficientia gratiæ, ex tertia ratione: ex parte corporis corruptibilis est resistentia, & prohibentia,ideò de lege cõi viator cum gratia in vita ista intellectualiter Deum sicuti est in sua claritate videre nõ potest. Quo sequitur,dictum prefatum esse verum,sequitur etiam à multo fortiori,quod si viator,cum gratia de communi lege non valet Deum cernere in præsenti in sua claritate visione faciali, multo minus, nec ex puris naturalibus. Patet per locum à maiori, quare nec beatitudinem assequi sequitur inconcussè tenendum: et sic nec visio mansiua talis, aut transiens sibi cõicatur. Secundũ dictum, quod accipiendo viatorẽ secũdo modo,ex de Dei speciali influxu potest eleuari ad diuinæ essentiæ visionẽ facialẽ,tã trãseuntẽ,q̃ permanẽtẽ. Prima pars patet,quia nõ derogat diuinæ potentię. Nullã. n. contradictionẽ includit. Vnde sicut, & corporibus põt, quas voluerit qualitates subtrahere,alijs remanentibus,vt ex igne caloré,luce remanẽte: & ex corporibus terrenis remanẽte corporeitate,auferre grauitatẽ,vel simpliciter,vel ad tẽpus,vt dicit Augustinus in epistola ad Cosentium: ita ex spiritibus potest,quos voluerit auferre,& destruere proprietates contrarias, & alias superinducere non mutato esse substantiali, vt distrahere obscuritatem, & superinducere claritatem remanẽtibus alijs,& hoc ad tempus,ac per hoc assumere animas quas idoneas,& dignas iudicauerit,ex causis, quas ipse nouerit ad istam excessiuam visionem. Nec derogat humanæ intelligentiæ,quæ vt dictum est,hoc ipso,quod est ad imaginem Dei,ordinata est ad Deum videndum,tanquam obiectum beatificum, in quo recipit suæ naturæ complementum. Quia igitur ad hoc habet naturalem aptitudinem, Deus potest ad hoc eam eleuare,sopitis ad tempus,vel ad semper, & suspensis actibus virium inferiorũ, de quibus loquitur prima ratio præcedentis dicti. Nec speciali gratiæ repugnat,licet communi,vt dictum est in præcedenti. Patet,quia Paulo communicata est,& Moysi, vt infra dicetur: quare Deus speciali influxu, & virtute potest visionem transeuntem talem communicare. Gratia. n. omnes defectus potest Deus supplere,vel auferendo,vel ad tempus remittendo. Secunda pars de visione permanente,patet ex rationibus dictis. Patet
dist. 13. etiam,quia de facto communicata est Christo per Magistrum in tertio. Quare propositum. Hoc etiam patet Dei omnipotentia considerata. Tertium dictum. Quod Dei omnipotentia cõsiderata,viator primo mo

do

do potest ad visionem talem à Deo eleuari. Istam dedit Landulphus in quarta quæstione prologi primi sententiarum, quia hoc non negatur, nisi quia, vt videtur, talis foret beatus. Sed hoc non obstat: quia cum Deus liberè agat ad extra, potest communicare visionem sine fruitione. Item, vt dicit communicauit eam Paulo. Et tñ Paulus non erat immortalis, quod tñ refertur ad beatitudinem. Similiter securitas refertur fm Augustinum, quæ tamen, non fuit in eo. Deo insuper nihil est impossibile. Quarè fateamur iuxta Augustini dictum, Deum aliquid posse, quod nos dicamus inuestigare non posse. Quia in talibus tota ratio facti est potentia facientis Saluatori nostro fuit cõmunicata, qui fuit viator, & primo modo, & secundo, quia vsus est sensibus corporis, & aliqñ non. Sed illa vnio respectu talis visionis non se habet effectiuè, & formaliter, sed solum dispositiuè. Quare ti Deus mediante tali communicauit, multò magis per se. Contradictionem insuper nullã includit, quia non simpliciter extra statum ponit meriti, saltem. n. corporis immortalitatem potest mereri Quare propositum. Istud potest intelligi tàm de visione mansiua, quàm de transeunte, considerata Dei omnipoten tia, quare considerando Dei omnipotentiam, non est necesse viatorem in huius visione sensibus corporis carere. Patet ex dictis. Et sic fuit in Christo. Quartum dictum. Quod si talis visio Dei omnipotentia considerata viatori primo modo possit communicari, exigentia tñ talis eleuationis pensata visio, primo modo, nec secundo potest cõmunicari eidem. Vnde hic non quæritur, quid Deus possit, sed quid natura talis eleuationis exigit. Nec pensatur, aut necessitatur diuina actiuitas, ad hoc, sed solum talis eleuationis ostẽditur, quid requirat congruitas. Vnde si non sit necessarium, vt dictum est, quin viatori vtenti sensibus possit communicari, quia sic fuit in Christo. Tamen congruum est, vt ipsis nõ vtatur, dũ ad talẽ uisionẽ eleuatur. Sed rapidẽt ab omni corporali, & imaginaria visione, & intellectione, & solum ad intellectualem deduci. Pro cuius euidentia, & quia expediens erit pro dicẽdis fructu 21. sciendum, quod raptus potest tripliciter accipi, sicut ex triplici causa videtur oriri, vt ponit Augustin. super Genesim. Primus est ex vehementia passionis, vel corporalis, vt in somno vel turbatione cerebri, vt in frenetico, vel spiritualis, vt tristitiæ, iræ, timoris, & concupiscentiæ. Hæ. n. passiones in quibusdam sunt adeò vehementes, vt ipsis stantibus ab usu rationis absorbeant, & à corporalibus sensibus alienent. Secũdus ex uehementia imaginationis, vt cum anima intẽdit circa alicuius difficilis imaginationem, & fortiter occupatur, frequenter à sensibus alienatur, & tanta vehementia, super similitudines corporũ conuertitur, ut eas pro rebus accipiat: Et vt dicit Guilielmus de Marra. Si ad hoc assumitur alicuius spiritus boni virtute, sic facit fideles loquẽtes mysteria: Et accedente intelligentia facit prophetas. Si verò spiritus

3. Co. 32.

cap. 12.

tus mali fiat operatione fictiuos, & prophetas falsos facit. Et iste raptus communis est bonis, & malis. Tertius est ex vehementia deuotionis: qñ anima ex speciali Dei influxu tota desiderio languens, & liquescens, & velut ebria spiritu, & omnium oblita, à seipsa deficiens fm Dionysij doctrinam de mystica Theologia, eleuatur in Deum, alienata nõ solũ à sensibus, sed ab omni phãtastica imaginatione. Sed hoc nõ fit propria virtute, aut alicuius spiritus creati, sed Dei speciali gratia, & influxu. Ad propositum, cum non loquamur de raptu primo modo, aut secundo, sed de tertio, nec in primo modo habetur visio Dei facialis, aut in secundo, sed in tertio, quia quis perueniens ad visionem Dei facialem, fm Augustinum oportet omnem aliam uisionem corporalem, imaginariam, & sensualem dimittere, & ad oculum intellectualis raptus, scilicet, isto tertio modo, peruenire. Hoc ergo intellecto, quartum dictũ apparet verum ex pluribus rationibus. Prima ex obiecti subtilitate. Obiectum.n. ad quod mens eleuatur, videndum est ipsa essentia diuina. Et est tã sublime, vt non solum super omnia creata oportet, quod mẽs existat, imo quod maius est supra se ipsam, vt dicit B. Gregorius. Et ideò dicit Augustinus. Cum aliquid æternum mente capimus, iam non hoc in mundo sumus. Quare super omnem sensibilem, & imaginariam similitudinem oportet eleuari. Secunda ex actus difficultate, est.n. talis arduissimus, & difficillimus. Si ergo ad actus sentiendi, & imaginandi est necessaria intentio voluntatis copulantis speciem rei apprehensibilis cum acie apprehendentis, ita quod qñ cessat copulatio, cessat apprehensio siue cognitio, et qñ manet copulatio, manet cognitio, vt docet Augustinus. Ita in actu isto arduissimo, in quem necessaria concurrit tota virtus vendi, necesse est animã abstrahi, & alienari, ab actibus omnibus, vbi necessaria est intentio voluntatis, vt docet B. Dionysius de mystica Theologia. Actus, siue imaginationes phantasmatum, & rerum sensibilium serenitatem mentis obnubilant, sordidant. Quare in isto actu, tàm puro, tàmq; sereno congruum est animam abstrahi, & alienari ab omni similitudine rerum corporearum, & sic ab actu inferiorum virium, & sensitiuarum, vt dicit Augustinus. Et Dionysius vbi supra. Tertia ratio, ex status tranquillitate. Status n. ille, sic licet vocare, est status quietis, & tranquillitatis, pro illo quantumcunq; parum; quod ibi moratur tranquillitatis, & suauitatis. Quare necesse est mentem ab omnibus his abstrahi, & alienari, quæ possunt mentem inquietare, & intranquillare. Vnde ad propositum loquens Gregorius Super illud Iob: Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris meæ venas susurri eius. Inquit. Cum diuina aspiratio, sine strepitu mentem subleuat, verbum absconditum auditur, quia sermo spiritus sancti silenter in aure cordis sonat. Venas autem susurri auris corde furtiuè suscipit, quasi subtilitatem locutionis intimè assta-

2. Dial. c. 35.
4 de Tri. cap. 15.
2 de Tri cap. 1.
4 de Tri. cap. 18
3 Mora. 19.

ta mens

ta mens raptim, & occultè cognoscit. Nisi.n.se ab exterioribus abscõdat,intima non penetret,occultatur autem,vt audiat,& audit,vt occultetur,quia, & subtracta à visibilibus inuisibilia conspicit,& repleta inuisibilibus,visibilia perfectè contemnit.Quarta ratio est potentiarum ad inuicem connexione,& vnibilitate.Secundum.n.Auicennam.Quãtum intẽditur actus vnius potentiæ, tantum est necesse actum alterius potentiæ remitti, nisi sibi talis potentia adminicularetur. Modo fm Aristotelem,& Auicennam,& Anselmum de concordia gratiæ, & liberi arbitrij, vires intelligentiæ,& sensitiuè sic ad inuicem ordinãtur, quod vis intellectiua omnibus imperat,omnesq; mouet,quarè cum in actu isto diuinæ uisionis intenditur actus potentiæ intellectiuæ prout est possibile,ideò necesse est suspendi actum cuiuslibet potentiæ sensitiuæ:imò dicit vnus doctor modernus,quod nisi in tali ecstasi,& excessu corpus à Deo conseruaretur, deficeret. Et ponit vlterius, quod tales homines ecstatici, vt plurimum in corporis viribus sunt infirmi, & debiles,propter talem abstractionem animæ à præfatis viribus, & sensitiuis potentijs, istam rationem ponit Augustinus loco præallegato,scilicet, super Genesim,loquens de tertio genere visionis vt dictum est,sic dicit.Tertium genus visionis,quod superius est, non solum omni corporali,quo per corporis sensus sentiuntur, verum etiam cum illo spirituali quo similitudines corporum spiritu,& non mente cernũtur,quod tertiũ cęlũ appellauit Apostolus. In hoc vr̃ claritas Dei, cui videnda corpora mandantur, non per aliquã corporalẽ, vel spiritualẽ figuratam significationem,sed facie ad faciem. Qua Deus est,quidquid est,quantum mens ab omni terrena labe,& ab omni corpore,& corporis similitudine alienata,& arrepta capere potest.Idem dicit in epistola ad Paulinam de videndo Deum exponens illud Exodi: Non videbit me homo,& viuet.Ostendens,quod necesse est ab hac vita abstrahi mẽtem,qñ in illius ineffabilitatem assumitur. Sic ergo patet,quod considerata Dei omnipotẽtia animam potest Deus ad talem visionem assumere, & cum hoc animam inferiores operationes exercere.Sed considerata huius eleuationis exigentia,& congruitate,necesse est animam alienari,& arripi ab actibus sensitiuarum potentiarum,idest,imaginariæ,& sensitiuæ,quia in his necessaria est intentio voluntatis.Sed contra fm dictum,& tertium videtur esse illud Exodi: Non videbit me homo,& viuet.Quare dicta duo non videntur vera. Ad istud respondetur,vt dicit Augustinus,quod non intelligitur ut non viuat vita præsẽti,& in carne mortali,sed accipit viuere pro actu vitæ sensitiuę,& imaginariæ.Qua homo debet mori,non considerata Dei potentia, sed eleuationis exigentia,vt dicit quartum dictum.Contra dicta duo videtur esse B.Gregorius,exponens illud Iob: Sapientia abscondita est ab oculis omnium viuentium,ubi dicit, quod in hac vita mortali consistentibus,

3. de Anima.

23.

Mor.18. cap.18.

bus, & videri potuit. Per quasdã circũscriptas imagines,& nõ potuit uideri per incircũscriptũ lumen æternitatis. Responsio patet ex primo dicto. Et si dicatur, ipse Gregorius ponit ibidem, q; Moyses non uidit Deum isto modo. Respondetur, quod verum est, quod in monte Sina non uidit, sed alia uice, vt patet, secundum Augustinum super Genesim. Et si dicatur, quod visio talis distinguit uiatorem à comprehendẽte, quare sicut in uia non est possibile aliquem esse comprehendentẽ, & uiatorem, sic nec talem visionem sibi communicari. Respondetur uno modo, quod possibile est aliquem esse simul comprehensorem, & uiatorem, quantum ad istam uisionem, ut patet in Christo. Aliter potest dici, quod uisio per se, nisi adsint & talia, scilicet fruitio, & tentio, securitas, & huiusmodi, non facit hominem beatum, quia beatitudo, secundum Boetium, est status omnium bonorũ aggregatione perfectas. Et si dicatur: Ioannes Euangelista dicit, Deum nemo uidit unquam, & Apostolus: Lucem habitat inaccessibilem, quam nemo uidit unquam, nec uidere potest. Ad istud respondit B. Augustinus, dicens, quod Apostolus pro tanto dixit, quia illi qui Deum uident, ultra homines sunt, i. ultima hominis pura naturalia constituti. In epistola ad Paulinam dicit: Deum nemo uidit unquàm: Vel in hac uita sicuti est, uel etiam in angelorum uita, sicut uisibilia ista, quæ corporali uisione cernuntur. In duodecimo super Genesim dicit: Nisi. n. ab hac uita, quisq; moriatur, quodammodo, siue omnino exiens de corpore, siue ita auersus, & alienatus à carnalibus sensibus, ut meritò nesciat, sicut Apostolus ait: Vtrum in corpore, an extra corpus sit non in illam rapitur, & subuehitur uisionem. Ad soluendum oĩa possibilia contra supradicta. Quod si dicant, quod intelligendum est iuxta primum dictum de lege communi, non de speciali. Vel de uisione manente, & non transeunte. Vel loquuntur de exigentia talis uisionis, & non de Dei potẽtia. Si uerò dicunt, quod sic. Intelligendum est de priuilegio speciali, & gratia, & Dei omnipotentia considerata. Et per hæc ad omnia talia. Et sic patet, quid dicendum sit ad primum, quod erat uidendum, scilicet, an possibile esset Dei uirtute uiatorem Deum facialiter uidere in præsenti. Et sic patet quod sic, ex dictis in secundo dicto, & tertio. Videndum est de secũdo. Quid ponendum sit de facto. Respondeo, quod iuxta attestationes Sanctorum multi in præsenti uita constituti ex priuilegio singulari Deum facialiter conspexerunt. Et nonnulli crediderunt de primo Patre Adam propter uerbum Magistri in quarto, qui dixit, quod autè peccatum Adam Deum videbat sine medio: istud tñ debet intelligi, prout ipse Magister declarat in secundo, quod in præsentia Deum videbat, & contemplabatur, non tñ ita excellenter, sicut post hanc uitam sancti uisuri sunt, neq; ita in ænigmate, sicut in hac uita uidemus. De Paulo tñ, iuxta id, quod ipse dicit, se fuisse raptum ad tertium cœlum, ideſt, intelle-

Nu. 18. Lib. 12.

Ioan. 1. 1. Ti. 6. 1. de Tri. c. 5.

vstra

Y

dist. 1. c. 3

d. 33. ca.

1. Cor.

ctualem visionem: vt Deum videret, sicuti est, & quemadmodum beati vident eum. Hoc ostendit Augustinus in quæstione penultima ad Orosium dicens. Ob id raptus fuerat Paulus in tertium cœlum, idest, intellectualem visionem, vt Deum non per corpus, non per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa veritas, cerneret. Ad hoc profectò venerat Paulus, vt Deum sic in ista vita videret, sicut sancti post hanc vitã, sicut Augusti. ostendit dicens: Cur non credamus, ꝙ tanto Apostolo doctori gẽtium rapto vsque ad illam excellentissimam visionem voluerit Deus demonstrare vitam, in qua post hanc vitam viuendum est in æternum? Et cur non credatur hæc paradisus paradisorum. Et cap. 14. Tertium cœlum intelligitur illud genus visionis, quo anima arrepta à sensibus corporis, atque emendata, vt ipsam Dei substantiam, verbumque Dei, per quod facta sunt omnia in claritate Spiritus sancti ineffabiliter valeat videre, atque audire, non inconuenienter arbitramur illuc raptum esse Paulum apostolum. Idem dicit in epistola ad Paulinam. Quare tenẽ dum iuxta assertionem Beati Augustini, & doctorum exponentium dictam epistolam. Paulum facialiter, & non in ænigmate Deum vidisse. Moysi etiam hoc gratiæ munus concessum est: vt dicit idem Augustinus in epistola prædicta, vbi inquit: cum Moyses quæreret à Domino, Ostende temetipsum mihi manifestè. Accepit in præsenti congruũ responsum, quod faciem Dei videre non posset, quem nemo potest videre, & viuere. Hoc modo Deo signanter alterius posterioris vitæ esse visionem. Et post desiderio eius, id quod petebat, concessum est. in lib. Numerorum: vbi dominus alijs prophetis se apparere in somnis ait: Moysi autem non per speciem, non per ænigmata: & subdit Augustinus: Gloriam Domini vidit. & post: Quemadmodum concupiuit sic vidit Deum sicut est: quæ contemplatio cunctis filijs in fine promittitur. Vidit Deum isto modo Isaias, ipso dicente: Vidi Dominum sedentẽ super solium excelsum: Glossa: Deum nemo vidit vnquam oculo carnis, sed potest eum videre oculo cordis, sicut vidit Isaias. Vnde, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hæc Glossa. Stephanus eum etiam vidit: Cum esset plenus Spiritu sancto intendens in cœlum vidit gloriam Dei. Glossa: Quidam electorum adhuc in hac vita detenti mũdato oculo cordis videre meruerunt gloriam Dei, vt hic Stephanus, & Paulus raptus ad tertium cœlum. Hæc Glossa. Vidit ergo Stephanus, & Paulus, sed Paulus, vidit nudè, & apertè: quare, & ipse martyr Stephanus. Asserit Beatus Gregorius hoc idẽ de patre glorioso Beato Benedicto, quando totus mundus collectus ante eius oculos adductus est: vt pulchrè declarat in secundo Dialogorum: Sancti etiam apostoli aliqui hoc viderunt: vt Ioannes ostendit dicens: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Et illud, quod postea dicit: Deum nemo vidit vnquàm: debet intelligi iuxta Glossam allegatam de Isaia: Quod

Lib. 12. sup Gen. cap. 12.

Exo. 33.

cap. 12.

cap. 6.

Act. 7.

cap. 35.

cap. 1.

Deum, nullus vnquàm vidit oculo carnis, nec videre potest, vt dicit Apostolus. Vt enim dicit Beatus Augustinus: non est incredibile quibusdam sanctis nondum ita defunctis, vt eorum sepel ienda cadauera remanerent, etiam istam excellentiam visionis fuisse concessam, quę fuit concessa Paulo, eo adhuc viuente: quo dicto cōcluditur, & multis Deū istam visionem in carne viuentibus, & communicasse, & communicare. Hoc idem decentissimum est, & fuit: vt Deus talem visionem sui facialem communicaret, quia ex hoc ostenditur, quāta est gloria futura. Confirmatur etiam spes fidelium de gloria obtinenda, ac error reprimetur dicentium, Deum in futuro in persona sua nunquàm posse videri: quia si in pra senti, multò fortius in futuro. Ad consolationem etiā fidelium est inter tormenta existentium, vt dicit Glossa super illud, qđ Stephanus vidit gloriā Dei; vt sciatur quis verè est animam glorificans & beatificans. His igit̄ succinctè, & breuiter apparet, quod de facto Deus ex sua gratia singulari, & bonitate se quibusdā animabus manifestauit in corporibus cōstitutis: quare si de facto est, multò fortius, & de possibili, vt primus punctus dicit. Ad quorum omnium confirmationem Christus hanc habuit ab instanti conceptionis, vt dicit Greg. Et recitat Magister in tertio. Quibus præmissis, quia Deo est possibile, & de facto fecit, scilicet, sui notitiam tradere facialem; videndum est nunc tertiò, an Beatę Mariæ suę matri verbum Dei sui visionem communicauerit; & licet scriptura hoc expresse non ponat, aut doctor asserat aliquis, quem viderim: quare de hoc nihil temerè est asserendum; tamen hoc quibusdam congruentijs, iuxta dicta fructu septimo: & hic posita est persuadendum. Hic fructus licet dicat, quod Christus secundum humanitatem assumptam crescere t continuè in vtero Virginis quoad corpus, & per consequens Virginis vterus intumesceret, principaliter ostēdere intendit, quid verbum in ipsa humanatū in eius animā ageret, ipso specialiter tempore, quo in eius vtero clausum stetit. Quod enim sit ponendum, quod Beata Maria Deum viderit, potest ostendi per locum à minori, quia ea minoribus sanctis est concessa, igitur, & sibi. Etsi dicat̄, Deus diuersitate gratias indidit sanctis, & quod datur vni, alteri non tribuit. Insuper multi fuerunt excellentiores in gratia, & meritis illis, quibus Deus sui visionem concessit: & tamen licet fuerint sanctiores, eis tamen talis visio non est communicata: quare præfata regula in proposito non videtur concludere, quod si alijs sit concessum, quod, & Virgini. Istud nihil est, ratio, quia si vni sancto gratiæ aliorum concessæ, & datæ essent, propositum sequitur optimè. Nūc verò gratiæ alijs datæ omnes Mariæ infusæ sunt, & perfectius secundū Beatum Hieronymum frequenter allegatum. Cæteris per partes. Quare sequitur propositum: iuxta traditionem Damasceni libro 4. sententiarum suarum. Parentes Virginis à Deo Mariā obtinuerunt, sicut mater Sa-

Act. 7.

Act. 13.

ter Samuelis eum à Deo habuit, assignans causam, vt in hoc nullus iustorum vincatur, igitur, & in proposito hoc donum, vt à nullo superetur iustorum, habuit. Dictum est Saluatoris: Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Sed quæ creatura magis munda Maria? Habitum est enim in quarto dicto, quod necesse est separari à virtutibus sensitiuis, & imaginatiuis. Sed quę magis disposita, vt Maria, quę nihil ad hoc impediens in se habuit? Priuilegia gratiarum maiora concessa sunt Mariæ; cur non & istud? Dans principale, dat, & accessorium: cur non dãdo se Virgini, scilicet naturæ, ex ipsa assumptæ essentialiter, & formaliter? cur non, & inesse vitali, & in mutatiuo? Præsertim cum in Maria esset summa dispositio omnium, quæ ad huius intellectualem immutationem exiguntur. Moysi, quia inuenit gratiam in conspectu Dei, omne bonum sibi ostendit. Maria inuenit præ cunctis gratiam in conspectu Domini. Bernardus in epistola ad Lugdunenses dicit. Quod paucis mortalium collatum esse contingit; fas non est Virgini esse negatum: sed paucissimis est hæc visio cõmunicata, igitur non est Virgini deneganda. Maius est omnibus paribus esse matrem Dei, cum omnibus concurrentibus, quàm sibi talem visionem esse communicatam; quare iuxta regulam secundam septimo fructu, post quintam, septimã, octauam, & vndecimam est sibi concessa, & collata hæc gratia, vt Deum facialiter videret, & cerneret in hac vita præsenti constituta, nulla impossibilitas Deo, aut contradictio sequitur ex hoc: & istã visionem decuit Deum ad suam gloriam ostendendam: quare & Mariæ iuxta regulam Anselmi septimo fructu positam, & est vndecima. Talis Dei manifestatio est approbatio dilectionis, dicente Christo: Si quis diligit me diligetur à patre meo; & sequitur: Manifestabo ei memeti ipsum. Sed q̃ Deus plus dilexit, Mariã? Ioannes in prima clamat Canonica: Videbimus eum sicuti est. Rationem assignat, quia similes ei erimus: sed cum nulla pura creatura fuerit magis similis Deo Maria: eo modo quo creatura similari potest Deo, ergo visio transiens, quod Virgini sit cõmunicata, non est dubitandum. Omnia, quæ concurrere habent iuxta dicta prius in hac visione ex parte uiatoris plenissimè fuerunt in Maria; & Deus est liberalissimus: si concessit, quod est totum sibi, scilicet, se, dedit proculdubio, & hoc munus. Dignificanda est B. Maria quantum plus possumus; quia ut dicit Ecclesia, est omni laude dignissima: Et Hieronymus in sermone Assumptionis: sed hoc est ad sui dignitatẽ, & excellentiam: unde est ei tribuendum. Quo autem tempore magis apto, quàm in filij Dei in ipsa incarnatione, & in eius utero tanto tẽpore mansione? Cum tunc esset rex in accubitu suo: & in sole per irradiationem factam in Virginis anima suum tabernaculũ Dei filius collocasset: & quia Virgo secundum sanctos prius conceperat Christum mẽte, & demum uẽtre. Sic reuereri erat decens, ut sicut caro Virginis à

Exo. 33. Nu. 12. Luc. 1.

Ioan. cap. 3.

Christi carne non separabatur in uentre, saltem quoad nutrimentum, sic nec eius anima à Christi anima diuideretur: Et quemadmodum illa beata anima Christi inseparabiliter aspectu,& contuitu deitatis fruebatur, sic anima sanctissima Virginis, etsi non semper uisione illa Dei, saltem aliquando ipsa gauderet,& lętaretur. Quare in uentre manens, (etsi ante fortè habuerit, & post Virgo hāc uisionem) Decuit ipsum uerbum eā tali conspectu lætificare: cum filius honorare his, & alijs matrem, prout potest. Maria Magdalena affectu sinceriſsimo ad Christum meruit amoris susćitamentum uidere. Quanto magis Maria illā faciem beatificam dum sibi in corpore,& uentre esset unitus. Non.n. in uentre Marię stetit Dominus uno mense, sed pluribus. Quare huius uisionem Deus pluries sibi potuit ostendere, prout sua sapientia,& clementia iudicauerit. Quo sequitur, quod si Christus stans, per tàm modicum in cruce eidem tantā uirtutem, & efficaciā reliquit, quid in uiuo corpore, scilicet,& anima Mariæ per nouem menses continuè stās, & permanens effecit? Contactu fimbriæ uestimenti Christi mulier sanata est corpore,& mente. Quid contactu illius mundissimæ carnis Christi, quàm tanto tempore tetigit intra uterum,& post? Quid referam, nescio. Mira tamen effecisse affirmo. Sed aliqua summatim tāgendo, uidetur mihi, quod primo ipsam suam genitricem consolatus est, & lætificauit. Si sanctus Simeon Iesum Marię filium in ulnis capiendo consolationem recepit, ut diceret, se dimitti in pace, quid consolationis habebat Maria tanto tempore gestando ipsum in utero, & demum gremio,& brachiis contrectando? Magdalena audiendo uerba Saluatoris mira replebatur dulcedine: quid Maria dicens illud: Audiam, quid loquatur in me Dñs Deus meus, quoniam loquetur pacem in plebem suā. Zachæus recepto infra domum salutē obtinuit, et Dei amore inebriatus dimidium bonorum dat pauperibus: quid in Maria tanto tempore hospitatus? Petrus ex parte expertus de gloria Christi in monte Thabor clamat recreatus dulcedine Christi: Bonum est nos hic esse: quid Maria deitate uisa sui filii? Sancti Apostoli contumelias accipiebant libenter pro nomine Christi: similiter, & sancti martyres dulcedine amoris recreati filii Mariæ, quid ergo Maria? Nihil ergo poterat esse graue, aut triste Mariæ tāta dulcedine Dñi recreatæ. Secundò subleuauit à sensibilibus,& imaginitiuis,& abstraxit, legē dare, & alloqui uolens Deus Moysen, seq; ei in subiecta natura manifestare decernens, iubet eū montem ascendere solum, tumultuantē turbā, i. oēs effectus ad montis radices dimittendo sanctisq; Prophetis, quibusdā in sōnis à strepitu sensibiliū remotis, sua secreta manifestat, Paulumq; prosternit ad terrā,& obcæcat, ut auersis oculis à creatis ad tertiū rapiat cœlum. Et nonnisi in caligine se referat in mōte Sina. Quid igitur in ista excellentissima cōicatione est factū in Virgine? Certè, à cūctis remota terrenis,

Luc.

Psal.

Luc. 19.

Act 9.

Exo. 24.

renis, vt quartum dictum edocet, & supra seipsam rapta, & eleuata ad Deum contemplandum peruenit. Nisi. n. transcendat omnia mens ad contuendum illum, qui est super omnia, non peruenit, vt docet, Augustinus, & Origenes super Ioannem. Quare ex quo virgo ad apicem huius visionis ascendit sub se, imò & se, & omnia creata per abstractionē ab omnibus, reliquit. Simplex, & purus est ipse, nec suo vult amori immiscere terrenum, quare nec visioni. Tertiò vniuit, & copulauit. Quem admodum visio corporalis non fit, nisi præsentia præsentetur obiecto, & è conuerso, eidem copuletur, & vniatur. Sic reuera anima si Deum in sua pulchritudine debet conspicere, necesse est eam vniri, & coniungi eidem. Et si non realiter, saltem intentionaliter. Distantia. n. visionem impedit, et supra potentia positum obiectum, idem tñ factum obiectum, & potentia non solum fit visio, sed ipsorum ad inuicem cōmunionem, durante perseuerat cognitio. Deus igitur, cum lucem habitet inaccessibilem. Dum se vult menti facialiter referare, attrahit eam, vt præmissum est, attractam vnit, vnitæq; quàm sit dulcis & pulcher declarat, & ostendit. Manifestationi suæ Christus dilectionem præmisit. Ostendens ad illam ineffabilem intellectā non peruenire, nisi Deo unitus fuerit, & copulatus. Suæ ergo matris sibi intellectualem oculū reddere uolēs, præsenté vt se videret, nō formaliter, aut realiter, sed intētionaliter, & vitaliter ipsam sibi coniunxit. Et si Deo adhærens unus spiritus cum Deo efficitur: multo magis in hac excellentissima communicatione visionis diuinæ. Abstraxit ergo mentem virginis ex præsenti, & subleuauit, qui maximus est motus, si tñ hanc vnionem vitalē habeat pro termino, quare, & copulauit. Quartò transformauit. Istud ex prælibatis sequitur, cū. n. dicat Ioannes in Canonica sua, vt dictum est, quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quo dictum sequitur, quod anima Deum videns in ipsum transformatur. Et quia qualiter fiat, fructu 61. plenè ostenditur, ad præsens omitto. Sed quo fiat, Christus ostendit. Si quis diligit me. Sequitur. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Matthæus. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Quare dilectione hoc fit, vt dicit Vgo Bernardus, & Augustinus. Sed quis magis dilectionis præceptum impleuit Maria? Certè nullus. Vt supra dictum est. Insuper si Dei bonitatis ostensio est intensiua dulcedinis in hac gratificata visione. Vbi B. Maria videbat tàm magnificam, & attendebat Dei bonitatē, & liberalitatem, in Deum fuit totaliter trāsformata. Si. n. de sanctis iuxta dictum Christi. Vbi est thesaurus tuus debet teneri ad transformationem mentalem in Deum peruenisse. Vt Paulus, qui ait. Scio, quod neq; mors, neq; vita, separabit nos à charitate Christi, & sic de alijs. A fortiori de beata, debet concedi Maria. Ad quod sequitur. Quod beatam virginem pro tunc. Quintò singulariter illuminauit. Deus n. cum

Hom. 1.

Ioan. 15

1. Cor. 3

cap. 3.

Ioan. 15 cap. 6.

Rom. 8.

sit speculum omnia repræsentans. Et voluntariè in se contenta ostendens, prout docet Augustinus, quantum ad primam partem in libro de Trinitate, & quantum ad secundam in Epistola ad Paulinam. Suæ essẽtiæ virgini communicando visionem, incerta, & occulta sapientię suę, eidem reuelauit: Dormiens Ioannes supra pectus Domini in Paradisum Paradisorum raptus, vt dicit Origenes, & Augustinus super Ioannem. Vidit Trinitatis arcana, fluentaq; Euangelij traxit, vt cantat Ecclesia. Quid Maria eleuata ad tàm arcanũ deitatis aspectum. In cuius utero requiescebat ille, in quo sunt omnes thesauri sapientię, & scientiæ reconditi. Si.n. in lumine Dei uidebimus lumẽ iuxta psalmũ. B. Maria illuminata fuit: vnde bene Maria illuminata interpretat̃, quia p̃ cũctis puris creaturis à Deo illuminata fuit. At ex claritate pcepta à Dauid sol uocatur ipsa, dicente. In sole posuit tabernaculũ suũ. Et à Ioanne in sup amicta sole dr̃. Si hac ex cã, vt dicit deuotus Bernardus in sermone. Signum magnum apparuit in cœlo. De ista irradiatione dicetur fructu 71. Igitur succinctè tango. Similiter, & fructu 26. Beatus Benedictus, vt dicit Gregorius in luce deitatis totum mundum sub uno solis radio sibi obiectam cõspexit, Mariam plura uidisse in deitatis claritate non est ambigendum. Nec mirum debet ratione utenti hoc uideri, si cõsideret̃, quod id, quod in se portabat, eidem obijciebatur. Portabat.n. in suo uentre per unionem ad carnem de se assumptam sapientiã Dei patris, lucem mundi, Verbum mentis æternæ, ueriratem, solem iustitiæ, splendorem patris, speculum sine macula, imaginem diuinæ maiestatis, lucis æternæ candorem, fontem, & originem uirtutum, & sciẽtiarum, ipsumq; in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Si.n. cuiuslibet horum est irradiare mentem, scilicet, sapientiæ, lucis, & sic, de quolibet dictorum per se: multo magis si simul concurrũt, ut fuit in Maria. Si bonus Iesus uerbum Dei in utero manens Mariæ sua præsentia Ioannem Baptistam in utero clausum, matris suæ, sanctificauit, illuminauit, ac Elisabeth prophetissam cõdidit, & fecit. Quid faciebat in Maria? quæ erat præfatis prior, sanctior, melior, gratia fœcundior, & omni perfectione sublimior, & in tanta contemplationis uertice sublimata, & excessu. Ad tertium Paulus uas electionis subuectus, arcana audiuit uerba indicibilia hominibus, Euãgeliumq; prædicauit, ut ipse testatur. Quid Dei mater Maria? Nulli dubium esse debet, quod tot mensibus Deus incarnatus permanendo in eius uentre tàm uisione diuina, quàm irradiatione præclara ab ipso illuminabatur de præteritis, de futuris irradiabatur, certificabatur de præsentibus, & de cœlestibns informabatur. Per effectum, & causam perciebat Maria filium suum esse sapientiam, splendorem, ueritatem, lucem, & sic de alijs animæ rationalis. Quod fieret non solum tali visione illuminationis, sed per illustrationem in anima uirginis, lumen quod in Virginis

Homil. 1

Coloss. 1.

Psal.

Apoc. 12

2. Co. 13

Gal. 1.

facie

facie refulgebat exterius, edocebat. Si enim in pueritia (teste Hieronymo) vix quis poterat in faciem eius inspice, quanto magis illo immenso lumine in eius vtero commorante? Ioseph. n. (vir eius teste Bernardo, & Hieronymo) in faciem eius respicere non valebat, illo in tempore, quo verbum in suo sacro vtero residebat. Splendida facta est Moysi facies ex consortio Domini. Multo magis, & B. Mariæ. Quare B. Maria tàm ex visione, quàm ex illustratione à Deo in eius vtero manè te illuminata fuit. Quantæ claritatis anima mariæ tunc erat? quantæ ipsa dignitatis? Quot, & quotiens mentalibus excessibus rapiebatur? Sed ad hoc sequutum sextò, quod Deus B. Virginis contuitum dilatauit, iuxta modum loquendi beati Gregorij, dicentis: Animæ videnti Deum angusta est omnis creatùra, quamlibet. n. de luce creatoris aspexerit breue fit ei omne, quod creatum est. Et subdit ad propositum reddendo causam de iam dicto, quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus. Nunquam expanditur in Deo, vt superior excitat in mundo. Fit ét ipsa videntis anima super seipsam. Cūq; in Dei lumine rapitur, super se in interioribus dilatatur, & ampliatur, & dum sub se conspicit exaltata, comprehendit, quàm breue sit quod comprehendere humilia ta non poterat. Et subdit, quō beatus benedictus vidit totum mundum dicens. Vir ergo, qui intueri globum igneum, angelo quoq; ad cœlos redeuntes videbat, hoc procul dubio cernere, nō nisi in Dei lumine poterat. Quid itaq; mirum ante veri Dei oculos collectus, si mundus fuit? Quod autem collectus ante eius oculos ostenditur, non cœlum, & terra contracta est, sed videntis animos dilatatus, qui in Deo raptus sine difficultate videre potuit omne, quod infra Deum est. Hęc Gregorius. Quo dicto patet, quod oculis beatæ Virginis intellectualis ex deitatis contuitu dilatatus fuit. Sed aduertendum, quod ista dilatatio non fuit, vt animæ capacitas dilataretur, quia capacitas est ipsamet anima. Anima in suo esse, stante, quod capacitas augeatur, est implicatio contradictionis, quia non esset eadem numero, quæ prius erat. Sed qūo debet intelligi ista dilatatio? Potest dici, quod cum anima sit apta ad intelligēdum quæcunq, citra Deum, quia si ad intelligendum Deum est facta, quia capax est Dei secundum Augustinum, multo magis ad intelligendum creata. Anima dilatari dicitur, cum plura extensiuè cognoscit. Cum ergo lumen diuinum aptum sit simul plura repręsentare intellectui, anima percipiendo talia dicitur dilatari, & secundum talis luminis præsentationem proportionaliter anima dicitur magis, & minus dilatari. Ita quod dilatatio non ex parte videntis intensiuè, sed visorum & extensiuè intelligitur. Qua dilatatione posita in Virgine, credo spiritum propheticum ipsam triplicem percepisse, quem habuisse fructu dicetur 26. & ipsa in Cantico ab ea ædito euidenter expressit. Ad quod sequitur, quod Deus ipsam B. Virginem. (Septimo) certificauit Si. n.

Exod. 34.

2. *Dial.* c. 25.

verior certitudo de rebus per cām hr̄, prout dicunt doctores, q̄ per effectum: videndo Deum oīum cām, cum plura viderit, de multis in hac visione certificata fuit; vtpote de mysterio incarnationis filij Dei: de sua ab æterno electione, gtatificatione, sanctificatione, confirmatione, & gloriæ preparatione. Et sicut dicit quidā doctor antiquus in suo tertio. Si Virgo ante cōsensum factū ab angelo dicens: Ecce ancilla Dñi, fuit interius à Deo sua inspiratione certificata de oībus figūris Christū, & eius vitā significantibus, dē oībus dictis prophetarū, de vita, passione, morte, & resurrectione, & sic de alijs ad Christū pertinētib. multò magis in hac sacra visione. Vñ ipsa de multis articulis nostræ fidei fuit certificata. Et si dicatur Maria de vita Christi fuit certificata, qūo ergo mirabatur, cū admirari ignorantiā prætendere in mirante videatur? Dr̄, q̄ mirari non semper ignorātiā supponit. Christus miratus est de fide Cēturionis, qui tñ oīa nouit. Sed mirari dr̄ aliq̄n modo admirātis se ostendere. Sic ī proposito de Christo, & Virgine: vel aliter pōt dici, q̄ Virgo mirabat, nō de his, q̄ dicebantur in se, sed q̄ à talibus diceretur, qūo videlicet Deus mysteriū incarnationis filij reuelauerat, s. pastoribus. Vel pōt dici iuxta modū loquendi Aug. de admiratione Christi, q̄ admirabat, i. ad ad mirādū nos inducere volebat. Plura possent dici, q̄ Virgo beata in visione deitatis obtinuit, de quib. paulò infra dicetur. Pōt etiā dici, q̄ ipsā (octauo) deificauit. Si. n. idē fuit trāformata, hoc sequit. Sequitur ēt ex dicto Vgonis. Scio aīa mea, q̄ dū aliū diligis, in eius similitudinē transformaris. Sed de hoc inferius, vbi aget de transformatione perfecta aīæ in Deū, & in præsenti, & in futuro. Pōt ēt dici (Nonò) q̄ ipsam, gaudio, iubilo, & lætitia repleuit. Nonne. n. gaudere debebat vidēdo regē gloriæ Deū in decore suo: cuius in conspectu posita Maria per talē vnionē, copulationē, sūbleuationē, & transformationē? O quales laudes mentaliter agebat suo creatori, ordinatori, sanctificatori, & omniū gratiarū, virtutū, & donorū mirifico largitori, qui ipsam indignissimā ad tantā celsitudinē gratię, prærogatiuę, dignitatis, s. maternitatis filij sui sūbleuauerat. Et q̄ genus humanū sua miseratione liberare parauerat: & ad gloriā, q̄ cernebat, in breui conspiciebat, q̄ assumi debebat. Ista, quia nequeunt calamo scribi, verbo, seu signo depromi, pēsenti citius mēte deuota, q̄ exprimant rōne inclyta. O quoties, huius excessus in suo vtero verbo stāte habuit; et quoties ad huius visionis eleuata est verticē. Credo, q̄ non semel tm̄, sed pluries; cū in conspectu Dei super oēs creaturas gratiā inuenit, & habuit. Ex præfatis igit̄, vnū mihi vr̄ esse tenendū, quod visio permanens, & māsiua non sit ponēda de facto fuisse in Virgine, qa hoc de Christo solū est tenendū, nec statui, in quo erat, congruebat, vt dicit quartū notādū suprapositū. Sed de visione trāsiunte, pōt credi faciliter, supradictis inspectis; quibus ex dictis pōt cō. aliudi, primò, q̄ ad huius visionē Dei facialē, nulli puris naturalib. frēto

patet

Mat. 11
Ioan. 13

patet aſcenſus, ex primo notando. Secundò, ꝙ nec ex cõi influxu gfæ, ex eadẽ, licet, diſponat. Tertiò, ꝙ põt ex ſpeciali Dei influxu, vt patuit ex ſecundo notãdo. Quartò, ꝙ viatori, vtenti ſenſibus, Dei potentiã põt viſio permanens, & trãſiens cõicari, patet ex ſecundo notando. Quintò apparet, ꝙ à fortiori ex Dei potentia põt talis viſio cõcedi viatori ſẽſibus non vtenti. Patet ibidẽ. Sextò, ꝙ conſiderata exigentia talis viſionis, & excellentia viatori primo modo cõicari non põt. Septimò, ꝙ ex quadã condeſcentia ſuam viſionem facialem Deus debuit cõicare viatori. Octauò ad q̃ ſpeciem raptus, poteſt quis peruenire ex naturalibus, & alijs, patet in tertio notando. Nonò, ꝙ plures ſanctorum ad hãc gratiã peruenerunt, vt Deũ viderint in præſenti, patet, ex præhabitis. Decimò, Dei immẽſa patet liberalitas; qui nõ ſolũ dedit realiter ſe nobis, ut patuit ſructu præcedẽti, ſed vitaliter, & immutatione B. Virgini, & aliis ſe facialiter reuelãdo. Facta eſt igitur B. Maria de verbo incarnato in eaſtãte veraciter paradiſus. In cuius medio poſitũ eſt lignũ vitæ, & homo, quẽ Deus ſexto die formauerat, arca fœderis Dñi, in qua poſitum eſt, cęlicum mãna, tabernaculum, & Dñi templum, thalamus ſponſi, reclinatorium aureum Salomonis, turris Dauid, et Ciuitas Dauid, cubiculum Aſſueri, cęnaculum Eliſęi, cella aromatum Ezechiæ, terra in cuius medio poſita eſt arbor, dans fructum vniuerſæ terræ, & in cuius medio ſtans Deus operatus eſt ſalutem noſtram. Scala cœli, cui ſtat innixus Deus. Mõs in quo beneplacitũ eſt Deo habitare ī eo. Et ſic de alijs ſacræ ſcripturæ figuris. Quæ, etſi plurimæ impletæ ſunt in verbi incarnatione, nonnullæ verificatæ ſunt Deo in ipſa ſtãte, ideſt, in eius vtero per incarnationem. Stabat ergo factor omnium Dei verbum in B. Mariæ Virginis vtero. Et iuxta propheticũ vaticinium operabatur ſalutẽ noſtram in medio terræ, ideſt, Virginis Mariæ, quæ fuit terra ab omnibus benedicta, & ſpecialiter, cui benedixit Dñs. Quid agebat tunc? certè, quæ agebat, & nunc. Mundum gubernabat, ſouebat, regebat, & cũcta diſponebat, ſed ſpecialiter nobis exempla ingerebat. Charitatis, qua ibidem detinebatur. Humilitatis, vt in tàm paruo loco, & modo tali deitas habitare dignaret. Mãſuetudinis. Non murmurabat, aut reclamabat ad patrem, quod eum ſic coarctaſſet in loco paciẽtiæ. Suſtinendo, vt homo incommoda plura legis diuinę obſeruationis. Præcepta totius Trinitatis, & voluntatem, vt ſeruat, ſic ſtabat. Pietatis, & compaſſionis ad nos, quia pro noſtra ſalute, hoc ſuſtinebat. Multarumq; aliarũ virtutum modum oſtendebat, & formã. Sed in anima B. Marię, in cuius gremio recũbebat, mira operabatur. Lignum vitę poſitum in medio paradiſi. Vitam ſecundum Magiſtrum, & ſm ſcripturam. Viuere præſtaſſet ſumentibus æternũ. Quid ſiguratũ, & verum lignum vitæ miniſtrabat vitale beatę matri? Alloquebatur Deus Moyſes, ſtans in medio rubi, et ſtans in medio caliginis. Quid in Maria rubus ardẽs caritate: &

Gen. 2.
3. Reg. 6.
Pſal.
Cant.
Cant.
1. Reg.
Eſther.
4. Reg.
4. Reg.
Pſal. &
Dan. 4.
Gen. 28.
Pſal.
Gen 2.
Gen 3.
Exod. 3.
Exod. 24.

caligo

caligo, quo Deus extitit perumbratus. Formidinem stans Deus in medio populi. A populo accepit, & terrorem Iosue in medio vallis stans de nocte. Iosue ergo victoriã. Quid Deus in medio Mariæ? Non dubiũ, quod eam, & fortificabat, & victricẽ contra oẽs aduersarios ordinabat.

Deu. 20. *Ios.* *Psal. 21.* *Psal 29.* *Psal.* *Psal. 47.* *Isa. 5.* *Isa. 12.* *Isai. 29.* *Ose. 11.* *Soph. 3.* *Luc. 3.*

Cor eius, vt cera liqscebat in medio eius. Lex eius erat in medio eius. Quare non commouebatur mens eius. In eius templo misericordia Dei suscipiebatur. Turris ædificabatur in medio ad contemplandum diuina. Magnus, imò maximus propter ea, quæ faciebat ostendebatur. Sanctus Israel in medio eius. Fiebat altare domini in medio eius, scilicet, quo reconciliabatur Deus, & peccator orans exaudiretur. Nec mirum si supradicta fiebant in Virgine. Ratio, quia Deus, & non homo, scilicet, simplex in medio eius. Rex Israel Dominus in medio eius. Et Dominus Deus fortis. Stans Iesus in medio doctorum interrogabat, & audiebat illos, et respondebat. Proculdubio hoc faciebat in ventre matris cui respondebat ad placitum, audiebat libenter, & sapienter interrogabat. Sed humilis Maria, cũ Domini esset ancilla, & per omnia ei tradita, & subiecta respondebat, & famulabatur, & suis monitis parebat ad nutum. Hæc quæ Iesus in vtero situs matris, fecit, quia sunt potius speculatione miranda, quàm calamo scribenda circa suam matrem iam dicta sufficiant, pro huius fructus aliquali expositione.

Quibus inspectis apparet non solum, quid hic fructus exprimere intendit. Sed quæ pro talis fructus expositione sunt in principio huius fructus breuiter annotata, scilicet, Virum totum, & perfectum.

Fructus XVIII.

FRVCTVS OCTAVVS.

Maria vir miratur.

EXPOSITIO BREVIS.

IOSEPH superni ignarus consilij dum mira cernit in Virginis ventre, & facie, dimitere eam pensat occulte. Sed superno edoctus miraculo non solum Mariæ virginitatem, quin & Saluatoris agnoscit conceptum Dei prodigio operatum.

EXPOSITIO MAIOR

NOTITIA summi Dei, quantum ad eius esse, iuxta Damascenum 1. Sentent. cap. 1. omnibus est inserta: incõprehensibiles verò sunt iuxta Apostoli dictum, diuitiarũ, & sapientiæ, ac operum eius viæ, nec valet noster mẽtalis

obtutus

obtutus naturalibus fretus ad ea pertingere, nisi ab eo, qui omnia certo suo fuerit lumine interius illustratus. Cum igitur nihil maius Deus effecerit vnquã assumptione humanæ naturæ à verbo, vbi infinita potentia, sapientia, clementia, & benignitas habuerunt cõcurrere. Hinc est, quod ad notitiam huius ineffabilis mysterij homo nullus potuisset accedere, nisi hoc obtinuisset à Deo, qui reuelat abscondita, & ponit ad lucem in tenebris constituta. Hoc ergo mysterium tàm magnũ, arduum, altum, & profundum, tanque absconditum, quod nemo principum huius sæculi cognouit: & si B. Virgini Mariæ plenissimè extiterit reuelatum, nõ tamen alis, vtpote eius viro. Et quia decebat socium Virginis assiduum eius, scilicet, virum, nutricium, & patrem putatiuũ verbi, s. Ioseph ab huius sacram enti scientia nullatenus abduci, qualiter, & quomodo, & quando ipse sponsus Mariæ, quæ verbum gestabat in vtero, ad huius notitiam, & agnitioné peruenit, & quo, præsens hic fructus enarrat. Verùm, quia non nulla in præsenti difficultatẽ pariũt: ipsa sunt primo videnda. Quibus succinctè visis, ad huius fructus expositionem aliqualem pro consolatione legentium est accedendum. Primum difficultatem ingerens est: An decuerit B. Virginem Mariã mysterium incarnationis Ioseph suo sponso referare. Vel potius fuerit cõgruum virtute sibi patefieri ex alto. Respondetur, quod Virgo suo spõso reuelare non debuit incarnationis mysterium propter plura. Primò, quia iuxta dictum Raphaelis Tobiæ: Sacramentum regis abscondere bonum est. Quare Virgo sacramentum agnoscẽs, id potius ocultauit, quàm publicauerit. Secundò, quia ineffabile est sacramentum Dei incarnationis iuxta Isaiam. Generationem eius quis enarrabit? Quare potius lumine, & affatu superno erat referandum, quàm humano. Tertiò, quia, etsi Virgo innocens esset, & sancta, si præfata referasset, cum sciret Ioseph dictum à patre suo. Omnis homo mendax, de verbis ab homine dictis, scilicet, vxore hęsitare potuisset, non sic de dictis ab angelo. Quartò, si Ioseph de Virginis pudicitia dubitasset, & eidẽ super hoc sanctificare voluisset Virgo, plus ei suspicionis iuxta cõditionis humanæ modum, misericordiam subrogasset, cum suspecti, quantò magis se excusant, & palliant, tantò magis mendaci, fraudolenti, & callidi in suo scelere iudicentur. Quintò, quia Virgo prudentissima erat, et non verbo simplici, sed signis, & prodigijs hoc sacramentum, tàm incredibile sciebat esse referandum: quare ipsum tacuit. Deinde cum voluntas sibi plenè, Deo esset conformis, & de agendis continuè informaretur à verbo, non dubium est ei esse, à Deo reuelatum non referare debere. Quare his ex causis non via humana homine alio à Virgine, seu Virgine, sed angelico monitu, sacramentum istud, & mysterium incarnationis Ioseph, & alijs referari debuit. Secundum faciens difficultatem est; quia textus euangelicus Matthęi videtur innuere, quod Ioseph ex vehe-

cap. 12.

menti

menti suspitione de impregnatione habita Virginis ne de adulterio concepisset voluerit eam occultè dimittere. Quare potest quæri. An Ioseph debuerit,& ex aliquo prospecto credere potuerit, quod ex adulterio concepisset. Respondetur,quod doctores in hoc loco ad inuicem dissentiunt. Augustinus,& Chrysostomus volũt, quod hoc crediderit, & Hieronymus,& sunt moti Augustinus,& Hieronymus ad hoc: Primò ex ratione naturali,quia sm cursum naturæ hoc habuit necessario credere. Secundò ex verbis scripturæ,quæ dicit,quod Ioseph cum esset iustus,voluit occultè dimittere eam. Constat.n.quod si credidisset eam de Spiritu sancto concepisse,non esset iustus eam sine obsequio confo latiuo dimittendo. Tertiò ex verba angeli dicentis: Noli timere accipere. Ad tollendum hunc timorem reuelat ei angelus, quod de Spiritu sancto concepit, quod nihil esset, si prius hoc credens ex hoc vellet eã dimittere. Origenes verò,& Bernardus,& quidam alij volũt, quod crediderit de Spiritu sancto concepisse,ita quod non de adulterio. Ad hoc possunt esse aliqua inductiua. Primum est, quod cum Verbum Dei sit veritas per essentiam, quomodo ingessisset tam falsam opinionem de sua incarnatione menti Ioseph? Secundum, quod si Dominus iuxta dictum Ambrosij maluit de suo ortu dubitari, quam de matris pudore. Quõ voluisset, vt crederet Ioseph ipsum Matrem de adulterio concepisse. Tertium est Virginis sanctitas,& honestas,quam.n.tanto miraculo in sponsam acceperat,& nulli hominum aspectibus patentem viderat aliqñ, quomodo sic sinistrè impregnatam crediderit? Quartum cũ teste Hieronymo, vix aliquis præ splendore in faciem Virginis intendere poterat. Et dicente Hilario, & Bernardo super Missus est. Ioseph nunquam in eius faciem intendere valuit post verbi incarnationem in ipsa. Quomodo ergo talem,& tantam poterat adulteram reputare? Demum Maria ad nihil inclinabatur, aut inclinari poterat ex plena sanctificatione percepta,quod signum alicuius esset indecentię,& inhonestatis. Imò ad totum oppositum,quare hoc Ioseph ex nullo actu ex parte virginis potuit deprehendere. Erat insuper rectus, & iustus, & Deo acceptus,& gratia vallatus,quare his omnibus pensatis,quod Virgo ex adulterio concepisset,non potuit credere,aut fuisset totus carnalis,imprudens & fatuus. Sed quare vult eam dimittere? Respondit Origenes, & Bernardus,quod ex multa reuerentia, & suæ dignitatis æstimatione volebat fugere, & dimittere,sicut,& Petrus,qñ dixit Iesu: Exi à me Domine,quia homo peccator ego sum. Et Centurio,qñ ait: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Ioseph cum esset iustus timoratus,& sanctus se indignum Mariæ consortio reputans, voluit dimittere eam,& ad hoc facit,quia occultè hoc agere volebat,quod erat suę dignitatis signum. Si.n. ex adulterio impregnatam credidisset. Non occultè,sed palam dimittere eam debebat velle. Aliter non fuisset,iustus,

Luc. 5. Matt. 8.

sed

sed peccator. Hoc idem insinuat. Matthæus dicens: Quod inuenta est in vtero habens de spiritu sancto, antequam conuenirent. Quare propositum. Si quis istam opinionem vellet tenere, quæ mihi magis pia, & verior supradictis inspectis apparet, ad motiua illa tria potest dici. Ad primum, quod verum est, quod in homine carnali, & vxore sic debet æstimari: in viro autem sancto, & vxore sancta hoc æstimare esset impium, & iniustum, cum ad bonum credendum de proximo, vt de se ratione mandati dilectionis, vbi experientia, & signa oppositum non videret, quod non fuit in proposito, teneretur. Insuper sicut circumstãtia aliquando, quod reputaretur de communi cursu siniſtrum æstimatur ad bonum, sicut patet de actitatis aliquando à sanctis viris. Sic Ioseph omnibus, quæ concurrebant in Maria, & splendore faciei ponderatis non solum hoc, imò oppositum dubitare inducebatur. Ad 5m patet, qua ex causa voluit dimittere, nec valet, quia iustus sine obsequio consolatiuo non debuit dimittere eam. Quia sua indignitate, & humilitate pensata, velle hoc debebat, licet ratione sui ad sui obsequium paratus esset si dignus haberetur. Ad tertium, quod Ioseph non fuit pp timorem talem ab angelo edoctus, de Christi conceptu, sed propter timorẽ iam dictum, & reuerentiam, vt agnosceret se deputatum ad seruitium illius virginis, quæ de Spiritu sancto, & non via humana conceperat. Et vt ex hoc ad seruiendum constantiam acciperet, & cum reuerentia fidelius deseruiret. Sunt non nulli alij doctores, qui dicunt Ioseph ex vtraq; parte concussum, quia ex vna parte argumentis pro prima opinione positis, præcipuè primo mouebatur. Ex alia sanctitate cõspecta Mariæ concitatur. Stabat ergo totus attonitus ad neutram partẽ nesciens determinare per se, & ex se, donec per angelum fuit super hoc declaratus, & determinatus. De supradictis teneatur, quod placet. Verior apparet mihi opinio secunda, quàm prima. Tertium, qnod in proposito dubium generat, est cur Ioseph permissus est in hoc dubium, & perplexitatem incidere Istud dubium mouetur ratione primæ opinionis in præcedenti secundo tactæ. Si. n. secunda opinio teneatur, apparet, quod non habuit dubium, aut perplexitatem, sed reuerentiam, timorem reuerentiæ, & admirationem, vt dicit fructus iste, quod Maria, idest, propter Mariam vir miratur, scilicet Ioseph. Nonne mirari debebat de Virgine grauidata, non via humana, sed diuina? De tanto lumine, quod in facie rẽfulgebat Mariæ? De tanto eleuationis Mariæ mentalis à terrenis excessu? Stabat enim tota ad diuina præ solito suspensa, de diuinatum prophetiarum iam dictarum impletione, admiratione omnimoda, circumdatus, infirmitatem suam agnoscens, & Mariæ sanctitate reuerentiali timore commotus, obsequij eidem indignum se putans. Occultè voluit dimittere eam Non palàm, ne quod ipse virtute agebat, factum esse ab alijs ex vitio crederetur Mariæ.

Non

Non ergo dimissus est dubitare de impregnata, sed insulus est sibi timor, vt non se putaret dignum tantæ virgini deseruire, quæ Spiritu sancto operante fuerat grauidata. Iuxta primam opinionem in præcedenti prætactam siquis vellet dicere, posset ad istud tertium respondere. Quod Ioseph incidere in hanc dubitationem est permissus pluribus ex causis. Prima ad credulitatem tanti operis firmius credendam, & tenendam, dum.n auditur, quod vir Mariæ, vt discretus, & iustus omnia diligenter videns, & considerans dubitauit. Et postmodum sic firmiter credidit, quod ipsam, vt coniugem tenuit, & Christum, vt filium. Indagatio n. seu certificatio post hæsitationem solidior habetur, iuxta illud Gregorij dicentis de Thoma. Mihi minus Maria Magdalena præstitit, quæ statim credidit, quàm Thomas, qui diu dubitauit. Secunda, vt probitas ipsius experiretur Ioseph, & referaretur. Licet.n. esset iustus, virtus tñ est ostensa maturitatis eiusdem. Dum nec murmurauerit de coniuge, aut reuelare non solum voluit de facto, sed vt patet ex Euãgelio, corde proposuit. Non excandescendo in iram contra pregnantem vxorem, nec propalando suæ maturitatis signum monstrauit. Tertia, vt in fide magis confirmaretur. Quanto.n. plus de aliquo dubitatur aliquãdo, tanto amplius ad inquisitionem dubitati intellectus humanus acuitur. Hac veritate de tali prospecta, homo de quæsito certioratur. Sic Ioseph intra pectoris arcana, dum pensat attentè in virgine actitata, declaratus diuinitus tàm de Maria, quàm filio, irrefragabilem suscipit in corde veritatem, & fidem. Quarta, vt Ioseph gratiam à Deo factam cognosceret, & reuerentius, ac gratantius acceptaret. Constat.n. quod ipse Ioseph summa gratia erat effici sponsum Mariæ. Et quodãmodo patrem Christi, ac familiarissimè conuersari cũ ipsis. Quare post inchoationem huius doni debuit per tentationem probari, vt probato prefata gratiora existerent. Quinta est. Ad B. Mariæ ostendẽda mirifica. Vir.n. eius de ea cogitare, & dubitare est dimissus, cuius cogitatio angelico dum amouetur eloquio, sanctitas Maria declaratur. Iesus Spiritu sancto conceptus exprimitur, & ipse Ioseph pudoris Mariæ irrefragabilis testis efficitur, nomen imponendum Christo eidem indicitur, virtus insuper Iesu, & conditio gratificè aperitur. His ex causis præ alijs dimissus est Ioseph dubitare de coniuge fm doctores, ipsum dubitare veraciter autumantes. Quartum in præsenti promouens dubium est dictum Euangelij, vbi dicitur, q; Ioseph cũ esset iustus, & nollet eã trãducere: fm.n. opinionẽ aliquorũ Ioseph verè dubitasse de Virginis impregnatione, sed cũ iustus iustitiam appetere debeat, & traducere dicatur fm eos de publicatione, videtur, quod non iustus, sed iniustus fuerit eã non traducendo. Respondetur, quod iustus tunc debet velle, quod iustitia fiat, & ad publicum factum deducatur, cum sibi pro certo de re cõstiterit, Ioseph verò quia dubitabat, via ergo, quàm eligere disponebat

turior

tutior erat. Quia ad ostendendum se iustum, videbatur pro tũc suffice re, non consentire iniquitati, custodire coinquinationis, & infamiæ, non facere contra iustitiam, aut contra matrimonij legalitatem. Quæ omnia sic, vt cogitauerat, proficiendo videbatur implesse. Secundum verò alium dicendi modum. Ioseph, vt verè iustus, & se indignum seruire reputans Mariæ, nolebat eam traducere, ideſt, vlterius cum ea habitare. Quare ex causis superius dictis cogitabat eam occultè dimittere. Quintum dubium pro proposito est. Quo tempore Maria pregnans à Ioseph est inuenta An ante accessum ad Elisabeth, vel in cohabitatione cum Elisabeh, vel post reuersionem ab Elisabeth. Respondetur, quod virgo non ante accessum, ratio, quia creditur, quod statim post annunciationem ad Elisabeth ipsa B. Virgo accesserit. Quia dicit Lucas, quod Maria exurgens cum festinatione, abijt in montana. Quare vel stante cum Elisabeth, præsuppositio, quod Ioseph in montana cum ea perrexerit inuenta est in vtero habens, vel post reuersionem. Cum Elisabeth. n. stetit tribus mensibus, vt hꝛ. Luc. 1. Aliter posset dici, q̃ Ioseph potuit Virginem pregnantem deprehendere in ipso ab Elisabeth reditu. Et quia sic deprehendit antequàm conuenirent, ideſt, simul venirent Nazareth, præsuppositio, quod ambo ab Elisabeth venirent, inuenta est in vtero habens de Spiritusancto. Quia satis credibile est, qd̃ in ipso itinere sic deprehendit, quod cogitabat occultè in ipso itinere eam dimittere, & facilius fuisset, quàm traductam domum post talem reuersionem. Et tunc reuelatione angelica monitus Ioseph ab angelo, vt dicit Euangelista Matthæus. Inuenta est ab ipso Ioseph tali allocutione in somnis habens de Spiritu sancto. Et sic ponendo concordia textus satis apertè habetur iuxta literam ipsius. Sed hoc posito, scilicet, quod Ioseph sic agnouerit post reuersionem eiusdem ab Elisabeth Mariam pregnantem, videtur quod hic fructus, post tres subsequentes debet ordinari, quia sic fuit in tempore. Ratio, quod hunc fructum post præmissum statim posui, vt circa Virginem actitata à Deo consequenter ponerentur. Hunc modum tenet Euangelista Lucas dum ante Christi natiuitatem ponit Ioannis in deserto mansionem, vt patet. Ea. n. quæ in sequentibus ponũtur, actitata fuere per virginem, & si cũ filio. Sextum dubium, quod occurrit pro præsenti fructu declarãdum. De modo quo vel certificatus fuit de conceptu virginis. Vel sequendo opinionem Origenis, & Bernardi, quod ne Mariam, & si se indignum putaret, dimitteret, fuit certificatus. Sed modum ponit Euãgelista Matthæus, quia in somnis. Sed per quem? Certè, dicit, per angelum. Dubiũ tñ potest esse, cur reuelationes & visiones factæ Ioseph, vt plurimum fuerunt in somnis, sicut ista. Et de fuga pueri ad Ægyptum, & reditu, vt patet. Et nulla facta est in vigilia. Respondit Chrysostomus super Matthæum, quod Ioseph, quia vir erat fidelis, & Deo in cunctis parẽs

Luc. 1.

Matt. 2. Hom. 4.

mandatis,

mandatis, non indigebat visione aperta. Rabanus aliam assignat cau-
Gen. 27. sam, quod decuit, vt eo modo appareret Ioseph, quo apparuit & Ia-
cob, vt mysterium cœlestis scalæ cui stabat Deus innixus, actu comple
tum cerneret ipse Ioseph in B. Maria. Alia potest esse ratio. Angelus
idcircò ei apparuit in somnis, ne suus aspectus timorem incuteret ei-
dem. Insuper, quia sensibus clausis homo recipiendum reuelationes me
lius disponitur, quare potius dormienti apparuit, quàm vigilanti. Sed
aduerte, quod per angelum fuit certificatus, vt scilicet Ioseph spem,
quam habebat in Virgine, nõ perderet. Magnum malum extitisset, si
eam ad horã omisisset. Ex tali. n. dimissione fuisset virginis fama deni-
grata, & per consequens filij eius. Hoc angelico factum est monitu,
vt quia in gratia confirmatus veritatem dicendo sibi per Ioseph plena
riè fides adhiberetur. Sed ne Ioseph angelo alia sibi in somnis dicenti
credere debuit? Respõdetur, quod præsuppositio, quod aliud sit in som
nijs videre, & aliud in somnis. Quia, primum, & si fit intrinsecum, &
visionis intrinsecum dicat circumstantiam cum aliquo ligamento, &
Nu. 12. nubilo mentis visionem videntis offuscat. Ad cuius oppositum dicitur
de Moyse, quod videbat palam, & non per ænigmata, aut per somniũ.
Secundum verò scilicet somnus, vel soporatio sensuum talem non di-
cit circumstantiam visionis, quia ipso existente potest menti limpida il
luminatione immitti, & mens sic virtualiter, & intellectualiter excita-
ri, quod erit in libero vsu propriæ rationis, saltem quantum ad ea, quę
spectant ad visionem illam. Ad propositum Euangelista Matthæus di-
cit, quod angelus apparuit in somnis, non in somnijs. Quapropter, si
ad firmum quis assensum respectu alicuius in vigilia potest homo indu
ci, multò fortius per angelum in tali somno, quo mens non obnubila-
tur, & sensus qui possunt, esse impeditiui soporantur. Quare menti lo-
quendo angelus de eo, quod informare eam intendit, euidẽtem potest
causare assensum speciem causando, & actum cum lumine, & signis,
seu nutibus ad hoc requisitis, prout ex fructu sextodecimo est declara
tum: quare certitudinaliter Ioseph ab angelo informatus credidit in-
fallibiliter Virginem de spiritu concepisse. His ergo visis ad exposito-
nem Euangelij, in quo integraliter præsens continetur fructus est acce
Matt. 1. dendum. Dicit ergo Matthæus. Cum esset desponsata Maria Mater Iesu
Ioseph. Desponsata quibus dx causis Maria fuerit, dictum est supra.
Addit Euangelista, antequam conuenirent, scilicet redeundo ab Elisa
beth. Antequàm conuenirent, ideſt, simul ad domum venirent, scilicet,
ī Nazareth. Inuenta est. Quæ? Maria. Et à quo? Certè à Ioseph. Sed qũo
est inuenta? Habens in vtero, dicitur, de Spiritu sancto. Dictum est, per
anticipationem. Sicut Genesis primo ponitur homo factus, et modus
postea ostenditur in secundo capitulo. Sic hic Euangelista sumatim po
nit, & conclusionaliter, quod Maria inuenta est de Spiritu sancto in

vtero,

vtero, scilicet, concepisse, sed quomodo. Explicat dicens. Ioseph cum esset iustus. Præsupposito quod Ioseph ad Elisabeth perrexit, & quod in reuertendo Mariam pregnantem inuenit, si tenere voluerimus ipsum dubitasse de virginitate Mariæ, debet exponi, quod ipsis reuertentibus, & nondum peruentis ad domum, Ioseph videns Mariam pregnãtem, cum esset iustus, & nollet eam traducere, ideſt, ad publicum ducere eam, scilicet, in cusando, quia nondum plenè sibi innotuerat de causa, ideo, vt iustus noluit eam notare de infamia propalando. Vel nollet eam traducere, ideſt ad domum in Naazareth ducere cũm ea, scilicet, conueniendo, quia iustus, & nulla est conuentio iustitię ad iniquitatẽ; voluit occultè dimittere eam, scilicet, eam in tali itinere, positam deserendo. Quo ostenditur Ioseph maturitas, quia non causa noluit eam propalare: sinceritas, quia iustus cum peccatrice conuersari nolebat: prudentia, quia volebat occultè dimittere, ne infamaretur receſſu patenti eius ab ea virgo Maria. Quo datur documẽtum, quod incerta pro certis asserere non licet: & ad bonum proximi potius, quàm ad malũ est attendendum, atque ad eius famã conseruandam præ omnibus intendendum: ac cum ijs, de quibus nostra conscientia dictat fore relinquenda non conuersari. Verum quia iustus vir confidit in Domino, & Deus sit fiducia eius, ipse Dominus, qui supponit manum suam, ne iustus in peccatum corruat, ne Ioseph caderet à deuotione Virginis, & peccaret, tali opinione non vera, quid egit ipse Deus? Subdit Matthæus dicens. Hæc autem eo cogitante: sic cogitabat non dormiebat, & è contrario, quid ergo? dormiebat, & vigilabat. Et quia id, quod statim euenit post aliud in scriptura quandoque ponitur pro simul facto. iuxta illud: Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Et tamen oppositum habetur Geneſi primo, & secundo. Ita in proposito Ioseph prius cogitauit, & statim obdormiuit; & tunc angelus in somnis ei apparuit. Quod vtique factum, vt Ioseph plenè innotesceret visionem istã à Deo solo esse factam, cui soli cogitationes hominũ notæ sunt, ita quod certitudinaliter sciret se hanc habere à Deo declarationem, de integritate Mariæ, quem nulla latet cogitatio. Patet ex hoc quanta est Dei prouidentia, & custodia circa iustos, qui non sinit eis aliquam prauam cogitationem ineſſe, sed statim resecat, & remouet per reuelationem. Claret insuper, quomodo Deus suos adiuuat, de quibus non sinit ad horã malum cogitari; vt patet hic de Ioseph respectu Mariæ. Apparet etiam diuinæ gratiæ largitas, quæ statim, vt opportunum viderit, eam infundit. Angelum suum, ideſt, gratiam destinat, ad Ioseph, mentem illuminandam, & ad videndam, Angelus apparet in somnis Ioseph. Non dicit, quod apparuerit alteri, vt olim prophetis, quibus reuelabat aliis nuncianda; sicut patet de Nathan, cui factum est verbum Domini, vt nunciaret Dauid. Et Isaiæ, vt diceret Ezechiæ, & sic de aliis. Sed ipsi ap- 1. Pa. 17 2. Re. vl.

patuit in mente Ioseph, vt certius crederet, & quàm iustus esset, & bonus Ioseph ex tali apparitione ostenderetur. Quid ergo angelus dicit: Ioseph fili Dauid noli timere? Sed dimittendo hoc & sequendo opinionem Origenis de ratione, quare voluit Ioseph dimittere Mariam, aliter supradicta sunt declaranda. Ioseph superni ignarus consilij, dum mirat cernit in Virginis desponsatione, vt supra dictum est in Elisabeth exclamatione, vt fructu vigesimoprimo dicetur, in facie Mariæ, quàm præ nimio splendore post conceptum filii intueri non valebat, in ventre Mariæ, quem intumescere cernebat quotidie, & sine grauamine ipsius Mariæ, quod cernebat ex itinere, stupore nimio circumdatur, vtpote, vir simplex, & iustus non malens rationabiliter malam opinionem de vxore sentire, sed credens facta in Maria, operata à Domino, indignum se ad eius consortium, & seruitium reputans, à Virgine in animo ob humilitatem secedere statuebat. Non publicè, sed occultè. Vt sicut dictū est, quod ipse ob reuerentiam faciebat Virginis, ad eius non retorqueretur calumniam, & infamiam. Sed quo tempore hoc voluit exercere? Certè antequam conuenirent, ideſt, ad domum propriam in Nazareth de Iudæa venientes accederent. Verum, quia spiritus Domini super humilem requiescit, hinc est, quod Spiritus sanctus, qui Mariam sua virtute fœcundauerat, Ioseph abscedere volentem per angelum reuocat, ostendens, quod ipsam non dimitteret, sed in cunctis obsequeretur, & eam sollicitè custodiret, & teneret. Et quia informatio facta Ioseph per angelum potest ad prædicta duo iàm dicta referri, exponendo primo secundum primum modum angelus Domini Ioseph in somnis vocat dicens: Ioseph fili Dauid. In eo quod apparuit Ioseph ostendit in sua potestate esse apparere, & non apparere, vt dicit Glossa. In eo, quod eum nomine vocat proprio ostendit se ei esse familiarem, & domesticum, vt dicit Glossa: Nec immeritò; quia iustus Dominus iustitiam dilexit; quare, & iustum. Et angelus non solum iustus, sed minister iusti Dei, & iustitiæ. Quare, quod à Deo diligitur ab angelis proculdubio adamatur. Vocando eum nomine proprio, timorem abdicare intendit: quasi dicat, Ioseph, cum te nouerim ex nomine, ut Deus dixit Moysi, familiaris tuus sum, ratione iustitiæ in te existentis; quare fidem indubitabilem præbere debes dictis meis. Insuper cum sis filius Dauid, & per consequens Abrahæ, & aliorum patrum, mihi, vt ipsi crediderunt, & tu deberes credere, & præcipuè, quia illa, quę tibi pandam in Maria coniuge tua facta promissa fuerunt patrib. tuis Abrahæ, Iacob, Iuda, Dauid. Et completa sunt omnia in Maria coniuge tua. Fili Dauid Ioseph es, ergo, vt ipse, dicas nunc mihi: Audiam, quid loquatur in me Dñs Deus, quoniã loquetur pacem in plebẽ suã. Auscultà ergo sermones Ioseph fili Dauid. Si filius Dauid, & imitator. Si pro, quia, iustus es, ut pater

Gen. 49.

tuus

tuus Dauid, non ergo velis iniustitiam exercere, quam tamen ageres, si Mariam coniugem tuam sine suspicione dimitteres. Quid ergo inquit angelus. Volo te facere, ò Ioseph, certum, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quia abdicare timorem prius habitum, quia hoc est proprium boni angeli. In hoc quod dico tibi, noli timere, Dei angelum debes me esse credere. Noli timere, pelle à tuo corde omnem timorem. Non omnem dico, quia non Dei. Quia, sine ipso iustificari nō posses, vt dicit scriptura. Sed omnem timorem respectu huius, quod dico, accipere, ideſt, retinere Mariam coniugem tuam. Nominat sibi Mariam, quasi dicat Ioseph, tu solo agnito nomine vxoris, & coniugis tuæ, quia est Maria, omnem suspicionem, & timorem à te repellere deberes. Maria enim illuminata interpretatur. Quare, sine labe. Illuminatrix, quare virginitatis exemplar: stella, quare virgo purissima. Domina, quare ad nullum prauum potest adduci consensum. Mare amarum, quare nihil carnale appetens, aut mundanum. Insuper est coniux tua, quare tibi fidem seruans illibatam. Quare his duobus inspectis à te diligenter, ipsam non deberes velle dimittere, sed retinere. Verum, quia timore abduceris vt simplex, nec percipis tuæ omnimodę coniugis sanctitatem, quantæ sit sinceritatis, sanctitatis, virtuositatis, & bonitatis tibi pando. Quod enim in ea cernis natum, virtute non est factum humana, sed diuina, quia effectiuè est à Spiritu sancto. Non est fractum vasculum coniugis tuæ, sed sacratum, non patefactum, sed vt fons signatus. Non est porta aperta homini, sed clausa. Non clausa Deo, sed ei aperta. Abscissus est lapis Christus à monte, ideſt, Virgine, sine manibus peccatorum. Sed cuius virtute? Certè de Spiritu sancto, vt, ly, de, causam non exprimat materialem, sed effectiuam, non carnalem, sed diuinam. Quo intelligere habes Ioseph Mariam coniugem tuam purissimam intactam, & immaculatam, quia de Spiritu sancto est, qui ipsam sanctificauit rectificauit, & fœcundauit. Deo acceptissimam, quia de Spiritu sancto, scilicet, superueniente in ea. Super omnes alias electam, & sublimatam, quia hæc à tota Trinitate electa est, vt sit mater Dei, & specialiter à Spiritu sancto, qui ipsam sic mirè fœcundauit. Et quo fœtu, & fructu ostendit ex nomine, quod mandat imponendum ex Maria nascituro, quia Iesus. Quid deberet esse excellentiæ, & esset, ostendit: quia saluum faciet populum suum à peccatis, quod proprium est Dei. His igitur diligenter pensatis Mariā tuam coniugem habes, & debes retinere. Aliter exponendo hoc conformiter ad opinionem Origenis potest dici, quod angelus Domini ipsum Ioseph allegatus est, dicens: O Ioseph benedicte, quia benedictam super omnes Mariam in vxorem habere meruisti. Sancte, quia sanctissimæ iunctus es, ut cum ea conuersando amplius sanctificeris. Iuste, prudens, timorate, obediens Deo, quid peragis? quid agere co-

gitas? quid est, quod in tuo versatur pectore, vt velis Mariam dimittere? Hæc est illa, quæ promissa fuit patribus. Eisdem depicta figuris, verbis declarata. Acclamata suspirijs, & totis præcordijs exoptata. Et tu istam habens cupis dimittere. Tu es filius Dauid, non dimittas illam, quam videre cupiuit, habere optauit, & eidem coniungi, & seruire summo desiderio flagrauit. Ipsa est hæreditas, sponsio, arrha, & sedes ei data, & promissa. Quod iure debetur filio non velis hic amittere: ô Ioseph fili Dauid si iustus es, quomodo vis sanctissimam dimittere? Si innocens purissimam, si sapiens, sapientissimam? Mercatores habentes thesauros largitatem amplectuntur charius, diligunt ardentius, & ab eo inuite recedunt, sicut cæci lumen, infirmi curationem amant, & sequuntur. Quid est, quod agis? quantum in te est, Mariam à te repellis gestantem in vtero, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi. Qui est salus cunctorum, qui solo sermone restaurat vniuersa. Quomodo iustus potest, quis esse sine iustitia, viuens sine uita, sapiens sine sapientia, & scientia? Hæc omnia tibi inesse nequeunt, nisi Mariam timeas, diligas, habeas, & honores. In se enim habet, Deum qui est summa iustitia, vita, sapientia, & omne bonum. O Ioseph vbi est prudẽtia tua, vbi consilium, vbi fortitudo, vbi pietas, vbi clementia, dimittere vis matrem Dei, reginam mundi, dominam cœli, & orbis. Vide, cerne quid agere proponis. Si coniugem tuam dimittis, sponsa est spiritus sancti, quia de spiritu sancto, non de homine concepit. Quis consolabitur senectutem tuam, quis erit baculus tuus? Quis spes, quis fiducia, requies, & recreatio tua? si Mariam dimittis Dei filium in se habentem, coniux tua, & si humillima, magna tamẽ est, super omnes sanctissima, & virtuosissima. Noli Ioseph timere accipere tuã coniugem Mariam, ideſt, cum ipsa stare, conuersari, eidem seruire, quia ad hoc es à Deo electus, deputatus institutus & ordinatus. Vt virgini, & filio seruias, adhæreas, custodias, & semper assistas. Noli timere Ioseph fili Dauid, obediens fuit Dauid pater tuus Deo ambulans in omnibus præceptis suis, vocatus à scriptura, & à Deo seruus Dei: sis ergo, & tu ei nunc obediens, ut accipias Mariam coniugem tuam. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Noli tali timore reuerentiæ separari, abduci, & ab ea sequestrari. Ratio, quia, ipsa est Maria. Illuminata, te illuminabit. stella, te diriget, domina te exaltabit. Illustratrix, suæ gratiæ te replebit donis, & virtutibus. Ipsa desponsata patri, ordinata pro Matre filij Dei, & Spiritui sancto vt ancilla subiugata, coniux tua est, nemo in his inferioribus fœlicior, iocupletior te est, cum illam in vxorem habeas, quę bona omnia habet, & possidet. Nonne Maria, teste Dauid, patre tuo, est sol, in quo Deus posuit tabernaculum suum? Salomone: Tota pulchra, & sine macula. Isaac: Ager plenus, cui benedixit

Domi-

Dominus. Iacob: Scala cui ſtat innixus Deus. Iſaia: Virga ſurgens de radice Ieſſe. Hieremia: Germē iuſtum. Ezechiele: Tabernaculum Dauid. Zacharia: Fons patens domui Dauid. Michæa: Mons Domini. Et ſic de alijs. Eam ergo tenendo omnia bona tibi euenient pariter cum illa. Tibi aderit vita, quia lignū vitæ. Tibi conſolatio, quia paradiſus. Tibi affluentia gratiarum, quia fons vberrimus, tibi ſalus, quia arca. Tibi pax, quia arcus. Tibi patebit cœlum, quia ſcala. Te inflammabit, quia rubus ardens. Te defendet, quia virga. Tibi dabit dulcedinem, quia manna. Te obumbrabit, quia columna nubis. Te ſuſcipiet, quia tabernaculum Dei. Te ea exaudiet Dominus, quia altare thymiamatis. Tibi omnia peccata dimitti faciet, quia propitiatorium Dei. Te exaltabit, quia gloria Iſrael. Te iucundabit, quia lætitia Iſrael. Te omnibus bonis replebit, quia benedicta eſt. Te ad apicem cōtemplationis deducet, quia ſpiritus eſt. Te in ęternum recreabit, quia requies eſt. Noli ergo timere accipere Mariam coniugem tuam. Tua eſt diuina voluntate. Et tibi miraculo deſponſata. Sanctificata in vtero, approbata virtutibus. A Dei filio electa, à Spiritu ſancto præparata, & fœcundata. Hanc, quam tu cogitas dimittere, ò quàm plures præceſſerunt, & nunc ſunt, qui eā cunctis deſiderijs, videre, & tenere deſiderauere, & optant, ſcientes faciem ipſius plenam eſſe gratiarum, nec amaritudinem habere coniunctam illis, ac bona omnia prouenire cum illa. Noli timere Ioſeph ſimplex, ſed meis acquieſce monitis, diuinis ſermonibus, & diſpoſitionibus. Accipe, retine Mariam, quam tantopere patres optarunt, prophetarunt, reſerarunt, & prædicarunt. Noli timere Mariam accipere, ideſt retinere, coniugem tuam. Etſi indignitas ſit ex tui parte, hic tñ eſt voluntas Dei. Noli timere: quia ſi iuſtus es, omnium debes optare ſalutem, quare & Mariam in tuam coniugem debes velle tetinere. Ratio, quia, quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Non. n. quod natum eſt partim eſt ex ea, ſed totum eſt ex ea, & in ea. Quia non virtute naturæ eſt, ſed gratiæ increatæ, quia de Spiritu ſancto. Gaude igitur, & exulta, & noli timere, quia & ſi filius tuus non ſit, quod in ea natum eſt, tñ de eo, quod tuum eſt, ſcilicet, Maria, quæ ſe dedit tibi, cum te in ſuum virum accepit, natum eſt, quare, & tuum eſt, ideſt res tua. Sed quàm magnum eſt, id, quod dabit tibi, & alijs Maria coniux tua. Subditur. Pariet filiū. Non tibi ſpecialiter dicitur, vt denotetur non tibi ſoli, ſed orbi ſalutē conferendam eſſe per ipſum. Pariet ergo filium, & vocabis, i. non impones tu ei nomen, quia hoc habet à Deo impoſitum, ſed vocabis nomē eius Ieſum, quod eſt nomen ſingulariſſimum, vt fructu 31. dicetur. Et quid faciet hic filius Mariæ benedictus? certè erit Deus, & homo. Homo, quia pariet. Deus, quia ſaluum faciet populum ſuum. Suū, de creatione, acceptione, electione, iuſtificatione, gratificatione, prędeſtinatione. Sed à quibus ſaluabit, dicitur: A peccatis eorum, quia propitium eſt

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Dei. Quapropter, vtilitate considerata, quæ proueniet toti orbi. Ioseph noli timere accipere Mariam coniugem tuã, sed lætare, & exulta, quia Deus te in benedictionibus dulcedinis suæ præuenit, te in virum Mariæ tradendo, ipsam talem, ac tantam, tibi committendo, ac filium ex ea nascendum tibi ad custodiendum largiendo, & deputando. Quia Deus sanctis suis, & iustis præmia, & dona gratuita dat magna in præsenti, & in futuro. Consequenter est videndum, quid Ioseph habuit gratiarum ex hoc, quod vir extitit Mariæ benedictæ. Pro cuius euidentia attendendum, quod ipse quædam percepit ab angelo, quædam à virgine, & nonnulla à filio Mariæ suo filio reputato, quæ omnia ad ipsius sanctitatem accedunt laudem, & honorem. Ab angelo, vt ex præsenti patet loco accepit. Primò visitationem, fuit. n. ab angelo visitatus, sed à quo non dicitur. Creditur, quod is fuerit, qui Mariæ conceptam nunciauit, scilicet, Gabriel. Quando, quia statim post cogitationem habitã de Mariæ dimissione. Qua hora, & quo modo, in dormitione Dicitur non in somnio, sed in somnis, & sic vere cognouit, quia angelus fuit Domini. Secundo confortationem, quia dixit. Noli timere Ioseph fili Dauid, eam nominando, ei se notum ostendit: & timorem auferendo se Dei esse angelum innotuit. Tertiò approbationem, & cuius? scilicet, matrimonij, quia dicit, id ante factum, firmum esse, & ratum, quia Mariam coniugem tuam. Quartò mysterij incarnationis reserationé, & notitiam. Quod abditum erat angelis, vt dicit Glossa, notificatũ est Ioseph dicens: Quod. n. in ea natum est de Spiritu S. est. Vbi causam, & principium declarat conceptus virginei, quia de Spiritu sancto. Referat statim perfectum fuisse hominem, quod in Maria ortum est dicés: Quod in ea natum est. Non. n. prius conceptus, & postea natus. loquendo de natiuitate in vtero, sed vtrumq; simul, iuxta illud. Homo natus est in ea. Tangit modum, quia non natura natus, sed Dei virtute, quia de Spiritu sancto. Pandit consequenter integerrimam Mariæ virginitatem, quia in ea natum, non dicit, ex ea, de Spiritu sancto est. Quintò angelus dat exultationem dicens, quia pariet filium, non tibi, vt ex te non credatur natus, quemadmodum dictum est Zachariæ. Patri Ioannis Baptistæ. Sed quibus nascitur? Certè ipsis, quibus erit saluator Iesus, s. populo suo, quos saluos faciet à peccatis eorum. Et sic patet quàm gratè acceptus est Domino Ioseph, qui non solum traditus est in virũ Mariæ, sed mysterium incarnationis abditum angelis notificatum est eidem. A B. Maria Ioseph habuit honorem, & dignitatem, quia cum Maria esset super omnem puram creaturam, & scit talem in coniugẽ habuisse ad sui gloriam pertinet, & honorem: Secundò insuper B. Maria cum esset ancilla humillima omnem ei subiectionem exhibebat, quam tenetur vxor suo viro præbere. Tertiò dilectionem. Cum. n. Maria plena esset gratia, & diligeret omnia prout decebat, virum suum

amabat

amabat tanquàm à Deo sibi diuinitus datum, & traditum: imò fortè plus dilexit, quam aliqua alia virum suum, quia amor sincerior, & à Deo sibi deputatus fuit. Quartò conformitatem, voluntas enim Virginis, per omnia viro conformis, & suppositа, suis parendo mandatis, seruiendo in cunctis, & ab eius volito nullatenus discrepando. Quintò vnitatem: Fuerunt enim veri coniuges mente, & sic inter eos vnitas mentalis fuit maxima. Sextò familiaritatem, cum ea conuersando, stando, & peragrando, quibus Ioseph, quàm à Virgine diligeretur ostenditur, & quàm ex consortio virgineo honoretur, edicitur. Nec est credendum, quòd Virgo sic Ioseph diligens, ab eo nõ redamaretur, cum esset iustus, ipsam super omnes puras creaturas dilexerit ratione sanctitatis eximiæ ipsius, & quia à Deo sibi data diuinitus. Non solum præfata Ioseph habuit, à Virgine, sed alia, scilicet sanctificationem, saltè promeritoriè, & augmentatiuè: iuxta Psalmum, Cum sancto sanctus eris. Quare cum Maria conuersando sanctior est effectus. Habuit etiam ab ea illuminationem tàm ex fulgore procedente à facie Virginis: vt dicit Hilarius, quàm etiam ex ratione factorum diuinitus in ea, quæ maximè Virgo eidem reuelauit post monitionem angelicam ei factã, quia tũc indubitanter ei credebat. Recepit ab ea etiam inflammationem, & cõsolationem multiplicem. Homo.n. conuersando cum deuotis inflãmationem suscipit, & consolationem, cum habeat verba ignita, & flammea, vt hebetur de Elia, & pluribus alijs. Non dubium, quod sic erat de Maria respectu Ioseph, quem suis verbis ignitis inflammabat, vt in peregrinando omnia mala libenter susciperet & portaret. Nec de inflammatione mirum debet videri, cum in ventre, & mente Marię esset ignis diuinus eam inflammans. Quo inflammata, alia ad simílem ignitã trãsformationem perducebat. Ad laudem Ioannis Euangelistæ est, Mariam sibi esse commendatam vt matrem: multò magis Ioseph, cum maius sit dominium viri in vxorem, quàm filij in matrem. O quàm iucũdè Ioseph ab angelo informatus, & lætè Mariam in coniugem retinuit, & habuit, sciens ipsam in vtero habere Dei filium, virtute Spiritus sancti ex ea natum. Insuper promissionem factam Dauid, & patribus suis, esse completam: in semine, scilicet, Marię de stirpe Abrahæ, Isaac, Iacob, & Iudæ, & Dauid generatę benedicebatur omnis creatura. Ideò dicit euangelista Matthæus, quod Ioseph surgens à somno fecit sicut præceperat ei angelus, & accepit coniugem suam, ideſt retinuit, quam, scilicet, deserere disponebat. Ecce quàm obediens fuit Ioseph angeli verbis, qui non procrastinando, sed statim, vt surrexit à somno in coniugem accepit. O felix somnus, in quo obdormientibus spiritibus mens reficitur, & instruitur: pãduntur incerta, & præcepta dantur æternæ salutis. Ioseph, iustitia, & vita conformis Patriarchę Ioseph, vt ipse à Deo eruditur in somnis. Quarta ex tunc reuerentia obsequebatur Mariæ,

in quâ sciebat Dei filium incarnatum. Quomodo mirabatur, imò semper admirabatur de operatione altissimi in sua facta vxore. Contuitu enim Mariæ non solum omne prauum abijciebatur à mente Ioseph, vt dicit Alexander in tertio: sed splendor ab eius facie tantus exibat, vt sicut filij Israel in faciem nō possunt respicere Moysi, sic nec Ioseph in
cap. 1. ipsius Virginis faciem: vt dicit Hilarius exponens illud Matthæi. Non cognoscebat eam, donec peperit filium. Quo splendore mens commouebatur Ioseph, & inflammabatur, & afficiebatur: ac de tanto dono collato laudes persoluebat, & gratias. Et si ante, se, ad obsequendū Virgini reputauit indignū, multò magis nūc, etsi adhoc à Deo esset ordinatus, & ab angelo p̄monitus, & inductus. Sed ne iste sanctus Ioseph à filio Virginis Iesu, cuius erat pater putatiuus aliquid gratiæ specialis percepit? Piè credendum est, quod sic: sed quid? certè plura, & primum est; singularis paternitas. Quam singularem paternitatem declarat B. Augustinus libro secundo de Consensu Euangelistarum dicens: Ioseph propterea non erat appellandus Christi pater, quia non eum concubendo genuerat: quandoquidem rectè pater etiam esset eius, quem non ex sua coniuge procreatum aliundè adoptasset. Nàm ob hoc Christi pater multò conuenientius est, quia eius coniuge natus est, quàm si esset aliundè adoptatus. Hæc Augustinus. Quo dicto apparet, quod maior nexus extitit paternitatis ad Christum, quàm si esset filius adoptiuus. Ratio est, quia, vt dictum est, licet Christus non sit ex Ioseph propagatus, est natus tn̄ ex Maria; quę erat sua iure matrimonij, quare Christus erat Ioseph: quare Ioseph, vt rem suam Christum alere, nutrire, seruire, custodire, & gubernare, & ei exhibere quidquid ad ipsius conseruationem erat opus, tenebatur. Bene ergo dicit Augustinus, quod cōueniētius est eius filius, quàm si genitus ex alia ab eo in suum esset filiū adoptatus. Adoptatus enim secundum leges, vt recitat Landulphus in 4.
dist. 42. q. 2 non transit in potestatem adoptantis, & tamen Christus erat in potestate Ioseph, vt res sua. Bene igitur dicit Augustinus, quod conuenientius est eius filius. Multa enim non conueniunt adoptato respectu adoptantis, quæ Christo inerant respectu Ioseph, & è conuerso. Secundū est sinceri affectus, tàm ipsius ad Christum, quàm Christi ad ipsum, ostensionis, amoris, & diligibilitatis. Ipse enim non solum vocatus est pater Christi, & reputatus, sed tenere decet eum se ad Christum habuisse, verbo, actu, & gestu, cura, & imperio, sicut pater ad filium. Aliter enim apertè innotuisset mundo, & vicinis, quod non fuisset eius filius, & sic ad infamiam fuisset Christi, & matris. Christus insuper in eo, quod est filij ad patrem, se habuit ad Ioseph eum reuerendo, ei obsequendo, diligendo, seruiendo, obediendo, & quæ decent filium erga patrem exercendo. Tertium est consolationis, & iucunditatis. Si Maria Ioseph spōso irradiationes, & consolationes immittebat, quomodo

non

non Christus? Simeonem accipientem eum in vlnis in pace dimisit, & consolatione, cur non Ioseph? cum ambo essent sancti & iusti? Quare Christum tenendo in brachiis, in genibus, obsculando, contrectãdo, amplexando tã ex forma pulcherrima ipsius pueri, quã ex cognitione, quod Deus esset, & homo, & consolationis intrinsecæ immissione, cũ illustratione, mirabiles inflammationes percipiebat & consolationes. Similiter eius caniciem actor vitæ consolabatur, labores difficiles faciles reddebat ac promptum, & expeditum ad omnia amor, quo eius incendebat mentem, aptabat. Nec mirum, cum martyres Iesu inflammati amore pro nihilo cruciatus ducebant, & pœnas. Sic Mariæ, & Ioseph omnia ei leuia videbantur vitæ seruiendo actori. O quàm dulciter cõuersabãtur Maria, & Ioseph, quàm piè, & quàm deuotè, præcipuè Christo nato, quàm reuerenter seruierunt eidem alacriter, & iucundè, omnibus pensatis, quæ inerant, apparere poterit euidenter. Quartum est æternæ fœlicitatis. Sicut Ioseph ad gloriã est, sponsum extitisse Mariæ, sic & patrem Christi hoc modo. Insuper Christus gradum, & honorẽ, quo eum reuerebatur in terris, consumauit perfectissimè postea in cœlis, ipsum præ alijs sinceri præmio, & gloria extollendo. Verùm cum mater Ecclesia in omnibus beatæ Mariæ sit debitrix, quia talem filium generauit, & dedit, suscepit enim per eam Christum: sic posi eã Ioseph gratias habet rependere, & reuerentiam singularem, qui Christum nutriuit laboribus plurimis. Ad hoc inducitur Christi operatione, & reuerentia ad Ioseph habita debitè cogitatis. Supradictis ergo diligẽter inspectis iuxta, quod hic fructus dicit, Maria, ideſt, ratione Mariæ, & filii Ioseph miratur. Et causa, & quomodo, & si quem inueneris doctorem authenticum dicentem Ioseph verè dubitasse, potest intelligi, vt dictum est supra, vel dubitari, potest accipi pro vehementer admirari, vt in simili dictum est suprà, de turbatione, & dubitatione Mariæ. Hoc igitur posito, quid nobis largiatur ex dictis in hoc fructu vti litatis, spiritualiter intelligendo est nunc succinctè vidẽdum. Primum est, quod diuina prouidẽtia, sicut in suis operibus est mirabilis, sic, & rationalis. Maria Dei voluntate, & prouidentia Ioseph in coniugem datur. Et quàm rationabiliter fructus suprapositus ostendit. Secundum, quod Virgo Maria, etsi causis dictis supra Ioseph desponsatur, & in coniugẽ datur, sed spiritualiter loquendo B. Maria Dei sponsa fuit, & principaliter Pater in diuinis ipsam in sponsam accepit, Spiritus sanctus subarrhauit, Et filius ipsam pro generatione temporali in matrem habuit. Sed de creaturis loquendo, Mariam qui vult in sponsam accipere, debet Ioseph conditiones habere, de quibus dictum est supra fructu 3. Iungitur enim simile simili. Quare sponsus in conditionibus sponsæ, ideſt, B. Mariæ debet similari. Nec ad appetẽdum aliquã feruidius quis debet excitari, quàm Mariam, quæ mater Dei est, et cuius cõtubernio

tot bo-

tot bona proueniunt, vt declaratum est supra. Quarè etsi nihil aliud attraheret quenquam, saltem commoditas ad hoc inducat. Tertium, q̃ B. Maria fuit integerrima, anteq̃ cõueniret, idest, aliquo actu morali iungeretur matrimoniali, inuenta est plena de Spiritusancto, & eidem consecrata. Quartũ, q̃ in Maria Dei potentia declarata est, quia de Spiritusancto cõcepit. Humilitas, atq; benignitas, quia Deum ipsa genuit, & peperit. Quintum, q̃ B. Maria est laudibus extollenda, & omni laude dignissima, & præ omnibus efferenda, quia Deum concepit, & de Spiritusancto. Sextum præeminentia ostenditur Mariæ ad omnes mulieres, ad virgines, quia fecunda de spiritu, virginitate instante. Ad maritatas, & corruptas, quia non de homine, seu virtute humana, sed diuina ipsa cõcepit, quia de Spiritu S. Septimum, q̃ Deus sanctos, & iustos diuersimodè probat, non tñ deserit. Patet de Ioseph, cui statim angelus post cogitationem apparuit, vt impotentia, ac ignorantia ostendatur humana, & diuina ex hoc acceptetur virtus, & gratia. Octauum documentum datur, quod si aliqñ dubio aliquo titillemur, totum referre debemus ad Deum. Ioseph sic fecit, quare iustus, licet in textu non ponatur, à Deo est declaratus. Nonum, quod ex hoc loco differentia accipitur Dei loquẽtis per somnia, & in somnis; cum fm factum sit in Ioseph pluries, primo abiecto. Decimum, q̃ tàm decenter dormire nos conuenit, & antea præparati, vt alloqui nos velit, & possit Deus ipse. Scientes in somnis multa veridicè ab ipso hominibus referari, vt in sãctis apparet prophetis. Vndecimum distinctissimum hr̃ signum praui, & boni angeli ex abitione timoris, cõfortatione illata. Ioseph à timore per angelũ excutitur. Duodecimũ, iuxta monitum angeli alter efficit Ioseph. Mariam sumamus, & retineamus in nostrã coniugem, sponsã, & matrem. Modus est, vt ei iungamur mente, denotione, corde, & opere, & tunc aĩæ, q̃ ei iungitur, quia plena Spiritu S. gratias distribuit. Filiũ parit, eã ei reconciliando, largiendo ad videndũ, fruendũ, & degustãdũ. Deinde ei ostendit suũ filiũ ipsum esse Iesũ, dũ de p̃senti sæculo, neq̃ saluatũ ad locũ deducit æternæ salutis. Tertiũdecimũ, q̃, etsi iuxta dictũ Eliphaz pro salute obtinenda est conuertendũ ad aliquẽ Sãctorũ, p̃cipuè ad B. Mariã, quia ipsa, oĩbus parit, & peperit Saluatorẽ Iesũ. Quartũdecimũ, ad Mariæ filiũ securè est accedendũ. Saluator. n. noster est, quare in tribulationib. in necessitatib. in incõmoditatib. & in angustijs cõcurrẽtibus, ipsius est suffragiũ expetẽdũ, qa Iesus. i. Saluator. Nec post pœnas, matrẽ, imò per ipsã te ad filiũ oportet habere accessũ. Nec negabit subsidiũ, q̃ cũctis peperit auxiliũ, & saluté, talẽ p̃ducẽdo, & generando filium. Quintum decimum. Sic diuinis parere debemus mandatis, vt nulla fiat in obseruandis dilatio Ioseph exemplo, quia in custodiendis illis, vt dicit Psalmus: retributio multa. His ergo visis declaratio patet fructus decimi octaui, videlicet, Maria vir miratur.

Iob 4.

FRVCTVS

FRVCTVS NONVS.

Fructus XIX.

Maria montes adÿt.

EXPOSITIO BREVIS.

DEo plena Maria ima deſerens ad montana feſtinanter aſcendit. Viſitat Eliſabeth, ſeruitq; eidem, verbo diuino carne humanato fœcundata, mira efficit in vtroque ſexu degenti.

EXPOSITIO MAIOR.

SPIRITVS illa diuina, cui facere nihil difficile reperitur, ſicut cuncta in principio propter hominem condidit, & idipſum ad ſe: ſic reuera nihil efficit in ſuis sãctis, quod ad vtilitatem non proueniat proximorum, ipſo mandãte, vt proximum, ſicut noſmetipſos diligere debeamus. Et ſi interdum hoc ad extra non appareat, claret tamen intus ſemper, cũ eorum virtus dignis Eccleſiæ ſanctæ membris ad bonum cedat, & coo peretur. In beata deniq; Dei genitrice Maria, vt ſuperiora demonſtrãt, Deus multa, & magna fecerat, imò maxima, ſicut ipſa teſtatur, in ſuo Cantico. Quia ergo communicanda, & impartienda erant ad operantis laudem, & gloriam, Maria Spiritu ſancto affiata ad montana perrexit. Vt ſancta Eliſabeth ſua referendo magnalia, & ipſa in ſe operata à Deo cum audiret, & cerneret, ambæ ad Dei laudem incitatę, eidem ſoli Domino mirabilia facienti gratias debitas dulciſonè perſoluerent. Deo igitur plena Maria, Dei mirabilibus operatis in ſua cognata Eliſabeth perceptis ab angelo non dubitans de oraculo, exultans de collato ſorori beneficio poſtponens omnia difficilia, ſurgens cum feſtinatione ad montana perrexit. Sed vlterius pro huius fructus euidentia ſunt aliqua occurrentia declaranda. Primum eſt. Vnde ſurrexit, & à quo, ideſt, in quo loco erat B. Maria. Quia Euãgeliſta Lucas dicit, quod Maria exurgens. Dicendum quod cum huius virginis ad montana cõſcenſio facta ſit, quaſi immediate poſt annunciationem dominicam B. Virgo de loco, in quo annunciatio facta erat, à quo nondum abierat, exurrexit. Et ſic à Nazareth & à prouincia Galilęæ, & ad montana, quę in prouintia Iudęæ erant, acceſſit. Sed hic occurrunt aliqua dubia. Primum. Cum Virgo Maria eſſet prudentiſſima, & iuuenis, an decẽs fuerit ipſam per tantum iter ad cognatam videndam, & viſitandam adire, cum leuitatis potius ſignum videatur fuiſſe, quàm prudẽtiæ. Ad quod dicitur, quod decentiſſimum. Patet, quia cum Virgo eſſet in gratia confirmata, Luc. 1.

firmata, nec aliquid impellens ad malum foret in ea, decens fecit, ex quo fecit. Sed sic facere honestissimum, & decentissimum fuit. Primò. Mariæ considerata conditione, quia plena gratia erat, & Deus in ea incarnatus. Quare instinctu, & motu regebatur, & ducebatur diuino, leuitati ergo id non potuit imputari. Secundò, inspecta intentione. Teste Ambrosio, ad seruiendũ Elisabeth ibat, tenetur. n. proximis, quis charitatis seruitia impendere, multo fortius & propinquis, & præcipuè in arduis constitutis. Tertiò, visa perfectione. Simile iungitur simili, (teste scriptura, & natura) quare sanctus sancto. Si Maria sanctissima ad conuersandum cum sancta, scilicet, Elisabeth, iuit, quæ iusta erat, non imprudenter egit, sed sapienter. Quartò. Loci, & locati attẽta conuenientia, & proportione. Locus debet correspondere locato, quia locus propter locatum est ordinatus. Quarè diuersis diuersa loca, & eidem propter diuersos actus, & tempora distincta sunt loca deputanda. Ad filij Dei declaranda mysteria Nazareth, & Galilæa congrua loca fuere, vt fructu 60. est ostensum. Qũo verò mens B. Mariæ contemplationis eleuabatur apicibus, & præcipuè Verbo incarnato in ea stante, patet, vt supra fructus 17. ostendit. Vt ergo locus aptus esset negotio, & verus eius, quod intus in Maria erat ostensor, ipsa ad montana conscendit. Quintò pensata operis meritorij retributione, eo. n. quis pergere debet, quo mens eius in nullo læderetur, & distraheretur. Consolatur proximus, & ipse à Deo acceptatur. Beatæ Mariæ, cum sui præsentia ratione Verbi in ea incarnati, & sui, ad vtilitatem plurimam debere esse conspiceret. Ioannis & Matris, nec distractio à Deo, imò potius oppositum. Vt patet in Cãtico ab ea ædito, ei inesse valeret. Hoc vtiq; etiam ad meritum redundabat, si ad montana perrexit, quare potius virtuti debet attribui, quàm læuitati. Sextò circumspecta hominũ cõuersatione. Ad honestatem, plurimum confert hominum fugere cõsortia, conuictum, & aspectum. Id Maria sm Ambrosium faciendo, peregisse dicitur virtuosè. Septimò, mirabilia Dei quærendo. Vt mens ad ampliorem Dei amorem accendatur, quis sapiens non imputabit virtuti? Quarè Maria cernere optando operata tàm magna, & operanda in Elisabeth, & filio, sapienter fecisse comprobatur. Deinde fine pensato, cum alijs quæ dicentur, quo Maria abijt in montana, id sic agere decebat, & sic egisse sapientiæ summæ fuit. Secundum dubium. Cum B. Maria iam esset sub potestate viri constituta, quia desponsata Ioseph. An Ioseph eam ad montana permittere, debuit pergere? Respondetur quod vir bonitatem agnoscens vxoris, & eius summam percipiens honestatem, ac euidenter agnoscens suam coniugem diuinis monitis, & inspirationibus gubernari, nec aliquid indecorum exercere, eidem licentiam impendere debet, & præstare, agendi quæ ad Dei laudem spectant, & honorem: cum idipsum, & ipse agere teneatur. Ioseph ergo

Eccles. Luc. 1.

hæc

hæc omnia, quia in Maria deprehendebat. Cernebat.n.eam orantem, laborantem, ieiunantem, aſpectus, & cõſortia tàm virorum, quàm mulierum ſpernentem, & fugientem, ac abhorrentem. Quare, vt tenebatur, licentiam impertiuit ad operandum diuina ratio naturalis, cum dicatet in parentibus tempore oportuno ſeruiendum. Quare non ſolum eam accedere, ſed ipſe cum illa, vt dicetur, perrexit. Tertium dubium. An in tali aſcenſu ad montana Maria fuerit alijs ad exẽplar poſita imitationis? Reſpondetur, quod B. Maria, cum in omni actu vitæ ſuæ fuerit exemplar virtutum, vt dicit Ambroſius ad ſacras Virgines. Quare, & in iſto. Attamen in iſto aliqua fuerunt à cunctis imitanda, ſicut eſt ſeruire parentibus, & eis pro poſſe bene facere. Pergere vero per tam longum iter vbi maxima adſit ex hoc à Deo alienatio, & diſtractio mẽtis, ſicut frequenter accidit, melius eſt, domi reſidere, quàm pergere. Sed vbi mens ſic eſſet coniuncta diuinis, quòd non mundanis afficeretur, aut diſtraheretur, poſſet fieri. Et ſic poteſt intelligi illud Ambroſij ſuper Lucam. præſens Euangelium exponens. Diſcite virgines non curſitare per domos. Diſcite, quam charitatẽ debeatis exhibere cognatis. Quartum dubium. Cum mens B. Mariæ eſſet cœleſtibus dedita, nonne melius erat, vacare contemplationi, quàm ad ſeruiendum, & viſitandũ accedere? Et ſi ſic ſtare vtiq; debebat, & non ire. Reſpondetur, quod vita cõtemplatiua, licet teſte Saluatore, & Auguſtino in Homilia aſſumptionis ſit potior, & melior actiua, vtpote, quia adhærentia Deo proximior, aſpectu lucidior, & pulchrior: mũditia nitidior: ſtatu ſecurior. Pace quietior: actu, iucundior: duratione, perennior: corde, deuotior. Deo familiarior. Precioſior, eo ipſo, quod rarior: vitæ cæleſti ſimilior. Fine excelſior, quia finis actiuæ. Interdum tñ Dei voluntate dimittitur in præſenti, & meritorie. Moyſes in monte diuinæ contemplationi vacabat, & tñ Dei mandato ad populũ deſcendebat ad annuntiandũ Dei præcepta, ſanctificandum, & cætera ſimilia: vt patet. Vnde ſicut doctri- *Exo. 20.*
na ſanctorum, quis non ceſſat orare, ſi non ceſſet benè operari. Sic veri contemplatiui, etſi interdum à tali contemplationis apice videantur ſeiuncti, mente, quia Deo ſunt vniti, & voluntatem perficientes ipſius, faciem eius contemplantur, cernentes bonos, & malos. Mariæ ſtatum ſi diligenter inſpicimus à contemplatione non receſſiſſe conſpicimus, & ſi ad montana perrexit. Gratia cum ſubleuat ad cœleſtia mentem, & ipſa Maria fuerit plena, ad ſuperna eleuabat. Inſuper ab omni ad inferiora impellente, quia erat præſeruata ad ſuperiora impellebatur. Coniuncta erat Chriſto verbo æterno, quia prius mente, quàm carne concepérat. Portabat Maria Chriſtum ventre, ſed Chriſtus ad ſuperna Mariæ ſpiritum ferebat, & mentem. In gratia confirmata erat, nec parte Magdalenæ conceſſa aliquando fuerit priuata, ergo nec contemplatione. Oculi eius intellectuales Mariæ, cum per impreſſam rebus ſimilitudi-

nem,

nem,& vestigia in viuificam consurgerent rationem,& causam,beneficia sibi,& cognatæ facta à Deo conspiciendo ad contemplatiuum excessum rapiebatur. Sancti angeli,& si administrent nobis ea,quæ Deus decreuit,à contéplatione ipsius nullatenus abscedunt. Vt patet. Ideò, semper vident faciem Patris. Et sic dicit Gregorius: Beata Maria, & si non esset faciem Dei assiduè inspiciens,& in gloria, potest concedi,q; in aliquo contemplationis actu, prout est possibilis in via, erat,vel in aliquo actu ipsam cōtemplationem consequente,sicut est,deuotio,dulcedo,liquefactio,& talia. Vel saltem Maria erat in tali statu continuè, vt nihil in se haberet repugnantiæ ad contemplationis excessum per Deum in ipsa fiendum. Quare Maria stare poterat,seruire,pergere,& alia peragere, quia nihil horum, aut suam mentem distrahere à Deo, inficere,aut maculare quibat, quare exurrexit, & cū festinatione abijt in montana. Ipsa deniq; Virgo Maria cum in contemplationis excessu frequenter posita consisteret, quare spiritualiter loquendo à Nazareth,idest,ab omni flore allicientis extra Deum blanditiei,& virgulto orientium cogitationum,nec non à Galilæa,idest,à volubilitate, & rota omnium mundanorum oportebat eam mente secedere,totaliter separari,& transmeare,quare,& ad montana abire compellebatur. Dicit ergo sanctus Euangelista. Exurgens Maria. Actus describitur,quia exurrexit. Prima,quia Maria,modus,quia cum festinatione. Surgere hic respectu Marię intelligendo,intelligi non potest à peccato,quia nullū infuit aliquando,nec à torpore, vel negligentia,cum nihil à bono retrahens fuerit in ea, sed ab tali fuit mirificè præseruata. Nec potest intelligi à deuotione, & dulcedine degustationis diuinæ, quia aliter non ascendisset cum festinatione. Exurrexit ergo Maria ab oratione, nam eam orantem angelus reperit, cum ei verbum nunciauit diuinum. A qua oratione,& si actu surrexit, habitu non,vt dictum. Exurgēs igitur Maria nouo gaudio, & iubilo recreata, non solum de sua exaltatione, sed etiam de cognatæ visitatione à Deo. Gaudens ergo de bono proximi,vt suo,surrexit Maria, ecce qualis est actu. Sed persona describitur, quia Maria, vt detur intelligi quàm excellens sit talis motus, & actus, quia à perfectissima,& sanctissima persona factus est,quia Maria. Insuper,vt detur intelligi,qualitas motus,& actus additur Maria,vt nō fortuitu,& casu,sed mysterio, & virtute factum intelligatur Dei ipsam dirigentis,& ad ipsum ascensum eam impellentis. Exurgebat Maria diuina voluntate,& ordinatione. Sed quomodo? Cum festinatione abijt, inquit Euangelista. Quare taliter incessisti Virgo prudentissima,& circumspectissima Maria? Nonne maturius erat incedere paulatinè, quā festinè generosius,prudentius,& circumspectius? Quid ergo abijsti sic cum festinatione? Certè talis tuus accessus non fuit festinus in cursu, itinere,& motu, quæ indecenter ostendunt quempiam ire,sed festinus

Mat. 18 tib. Mor.

fuit,

fuit, quia impellente te spiritu sancto, statim abiecto pauore longi itineris, & labore ad iter te præparasti. Non segniter, aut pigrè, sed sollicitè, promptè, & expeditè, aut moras contrahendo ad montana abiisti, quarè, & cum festinatione. Non retardatur prolixitate itineris, nec terretur immensitate laboris virgo deuota. Non interponit moras itineri, sed perseueranter inceptum peragens cursum cum festinatione perrexit. Non est mirandum si Maria cum festinatione perrexit, quia Spiritus, qui eam repleuerat, nescit, teste Ambrosio, tarda molimina. Exurgit ergo Maria cum festinatione. Ecce primum sed videamus secundum, quo pergit, inquit ad Montana. Dicit magister in historia scholastica, quod Elisabeth, tunc in montanis degebat tribus Iudæ à ciuitate Ierusalem per quadraginta milliaria distantibus. Insuper cum Nazareth à dicta Ierusalem ciuitate per milliaria elongetur, per tantũ spatium virgo abijt in Montana ad Elisabeth. Sed hic sunt aliqua videnda. Primum, an Ioseph cum virgine accesserit, & alia comitiua. Respõdeo, quod quo ad primam partem piè debet credi Ioseph post acceptionem Mariæ in coniugem, nec ad horam eam reliquisse. Quomodo ab ea abscessisset aut ire dimisisset, quæ tanto miraculo fuerat ei tradita, & commendata? Iustus, & sanctus erat Ioseph, quomodo sanctissimam Mariã dimisisset? Piè credendum Mariæ cum Ioseph conuictu, & conuersatione eidem Ioseph multas gratias dedisse, & consolationes. Non ergo vir sapiens à se recedere vxorem sic permisisset. Maria in ventre Deum incarnatum gerebat, & splendor à Mariæ refulgebat facie, solã ergo non dimisisset accedere Deus non permisit cogitationem stare per modicum in Ioseph dimittendi Mariam, quare nec per tantum tẽpus sine ea morandi datus est Ioseph ad tutelam, & comitatum Marię, vt eiusdem custos esset, & testis suæ integerrimæ puritatis: quare decebat, vt sic euntem sociaret, custodiret, ac obsequio seruiret deuoto. Hoc exigebat Mariæ pudor, vt suæ puritatis testis esset maritus. Nec alibi melius, quàm ad aliã pergentis, & manentis in domo. Thesaurum traditum decet custodiri sollicitè, quare, & Mariam Ioseph seruauit deuote. Sed quo ad secundam partem de comitiua, credo, quod nullam aliã habuit Maria, præter sui sponsi. Tum quia, & si nobilis, pauperrima tñ erat. Tum, quia dediti contemplationi, aliorum declinant pro posse consortia, & aspectus. Tum quia honestissima, non libenter oculis se reserabat humanis. Comitatum aliorum Virgo his ex causis non habuit, sed vnico, vtpote viro suo contenta, ad montana accessit. Sed nunquid Maria, quia comitiua carebat hominum, consortio cœlestium priuabatur, Dei, scilicet, & beatorum spirituum? Certè non, Dominus. n. teste angelo erat secum in mente, ventre, consilio, & auxilio: & quia vbi Dominus adest rex, & imperator, famulorum concomitatur concẽtus, & turba. Quare in circuitu Mariæ ad lectulum veri Salomonis custodien-

stodiendum, non sexaginta ex Israel, sed indicibilis numerus aderat angelorum. O quàm recreabatur Maria iucundè ab angelis. Quibus de ea mandauerat Dominus, eam internè sua melodia lætificabant. Sed ipse omnium gaudium Christus Iesus eam reficiebat mētaliter, & corporaliter eam à labore præseruabat. Ibat ergo Maria tota mente suspēsa, coniuncta Deo per contemplationē, pauca verba cum viro loquēs, & dicens. Et quæ loquebatur ab illo ineffabili sapientiæ fonte, & thesauro Christo, quem gerebat in ventre, procederent, tota erāt de Deo, & cœlestibus circumstantijs ordinata. Secundum quærendum. Cum virgo delicāta puella esset, & iuuenis. Qualiter iuit, nunquid equitando? Credo quod non, quia sua paupertas hoc negabat adesse eidem. Et talium vsum sciebat reprobandum à filio, quare vitabat omnino. Ibat ergo peditando Virgo beata, & non sine corporis labore, quem tū supportandum facilem reddebat spiritus, qui eam ad iter impellebat. Quo ergo tàm festinanter, tàm alacriter, tàm gratanter pergit virgo deuota, ò Euangelista? Nec terret eā asperitas montium, nouitas locorum, & ascensus difficilis, & arduus præfatorum. Inquit Euangelista. Maria abijt in montana. Quò. n. Deo plena ascendere debebat, nisi ad superna, & alta? Mens. n prouecta ad alta. ad se corpus trahit facillimè, quare Maria ad montes conscēdit. Viribus corporis imperabat, ad nutum Maria sui, quare ex dono addito, animam consequebatur, & corpus superna petentem. Ægyptiaca seruitute depressi montis resideret ad radices, Maria cum Moyse, & Elia Horeb montana ascēdit. Quod non iaceret mente Maria in infimis, sed supernis, signum erat, ad montana cō scensio. Sed diligenter attende, quod istud iter tres notabiles habet terminos. Primus in montana est. Secundus in ciuitate Iuda. Tertius in domum Zachariæ. Et ut clarius videatur, aduertendum, quod iste est secundus ascensus, qui habeatur de B. Virgine. Primus factus est, dum trium annorum esset puella. Iste secundus factus est à Maria existente teste Isaia, in adolescentia, & Christo in eius vtero commorante. Vlterius sciendum, quod sicut omnis Christi actio, nostra est instructio, sic & Virginis: cum teste Ambrosio eius vita omnium fuit exemplar virtutum, quare hic ascensus ad montana ascensum ad montem Domini, ideſt, conspectionem ipsius per excessum cōtemplatiuum declarat. Hic ascensus habet ortum ex irradiatione mentis, quæ fiebat in Maria, verbo in eius vtero commorante. De qua dictum est supra. Gratia, quæ mentem ad superna rapit. Cōspectione assidua factorum magnorum à Domino, quorum consideratione non imis stabat, sed ad superna eleuabatur. Nec non, & ex alijs in præcedentibus declaratis. Maria ergo montana ascendit, dum semper considerationem creatorum excitando, ad Dei magnificentiam indagandam per vestigia, & imaginationem eorundem peruenit. Scalam. n. sine dubio ex creatis faciebat sibi Ma-

cap. 7.

bi Maria, qua velut gradibus quibusdam ad illum, qui est admirabilis totus in se,& in suis effectibus ascend ebat. In cuius infimo scalæ,seu scalarum gradu admirando contemplabatur. Primò,gradum creaturarum,esse solo participantium: in quo artem pulchram contuebatur opificis, videndo tot earum diuersitates in forma,& in figura,in colore, seu pictura,in virtute,seu natura. Secundò gradum, esse cum vegetari habentium: vt sunt herbæ,arbores, & plantæ distinctæ coloribus, floribus,virtutibus fructibus,& saporibus. Tertiò,gradum,esse,sentire, & vegetari possidentium, hic causalem illam admirabatur artem,quæ tot distinctiones effecerat volucrum,piscium,reptilium, quadrupedũ, & omnium animalium differentium in virtutibus, in naturis,in locis, in passionibus,& viribus. Quartò,genus hominum rationalium cogitando in sitibus, in actibus, in sensibus, in moribus,in aspectibus,in coloribus,in humoribus,in conditionibus naturalibus, in prudentia, in scientia,in gratia,in meritis,& prẽmijs,in ætatibus,& temporibus. Sic ergo B. Maria dicta rimando, exurgit quidem, sed nondum montana ascendit,sed in imis permanet, quia in sola stat materialium rerum consideratione. Sed prædicta,licet ex sui admiratione valeant ad considerandum diuina: in ijs præcipuè animus morari non debet, sed ab ijs se debet excutere,& ad montana conscendere. Maria ergo in montana cum festinatione abijt,quando consideratione talium materialium dimissa ad indagationem spiritualium assurgit, intellectualium,spiritualium,& cœlestium,videlicet angelorum, archangelorũ, thronorum,dominationum,principatuum, potestatum,virtutum, cherubim,& seraphim. Quorum considerando officia,influentias,illuminationes gratias,merita,& prẽmia,fontalem Dei bonitatem,omniũ prædictorum causam, & principium laudando, & benedicendo, cum misericordia,& deuotione ad montana peruenit. Et in hoc Maria stando itineris contemplatiui,ad primum terminum cum festinatione, scilicet, ad montana peruenit. Verum, etsi in conspectione creaturarum tali modo aliqualis sit lætitia,non tamẽ perfecta. Hinc est,quod vlterius Maria ascendendo ad secundum terminum progreditur, qui est in ciuitatem Iuda, hoc est, in contemplatione sanctissimæ Christi humanitatis,quæ fuit verè ciuitas sanctificata. Et ciuitas Dei secundũ psalmum,quia in Christo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Fuit enim verè ciuitas in montibus sanctis ædificata;quia de purissimis Mariæ sanguinibus,(teste Damasceno) Spiritu sancto est fabricata. Cuius fouea est humilitas,murus charitas, portæ prudentia, fortitudo temperantia,modestia continentia, austeritas, paupertas, fidelitas,exemplaritas,sensuum rectitudo,& honestas;vitæ ad doctrinam cõformitas,& veracitas. Lex,iustitia,& veritas est. Dominus Ipse Deus. Lumen est diuinitas. Ciues, plenitudo charismatum, virtutum, & grã- *Eccle. 24* *Coloss. 2.*

tiarum, quia Dominus virtutum ipse est. In hac ergo ciuitate B. Maria requiescendo per contemplationem considerando quæ facta sunt in filio, & quid est filius eius. Tunc est in ciuitate Iuda. Iudas confitens, & clarificãs interpretatur, quia ipsa tunc confitebatur Domino quoniã
Sap. 8. bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Ac sui filii generositatem glorificabat. Siquidem in hac humanitatis Christi speculatione, cernendo modum, quo erat assumpta, quia sine corruptione, de quo, quia de se tota, & sine viri commixtione, & in instanti: tunc confite-
Esther. 3 batur Maria inditione diuina omnia esse posita, et quod signa, &
Dan. 3. mirabilia apud se effecerat Deus excelsus. Verùm qualiter deitas fuit, & erat humanitati coniuncta, & vnita, & è conuerso: etsi opus mirabile ad gloriam sui redundat opificis, cum istud stupendum, & admirãdum esset præ cunctis. Inspiciendo hæc B. Maria glorificabat Dominum. Quia ipse dat prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum. Ipsius est gloria, potestas, & imperium, quare ipsi honorem imprecaba
Ioel 2. tur laudãdo. Per omnia sæcula sęculorum, Amen. Stat ergo Maria in secundo termino ascensus, ciuitate, scilicet, Iuda. Sed quia facies, scilicet, Dei ab hominibus cum desiderio videri exoptatur, non sistit Maria in ciuitate Iuda, ideſt, in præcipua humanitatis sui filii consideratione, sed, etsi sit in monte Domini, ideſt, tali contemplatione humanitatis benedictæ, festinat tamen domum intrare Zachariæ ad terminum videlicet tertium peruenire, ideſt, vt Deum contempletur, omni creatura alia semota. Ad hanc siquidem domum, & introitum duplici venitur modo, scilicet, Dei auxilio, & beneficia ipsius, humano generi impensa, memorando. Sic enim Zacharias interpretatur. Domum ergo intrat summi pontificis Zachariæ, & deitatis Iesu, contemplationi vacat Maria, quãdo trãscensis, relictis, & abdicatis creatis omnibus stat cum Domino dicens cum Petro: Domine bonum est nos hic esse. Sed quod Maria ad istum excellentissimum gradum, & tertium terminum peruenerit fructu decimoseptimo est ostensum; & quid acceperit. In hac sacratissima domo velut in tertio termino, scilicet coniuncta, & vnita Deo Maria videt Deum deorum in Sion, & cantat suauiter: Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Ibi pascitur, deliciatur, ac feruentissimè charitatis ardore inflãmata, vt in meridie recumbit. Ibi memoratur iustitiæ solius. Ibi habet Dei auxilium, quo tenetur, conseruatur, afficitur, delectatur, & recreatur. Ibi omnium beneficiorum recordatur, & factorũ; Deum omnium esse causam, & originem agnoscendo perfectè. Ibi Ma
Eccle. 48 ria cum Moyse cernit omne bonum. Cum Elia audit in Sina iudi-
Iudic. 5. cium; & in Horeb iudicia defensionis. Cum Iacob videt Deum facie ad faciem; cum filiis Israel ad benedicendum stat Dominum, sed cum Debbora, & Barac canit altissimo. Quoniam Dominus Iesus est rex

potens,

potens, Dominus virtutum, & gloriæ. Et sic patet triplex terminus huius sacri Mariæ ascensus. Sed aduerte, quod B. Maria istum secundum ascensum effecit, Christo in eius sacro vtero commorãte, vt detur intelligi. Primò, quod factus est Dei virtute, potius quàm humana. Secundò vt ipso ostenderetur quid fieret in Mariæ mente, tali, dico, ascensu in montem. Tertiò vt imitari conaremur, etsi non in ascensu tàm arduo, saltem in circumstãtijs, quæ affuerunt. Ante enim Mariæ introitum ad domum Zachariæ, surrectio fit festinatio, ascensio, & in ciuitate Iudamãsio, quia necesse est Mariam, ideſt animã à Deo illuminatam totaliter surgere ab affectibus terrenis, ad Dei imitationem volare citiuolè. Per ascensum cordis, & mentis à sensualibus ad intellectualia progredi, et se custoditum clausum, & ambitum tenere, ac quidquid rubiginis mente inesset, confessionis lima purgare. Quibus peractis Maria, ideſt, anima ad inhabitãdum ingreditur domum Zachariæ, vt Domina. Et sic vide, quæ Maria gessit, quia surrexit, cum festinatione, & abijt in montana in ciuitate Iuda, & intrauit domum Zachariæ. In primo ostendit se non teneri vinculis peccatorum, aut appetitus sensualis alicuius, quia surrexit. Ab operatione operum virtuosorum non posse retardari, quia cum festinatione. In continua esse mentis eleuatione, abijt in montana. Dei virtute protegi, & gubernari, quia in ciuitate. Ipsum summum Deum, commendare sermonibus, & operibus sãctis, ideò in ciuitate Iuda. Se perpetuã habere memoriã à Deo patratorũ, quare domum intrat, & Dei grã esse, quod erat; ideò Zachariæ. Ascenderunt plures montana, & montes. Vt Abrahã, Loth, Iacob, Moyses, Iosue, Barac, Dauid, & sic de alijs. Sed nullus sic festinanter, quia nec sic à Spiritu sãcto inspiratus, vt Maria, nec aliquis ciuitatem Iuda, & domũ Zachariæ sic intrauit, ut ipsa. Ipsa enim Deum præ cunctis glorificauit, quia ibi cecinit. Magnificat anima mea Dominum. Dei misericordiã est confessã ibi. Fecit mihi magna qui potens est. Misericordiæ Dei gratiã collandauit, & memorata est dicens: Et misericordia eius à progenie in progenies. Auxilium Domini omnibus prędicauit dicens: Suscepit Israel puerũ suũ. Maria ergo quoaduixit, nullibi stetit libentius, & apertius, quàm in ciuitate Iuda, & Zachariæ domo, spiritualiter intellectis. Omni enim tempore, hora, seu momẽto Dei percipiendo magnalia, ipsã laudabat, confitebatur, & glorificabatur. Quod quidẽ Dei fiebat auxilio, & vigore. Possunt etiã referare tres termini prædicti tria, facta in Maria à Deo, quæ Maria ostendit hoc suo ascensu. Primum est ab omni eo, quod animã maculat præseruatio. Et sic Maria ascendit ad montana. Secũdum, sua quoad corpus, & animã, perfecta sanctificatio. Et tunc stetit in ciuitate Iuda. Tertium ad Dei maternitatem subuectio. Et sic intrat domum Zachariæ; quibus datur intelligi documentum ex iàm dictis. Primum, vt cuncta ob Dei reuerentiã relinquamus,

vt simus exurgentes. Secundum, vt Dei præcepta promptè, & sollicitè peragamus, quia cum festinatione. Tertium ad superna continuè mente tendamus, quia in montana. Quartum tàm peccatorum confessionē, quàm laudum Deo rependamus, quia in ciuitate Iuda. Quintum beneficia Dei ad mentem reducamus, quia domum intrat Zachariæ. Sextū Dei adiutorium, sine quo nihil agere valemus totis præcordiis deposcamus, quia Maria stat in domo Zachariæ tribus mensibus, quia Dei auxilium expetendum est respectu operādorum, respectu euitādorum, respectu beatificādorum. Primum, vt rectè operemur; secundum vt peccata, & pœnas euitemus; tertium, vt in cœlo gloriemur. Maria benedicta montana ascendit, vt signo, & facto referaret, se nostris desiderijs respectu terrenorum non præoccupari. Sed hæc omnia despicere, & ad cœli bona peroptāda tendere. Ciuitatem Iuda intrat, ideſt, domum; cuius porta est paupertas, murus obedientia; via puritas, turris charitas, fouea pietas, platea iustitia, palatium conscientiæ nitor, ecclesia oratio, lumen fides, fons misericordia, Dominus discretio, iudex, & lex æquitas, populus virtutum connexio, ędificia sunt dona Spiritus sancti. Hanc intrauit, quia prędicta in se ipsa habuit. Quare Maria intrat, imò est ciuitas sancti, cuius fundamenta constituta sunt in montibus sanctis. In hac ciuitate, & super muros eius, non cessat Maria die, ac nocte laudare nomen Domini. Intrat ergo Maria, & stat, imò ipsa est ciuitas Iuda Dei confessionis, & laudis. Et meritò, quia præcunctis creaturis Maria Deum glorificans sanctis operibus, ideſt, glorioſum reddens. Et confitens orando, psallendo, Dei mandata perficiendo, & prosequendo. His igitur ex dictis patet secundum. Quo perrexit Maria, quia ad montana ciuitatem Iuda, & domum Zacharię. Tertium videndum, quo in loco, vt in termino requieuit Maria. Dicit Euāgelista, quod Deum intrauit Zachariæ. Quare & ibidem, vt dicit ipsemet resedit tribus mensibus. Ecce terminus peragrationis Mariæ; & vt quid significet videatur in speciali. Quærēdum est præ cunctis, quare Virgo Maria ad domum Zachariæ perrexit. Etsi ex dictis aliqualiter causa pateat, tamen ad propositum causa multiplex assignatur. Prima, vt Mariæ humilitas mundo declararetur. Erat enim reuera dignum; vt humilitatis virtus, qua Maria super omnia Deo placuerat, & qua præ cunctis fulgebat virtutibus, & potior in ea reperiebatur, quàm in cæteris hominibus. Nec dum mundo innotuerat, declararetur, & ostenderetur. Et ideo ad hunc actum humilitatis, seu virtutem potius ostendendam, Maria festinanter ascendebat. Ipsam humilitatem expresserat Deo dicens: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuū. Restabat ergo, vt in hoc primo actu ad Elisabeth accessu, per obsequium, vt sic loquar, ancillare erga præfatam cognatam ostenderetur. Et eo tempore quo maior erat Maria, scilicet,

scilicet, verbum Dei in suo vtero baiulando, vt iuxta dictum scripturę quanto maior exsteret, tanto magis humilis ostenderetur in omnibus. O quanta fuit hæc humilitas, vt Domina cœli, regina mundi, & mater Dei ad ancillam, seruam, & pedissequam per tantum iter adiret; & quo fine? Certè, vt ei in partu vicino seruiret, & assisteret. Hæc siquidem virtus extincta in primis parentibus, qui se contra Deum superbiendo eleuarent, propulsata à prauis spiritibus, à filijs Adæ totaliter derelicta, à Maria Dei matre suscipitur, inuenitur, amplectitur, ostenditur, & lingua operum prædicatur. O Maria benedicta, quis te docuit istam virtutem humilitatis præclaram agnoscere, percipere, habere, tenere, & possidere? certè, non Heua prima omnium mater, aut aliqua ex filiab. Sed ille te instruxit, qui odit superbos, & humiles prouehit in sublime. In te ipse habitando per gratiam, hanc prius inseruit radicem, dilatauit in stipitem, succrescere fecit in arborem, & in te sua multiplicando folia, flores fecit oriri, & fructus. O beata humilitas, quæ sic gratis amplexibus Deum, & eius matrem indissolubiliter astrinxisti. Nil ad tuam laudem potest dici sublimius, quàm vt regi omnium, & eius matri, sis totaliter copulata; & idem cum ipsis vnum effecta. De cœlo Deum ad terram trahendo: ipsi habitaculum in Virgine matre habitaculum præparasti. Cum ipso cunctis astitisti in actibus. Eius commendata fuisti sermonibus, & super omnia prædicata: in cruce positum nec deseruisti, ac ad inferni ima cum eo descendens superbiæ caput diabolum confudisti, ligasti, & destruxisti. Sed quid de te egit Maria? Nonne te dilexit, amauit, asciuit, astrinxit, suscepit, tenuit, habuit, & possedit? Inuenisti ne vnquàm talem ancillam, talem obsequi famulam, habitaculum, thalamum, fidam amicam, seruam, & sociam? Certe non. Tu enim fuisti in ea, in oculis, in auribus, in sensibus, in corde, in ore, in mente, & in suis operibus. Ipsa enim de nullo se, nisi de te commendauit dicens. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, vt clarè ostenderet tuis astrictam amplexibus, & amorosis nexibus alligatam. O celsa humilitas, & præclara, tu omnia bona hominibus impendis; tu enim Deum inclinas hominibus; patefacis eius aures benignas; cœlum aperis; penetras nubes; iracundiam placas diuinam; iras hominum sedas, & bestiarum; misericordiã altissimi prouocas; vincis Deum, sententiam reuocas; exaltas deiecta; gratiam impetras, & ab omni malo tu curas; o humilitas, quæ sapientiam in animam introducis; charitatem amissam restituis; a diaboli laqueo eripis; animæ lumen infundis; honoribus tuis accumulas; mortua viuificas; sterilitatem mentis fœcundas; dilectionem nutris in cordibus; locas in tuto; in tentatione custodis; & de hoste assiduum triumphum reportas. O humilitas, luminare mundi cordis es paradisus; cœlum exemplaritatis; dies iustitiæ, lignum scientiæ boni; fons cordium;

& arcus fidentissime pacis; in arca mundi; scala cœli; virga virtutis; vallis benedictionis; arbor vitæ; hortus conclusus; vinea Domini; & sanctitatis ois origo. Quid in Maria egisti, quæ sic dilexit dulcius, accepit, totis viribus; & strinxit feruidius? certè ipsa cecinit dicens: Fecit magna, imò maxima. Ipsam enim Deo placitam reddidisti, feciſti Dei matrem, Dominam mundi, reginam cœli, ac angelorum, & hominum imperatricem instituisti. Ad te declarandam verbo, monstrandam exemplo, facto prædicandam ad montana conscendit. Vt ancillare obsequium impendendo sorori, te esse assumendam ab omnibus ostenderet, & in fundamento spirituali primitus collocandam. Pergit ergo vt hanc declaret cum festinatione ad montana Mariæ, qui enim hanc secum habuerit, cum hominem sollicitum, promptum reddat, & facilè, ac ad omnia expeditum, cum Maria ad montem Domini festinè conscendet. Abijt ergo ad seruiendum cognatæ, Christus enim, qui se exinaniuerat formam serui accipiendo, suam matrem humilitate insignè præ omnibus suo exemplo, qui ministrari non venerat, sed ministrare ad se ipsam ancillandam, & seruituti aliorum subijciendam, & se exinaniendam fortissimè impellebat. Cuius voluntati Maria per omnia se conformans, vt ancilla humilis secundum Ambrosium, ad seruiendum Elisabeth perrexit. Et vt perseuerantiam humilitatis monstraret tribus mensibus apud cognatam permansit. Secunda causa accessus Mariæ ad domum Elisabeth est (teste Origene) vt per filium suum suo stante in ventre Ioannes in vtero situs matris sanctificaretur, de cuius sanctificatione dicetur fructu sequenti: et vt matrem ipsius, videlicet Elisabeth Spiritu sancto fœcundaret, & prophetico, de quo dicetur fructu vigesimoprimo. Tertia ex causa accessus fuit Mariæ ad Zachariæ domum, vt ibidem ex acceptis beneficijs gratias persoluerent creatori. Sicut enim mari rubro transito Moyses ad regratiandum Deo incepit. Cantemus Domino gloriosè, filios Israel ad hoc inducendo, Debbora inducebat victores Sisaræ, Dauid populum ex pace habita, ex hostium prostratione, Tobias Israel ex reductione, & liberatione à captiuitate, Iudith ex interfectione impij Holoferni, Tres pueri ad laudandum Deum ex præseruatione ab igne omnem inducebant creaturam; Sic Maria Elisabeth, Ioannem, & patrem, & alios ad Deum benedicendum prouocabat ex beneficijs à Deo perceptis, & eidem collatis. Nonne magnũ beneficiũ fuit, condonatio talis scilicet Ioannis, ipsis sterilibus parentibus, sic sancti, tali modo, tali tempore, tali nuncio, & ad talem finem? Elisabeth repletio Spiritu S. Cantici ibidem à Maria editio. Ergo ad excitandum corda, & mentes ad Dei laudes Maria illuc perrexit. Facta est ergo Maria introeunte, & residente domus Zachariæ iuxta sui interpretationem nominis. Memorans Domini, & auxilium domini, scilicet, habens. Rememorando diuinorum beneficiorum factũ

Iudic. 5.
1. Par. 16
Tob 13.
Iudit. 16

est su-

est super eos Domini auxilium. Quarta causa potest esse, quia accessus huius, cum à Spiritu sancto propellente factus sit per Zachariam summum sacerdotem Iudæorum, ipsorum sacerdotium, & per domum eius synagoga designatur. Et quia (teste Daniele) vnctio Iudæorum, cap. 9. tàm sacerdotalis, quàm regalis, in aduentu veri regis, & pontificis Iesu Christi cessare debebat. Sicut Christus vetera sacramenta suscipiendo terminauit eadem. Sic Christus, & Maria ad domum pergentes Zachariæ synagogam in ecclesiam translatam esse, & sacerdotium Zachariæ in Christum esse deuolutum. Et hoc ostendit Maria, cum filio, quando post tres menses, quibus steterat in domo Zachariæ, ideſt post tria tempora quibus ipsa synagoga steterat, scilicet, iudicum, regum, & pontificum à dicta domo recessit, & ad Galilæã gentium transmeauit. Patet igitur ex dictis ad quid recessit Maria. Videndum est ergo de tempore, quo stetit ibidem. Dicit Lucas, quod Maria mãsit apud cognatam suam, quasi mensibus tribus: vt iuxta Ioannem, ly, quasi, potius dicat plenitudinem eorundem mensium, quàm diminutionem. Sed cur tanto tempore Maria stetit ibidem? Respondeo, primò, quòd quia Ioannes ad suum introitum erat sex mensium, & parum plus, & iuerat ad seruiendum cognatæ in partu: tanto tempore hac ex causa stetit. Secundò, vt Mariæ sanctitas, & humilitas ex diuturnitate temporis reseraret. Virtus enim non statim agnoscitur, sed cõuersatione iam longa; vt patet de Ruth, & Iudith. Tertiò quia ambo iusti erant, & sancti, & Maria cap. 3. plena Deo, & gratia, vt meritis ipsius Virginis ampliorem perfectionẽ cap. 8. in gratia ipsi susciperent tanto permansit tempore. Quartò, vt trino tẽpore habitando iuxta cognatam, operatione Trinitatis in se facta, ostẽderet tempus huius visitationis non naturæ, aut legis, sed gratiæ esse. Quintò, quia gaudium est conuersari cum sanctis, vt lætificarentur nõ semel tantum, sed pluries, fuit ibi Maria. Deinde Maria ibi moram cõtraxit, vt deitas filij, quæ statim in introitu est ostensa, stando ibidem declararetur signis, & prodigiis perpetratis in Ioanne, & matre eius Elisabeth. Sed ne Virgo fuit cum cognata sua vsque ad partum Ioannis? Sententia communis doctorum est quod sic. Ratio est. Si consideretur causa accessus, quia ad seruiendum Elisabeth secundum Ambrosium, vt dictum est, & hoc in partu. Fecit ergo Maria id, cuius gratia accesserat, & tali in partu astitit, & affuit. Si consideretur gradus consanguinitatis. Maria enim, & Elisabeth filiæ fuerunt duarum sororum; quare præ alijs, vt consanguinea tali tempore adesse debebat. Si pensetur humilitas Mariæ, quæ ex perseuerantia maximè ostendi debebat, quare, quod Maria incepit, scilicet seruitium finaliter consumauit. Qualis insuper charitatis actus fuisset, si Maria ante partum abscessisset, cum seruitio maximè indigeant mulieres in puerperio decubantes. Nec valet, quod dicit Theophylus oppositum asserens, quod Maria stare non

debuit propter multitudinem aduentantium mulierum ad talem partum, quia hoc non obstat Virgini Deo plenæ, & in gratia confirmatæ. Etsi dicatur: Lucas verè ponere prius recessum Virginis, & postea subdere natiuitatem Beati Ioannis. Respondetur, quod quemadmodum omnia Ioannis anticipando ponit. Vtpote exitum ad desertum ante Christi natiuitatem, qui tamen longè fuit post. Sic in proposito de Virginis abscessu a b Elisabeth, quem ponit ante natiuitatem Ioannis, qui post fuit. Maria ergo virgo prudentissima, & discreta stans cum cognata sua eo tempore præcipuè, quo auxilio, & seruitio indigebat, eidem omni sollicitudine, & sine querela assistebat in cunctis, & seruiebat ad nutum. O quàm iucundum, & gratum fuit Elisabeth Mariæ seruitium, pensata dignitate, quia mater Dei: sanctitate, quia plena gratia, & quam sic esse perfectissimè agnoscebat. Sine dubio in tali seruitio magnam concipiebat lętitiam, & admirationem, vt tanta ad sui seruitium sic humiliter se inclinaret. Sed & cum magna reuerentia Mariæ seruitium suscipiebat. In partu Elisabeth Maria astitit. Et Ioannem, vt piè credunt doctores, de terra ipsa prius leuauit, suis contrectauit manibus, lauando, abstergendo, in sui gremio reclinando, & alia humanitatis opera circa ipsum benedictum puerum exercendo. O quantum gaudium, & lumen, lætitiam, & consolationem suscipiebat inter brachia, & pectus consistens Virginis ipse puer Ioannes. Si in introitu Mariæ gaudium sic susscepit, quid inter amplexus, & oscula Mariæ Deum in suo vtero tunc actualiter gestantis? Quam fixè Ioannes vultum contemplabatur Mariæ. Quam grauè ei erat à suis tolli manibus? Certè nimis. Multa de hoc possent dici, quæ sunt potiùs cogitanda, quàm scribenda. Patet ergo, quibus ex causis Maria in domo stat Zachariæ. Sed ad nos nonnulla iam dicta spiritualiter intelligendo, & applicando dantur aliqua documenta. Primum est, peregrinandum continuè. Etsi non opere, saltem mente, de vita præsenti, significata per Galilæam: Ad montana, ideſt, ad vitam æternam per recogitationem assiduam eiusdem. Secundum, quod nihil à Dei amore debet, & seruitute retinere. Maria cum festinatione pergit. Tertium, quoad domum sacerdotis Iesu venire optantes, necessariam eis est excussio cordis à terrenis. Obseruatio sollicita mandatorum ipsius vitæ Christi per imitationem aspectio, & peccatorum confessio. Quartum diuinæ laudi semper intenti esse debemus. Quare in ciuitate Iuda stare. Quintum, quod seruitia corporalia alteri exemplo Mariæ impendere debemus, præcipuè in necessitate constitutis. Sextum, dedignari non decet quantumcunque magni sumus, quia seruire Maria non erubuit iam Dei mater effecta. Septimum. Magna Dei per nos actitata referre ad ipsum cū laude opor-

de oportet, non ad nos, vt ipsum omnium causam, & principium glorificemus. Octauum, Consortium iustorum acquirere conuenit. Maria cum Elisabeth, & Zacharia iustis conuersatur. Nonum, Bonum impendere proximo pro posse condecet. Maria suam gratiam ijs iustis distribuit. Decimum, memoria diuinorum beneficiorum nostræ adsit præsens menti, vt ingratitudinis vitium derelinquêtes Deo regratiemur. Vt in præsenti suis adaucti gratijs, eiusdem tandem præmijs coronemur. His igitur patet declaratio huius fructus, & patebit etiam in sequentibus, videlicet. *Maria montes adijt.*

FRVCTVS DECIMVS.

Fructus XX.

Maria gratulatur.

EXPOSITIO BREVIS.

INCARNATI Verbi Ioannes clausus in vtero, Maria id in ventre ferente, præsentia visitatus sanctificatur, ac singulari munere iam vtens ratione gaudet, & exultat: aduentu lætificatus, & gratia Domini Saluatoris.

EXPOSITIO MAIOR.

SOLARIS luminis refulgentia, & influentia, sicut iuxta recipientiũ dispositionẽ, & diuersitatẽ variat, & magis depurata, siue illustrationis radio perfectius, & copiosius illuminatur, sic ineffabilis lucis æternę radius, verbi, scilicet, diuinalis, plenitudo charismatum, gratiarum, & luminum, ad eos plenius dirigitur, & diffunditur vberius, quos sua gratifica bonitate, perficere placuit, & ab æterno decreuit. Et quia origo, principium, & causa omnium bonorum est ipse Deus, quare & cunctorum sanctorum, tàm in esse naturali, quàm gratifico: hinc est, quod sanctos diuersos à mundi exordio non solum quoad loca, sed virtutes, & gratias, ac distinctis temporibus ipse produxit quosdam sanctos in lege naturæ, alios in lege scripta, non nullos gratię tempore benigniter instituendo: insuper aliquos in pueritia, plures in adolescentia, & iuuentute, multos in senectute, pluresq; intra viscera materna iam ortos ad statum sanctificationis, & gratiæ reducendo, factorem se, & actorem iustorum, satoremq; donorum, ac virtutum clarificè referauit. Sed quem præ cæteris veteris testamenti iustis, & patribus, sanctitatis prærogatiuis, & virtutum titulis celsiter decorauit? Quippe Ioannes est Baptista, & repericur, quem

creatum,

creatum,& factum à Deo præ cæteris sanctiorem,perfectiorem,& sublimiorem sanctis veteris testamenti esse ostendunt plura. Et primum est. Si consideretur ipsius Ioannis nunciatio,hic.n.beatissimus vir fuit. Primo à sanctis prophetis declaratus,videlicet ab Isaia. Ego vox clamãtis in deserto. Hanc se vocem ab Isaia præfatam ostendit ipse Ioannes esse. A Malachia. Ecce ego mitto angelum meum. Hũc angelum Christus Ioannem esse dixit. Et idem Malachias ibidem dicit. Ecce mittam vobis Eliam. Ioannem fuisse Eliam, non persona, sed spiritu Saluator ostendit. Et Gabriel angelus. A Dauid. Paraui lucernam Christo meo. Ipsamq; lucernam extitisse Ioannem ostendit Iesus. Secundò fuit diuersis typis,scilicet figuris, patribus à Deo,& mundo demõstratus, quod patet ex hoc,quia Ioannes angelus fuit non natura, sed gratia, officio, & dignitate,vt patet. Quare per omnes figuras angelorum,& spirituũ supernorum potest congruè figurari, fuit propheta,& plusquàm propheta. Per figuras omnium prophetarum,& specialiter Elię potest designari. Fuit sanctitate insignis,vt patet. Per sanctos omnes, tàm viros, quàm alios rationabiliter potest declarari. Ratio prædictorum hæc est. Quia figura non erit dissimilis,vbi figuratum nõ solum reperitur, sed vltra perfectius aliquid ponit. Sed quod speciali figura fuit Ioãnes demonstratus Ecclesia sancta profitetur, in persona Ieremiæ, Isaiæ, quorum in persona iam facta beato applicatur Ioanni. Vt patet in epistolis vigiliæ natiuitatis eiusdem diei electi. Patet etiam per dicta Christi. Quod Ioannes,angelus est,& Elias modo iam dicto. Tertio alto modo patri referatus. Sed à quo? Certè à Gabriele archãgelo. Vt patet. A quo noster Saluator fuit Mariæ nunciatus. Qui angelus de ordine fuit seraphico,vt dicit Dionysius. Quo celsitudo Ioãnis depromitur, hoc ex nũcio,cum à tali,& tanto nunciatus patri perhibetur. Sed aduertendum, quod ad hanc nunciationem plura concurrunt discussione digna. Primum est persona nuncians,quia angelus seraph. Secundum. Locus ipse est,qui valdè excellens fuit,scilicet,Domini templum,& Sancta sanctorum,ad quem locum solus summus intrabat sacerdos. Tertium. Hora. Fuit.n.singularis,quia,scilicet,hora sacrificij vespertini. Quartum, cui facta est dicta nunciatio,quia summo Pontifici,& sacerdoti sancto, scilicet,ipsius Ioannis patri Zacharie. Quintũm,quomodo,Deo incensum offerendo,& sacrificando nihil hoc Deo fit deuotius. Sextum est, quo signo, quia reuera prodigioso,officio linguæ à patre ipsius Ioannis sublato. Quibus euidenter dabatur intelligi ex primo Ioannem vt seraph charitate incendi debere. Ex secundo sanctificationis gratia in ipso,Deum vt in sancta sanctorum specialiter fore habitandum. Ex tertio de se,quoad corpus,& animã,sacrificium medullatum,& Deo placitum offerendum. Ex quartò,in ipso Dei magnalia esse renouanda,& melioranda. Ex quinto,Ioanne plures acceptandos esse à Deo. Ex sextò,

cap. 40. *Ioan.c.1* *cap. 3* *Mat. 11* *Ibidem* *Luc. 1.* *Psal.* *Ioan.5.* *Mat. 11* *Ibidem* *Luc. 1.* *Mat.11.* *Luc. 1.*

in ipso,

in ipso, vt in termino, seu veteris testamenti fine legē, & sacerdotiū Iudeorū obmutescere iam incepisse. Sic ergo cōsiderando, quomodo Ioānes fuit nunciatus, patet clarè veteris testamenti sanctos ipsum præcessisse. Sed aduertendum, quod non solum Ioannis ortus, sed etiam vita angelico est denunciata officio. Qualis enim futurus esset, primò, quo ad animam declaratur: quia spiritu sancto repleri debebat ex vtero matris suæ. Secundo quoad victum. Vinum, & siceram non bibet. Tertiò, quoad officium, quia præcursor Domini Iesu Christi, quia præibit ante illum, scilicet, Christum. Quartò quoad zelum, quia dicit eum in spiritu, & virtute Eliæ præcedere Christum debere. Quintò, quoad meritum ostendit. Erit. n. magnus coram Domino. Sextò quoad verbū, prædicationem, & operationem. Conuertet, inquit, corda patrum in filios. Septimò quoad dispositionem, quia parare veniebat Domino plebem perfectam. Octauò quoad exaltationem. Materia erit, inquit, gaudij pluribus, quia in natiuitate eius multi gaudebunt. Sic igitur hac nunciatione tàm vitæ, quàm ortus, Ioannes in veteri testamento denunciatos nascendos, videlicet, Isaac, Samsonem, & Iosiam, excedit. Secundum si facta tàm in vtero, quàm ex vtero mira à Deo in Ioanne operatio attendatur. Egit. n. omnipotentis Dei virtus in Ioannis natiuitate tàm in vtero, quàm ex vtero, mira quædam, & stupenda. Quorum primum est, Quia ipsum voluit prodigiosè huic mundo exoriri, scilicet, ex parentibus sterilibus, vt non naturæ sed Dei gratiæ, & potentiæ eius ortus tribueretur. Secundum est, quia verbum incarnatum ipsum visitauit stans in Maria, quo maius vt dicetur excogitari non potest, cuius visitatione Deus fecit, tertium in Ioanne, scilicet, prodigium singulare, ipsum à peccato originali purgando quoad culpam, aliter spiritu sancto repletus non fuisset, cum talis culpa cum spiritus sancti præsentia non maneat, per doctores. Quo cōcluditur in Ioannis laudem quod id, quod extra vterum alijs communiter conceditur, Ioanni in vtero existenti videlicet mundari ab originali est à Deo collatum. Et quia ad hoc sequitur immunitas à scelere, & puritas, Ioannes intra vterum purissimus factus est, & repertus. Quartum est. Quod Deus ipsum spiritu sancto repleuit, implens id, quod angelo erat præfatum patri eius Zachariæ. Sed hæc spiritus sancti superuentio, & repletio, natura, & causa Ioānis à peccato præcessit purgationem. Ad aduentum. n spiritus sancti, & suæ gratiæ sequitur purgatio mentis, & non è conuerso, aliter. n. opus tale gratuitum non esset. Sic ergo Domini spiritus non solum Ioannem repleuit, sed ipsum à labe purgauit. Sed hic quædam oritur dubietas, qualiter hæc repletio sit intelligenda, cum & alij dicantur repleti, videlicet, Stephanus, Maria, & Christus Dominus. Dicitur, quod repletio, & plenitudo accipitur in sacro eloquio aliquando pro quantocunq; excessu in aliquo dono ad alios. Vel vltra, id quod de communi cur-

Luc. 1. *Ibidem.*

Gen. *Iudic. 13* *3 Re. 13.*

ni cursu, & lege ab alijs habetur, vel accipitur quantum ad gratiã personalem, & sufficientiam. Quibus modis conuenienter potest intelligi ipsum Ioannem spiritu sancto esse repletum. Ad hanc deniq; repletionem secutum est quintum, quod Deus fecit in eum, videlicet, quod ipsum sanctificauit, de non sancto tàm priuatiuè, quàm negatiuè sanctum faciendo, ac in gratia eum manutenendo. Quod n. Ioannes in vtero fuerit sanctificatus, Glossa super illud: Priusquàm te formarem. Dicit, quod Ioannes etiam sanctificatus in vtero fuit, & spiritum sanctum accepit. Similiter Glossa, super illud. Exultauit infans, dicit: Nondum in eo erat spiritus vitæ, & tñ iam erat spiritus gratiæ. Sed dicet aliquis. Quomodo potuit Ioannes sanctificari in quo nondum erat spiritus vitæ? Dicitur, quod natus erat natiuitate in vtero quæ ad hoc sufficit, & non ex vtero. Hæc igitur sanctificatio non fuit solum purgatiua eius, quod inerat, scilicet peccati originalis, sed etiam præseruatiua ab eo, quod inesset, scilicet peccato actuali, saltem mortali pro futuro. Ratio, quia ad hanc Ioannis sanctificationem est secutum sextum, mirum quod est factum in Ioanne à Deo, scilicet in bono confirmatio. Fuit. n. Deo dicatus, & sic in gratia confirmatus, quod nunquã, saltem mortaliter fm omnes, peccauerit. Et si de veniali omnes etiam concedant, Augustino excepto, sed aduerto, quod & si multi sanctificentur, vt fit in baptismo & in vtero, vt Ieremias, non tñ omnes sic in gratia confirmantur, & spiritu sancto replentur, vt Ioannes. Et quia vbi adest spiritus sancti præsentia purgans, sanctificans, & confirmans talis anima, & mens, habilis redditur ad irradiationem diuinam, Deus fecit in Ioanne septimum mirabile, quod sibi cognitionem indidit, videlicet, suæ beatæ incarnationis, vt cantat ecclesia. Ventris obstruso recubans cubili. Et quia hoc pluribus angelis fuit ignotum, vt dicit Glossa super illud: Quis est iste, qui venit de Edom? Ad Ioannis est præroga tiuam in vtero existentis hoc agnouisse. Insuper ipsi beato Ioanni præter hoc est concessum octauũ à Deo, videlicet rationis vsus accelleratio, prout dicit Ambrosius super Lucam. Quod Ioannes in vtero situs matris nullam infantiæ sensit ætatem, sed supra naturam, supra ætatem à mensura perfecta cepit plenitudinis Christi. Et idem dicit. B. Augustinus in libro, qui intitulatur de eo, quod est Deum esse vbique, vbi exponendo, qualis fuerit illa infantis exultatio in vtero, inquit. Sic vsque adeò in illo puero accelleratus est vsus rationis, & voluntatis, vt inter viscera materna iam possit agnoscere, credere, & sentire, quod in alijs paruulis ætas expectatur. Ex vsus concessione Ioanni datum est nonum à Deo, vt Saluatoris præsentia gratifica exultaret, quod quidem in solitum fuit, & nunquã de alio auditum. Decimum mirum, quod Deus fecit in Ioanne, & concessit, est, vt spiritu sancto repletus fœcundaret hoc dono patrem, & matrem. Vt cantat Ecclesia, & quod maius est,

Iere. 1.

Luc. 1.

vterque

vterque parens abdita pandit, licet, vt dicetur, principalior causa Mariæ fuerit cum filio præsentia, & interceſſio. Vndecimum mirum fecit Deus, eum ad desertum in tali ętate consistentem impellēdo, quia puer erat in desertis. Duodecimum fuit, ipsum per vigintiquinque annos in deserto, gubernando, custodiendo, conseruando, & tenendo, quod quidem fuit mirabile, tempore, loco, ætate, & alijs concurrentibus consideratis. Quibus duodecim Ioannis in natiuitate peractis à Deo præ cunctis veteris testamenti sanctis ipse præcursor mirificatur, & exaltatur. Tertium extollens Ioannem prę alijs ante eum, sanctis est: si pensetur eius vitæ operatio sancta, & patratio. Quamuis. n. Ioannis vita nobis insinuetur ex hoc, & ipsius mores, cum dicit Lucas Euangelista. Quod manus Domini erat cum illo, & quod ipse puer crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsq; ad diem ostensionis suæ Israel. Ex eo tñ, quod ait ipsum ad desertum accessisse, & ibidē per tot lustra permansisse, Ioannem acclamat virtuosum, & sanctum. Nonne ostendit ipsum, tali ad desertum, accessu à mundi vanitatibus elongatum, carnis austeritatibus subiugatum, pœnitentiæ operibus deditum, ex incommoditatibus, quas in deserto sustinuit virtutem patientiæ possedisse, pudicitiæ titulo decoratum, in deserto, quæ, castitatem seruant, scilicet, austeritatem in vita, cultu, & sic de alijs præhabendo, obseruātia diuinorum mandatorum declaratum, disciplina regulari demōstratum. Eremi, enim, & Anachoretarum Ioannes princeps fuit. Copulatum Deo, summa Deo inhærentia, & confidentia innixum, dominiū sensuum habuisse, ipsosq; sensus ad interna reuocasse, orationi assidue institisse, ac Domini, & cœlestium contemplationem obtinuisse. Certè sic. Quæ omnia arguit ipsa mansio in deserto, & consequenter vitam Ioānis declarāt esse virtuosam, & commendabilem. Hęc. n. omnia sunt ea, quæ hominem sanctum faciunt, & exemplarem ostēdunt, videlicet, abdicatio mundi, carnis maceratio, pœnitentiæ operatio, patientia in aduersis, pudicitia, diuinorum obseruātia mandatorum, disciplina carnis, motuum coercitiua. Spei in Deum iactatio, Dominium sensuum, ipsorumq; à visibilium uoluptate abstractio, ratio, & contemplatio. Et hæc habuit, hic glorioſus sanctus. Et sic esse habitatio in deserto, quā habuit, profitetur expresse. Non subtraxit hunc à tali ad desertum accessu, ætas puerilis, imbecillitas corporis, amor parentum, sęculi delectatio, sacerdotij sibi debiti dignitas, aliorum exempla, laboris immensitas, diaboli tentatio, ferarum societas, loci asperitas, ac omnis corporalis delectationis, & cōsolationis priuatio, afflictio, & incommoditas. Non ista cum coercere, & cohibere à tali accessu valuerūt. Ratio, quia confortabatur à spiritu, quo spiritu cuncta abdicans, spernens deserens, & superans ad desertum accessit. Quinq; enim annorum, vt dicitur, puer erat habitans in desertis. Non inquit Euangelista in deserto, Luc. 1.

sed in

sed in desertis eum habitasse profitetur. Vt intelligas asperiora, & incultiora loca, ac incommodiora eum habitasse, & penetrasse. Vt sic agendo, & Dei prouidentiam circa ipsum ex hoc solertiorem fuisse, & vitam peregisse attendamus præ omnibus duriorem. Ab illo denique loco abscesserunt mundana sollacia, quoad victum, vestitum, stratum, domum, cultum, ornatum, conuictum, obsequium, & suppetentiũ pro carne commodorum remotionem. Qualis victus? locusta, & mel sylue stre pro cibo, latex erat pro potu. Qualis vestitus? Cilicium vestis ex setis camelorum, vt dicit Chrysostomus, contextum erat. Zona pellicea pro cingulo. Qualis stratus? Post laborem, terra vtiq;. Saxum, ceruical, aut lignum. Qualis domus? vrna certè tegebatur cœli. Elisei discipuli circa fluenta Iordanis casellulas sibi fecerant vt hꝛ 4. Reg. c. 8. Ioánes securus, & liber per deserta pergens, vt vir cœlicola locũ proprium dedignatur habere, qualis cultus, & pro sanitate corporis sollicitudo? Certè nulla. Vinum, & siceram bibere abhorruit. Omnem cultum carnalem, vt crucifigeret carnem conuicijs euitauit. Qualis ornatus, & corporis amictus, & aspectus? Homo. n. videbatur, non huius sęculi, sed alterius, cum eius effigies, facies, & omnia hoc exprimerent. Qualis conuictus, & conuersatio erat huius corporalis? Socius erat anguium, scorpionum, & ferarum residentium in deserto: quoad mentalem, angelorum, & cœlestis curiæ consortia iungebatur. Quale obsequium, & à quo impendebatur eidem? Volatilia, aut bestiæ Ioanni præbebant solatium, & angeli deniq; Domini. Consocius, quorum puritate, & gratia iam effectus ab ipsis, vt digne creditur, visitabatur, confortabatur, & consolabatur. Quid commodi habebat? omnia quippe corpori displicibilia, & horrorem habentia ibi aderant. Merito ergo Ioannes vita singularis, & sanctus ab Euãgelista ostenditur ex accessu ad desertum. Et quia nullus tali ætate ad desertum accessit, vt Ioannes hoc argumẽto alijs sanctior declaretur, & probetur. Quartum ostendens Ioannis præ alijs excellentiam est eius à veritatis, idest, Saluatoris ore digna cõmendatio. Commendauit Dominus Iesus nonnullos, ut Nathanaelé, quod esset vere Israelita, in quo non esset dolus. Petrum ex responsione facta, dicendo eum beatum ex hoc. Magdalenam coram pharisæo, coram sorore, et coram discipulis. Matrem propriam ex verbi Dei auditu, & obseruantia. Suos discipulos lucem mundi eos vocando. Centurionem præferendo eum in fide cœteris ab ipso aliquid poscentibus. Cananęam de fide. Et sic de alijs. Præ omnibus tñ beatum commendauit Ioannem, vt patet. Declarauit. n. Saluator pro commendatione eũ fuisse primo in affectu ordinatum, quem à mundo remouit; et hoc ostendit Saluator ingerens turbis Ioannem in deserto stare, cum dicit. Quid existis in desertum videre? Ioannes ergo stans in deserto, mundum, uita, & opere abdicasse depromebat, & consequenter omni affectu.

Ioan. 1. Mat. 18 Luc. 7. Luc. 10 Ioan. 12 Luc. 11. Matt. 5. Matt. 8. Mat. 15 Matt. 8. Ioan. 5.

ctu. Qua abdicatione Ioannes primus discipulus Christi fuit, omnia in ætate puerili relinquendo, tàm bona fortunæ, quàm naturæ, patrem, & matrẽ, ac summũ sacerdotiũ Iudæorũ, q; ei debebatur de iure. Quo euidenter exprimitur in Ioannis mente, affectum ad superna fuisse totaliter appetenda directum, quo amore tractus cuncta terrena abdicat, & dimittit. Insuper ante alios à verbo de dimittendis mundanis edoctus interius, Christi fit apostolus, & discipulus mundi desertione. Quare gloriam Petri, Ioãnes accepit, in antè, qui se iactat omnia propter Christum dimississe. Sicq; mundi onere viriliter abiecto ad imitationẽ Christi puer Ioannes properat sine mora. Ostendit Saluator Ioannem secũdo stabilitum quoad profectum. Nonnulli sunt viam Dei arripientes, sed tentationis modico impulsu statim diuertentes ab ipsa. Hi nimirum arundo sunt interius vacua, nulla firmata securitate, sed omni impulsu agitata. Sed huius arundinis proprietate morali Ioannes designari non valet, quia intus plenus gratia, in incepto stabilis vsq; ad mortẽ ipse permansit, & immobilis, vt columna. Quare de leuitate, iræ impetu, vanæ gloriæ flatu, commotione inuidiæ contra Christum, dubietatis motu, aut diffidentiæ popularis aure extollentia Ioannes notari nõ potest. Quo merito populis infert ad commendationem Ioannis, eundem in deserto, Saluator, non visum fuisse, sub similitudine arundinis agitatæ à vento. Ideo, inquit, ipse Iesus. Quid exstis in desertum videre? An, videlicet, arundinem vacuam virtutibus, ac vento elationis, tribulationis, tentationis, & commendationis agitatam? Non certè. A veritate commendatur Ioannes. Tertiò quo ad habitum, & corporis tegumẽtum. Non. n. hic glorioſus, vestiri voluit mollibus, sed asperis. Vestitus enim erat cilicio de pilis camelorum contexto, vt patet. Si talibus indui optasset ait Chrysostoms, ad desertum non abijsset. Talibus enim sic indutos, vt Ioannes, sancta deserta retinent: Sed mollibus indutòs, palatia regum habent, & mundus. Quo exprimitur Gregorio acclamãte in pretiosarum vestium studio, & apparatu non abesse peccatum, quia si à talium ambitioso apparatu culpa abesset, de veli tegumento Ioannes à Christo minimè laudaretur. Extollitur Ioannes, quarto, quo ad intuitum, intellectualem visum, & irradiationem internã, scilicet, de lumine prophetico. Saluator. n. Ioãnem similat prophetis, quia propheta, quo ostendit eum lumen, vt alij propheticum habuisse. Cuius Ioannis prophetia habetur. Sed eum præfert alijs, quia Ioannes fuit propheta, & plusquàm propheta, quia id quod verbo prodidit, digito demonstrauit. Vt patet. Et quo ad istum actum, fuit maior inter natos mulierum, vt dicit Lucas. Quintò commendatur, quoad meritum, & acceptationem, quia angelus à Christo vocatur, nõ natura sed gratia, quod vtique, vt dicit Chrysostomus, ad maximam Ioannis est laudem, id esse per gratiam, quod angelus habet per naturam. Hac igitur nuncupatio-

Mat. 18

Matt. 3.
Mar. 1.

Matt. 3.

Ioan. 1.

cap. 7.

cupatione Ioannis à Deo, ostendit Saluator eius acceptationem, quia non solum est directus ab ipso ad annunciandum Saluatoris aduentũ, sed ad præparandum viam,& disponendum.Insuper cum sancti angeli in Dei sint acceptione,Dei voluntatem in omnibus perficiẽtes: sic, & Ioannes.Vnde statim facto Verbo super eum in deserto,venit in omnem regionem Iordanis. Claresçit hoc nomine scilicet angeli Ioannis ministerium. Quid, & quale fuerit, & ad quid: fuit enim Ioannis ministerium, & officium, vt angeli, in disponendo, nunciando,illuminando,purgando,confortando,confirmando, increpando,excitando,Deum collaudando,consolando,dirigendo,Dei voluntatem perficiendo.Sed in speciali panditur eius officium. Quia iuxta patris vaticinium,& angeli dictũ præire mittebatur ante faciem Domini Saluatoris parare uias eius. Cerne quàm altè ex hoc præferatur Ioannes conspiciendo ipsius nuncij confirmationẽ ad Dominum ipsum dirigentem,quoad voluntatẽ.Non discrepantem vide Ioannem à mittẽtis intentione verbo, seu facto. Manifestam eidem agnosce Christi Deitatem,ad quã declarandam à Deo dirigebatur,quia immediatus nũcius fuit summi patris,& eius filij.Mysterium ergo Ioannis potius diuinum,quàm humanum dicitur. Commendatur sexto quo ad verbum, quia dicit Saluator,q; à diebus Ioannis Baptistæ regnũ cœlorũ vim patit. O qualis fuit huius sancti dicatio & informatio. Non inquã in humanæ sapientiæ verbis,sed potius in Spiritu sancto,& virtute Eliæ veniebat. Actio in eo non discrepabat à verbo,sed quod verbo prodebat, opere referabat.Verbum Ioannes habuit dulcissimum in attrahendo, veracissimum in instruendo, efficacissimum in commonẽdo, ad bonũ inducendo, vitia corrigendo,ac pœnitentiam exercentibus regnum cęleste promittendo.Cuius instructione salubri & doctrina mirifica peccatores ad Deum conuersi vim rapiendi cœlum inferebat eorum conuersione. Ecce qualis est iste doctor,eiusq; doctrina, quæ peccatorum mentes commouendo,& corda,vim ingerebat supernis.Sed ubi Ioannis prædicationis suæ agebat officium? Dicit Matthæus,quod in deserto Iudeæ.Et hoc debet intelligi de principio prædicationis. Sed quoad processum temporis, & prædicationis, debet intelligi illud Ioannis. Venit in omnem regionem Iordanis,quia de desertis exibat,in quibus fuerat usq; ad diem ostensionis suæ in Israel, & sic ad desertum Iudeæ veniens magis propinquum populis in deserto prædicabat. Sed cur in deserto? Respondetur,quod multiplici ex causa. Vt à strepitu mundanorum se,& suos elongaret,dans documentum iuxta dictum Christi,& semen doctrinæ in cordibus non proficit, tumultibus deditis mundanorum. Deinde,vt ex ipsa qualitate loci pœnitentiam, quam prodebat verbo in tali daret intelligi,exercendam esse loco. Ac etiam ut fictos, & lasciuos,qui talia loca libenter fugiunt à sua excluderet societate.

Ioan.1.

Matt.3.

Ioan.1.

Luc. 1.

Luc. 8.

Postre-

Postremò vt alterum Eliam se ostenderet, ac prophetiam Isaiæ in eo esse completam. Ego vox clamantis in deserto. Tandem, vt Christo venturo viam pararet, qui non huius mundi delectationes quærere, sed fugam à mundo docere veniebat. Sed quam formam in prædicando habuit? Dicitur quatuor prædicanda fore, scilicet, vitia, & virtutes, pœnã, & gloriam: & vltra hoc quemlibet secundum statum proprium informare. Hic enim vitia annunciauit, inquiens: Genimina viperarum. Pœnam: Iàm securis ad radicem posita est. Virtutes: Pœnitentiam agite. Gloriam: Appropinquabit enim regnum cœlorum. De informatione ad diuersos, & præcipuè ad turbas, quando dicit. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. De instructione diuitum: Qui habet duas tunicas, det non habenti. De eruditione militum: Contenti estote stipendijs vestris, & neminem concutiatis. De adoptione publicanorum, & forma prædicatorum. Ibidem. Insuper, primus, qui publica prædicatione promisit regnum cœlorum, vt dicunt Augustinus, & Chrysostomus fuit ipse Beatus Ioannes. Commendatur insuper septimo, quoad officium, cum ipsum vocat Baptistam; à baptismo enim cognomen accepit; baptizabat enim plebem in remissionem peccatorum: vt dicit Lucas euangelista. Quod exponentes Gregorius, & Chrysostomus inquiunt. Hoc erat, non quod ipsa gratia, & ex vi sacramenti daretur, & per consequens remissio peccatorum, sed quia ad baptismum disponebat Iesu Christi, in quo gratia, & remissio peccatorum donatur. Sed aliter potest dici, quia Ioannes prædicabat baptismum, sed baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Ioannis ergo baptismus gratiam non conferebat ex vi baptismi, sed quia cum baptismo erat pœnitentiæ operatio. Ratione enim pœnitentiæ fiebat remissio peccatorũ; pœnitentia etenim peccata delentur. Sed aduertendum est quanto ardore, amore, zelo, charitate, & feruore Ioannes ad animas accendebatur. Omnium enim cupiebat salutem, & vtriusque hominis optabat integritatem. In prædicãdo munditiam procurabat, intrinsecam mentis, sed in baptizando munditiam extrinsecam ordinabat corporis, & vt totus homo renouaretur pœnitentiam propalabat exercendam. Vide insuper quàm prudenter hoc peregit, non prædicabat simpliciter baptisma, qua sciebat suum baptisma nihil ex sui parte gratiæ conferre, sed prædicabat baptismum cum pœnitentia simul, quia pœnitentia delet peccata, & ideo dicit: Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnũ cœlorum. Prædicabat ergo baptismum, vt exteriori ablutione, interiorem faciendam depromeret; ad quod ostendendum baptismum pœnitentiæ prædicabat, vel baptismum pœnitentiæ prædicabat, ideſt, pœnitentiæ ostensiuum, quia humilitate, qua homo se humiliabat, dictum baptisma suscipiendo, & pœnitentia Deus veniam peccatorum præstat, vt patet de Achab, & de Manasse. Sed hic quæstio meritò exoritur.

Matt. 3.

Luc. 3.

Luc. 3.

3. Reg. 21. 2 Par. 33.

Cur Ioannes plenus Spiritu sancto, & prudens voluit populum baptizare, ex quo suũ baptisma vitalis ablutionis sciebat nihil gratiæ suscipientibus conferre. Respondetur, quod hoc fecit pluribus de causis. Prima, vt fortius, & vehementius populum immutaret ad aliquid nouum, & inusitatum concipiendum, s. interiorem ablutionem. Secunda vt faceret tali baptismi susceptione, qui erat pœnitentiæ, populum suscipientem pœnitentiæ professorem. Tertia vt auctorizabilior in hoc à nullo antea facto Dei nuncius appareret. Quarta, vt ad Christi baptismum suscipiendum suo baptismo plebem assuefactam redderet promptiorem, & proniorem. Quinta, vt quia à Deo directus erat, vt Christo testimonium ferret, aliquid agere voluit singulare, vt percunctantibus
Ioan. 1. de causa, solennius de Christo testimonium, qui baptizare debebat in Spiritu sancto, diceret, quod & fecit, vt patet. Sexta, vt quid pœnitentiã exercenti interius contingat, hac baptismi ablutione visibili indicaret. Septima, vt clarè ostenderet sacramenta vetera terminanda esse, et noua instituenda, inter quæ sunt baptismus, & pœnitentia. Octaua, quia Ioannes præcursor erat Christi, quare peragenda per Christum nunciare debebat. Et sic sui baptismo Christum baptismum ordinaturum in Spiritu sancto, & aqua, & remissionem peccatorum proclamabat. Quibus astruitur, cum habeatur, quod verbum Domini factum fuit super Ioannem filium Zachariæ in deserto, & statim venit prædicare, & baptizare, quod huiusmodi actum baptizandi, non ausu temerario, sed ordinatione diuina peregit. Et quia præ omnibus ante ipsum iustis, & sanctis hoc ministerium ipse primò exercuit Ioãnes Baptista, sicut lex Moysi à Moyse data ministerialiter, tali actu baptizandi cognomen hoc, scilicet Baptista suscepit. Verũm, si ad laudẽ Ioannis est talis cognominis acceptio, præcipuè tamen, quia ipse omnium Saluatorem Christum promeruit baptizare, & baptizauit; carnem mundissimam, & caput ipsius sanctissimum suis manibus contrectãdo, datur intelligi ipsum celebrãdum multis rõnibus, quoad baptismum. Primò, quod Ioannes erat purissimus, aliter Christus in tali actu ab eo sic tangi non permisisset. Secũdò, quod Christus ei secreta reuelauit, in cuius signum se nudum coram eo spoliauit. Tertiò, quia Ioannes fuit vere iustus, quia iustitiæ executor, dicente Christo ad ipMatt. 3. sum: Oportet nos implere omnem iustitiam. Quartò, quod fuit summè humilis, nam dicit Christo volenti ab eo baptizari: Ego à te debeo baptizari. Quintò quod fuit Deo acceptissimus, quia sicut Christum baptizauit, sic verbum Domini factum est super eum dicente Domino.
Ioan. 1. Super quem videris descendentem. Sextò, vir fuit totus contemplatiLuc. 1. uus, & estaticus, quia vidit cœlum apertum, & Spiritum sanLuc. 3. ctum descendentem, sicut columbam. Septimò, fuit certificatus de eo,
Ioan. 2. quod prædixerat, s. Christum baptizaturum in Spiritu sancto manẽte,

& de-

& descendente super eum, vt vidit. Sed ecce dum Ioannis laudationi insisto, quæstio scrupulosa ex dictis suboritur, videlicet: An Saluator noster rectè peregit, se à Ioanne baptizari permittendo, quia Ioannes seruus erat, nec Christus baptizari indigebat tali pœnitētiæ baptismo, vtpote sine macula; videtur enim ex hoc, occasionem præbuisse peccatorem eum esse credendi, & æstimandi. Respondetur, quod Christus decentissimè fecit se permittendo baptizari à Ioanne, vt humilitatis magister ab humilitate inciperet, et ad confirmationē prædicationis, attestationis, & operationis exhibitæ à Ioanne, et à Deo principaliter ordinatæ. Vt suum baptisma institueret, quod & fecit secundum Ambrosium suscipiendo baptismum. Ac, quod non à se, quis deberet baptizari, sed ab alio in tali baptizatione à Ioanne, euidenter ostendit. Vt ad facilius trahendum omnes ad suum baptismum, nec aliquem eximeret, ex quo in seipso susceperat. Vt nullus dedignaretur se conformare institutis regulis Sanctorum Patrum. Vt qualis esse debeat, qui diabolum appetit superare suo exemplo ostenderet, quia baptizatus à peccato lachrymis, & pœnitentiæ lamentis. Vt ex hoc daret intelligi, sicut in baptismo exterior ablutio non est à nobis, sed ab alio, sic & interior ab ipso Deo. Tandem, vt nullus quantumcunque magnus à quocunque ministro infimo, dummodo licitè tale sacramentum possit conferre, suscipere abhorreat, quia minister Dei esse in tali actu sic operans comprobatur. In cuius signum Saluator mundi Ioannis manibus non dedignatur subiici, & supponi. Sed vlterius dubitari potest, qua de causa Ioannes in tali loco baptizabat, & cur in tali fluuio, ipse quoque Christus voluit baptizari? Respōdetur, quod locus in quo Ioannes baptizabat, erat Bethania trans Iordanem, ad differentiā Bethaniæ Mariæ Magdalenæ, Marthæ, & Lazari. Fluuius verò erat ipse Iordanis, in quo Ioannes baptizabat, & Saluator baptizari voluit, tum quia principaliter fluuius erat terræ promissionis: tum quia tempore Iosue in eo Deus multa mira ostenderat: tum quia ipse Elias, & Eliseus per ipsum mirè transierant: tum quia Naaman Syrus præcepto Elisei Lothus in eo septies à lepra fuerat mundatus: tum quia ipse fluuius ratione tàm nomine, quàm ex origine, & peragratione aptus erat sacramento baptismi. Ex nomine siquidem, quia Iordanis riuus iudicij interpretatur, vel descensio, seu apprehensio. In baptismo digno iudicio passionis Christi princeps huius sæculi à nobis eijcitur, crucifigitur, & sepelitur noster vetus homo cum actibus suis. Et est descensus humilitatis, & apprehensio est fidei, veritatis, & gratiæ Christi. Ex origine verò, quia à duobus fontibus oritur; vt dicit Hieronymus, scilicet, Ior, & Dan, qui ad radices oriuntur montis Libani. Fluuius spiritualis gratiæ, per quam baptizamur interius.

Ioan. 1.

Ioſ. 3.

4 Reg. 2.

4. Reg. 5.

Oritur à duobus testamentis fundatis in vero cultu vnius Dei. Oritur etiam à Christo, in quantum Deus principaliter, & à Christo in quantum homo instrumentaliter, seu ministerialiter, & meritoriè. Et quia peragratione per terram transit sanctam, & à Deo promissam, baptismus transit, & transire facit, primò in Christi ecclesiam, & deinde in cœlestem gloriam. Sed in Bethania tali, videlicet, in loco Ioannes baptizabat. Bethania enim domus obedientiæ, vel domus afflictionis, siue domus doni Domini, aut domus gratificæ interpretatur, vt ad quid Ioannes suum ordinaret baptisma intelligi detur. Vt videlicet mens suscipientis ad Dei obedientiam, ad pœnitentiæ patrationem, qua dona perciperet virtutum, & deinde Deo placeret, & esset ei gratificus, & acceptus.

Ioan. 3. Baptizabat etiam, vt dicitur in Aenon iuxta Salim. Aenon cursus meroris interpretatur, vel fons tristitiæ, quia baptismus Ioannis ordinabatur ad pœnitentiam, vt peccatores tristitiam de peccatis, & mœrorem haberent. His igitur ex dictis apparet, quàm magnificè Ioannes extollatur à Christo, ex eo quod eum Baptistam vocat. Octauò commendatur à Christo de excellentia in sanctitate. Inquit dominus loco præallegato Matthæi. Inter natos mulierum non surrexit. Et quia hæc verba Saluator noster sub iuramento, & tãta assertione protulit, signum est, quod de Ioanne aliquid magni intelligi voluit. Si enim verbum Christi secundum Chrysostomum exponatur Ioannis excellentiam, & eminentiam super sanctos Christus expressit. Dicit enim, quod omnes sancti, aut superiores sunt sibi, aut inferiores: sed primum non, quare concedendum est secundum: quia ut dicit: Qui maiorem se non

Luc. 7. habet, omnibus maior est. Sed quia hoc verbum Christi per Lucam modificatur dicentem: Inter natos mulierum, non surrexit maior propheta. Saluator enim noster vltra id quod dixerat, quod Ioannes erat propheta, & plusquam propheta commendat eum non solum de lumine interiori præ aliis omnibus ante eum prophetis. Quia quod cecinerat affuturum, adesse monstrauit. Verùm etiam, præ omnibus ante ipsum, quia locutio est de præterito, vt patet, & non de præsenti. Ostendit Ioannem habere quandam prærogatiuam præ cunctis, quæ fuerunt in populo Dei. Non solum quoad officij dignitatem, & sublimitatem, quia præcursor, & angelus fuit Christi. Nõ de longinquo, sed de propinquo, sed etiam, quoad præeminentiam sanctitatis, & sapientiæ correspondentem præexcellentiæ officij, vt sic officium cum sanctitate, & sapientia debitè proportionetur. Quod enim absolutè non debeat intelligi Ioannem maiorem esse omnibus sanctis. patet, quia nõ ipso Christo, seu Virgine ipsa, qa neuter surrexit à peccato, videlicet, originali: quia hic surgere in sacro eloquio secundum do-

dum doctores quosdam, intelligi debet. Sed Saluatoris nostri verbum profundius intuentes secundum Rabanum. Quod mulier in sacro eloquio accipitur pro fœmina, & sexu, vt ibi: Quid mihi, & tibi mulier. *Ioan. 2.* Et ibi: Mulier ecce filius tuus. Aliquando accipitur nō pro Virgine, sed pro corruptis fœminis. Isto modo accipiendo, referendo verbum ad præteritum, vt est Ioannes fuit maior inter natos mulierum: patet ex supradictis, & dicendis, quod nullus sanctus excellentior fuit ipso; nec facta in Ioanne in aliquo ante ipsum patrata omnia fuere. Quis enim vnquā propheta de sterilibus parentibus sic natus est, sic excellenter nūciatus, sic lætificatus, sic visitatus, (vt dicetur) vt Ioannes? certè nullus. Quare inter natos mulierum, nullus eo surrexit maior, patet, & ex dicendis patebit. A Christo nono commendatur Ioānes de quadam speciali prærogatiua in terminando, videlicet, singularitate. Dicit enim, quod lex & prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerunt. Sed intellige hoc, qđ non est putandum ipsum Ioannem vetera terminasse, quia hoc est pro- *Ioan. 8.* prium Christo, qui omnia consumauit, vt dixit, in cruce, et omnia innouauit. Sed commendatur hic Ioannes, quod ipse fuit vltimus inter *Apoc. 21.* prophetas, qui Saluatorem futurum denunciarunt. Non quod nullus propheta fuerit post eum. Fuit enim post eum Agabus, & filia Philippi. *Act. 21* Sed quia nullus post eum prophetauit Christum vēturum. Quapropter quia ipse fuit vltimus dicitur, quod lex, & prophetæ, vsque ad Ioannem inclusiuè prædicauerunt de Christo venturo. Verum quia consideratis præcedentibus dictis à Christo, & sequentibus de Ioāne, hoc ēt ad laudem ipsius dixisse debet credi. Dat igitur intelligi Christus in hoc verbo, quod nullus maior, & excellentior in sanctitate fuit Ioanne. Similiter ēt in prophetando. Insuper vt sicut Ioannes fuit vltimus ex prophetis, sic in Christo, vt in vltimo omnes gratiæ prophetarum. Etsi nō quo ad mirabilia fuerunt, & virtutes. Et omnia dicta ipsorum esse per Ioannem declarata, cum dixit. Ecce agnus Dei. Commendatur à Christo ēt: *Ioan. 1.* decimò de virtuositate in operando, cum ait. Si vultis recipere ipse est *Ioan. 1.* Elias, non persona, quia hoc ipse Ioannes se esse negauit, sed virtuosita te, & operatione. Quod enim isto modo fuerit Elias, patet intuentibus ea, quæ de ipso Elia dicuntur in scriptura, et quæ de Ioanne. Fuit enim *3. Reg. 4.* Elias in induendo, prædicādo, operādo, conuersando, zelādo, & præcurrēdo, vt patet cōsiderāti facta vtriusq;. Verum, etsi similitudo fuit Ioannis ad Eliā in quibusdā, non tñ in omnibus, quia Ioānes eo fuit excellētior, & maior in virtuositate. Patet comparando locum ad locum, vitā ad vitā, prædicationem ad prædicationem, prophetiam ad prophetiā, zelum ad zelum, quia pro lege Dei occisus, & non ille. Commendatur à Christo vndecimò de austeritate in viuendo, dicente Domino: Venit Ioānes non manducans, neque bibens. Quod quidem Saluatoris dictum non debet intelligi, quod Ioannes nihil simpliciter comederit,

Matt. 3. Marc. 1. cum oppositum habeatur, quod comedebat locustas, sed pro tanto dicitur non manducasse, neque bibisse, quia communi cibo, & potu hominum, non est vsus ipse Ioannes. Quo datur intelligi, primò, ipsum semper ieiunasse, quia nunquàm manducasse dicitur. Ioannis enim Matt. 9. discipuli ieiunabant. Secundò ostenditur mirabilis Ioannis abstinentia, qui sic modicum comedebat, & bibebat, vel talia, vt nihil comedisse, seu bibisse diceretur. Tertiò apparet in abstinentia excessus ipsius ad alios; quia puer incedit in desertis, tanto tempore mansit, talemque cibum, s. locustas comedit. Et sic in hoc omnes ipsum præcedentes 3. Reg. 17 tàm Eliam, quàm alios excessit. Elias enim carnes comedit. Quo concluditur hac abstinentia supercilium corporis sic edomasse vt hoste subacto domestico, sui dominium possedisse. Insuper si Salomon à vino abstinendo habilis reddebatur ad sapientiæ studium, multo fortius ipse Ioannes, nunquã talia potans. Datur etiam nobis in hoc exemplum, quod quantumcunque à peccato simus immunes, de carne considerare non debemus, eius desideriis annuendo, sed ipsam semper Ioannis imitationes asperè tenere debemus. Quintò ex dictis Saluatoris apparet Ioannem non naturalibus frętum, sed diuina gratia hãc abstinentiam exercuisse. Ratio, quia tali cibo, & sic modico natura nostra victitare non posset. Vide insuper, quod non solum Ioannes à se remouit cibum, sed suæ carni adiecit pœnale, & afflictiuum, videlicet, ciliciũ, & vt strictius iungeretur carni, zona pellicea cingebatur, vt assiduis setarũ punctionibus asperius caro ipsa inquietaretur, Sic ergo, cum in victu, & vestitu, & habitatione virtus attendatur austeritatis, in hoc Ioannes cũctos ante eum præcessit. Sed hic quædam quæstio nascitur. Cur Ioãnes sic austerè voluit vestire, & viuere? Dicitur quod hoc egit multiplici ex causa. Prima ad efficatius, & mirabilius corda hominum excitãda. Secunda, vt quæ de Christo testificabatur essent fide dignius, & insuspicatius acceptanda, & tenenda, ac credenda. Nec amore temporalium poterat dici, quod ageret, nec leuitati cordis, aut fauore laudũ potuit ascribi. Tertia, quia Ioannes noua prędicare veniebat, scilicet, pœnitentiam, quæ, licet particulariter, nunquàm tñ generaliter fuerat prædicata. Vt ergo facto ostenderat, quod sic prædicabat, venit austerus. Quarta, in clypeum omnimodè irreprehensibilitatis, & in vsum increpationis, & increpatoriæ seueritatis; ad quæ exercenda talibus armis austeritatis docuit eum esse munitum, & præcipuè, cum de ipso dicat Christus, Ioannes in signis miraculorum non venit. Quinta, vt cunctis eius vita esset exemplar ad imitationem apostolis per contemptum mundi, virginibus per puritatem, & sic de aliis, sic & pœnitentiam exercere volentibus per talem austeritatem vitæ, & habitationem in desertis. Sexta, vt quia Ioannes ad vetus testamentum, quoad figuram, prout dicit Augustinus, pertinebat, in ipso exprimenda erat

austeri-

austeritas, & importabilitas legis, quam ferre, vt dicit Petrus, patres nō potuerunt, quæ per mansuetudinem Christi erat mitiganda, & eius iugum suaue prædicandum. Septima, vt ostenderet Ioannes super quos sit verbum Domini, & qui apti sunt ad Dei audiendum arcana, atque ad gloriam peruenire, videlicet, carnem pœnitentia domantes Duodecimò, commendatur ipse Ioannes à Saluatore, etsi non in Matthæo, in Ioanne tamen, de veracitate in profitendo, quia inquit: Ioannes testimonium perhibuit de me. Sed quàm verax fuerit iste testis apparet ex antedictis. Ipse enim fuit vita sanctissimus, sapientia Dei illuminatissimus, quia plusquàm propheta, zelo, & iustitia ordinatissimus, quia Elias, nulli timori humano subiectus, quia angelus, à Domino dilectissimus, quia ab ipso missus. A mundanis penitus remotissimus per contemptum, scilicet ipsorum. Quibus concluditur, quod non subdolè, aut fraudolenter, sed veridicè & reuerenter Christo testimonium dedit. Sed quale testimonium? Certè multiplex, nempè de eius potentia: Venit fortior me post me. De eius eminentia. Cuius, inquit, non sum dignus calceamenta soluere. De eius auctoritatiua clementia: Ipse baptizabit vos in igne Spiritus sancti. De eius iustitia: Cuius ventilabrum. De eius auctoritate, & dignitate: Ego à te debeo baptizari. Quia ostendit eum esse verum Messiam, & ob hoc suos discipulos ad Christum misit. De eius munditia: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. De eius fœderatione, & mediatione apud Deum: Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Dicendo eum creatorem, dominatorem, & punitorem prauorum, vt ibi: Ante me factus. Et alibi; Securis ad radicem posita est. Quod sit mundi redemptor, & principium omnium, & conseruator. Quia dixit: Hic est filius Dei. Ecce quale testimonium Ioannes dat Christo. Commendatur tertiodecimo à Christo de dilectione, & charitate, quando Saluator loquens de illo dicebat: Ille erat lucerna ardens, & lucens. In Ioanne enim, quod magna fuerit gratia ipsa eius nominis interpretatio declarat. Sed quod ardens fuerit charitate, patet de dilectione ad Christum, cuius amicum se ipsum Ioannes appellat. Quo datur intelligi, quod summa charitate Christo iungebatur. Sed de charitate, & amore ad proximum testimonium reddit proximi informatio tàm verbo, quàm vita. Sed de dilectione ad Deum ostendunt, uita sancta, quàm peregit, sua prædicatio indesinens, baptizatio Christi, supernorum contuitus, peccatorum ad pœnitentiam inductio, & pro Dei amore martyrij susceptio. Commendatur Ioannes quartodecimo, & vltimò à Christo de vitæ exemplaritate, quia dicit, quod fuit lucerna ardens. Ioannes enim sua vita fuit verè lucerna, non sub modio, sed super candelabrum positus, vt omnibus luceret vitæ, & sanctitatis exemplis. Nonne Ioannes erat vir exemplaris, cuius vita fuit sic

Act. 15.
Ioan. 5.
Ioan. 1.
Matt. 3.
Matt. 3.
Mat. 11.
Ioan. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 5.
Ioan. 3.

ordinata, prædicatio eius sapientia diuina illustrata, & conuersatio ab omni hominum conuictu, quoad omnia elongata? Fuit ergo Ioannes lucerna, non lumen, quia non à se, sed ab alio lumen gratiæ accepit: Nec fuit principale exemplar, sed Christus, non primum, sed secundarium, & hoc, quod habuit, totum à Deo accepit, quia non lumen, sed lucerna fuit. Sic igitur hac Saluatoris commendatione ad Ioannem, qui omnia nouit, & veritas est, nec acceptor personarum, ipse Ioannes sanctis ante ipsum, vt maior proponitur, & commendatur. Quintum declarans Ioannem celsiorem fuisse ante ipsum iustis, & sanctis est, quod Deum gratiarum copiosa, fœcundatio, cóceptio, & infusio, quod quidem duo ostendunt. Primum est, Ioannis multiplex nominatio. Secundum est actus vitæ suæ distinctè consideratio. Pro euidentia primi sciendum est, quod cum omnis denominatio sit à forma, & operatio procedat ab esse. à forma operatio vtique egreditur, & oritur. Quare cum pro statu isto ad supernorum indagationem, reuelatione, & effectuum attentione pertingatur. Qualis operatio fuerit ipsius Ioannis ex nominibus impositis, non casu, sed consilio perpendere aliqualitet possumus, & per consequens, quibus donis, tanquàm formis has operationes mirificas exercentibus, & producétibus fuerit repletus, & gratijs.

Luc. 1. Ioann. 1. Ioann. 3. Mat. 11. Mat. 11. Ioann. 6. Luc. 1. Ioann. 2. Ioann. 5. Matt. 8. Ioann. 5. Mat. 11.

Aduertendum est igitur, quod ideò vocatur pluribus nominibus, & censetur in sacris euangelijs. Ratione enim, quia plenius Spiritu sancto fuit, vocatur Ioannes. Quia Christo amore vnitus, dicitur amicus sponsi. Quia dono intellectus specialiter illustratus, dr̃ propheta. Quia gratia prophetiæ fęcundatus, & probatus, dicitur plusquam propheta. Quia Christi præco, vocatur vox. Quia habuit gratiá disponédi corda, iuxta illud angeli: Conuertet corda patrum, vocatus est Baptista. Nec non ét ex actu, vt dictum est baptizationis. Quia verò Dei gratia, q̃ verbo docuit, & opere perfecit, vocatur Rabbi, idest, Magister. Quia zelo, & exemplo luxit, & ardebat, vocatur lucerna ardens, & lucens, ac ét q̃a opera virtuosa effecit. Quia summè obseruantiam optauit legis diuinæ vocatur Elias. Quia veritatem est professus de Christo dicitur testimonium Christi. Quia habuit gratiam, vt Christum mundo nunciaret, dr̃ angelus. Quia præ alijs hominibus Dominicæ incarnationis agnouit sacramentum, à doctoribus maior homine Ioannes vocatur. Sic ergo patet ex diuersitate nominum Ioannis, donorum varietas, & gratiarũ in eo existentium, quare, & affluentia in eisdem. Alio modo potest accipi gratiarum affluentia, si sua sancta vita, quoad actus aliquos discutiatur. Si.n. Ioannes consideretur, primò ante ortum habuit munera gratiarũ, quia fuit à prophetis declaratus, figuratus, parentibus sterilibus condonatus, diuino munere natus, solenniter nunciatus, & declaratus quoad vitam ab angelo, nominatus, quia Ioannes. Secundo in ortu existens in vtero habuit Dei dona, primum visitationis Christi,

Luc. 1.

illumina-

illuminationis,quia cognouit,repletionis gratiæ,purgationis,sanctifi
cationis,distributionis,quia gratiam ad parentes diffudit. Tertiò in
egressu ab vtero,habuit munera gratiarum,primum quia à Christi Ma
tre,vt piè creditur est de terra subleuatus,in ipsius virginis sanctis bra *Luc.1.*
chijs reclinatus,vbi mirabiles habuit consolationes,cœtus ipse hilara-
tus,miro modo nominatus, gentibus admiratus, patri loquela data.
Quartò in progressu vitæ habuit munera. Primum, quia fuit à spiritu *Luc.1.*
sancto confortatus,ad desertum pergendum incitatus, in deserto vitæ
austeræ approbatus: viginti quinq; annis in deserto cõmoratus,conso- *Luc.3.*
latione diuina ibidẽ recreatus,sermo Dei sibi fuit ibidẽ reseratus, quia
dicitur,quod factum est Verbum Domini super Ioannem. Sed attende,
quod Ioanni factum est verbum multiplex, & antè,in deserto, & post,
quo plura, & alta de Deo cognouit, & astruitur ipsum de abditis, &
Deo secretis,habuisse euidentiam,& notitiam. Quando.n.ipse Ioan-
nes fuit à peccato purgatus factum est sibi verbum de Dei miseratione,
quæ præuenit eum antequam exiret de ventre eum sanctificando. Quã
do fuit in ventre existens à Christo in Maria stando visitatus,data est.n.
ei fm Ambrosium,& Augustinum cognitio,& factum est verbum, id
est notitia de Dei incarnatione. Quando à Maria fuit de terra subleua-
tus,vt piè creditur,tunc factum est ei verbum de Mariæ sublimatione,
& gratię copiosa repletione. Quando fuit impulsus ad desertum factũ *Luc.2.*
est verbum Domini sibi de Dei protectione, quomodo Deus protegit
sanctos suos ab hoste,& alit eos in fame. Quando tanto tempore in de
serto fuit conuersatus factum est verbum Domini de mundi contem-
ptu quam sit vtilis, & de impretiabili thesauro, mundi contẽptoribus
promisso,ac quàm bonus sit Deus ei inhærentibus est ostensum. Quan
do ad prædicandum est directus factum est ei verbum de Dei bonita-
te,& amore ipsius ad homines, qui vult omnes saluos fieri,& ad agni-
tionem veritatis venire,qui Verbum suum quantum in se est ad saluan
dum omnes direxit. Quando Christum baptizauit, tunc factum est ei
verbum de mysterio ineffabilis Trinitatis,patrem in voce,spiritum san
ctum in columbæ specie,filium contrectando manibus cognouit. Quã *Ioann 1.*
do malos reprehendebat factum est verbum sibi de Deo ipsum esse iu-
stum retributorem malis dicendo: Securis iam posita est ad radicem,
bonis verò appropinquabit regnum cœlorum. Quando discipulos ad
Christum misit, factum est ei verbum Christũ esse Dei virtutem, om-
nipotentem,vt patet,& de responsione signis ostensa. Quando Christũ
ad se vidit accedentem,factum est ei verbum Christum esse nostrum re *Mat.11*
demptorem,clamauit.n.dicens:Ecce agnus Dei,& liberatorem à pec- *Ioann.1.*
cato,quia ipse baptizat in Spiritu sancto. Quando pro lege Dei mori
voluit,factum est ei verbum Domini Deum esse largissimum remune
ratorem,& præmiatorem. Quando Christum ab hominibus descendis

se con-

se conspexit, tũc factum est ei verbum Christum esse mortis triumphatorem, & diaboli expugnatorem. Sed qñ ad gloriam cum Christo intrauit, tunc factum est ei verbum Domini non specialiter, sed specialiter, contemplando Dei Trinitatem, & Deum cognouit, & ipsum Saluatorem nostrum Christum esse quietatorem cordium experientia manifesta. Quintò in egressu à deserto habuisse munera plurima Ioannem ostendunt plura. Primum est sua prædicatio, annunciando vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam, qua multos ad pœnitentiam induxit. Discipulorum aggregatio: habuit.n. discipulos Petrum, & Andream, & alios, vt patet. Verborum acceptatio. Ibat ad eum omnis Iudææ regio. Ipsius reputatio, reputatus.n. fuit Messias. Christi baptizatio, & sic fuit institutor ministerialis baptismi pœnitentiæ, Christi prænunciatio, & præcursio: Fuit homo missus à Deo. Ecce mitto angelum meum. Ad magnum munus, & gratiam fuit Ioanne esse præcursorem Christi. Sed hic potest esse quæstio de quo commendatur à Christo, & an Ioannes Christum debuit præcurrere. Dicitur, quod sic. Ratio ad hoc est multiplex. Primò in signum regiæ auctoritatis in Christo existentis, aduentus regis, nuncio præuenitur solemni. Deinde, vt corda humana debitè disponerẽtur vti materia ad formæ finalis, gratiæ fidei, scilicet, perceptionem. Vlterius vt sicut lex, & prophetæ Christum præcesserant, sic in signum horum aliquis præcelsus, nuncius præire eum debebat, vt figura veritatẽ, & lucis solem. Postremò ad tollendum omne velamen excusationis incredulis Iudæis, præmissus est testis singularis, cui meritò omnis fides esset adhibenda. His igitur de causis Ioannes præcursor missus est Christi. Alias tãgit eius Pater Zacharias ipsum alloquens in Cantico ab ipso ædito. Præibit.n. ante faciem Domini. Septimum quod ostendit Ioãnem habuisse munera gratiarum est diuinorum arcanorũ perceptio. Mira.n. vt dictum est, & dicetur, de Deo percepit Ioannes, sed specialiter habetur, vbi dicitur, Qui misit eum baptizare: quo datur intelligi, quod Ioãnes à se baptismum non instituit, sed à Deo prẽmonitus, ille.n. dixit, super quem videris Spiritũ sanctum residentem. Octauum Christi demonstratio. Ecce, inquit, agnus Dei. Tandem est vitæ perfectio, Ioãnis.n. vita fuit tota perfecta, nec fuit facta virtute humana, sed diuina. Quo arguitur ipsum verè Spiritu sancto plenum fuisse, Ioãnis enim vita, fuit, ratione suæ perfectionis à Deo hominibus directorium optantibus mundum abdicare: quia omnia dimisit carnem domare, quia austerrimus in cunctis fuit: pœnitentiam patrare, ad desertũ enim puer accessit cilicio indutus: se lachrymis lauare, quia baptizabat: rectè in mundo victitare, vnicuiq; exemplum, & doctrinam dando viuendi: Dei iudicium formidare, vitam sine crimine seruare, fugit homines, & erat in desertis: Oratione instare, & contemplationi, vita, locus, & actus omnia prædictis competebat, quæ erant in homine, testi-

Ioã. 1. 3. Mar. 1. Ioann. 6 Ioann. 1 Mat. 11

Ioann. 1

Luc 3.

Luc. 1.

monium

monium verũ referare, addiscere, & Dei secreta indagare, quia ad Christum discipulos misit, vt interrogarent: in humilitate se fundare, pro iustitia agonizare, quia pro Dei lege mori voluit. Sic ergo Ioannis vita perfecta fuit. Sextò in suo à mundo egressu, & recessu, habuerat. n. statum apostolorum, omnia relinquendo, doctorum, veritatem prædicando, & edocendo, virginum, puritate enitendo, anachoritarum in desertis persistendo, prophetarum, & patrum lumen sapientiæ à Deo obtinendo, & sic de alijs sanctorum statibus, in quibus fuerat in vita ornatus. Tandem donum habuit à mundi excessu secedendo, videlicet glorioſi martyrij, quo sanctis iungeretur, vt sic nullus in quocunq; ordine sanctorum fuerit ante eum, ipso in aliquo dono excellentior inueniatur, Virgine, & filio exceptis, de quibus non est sermo, vt nunc in gloria aurea coronatus, aureola ratione institutionis puritatis, & martyrij præ alijs ante ipsum adornetur excellentia speciali. His igitur patet quintum, quo Ioannes præ alijs ante eum sanctis commendabatur. Sextum Ioannem depromens laudabilem præ alijs ante ipsum est ipsius notabilis, quoad officia singularia conditio. Sicut. n. nullus est status, in quo Ioannes non inueniatur; præcipuus, loquendo de statu superiorum spirituum, & sanctorum, sic ipse, qui omnium officia, actus, & conditiones habuit, omnia ipsorum nomina habet, & eisdẽ specialiter prænotatur, habuit. n. cõditionem patriarcharum in compassione, prophetarum in irradiatione, apostolorum in prædicatione, martyrum, legis defensione, confessorum ex vita, doctorum instructione, virginũ Christi coniunctione, angelorum ad Christum præparatione, archangelorum occultorum relaratione, virtutum mira viuendi conditione, potestatum spirituum malignorum cohibitione, principatuum reuerẽtiæ exhibitione, dominationum rectè omnium informatione, thronorũ increpatione, cherubim sapientiæ diuinæ agnitione, seraphim charitatis inflammatione. Quia igitur Ioannes sic sanctorum omnium operibus, officijs est sociatus, sic & eorum nominibus est vocatus, quare hoc sexto, præ alijs ante eum est super omnes commendatus. Septimum, quo Ioannes præ cæteris ante eum excellentior inuenitur est sanctorũ locutio, & attestatio, de nullo ante ipsum in sacro canone tot, & tã magna dicuntur, vt de Ioanne, nec aliquis à sanctis doctoribus, vt ipse est commendatus, vt in summa præsenti dicetur fructu, quare ipsum sanctorum eloquia extollunt præ alijs sanctis. Octauum, quoad hoc commendans Ioannem, est ipsius post mortem crebra miraculorum operatio, licet. n. Ioannes extra se miracula fecerit, quia vt dicit Christus, Ioãnes signum fecit nullum, tñ tota vita eius fuit miraculosa à principio vsq; ad finem, & non sic vita aliorum. Quanta vero miracula post mortem exercuerit, & fecerit, innotescit ipsum piè inuocantibus in suis oportunitatibus, quibus subuenit vniuersis, quæ de nullo alio eum præcedenti-

Mat. 20
Mar. 6.
Matt. 3.
Mat. 11
Matt. 6.
Matt. 3.
Luc. 3.
Ioan. 3.
Mat. 18
Ioan. 6.
Matt. 18
Ioan 3.
Matt. 3.
Luc. 3.
Matt. 6. & 14.
Ioan. 1
Ioan. 2.
Luc. 6
Mat. 20

cedentibus leguntur. Quo sequitur, quod tam in præfatis, quàm in isto hic glorioſus Baptiſta ſanctior, & excellentior alijs ipſum præcedentibus reperitur. Sic ergo patet, quod ſol iuſtitiæ Chriſtus in Ioānem præ alijs gratiæ ſuæ radios, veluti in materiam magis diſpoſitam immiſit & direxit (virgine ſemper ſalua). Sed iam dicta habuit ne hic ſanctus omnia ſimul? Certe non. Nam quædam habuit ante ortum exiſtens in vtero, dum à Maria, & filio fuit viſitatus, quædam in progreſſu ab vtero, dum à Maria fuit de terra ſubleuatus, quædam in deſerto conuerſatus, quædam dum ad prædicandum fuit deſtinatus, quædā, qñ fuit Chriſtus ab eo baptizatus, quædā dum fuit martyrio conſumatus. Sed quid habuit in vtero ipſe Ioannes matris clauſus? Huic quæſtioni hic fructus reſpondet dicens, quod, à Ieſu, & Maria viſitatus Ioānes factus eſt diuino munere vir, & ipſorum præſentia, & aduentu, ad ſe eſt lætatus. Præmiſſa. n. iam dicta ſunt, vt videlicet videatur, qñ Ioannes prefata habuit, & ſi non omnia, ſaltem pro maiori parte habuit, & reliqua omnia diſpoſitiuè: quādo aūt habuit prædicta, dicitur, quod Mariæ, & Ieſu, in montana exiſtente acceſſu. Quapropter eſt ſciendum, quod hunc beatum Ioannem fidei Chriſtianæ præconem, iuſtitiæ zelatorem, doctorē veritatis, defenſorem legis diuinæ, ſpeculum puritatis, lucerna mūdi, exemplar virtutum, pœnitentiæ formam, & omnis rectæ diſciplinæ, imaginem, magnum, & talem Ieſus fecere, & Maria. Sed quādo, & quo modo? Dum Maria Dei verbum habens in vtero, ad montana pergens, domum intrans Eliſabeth ipſius Ioannis matrem ſalutauit. Sed cur Maria benedicta ſic cucurrit cum feſtinatione ad montana? Nō aliud erat pro cauſa, niſi feruens dilectio proximi, ſcilicet Ioannis, quem ſciebat ſanctificari non debere niſi per filium, & ſui præſentiam, & quia omnium Maria optat, & omnibus ſanctitatem, & gratiam, ideò cum feſtinatione aſcēdit. Sed cur intrat domum Eliſabeth, niſi, vt oſtēdat, quod Deus in occulto, potius quàm in publico in anima operatur, & gratiæ dona ſuſcipit homo à conſortio populorum, ideſt, peccatorum remotus? Intrat ergo Maria beata domum Zachariæ, ſed qua ſocietate? ſui ſponſi, vt creditur, ſcilicet, Ioſeph, vt videlicet, ex conſortio daret intelligi in ipſam domum, & quo ad inhabitantes, (& ſi iuſti eſſent) ſuo aduentu gratias, & virtutes augeri debere, quia Ioſeph accreſcēs dicitur,

Gen. 49. Sed per quem? Certè per illum, quem in ſuo vtero ferebat, à quo eſt omnis plenitudo gratiæ, & donorū, ſcilicet Ieſus Chriſtus, hoc eſt pignus hoc eſt Dei donum, hoc fuit Encennium, quod Maria tradendum, & publicandum ſuo nepoti Ioāni, & ſuæ ferebat cognatæ, quo nil maius,

Coloſſ. 2. & melius eſt, cum in eo ſint omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię Dei

Sap. 7. reconditi, & in quo habitat omnis plenitudo deitatis. Quo omnia bona dantur. Magnus ergo, & mirabilis fuit hic acceſſus, & introitus ad domum Zachariæ, ſed maximum fuit munus traditum, & oblatum. O

beatæ

beatæ senex Zacharia, quid vidit bonus Iesus, & eius mater in domo tua, vt delectarent sic accedere illuc, intrare, & morari? Inuenerũt de niq; iustitiã & sanctitatẽ, quibus ipsi delectantur. Ad tuam ergo domũ beatæ Senex Maria accedens cum filio intrans, ac residens, quid doni, & boni domus tua recepit? Inquis, domus mea extitit primo sanctificata maiestate Christi, & sanctitate Mariæ, mundata: nam omne prauũ ab ea est remotũ: Deo dicata, quia ibi positum est altare, scilicet vterus Mariæ, in quo erat sacrificium Iesus Christus, in quo reconciliatur homo: Deo, gratia repleta, quia ibi gratia pleni erant Iesus, & Maria, omni suauitate, & virtutum fragrantia respersa, quia ibi rex virtutum, & dona assistebãt: præ huius mundi domibus, & templis materialibus acceptata, quia, ibi, quos Deus summè diligit, erant, scilicet, Maria, & filius: multitudine angelorum impleta, quia regi gloriæ, & reginæ iugiter assistebant, & obsequebantur: donis spiritus sancti affluenter prędotata, quia Maria, & Iesus his donis pleni aderant: iucunditate innouata, quia Ioannes & Elisabeth gaudent: ad laudes dedicata, cãtat Maria, cantat Elisabeth, & ego ipse Zacharias: tota illuminata, Ioannes spiritu prophetico perfunditur mater, & ego: tandem prę cunctis alijs locis in ea sunt opera mirabiliora patrata, quia ingressa est Maiestas Domini, & gloria Domini est repleta, ac repleti spiritu sancto sumus, & mirabilia sua apud me, & mea, operatus est Deus, vt patebit. O domus fœlix, & benedicta Zachariæ, quæ tot insigniter decoraris virtutibus, & gratiarum adimpleris muneribus. O quàm iucundum erat, inibi adesse, tali comiti, tali virgine cum filio, ibi assistente. Facta est ergo domus Zachariæ, Maria intrante cum filio, tabernaculum Domini, templum Dumini, domus Dei, ciuitas Dei, & turris, cubiculum, & thronus pijssimus Salomonis, ratio prædictorum est, quia non locus hominem facit sanctum, sed homo sanctus, & Deus ipsum sanctificat locum. Si ergo tabernaculum fœderis sanctificatum fuit ostensum per Dei in nube super illud descensum, & suæ gloriæ ingressum, & per introitum nebulæ in templum tempore Salomonis, ac domus Zachæi per ingressum Saluatoris ad ipsam. Sic & de ista debet intelligi. Quare, vt dictum est, efficacissimus ad domum Zachariæ Mariæ fuit ingressus. O beata Maria, quare ad domum hanc accessisti specialiter Zachariæ? Sine hæsitatione, fuit in causa, vt tua gratia, & filij, purgatores eam tua præsentia cum filio lætificares, tua sanctitate sanctificares, tuo eloquio informares, tua eleuatione ad cęlestia subleuares, tuo obsequio ministrares, tua conuersatione ædificares, & tuo gaudio lætificares, & exaltares. Quid egit Maria? Inquit Euangelista, intrauit domum. Quo datur intelligi, quod ad Dei introitum, & matris in animam fit misericordia in anima & ad animam, nec elongatione eorum à nobis, sed approximatione eorum dona tribuuntur, qũ videlicet intrant. Intrante autem Maria cum

Exo. vl. 3. Reg 8. Luc. 18.

Domino

Domino hanc in domum, fuit ne ausus antiquus hostis sub ingredi aliquãdo? Non certè, ratio, quia ibi adsunt, Maria, & Iesus. Intrat ergo Maria, & non stat foris, vt quibus absit, & adsit, hoc in exemplo ostendat sacro, & mystico ingressu cum filio. Beata anima ad quam intrare, & inhabitare dignatur Maria, & Iesus. Certè fugantur vitia, virtutes adueniunt, & domus efficitur per gratiam Dei viui. Non stat ergo foris Maria, sed intrat, vt suam gratiam alijs communicet, & infundat, & vt ostendat Dei salutationem habere non posse, qui stant extra domum Zachariæ, idest, Ecclesiæ sacrosanctæ. Intrauit ergo in domũ Zachariæ, quia in sola congregatione fidelium ipsa B. Maria, stare, & intrare delectatur. Intrat pariter Maria Zachariæ domum, vt ostendat, quod Iesu, & ipsius introitu ad animam statim fit Zachariæ domus iustitiæ. s. & omnis perfectionis. Ingrediens igitur Maria domum salutauit, inquit Euãgelista, Elisabeth, vt iam perficeret Maria, quod per filium mandandum erat discipulis, vt non per viam, sed intra domum salutare aliquem debemus. Salus. n. Domini extra domum non stat, sed intra, quare Maria, vt salutet, domum intrat: parũ. n. esset salus ad aures corporis deuenire, nisi interius penetrans animam intraret. Intrando Maria cognatam salutat, vt exemplum præbeat, quod qñ domum fideliũ accedimus salutẽ debeamus optare, portare, & dicere eisdem. Sed cur Maria potius Elisabeth salutat præalijs, dicetur fructu sequenti. Salutat ergo salutem nunciando, quam gerebat in vtero. Inuocando, vt super eos, ad quos intrabat, accederet, optando, imprecando, impetrãdo, & procurando. Salutat ergo Elisabeth, sed quibus verbis? qua voce? quo sono? qua intentione? & cuius inspiratione? Non deniq; verbis superbis, aut arrogantiæ, sed humilibus, & reuetentiæ nõ voce dolorosa, sed dulci affabili, & gratiosa: non sono depresso, sed omnia interiora excitante, & commouente. O quàm dulcis fuit hæc salutatio, & quàm insolita. Salutauerunt se verbis pacificis Moyses, & Iethro. Iudas Machabæus, & Nicanor. Sed nullibi talis salutatio, vt hæc fuit audita, nec à tali ore propalata, ut à Maria, quæ Deum in vtero suo gestabat. Sed ò quàm mirabilis, & stupenda hæc fuit? Nempe hęc salutatio fuit à uerbo principaliter, & effectiuè, sed à Maria ministerialiter, instrumentaliter, & prolatiuè, quare omni reuerentiæ efficacia, & stupore dignissima. Nonne hæc fuit stupenda, quæ fœtum Elisabeth commouit, ipsam spiritu prophetico repleuit, domum, & Ioannem sanctificauit, ac tot mirabilia peregit? Salutat ergo Maria sororem. O quãtus amor, ardor, & feruor erat in Dei genitrice Maria, quæ vt salutem procuraret cognatæ, cum festinatione per tam longinquum spatium accesserat. Signum euidens erat, quod sua salutatione mira fieri debebant in cognata, & filio, ex quo sic, cum festinatione à spiritu sancto Maria pergere ad eandem incitabatur. Intrat ergo Maria, ut bonum quod ipsa

Exod. 18 & 2. Ma. 3

possidet,

possidet, alijs impartiatur liberaliter, & sua cum filio præsentia Deus iustis augeat gratiam, & donet non habitã. Intrat pariter Maria cũ humilitate domum cognatæ, vt pote tota reuerens humilis, & deuota suscipiatur cum summa reuerẽtia, lætitia, & iucunditate à cognata. Sed quid Maria effatur? Salutat, inquit Euãgelista, Elisabeth, vt nos edoceat proximi nostri optare debere salutem, quem vt nos iubemur amare. Salutat etiam Maria Elisabeth, sed formam verborum Euangetista tacet, vt per effectum quid Maria dixerit, intelligat. Postremò hæc salutatio, & si fiat cognatæ, ad filium statim se diffundit, Zachariã, & domũ totã. Mirũ certè Maria salutat, & Ioãnes exultat. Maria salutat, & cognata exclamat, admiratione dignissima, hæc salutatio ostẽditur. O B. Maria q̃ terribilis est uox tua, q̃ corda penetrãs iustos exclamare coegit, q̃ dulcis q̃ infans Ioãnes percipiens in vtero lætabundè exultat. O q̃ efficacissima est tua salutatio, q̃ talia in matre operatur, & filio. Sed quid operata est tua salutatio ò B. Maria? Certè, inquies, non solũ mater est internaliter luminata, & fœcũdata, vt fructu dicet sequenti, sed infans Ioãnes in vtero exultauit in gaudio. Vbi inspice vir deuotè salutationis Mariæ effect⁹ mirabiles, qa ipse Ioãnes ex voce salutationis Marię fuit primo internaliter radiatus: quia sui Saluatoris præsentiã cognouit, cuius assistentia lætificatur. Nonne gaudere debebat tanti regis præsentia visitatus, & talis reginæ? Fuit etiam vsus rationis concessus, & in eo accelleratus, prout Augustinus, & Ambrosius narrant, quod vtiq; nulli, nisi Christo, & matri est factum. Regem etiam fuit veneratus, qui exultauit, non corpore, sed spiritu, & mente, ac pedibus, suis est prouolatus Saluatoris. Pariter ab omni fœditate originalis peccati purgatus, aliter nullo modo nequiret intelligi quomodo sanctificatus fuisset, cum ad sanctificationem id proculdubio sequatur. Fuit etiam sanctificatus, & Deo specialiter dedicatus, & sic merito ipse Ioannes, Nazareus extitit vocatus, quia Domino consecratus. Deniq; copiosè Spiritus sancti gratia fœcundatus, & sic impletum fuit illud angeli ad eius patrem dictum: Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Postremò fuit summè consolatus. Si Psalmus dicit adimplebis me lætitia cũ vultu tuo; quid Ioannes mente cernens Domini Saluatoris faciem? Recreatus certe fuit, vnde merito gaudebat. Istud fuit in signum consolationis habitæ, scilicet gaudium, quod percepit, & gessit. Beatus Euãgelista dicit. Quod exultauit in gaudio idest in Iesu, qui est gaudium, & & consolatio nostra, ostendens, quod in nullo alio est gaudendum, nisi in ipso, iuxta illud. Ego autẽ in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Istud gaudium in ortu Christi nunciatum pastoribus à Ioanne habetur in vtero. O quàm magnum fuit gaudium, imò maximum. Ex parte obiecti vtique in filium, quia quo gaudebat mente Deus erat & Dei visione. Fuit etiam maximum inter omnia creata ex parte Christi hu-

Luc. 1.

Abac. 3.
Luc. 2.

sti humanitatis, quam Ioannes venerabatur, & attendebat. Ex parte virginis etiam fuit magnum, quam Ioannes plenam esse gratiarum percipiebat: & fuit maximum ex parte percipientis, scilicet, Ioānis, qui exultauit ad Christi contemplationem, & considerationem, qua contēplatione, & excessu leuatus Ioānes gaudebat in gaudio, ideſt, in Iesu Christo, qui est corona, & gaudium nostrum. Hoc quippe nulli ante concessum extiterat, & specialiter in tali ætate, & incarnatione iam facta Saluatoris. Viderat Abraham mente, & promissione diem Christi, & gauisus fuerat, sed Ioannes, quod Abraham habuit in spe, comprehendebat in re. Habuerunt plerique gaudia, vt Sara de ortu Isaac, Anna mater Samuelis de filio, Iudęi tempore Esther, & Machabęi. Sed nullum fuit, vt Ioannis, quia non exultabant immediatè in Domino Deo, sed in bono creato à Deo eis concesso. Gaudebat ergo Ioannes, & exultabat in Domino Iesu suo. Et sicut gaudium erat ex parte infantis supra naturam, sic & maximum erat in perceptione nouo n. modo, & inaudito. Ipsi infanti Ioanni bonus Iesus se referabat. O quàm iucundè Ioannes in faciem illam mirabilem plenam omnium gratiarum intendebat, in qua, & ex qua sic exultabat. Quàm fixe intuebatur illam, quàm attēte, quàm gratanter, quàm reuerenter inspiciebat, & laudes persoluebat. O Ioannes beatæ, vide quantum te Deus diligat, qui te visitare, purgare, sanctificare, vereare, fœcundare gratia sic est dignatus. Quid igitur infans beate retribues Domino, pro his, quæ exhibuit tibi? Inquit Euangelista, quod exultat, iubilat, cantat, laudes persoluit, & quod nō potest voce, facit affectu. Exultat ergo Ioannes in gaudio. Sed qñ, & quomodo? Dum, scilicet, Maria benedictam eius matrem Elisabeth salutauit. Vnde arguitur magnæ efficaciæ hāc salutationē fuisse. Sed quomodo? Puto, quod dum Maria Elisabeth amplexatur, & stringit. Maria. n. suum amplexum præbendo cognatæ, dum venter ventri contiguatur, virtus de Maria progrediēs matrem, & filium sanctificat, & percornat. Exultat ergo Ioannes prius quàm mater, quia prius vt dicit Ambtosius, & Beda effectum gratię sentit. Sed num alio modo eius à prædictis? Certè sic cernēdo diuinâ illuminatione promissa Patribus per Christum, & à Christo de incarnatione eius impleta, videndo se sic tanti regis prędentia, & visitatione lętificatum purgatum, sanctificatū, & gratia Spiritus sancti repletum. Aspiciendo se tanti regis, & Domini præcursorem ordinatum. Et quia officium erat excellentissimū, gaudebat, sed præ cunctis eum ad lætitiam incitabatur in Domino aspiciēdo, reuelatione diuina, Christum suum esse Redemptorem, Saluatorē, consolatorem, gubernatorem, directorem, & vltimò, æternalem glorificatorem. Infans ergo Ioannes, & si adhuc erat infantulus, imo, nec dum natus mundo, erat tñ vir, vt dicit Augustinus, & Ambrosius. Sed hic dubium incidit: num Ioannes sic exultando, cum esset in matris

Gen. *1. Reg. 2.* *Esther. 8* *1. Mac.*

ventre

ventre, nunquid non materna viscera commouebat? Certè sic. Aliter Elisabeth gaudium filij non percepisse corde, & mente. Sed nunquid tali commotione patiebatur, vt Rebecca? Credo, quod non. Quia gaudium, & Spiritum sanctum ipsa percepit cum filio; quare, & præseruata à dolore fuit. Insuper quomodo poterat dolere habendo ante se regem gloriæ, quem diuinitus cognouit, & matrem eius Mariã? Mater igitur quomodo dolebat tãtum gaudium percipiendo in suo filio? Nõ benè conuenisset gaudium filij cum matris dolore, verbi Dei præsentia pro tunc iucundante. Sic ergo Elisabeth à dolore, quem pati debebat, credo Dei dono fuisse mirificè præseruatã, nec impossibile debet alicui apparere, cum mens intenta diuinis, quod circa corpus fiat, multotiens non auertit; magna ergo facta sunt in introitu Mariæ in domum Elisabeth, & salutatione, vt puer contra cursum natura cognosceret, exultaret, & gauderet. Quo concluditur in Maria illum fuisse, qui fecit mirabilia absque numero. In gratia etiam fuit confirmatus, vt esset vas Dei electum, & sanctificatum Ieremias sic sanctificatus, & in gratia confirmatus dicitur. Potest etiam idipsum piè credi de ipso beato Ioanne, quia talis sanctificatio in vtero plus ponit, quàm facta post vterum, & extra. Hoc etiam potest patere si attendatur, quod Ioannes plenus Spiritu sancto fuit, qua confirmatione in gratia Ioãnes habituit. Fuit patiter ab omni peccato mortali mirificè præseruatus, quia sic nunquàm peccauit, vt aiunt omnes doctores. Habuit etiam, quod fuit ad bona peragenda habilitatus, cum enim fomes ratione sanctificationis fuerit sopitus in eo; incentiuum ad malum non habuit, & obtinuit gratiã, quare dispositionem, & facilitatem ad bonum operandum consecutus est. Habuit etiam tunc gratiã diffusionis, vt scilicet gratiam, quàm habuit, in matrem infudit, non effectiuè, sed meritoriè, & intercessiuè, vt cantat Ecclesia. Tandem potest piè credi, quod habuit actum meritorium, & collata est sibi potestas merendi, quia si talis actus exultationis fuit à Ioanne habente vsum rationis, vt dicũt Augustinus, & Ambrosius, videtur etiã, quod talis actus fuerit meritorius, vt cãtat ecclesia, vterque scilicet pater, & mater abdita pãdit: non meritò prequiso, sed exhibito. Et cum non esset maior ratio, quod Ioãnes post octo dies ex vtero promeruisset, quàm in vtero. Insuper vsus rationis Ioãni concessus, & gratia non fuerunt ab ipso remota, quare satis piè dicta possunt credi, & teneri. Quod placet tñ teneatur, quia in talibus, nihil temerariè est asserendum, quod à doctoribus non affirmatur. Habuit etiã hic sanctus prophetiæ spiritum tali visitatione, exultatione, & salutatione. Quod enim obtinuit parentibus, non est negãdum ab ipso, vt verè à Christo quadã excellentia sit plusquàm propheta nominatus, quia, quod alij ab vtero, Ioannes in vtero consecutus est. Habuit omnia dona hic gloriosus sanctus, introitu Mariæ ad Elisabeth cũ

filio,& salutatione meritis,& precibus B.Mariæ,sed dicta sufficiãt pro præsenti. Ex dictis apparet Ioannis sanctitas præ cunctis sanctis veteris testamenti,& noui celsitudo,& sublimitas,qui tot supernis præuentus donis est in vtero muneribus gratiarum.Claret etiã quàm magnus fuerit Ioãnis status,vtique meritorius,& Deo acceptus. Humilitas Mariæ apparet in accessu ad Zachariæ domum. Apparet etiã quàm magna sit potentia Verbi incarnati in se,& ex se,quæ in Maria,vt instrumento operãdo,tàm efficax inuenitur. Quãtæ insuper virtutis, & gratiæ esset animæ Mariæ,cuius corporea voce,& tactu saluifico cum præsentia filij Ioãnes sanctificatur,repletur gratia, & tàm mira agit gaudia nondum natus. His igitur claret quàm fructuosus fuerit Mariæ ad montana cõscensus,quàm efficacissima Mariæ salutatio. Qua in re dilectissimi nobis ingeri hãc salutationem à B. Maria deposcemus instãter,dicentes cum sponso: Sonet vox tua in auribus meis. Supradictis igitur diligenti indagine meditatis apparet huius fructus declaratio, & quod in principio fuit pro dicti fructus declaratione præmissum, scilicet,Incarnati verbi Ioannes clausus in vtero.

Fructus XXI.

FRVCTVS VNDECIMVS.

Maria vatem condidit.

EXPOSITIO BREVIS.

VOx salutationis Mariæ ab Elisabeth percepta, Spiritu sancto abundanter repletur relaxans ora laudes,& mysteria prodit,fidem commendat, benedicit fructum ventris, beatam dicit, prædicatque Mariam.

EXPOSITIO MAIOR.

TOTALITER corpora inflammata, aut iubaris fulgore perfusa,& respersa,vt claret experiẽtia, si stricta,& dispo sita, congruè applicentur eisdem ipsa illuminãt, & inflãmãt, sic renera cum sancto viro conuersante, qui diuini amoris igne succensus, & supernę sapientiæ lumine radiatus deprehendit,homo dispositus veri fulgoris radio, & cognitionis notitia instruitur,ac Domini nostri feruore succenditur,& ignitur,fitque diuina gratia cooperante,& agente,vt Dei amore ignitus, & suæ sapientiæ splendore decoratus,quanto vehementius in præfatis incenditur, tanto ad

inflam-

inflammandum & illuminãdum alios copiosior, & actiuior reperitur. Dei ergo genitrix Maria Deo plena, vt pote Dei verbum in suo habẽs ventre, igne diuino totaliter ignita, & abyssali verbi radiatione prędita, vt hoc in alios exerceret ad suam diuino monitu, & instinctu, perrexit cum festinatione cognatam. Quam quidem, & supernis illustrauit radijs, & flamma diuini igniuit amoris, prout præsens fructus enarrare intendit. Decens enim est, vt post quàm visum extitit in præcedenti quid Maria egerit cum Iesu in Ioanne, nunc consequenter declaretur, quid Maria effecerit magis in sancta ipsius Ioannis matre, vt visis his breuiter, quàm magna sit Maria clarè cognoscatur. Sed ante omnia quoddam est scrupulum remouendum, an videlicet Maria benedictà Elisabeth sic voluerit, vt præfertur, illuminare, & inflammare, vt & fructus præsens declarare conatur. Respondetur quod sic, non quidem principaliter, & effectiuè, quia hoc fit ab illo, qui ignis est, & lux illuminans omnem hominem, scilicet Deus ipse: tamen à Virgine potuit fieri ministerialiter, & interceſſiuè. Si enim ad preces Eliæ duplex spiritus propheticus concessus est à Deo Eliseo. Et ad preces Elisei oculos Deus aperuit pueri, vt angelorum acies cerneret existentes in monte, ac sanctorum precibus nostras mentes instruit, & adurit, cur non credimus ad Mariæ interceſſionem hoc Deus exhibuisse cognatæ, quæ præ omni creatura placuit Christo, & apud Deum gratiã dicitur inuenisse? Inconcusse ergo dicta tenendo, quod B. Maria peregit in sorore scilicet Elisabeth, qualiter tamen id effecerit, quia hic fructus præsens expetit, erit amodo declarandum. Beatus Lucas euangelista modum, quo Virgo operari est dignata prædicta referans ponit, quod ipsa Dei genitrix multa fecit. Primò perrexit ad montana cum festinatione oportet enim illuminare volens alios prius ad montem accedere iuxta exhortationem; Venite ascendamus ad montem Domini, & docebit nos vias suas. Moyses non in imis positus, sed in monte Sina legem accepit, vt doceret filios Israel. Elias in Sina audiuit iudiciũ. Sic Christus omnium magister montem ascendit, vt doctrinam euangelicam discipulos prius doceat, & eisdem deinde in monte gloriam suam ostendit. Omnis quippe illuminatio, à monte in quo beneplacitum est Deo habitare, ideſt, à Christo, in quo habitat plenitudo diuinitatis progreditur, & ẽmanat. In eo enim sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi. Ad montem hunc accedit Maria volens illustrare cognatam, & sic ascendendo montana, ideſt, à verbo in suo stante vtero illuminata, hanc gratiam illuminandi possedit, & ei concessit suus filius, qui nouit omnia etiam in tenebris constituta reuelans mysteria. Dans documentum Virgo ipsa deuota, quod ad Iesum est pergendum, vt illuminemur, quia nisi ipsius fulgore mens nostra fuerit radiata, quod verum est, nec cernere valet, aut docere. Accessit ergo, &

4. Reg. 2.
4. Reg. 6.
Isa. c. 2.
Eccl. 45.
Matt. 5.
Mat. 17
Coloſ. 2.
Dan 2.

perrexit in montana. Sed quomodo perrexit? certè mente, & spiritu, & hac sacra oratione præuia. Obedientia Deo summè subiugata, & humilitate, & quia Spiritus sanctus super humilem, & contritum recumbit, Maria donis Spiritus sancti plena perrexit in montana. Surrexit igitur Maria vires internas recolligens, vt Dei sapientiam in mõte deifico residentem audiret, & cum festinatione perrexit, quia gratia plena, & omni labe carens, nihil habebat retardatiuum respectu diuinæ irradiationis ad ipsam quare in montana perrexit, i. ad abyssalem diuinæ sapientiæ ipsa accessit lucem. Perrexit igitur Maria ad montana, vt sororem ad montem perduceret, scilicet diuinæ sapientiæ agnitionem, & amorem. Stabat Elisabeth in montana, sed non pergebat, quia, etsi in montibus sanctis staret per gratiam, ad lucem inaccessibilem non ibat per contemplationem. Maria pergens in montana stantes ibidem mox ad superna transire edocuit, & coegit. Maria mons Dei ad montana pergit locum eidem pro nunc congruentem, erat enim mons præparatus domino omni virtute, & super omnes colles, id est, sanctos gratia sublimata. Surgit ergo Maria oia creata relinquens, ad montana, ideſt, Deum contemplandum accessit, cuius contemplationi illuminata, & inflammata, suam posit inflammare, & illuminare cognatam, festinans audire quid salutis, & pacis Dominus loqueretur in ea. Sed aduerte, quod huiusmodi ascensus quintodecimo anno ætatis fit Dominæ, & sexto à Ioannis conceptione mense, sed mensc primo, vt creditur, incarnationis in ea filij Dei, cum statim post incarnationem hunc effecerit ad montana ascensum, vt expresse innuat, se denarium numerum præceptorum implesse, ac contenta in libris legalibus spiritualiter perfeciſſe. Dans documentum, quod sine legis obseruantia ad luciformem irradiationem, quis non pertingit. Sed sexto mense surgit, quia sex præmissis ad montem ascendit. Primum, se totaliter relinquendo, quo ad sensuales appetitus, ad radices montis Sina populum dimittendo. Secundò suum intellectum à phantasmatibus relinquendo, & sic cum Moyse sola ascendebat. Tertiò illum, qui est desiderabilis totus præcordijs omnibus appetendo ad fastigia incepit subleuari Sina. Quartò, corpous, & animã Deo offerendo, vt sacrificium medullatum; tunc Aaron, & Hur dimittitur dicendo cum Saulo: Domine quid me vis facere? Quintò sui obliuiscendo, & omnium creaturarum, solum Deum considerat, nebulam, & caliginem intrat. Sextò sui notitiam perfectè dum possidet se deijcit, humiliat, & prosternit nihil putando se esse; tunc prostrata, & deiecta in faciem suæ propriæ reputationis tandem à Domino vocatur, & tunc sine mora, sed cum festinatione Maria pergit ad monta, quia verbum Domini tunc fit ad ipsam. Surrexit ergo Maria, & abiit in montana. Sed quo tempore? In eo incarnato

iàm

Iam verbo, quia non humana virtute hæc fit eleuatio mentalis ad Dei cognitionem, & sui perfectum amorem, sed Dei, nec quis circa alium præfata valeret exercere, nisi prius quodam singulari modo diuinæ irradiationis, & ignitionis in mente habitans, velut in ventre Mariæ fuerit ipse Deus. Sic igitur Maria ordinata, quid agit vlterius? Dicit Euangelista, quod intrat domũ Elisabeth, quia Zachariæ. Introitus hic Mariæ ostendit, quod irradiatio sororis ab ea potius facta fuit in sui mentis hospitum, quàm foris per sensus, magis internaliter, quàm corporaliter, potius diuina virtute quàm humana, conuersione mentis ad cœlestia, quàm terrena. Intrat ergo Maria domum; & cum domina dicatur, peraduentum ad Elisabeth, ideſt, vt anima dominium accipiat super vires, cogens eas domum conscientię, & rationis intrare, & intrat non sola, quia væ soli: sed sociata deitate quam gerebat in mente & ventre, angelorum vallata agminibus, qui lectulum veri Salomonis indefinenti vigilia custodiebant, virtutum adornata, & gratiarum muneribus. Nec stat foris quia suum introitum sciebat expedire pro sanctificatione Ioannis, & matris, nec per statum à foris gratiæ mens gratificatur, sed per specialem Dei ad ipsam illapsum, & inhabitatione. Sed nunquid talem ad se Mariæ cum filio accessum sancta Elisabeth ignorauit? Piè credendum est, quod non, sed diuina reuelatione cognoscens obuiam eisdem perrexit, clamãs, & dicens: Ingredere benedicta, cur foris stas? Quasi dicat, te diu cupiui videre, cognoscere, tecum conuersari, tuam denique gratiam, & virtutem experiri. Ingredere quæso Domina ad me ancillam, lumen ad tenebras meas expellendas, & amouendas: ignis ad me frigidam Dei amore inflammandam, munda ad me purificandam, & detergendam cum filio meo: sancta ad me sanctificandam, plena Deo ad me renouandam, & in me, & filio mira operãdã. Ingredere benedicta, nec respicias meã indignitatem, sed tuã benignitatem, non prauitatem meã, sed charitatem tuã, quia à Deo ad me dirigeris, vt me illumines, purifices, sanctifices, & inflammes. Non stes mater Domini mei foris; sentit enim mens mea dulcedinem tuæ beatæ præsentiæ, quare oro Domina ne pertranseas famulã. O Maria, spes, fiducia, salus, & vita, ne me dimittas deposco, sed intra domũ habitationis meæ, vt in me sit locus gloriæ tuæ. Ingredere benedicta omni benedictione, & gratia repleta. Intra ergo benedicta domum meã, vt fiat habitatio digna pro te, & filio tuo, vt te ingrediente omne prauum discedat, Spiritus sancti præsentia adsit, bonis omnibus, & gratia repleatur. O humillima creaturarũ ingredere, ne despicias nos in tempore oportuno, me scilicet, & meum filium, sed intra, vt tuus aduentus sit nobis sapientia à Deo, sanctificatio, iustificatio, & redemptio. Maria ergo plena pietate precibus dignis permota, sororis intrat domum, & libenter quid boni ex hoc consequi debeat, ipsa prænoscens præue-

nit ergo Maria intrãdo, dona Dei Elisabeth concedendo, vt præparationem ad ipsorum redemptionem qualiter fiat, suo exemplo ostẽdat. Intrat Maria domum, & omnia bona pariter cum illa. Sed quã domũ intrat? inquit Euãgelista. Zachariæ senis iustissimi, Deo acceptissimi, religiosissimi, prudentissimi, & præclarissimi, meritis dignitate, & sanctitate. Talium Zachariæ similium conuersatio placet Mariæ ad tales ingreditur, & talibus libenter sua dona largitur. Intrat Maria domum Zachariæ ostendens Deum illorum mentes intrare, & penetrare, quorum domus, non in arena, sed super montes, & petras, scilicet verè fidei lumen, & constantiã habentes, & Dei ingiter beneficiorum memores gratias ei rependunt, & laudes, & ipsius auxilium scientes eis necessarium ipsum inuocãt, & piè implorãt. Intrat Maria domum Zacharię. Sed ad quã specialiter pergit Mariæ? Certè, etsi ad omnes sua præsentia lætificãdos, suis moribus, & verbis subleuãdos, & humilitatis seruitio, specialiter vadit ad Ioãnem, & ipsius matrem. Ad Ioãnem, vt faciat ea, quæ in præsenti fructu sunt pertractata. Ad Elisabeth verò pergit, quia sibi propinqua erat, quia indigens spiritualiter, & corporaliter propter vicinitatem ad partum, & propter excellentiam sanctitatis eiusdem. Dilectus, & dilecta assiduè quærunt, quẽ diligit anima eorum dem. Si enim simile iungitur simili, & copulatur, & vir Deo deuotus in tabernaculum Domini stat, vt Samuel, & in Dei templo conuersatur, vt Anna. Maria hac de cã ad Elisabeth accedit. Hæc enim, quoad genus erat nobilissima ex matre de stirpe Dauid, quia neptis Annę matris Virginis, ex patre de filiabus Aaron. Erat etiam Deo tradita, quia de filiabus Aaron, quoad virum erat vxor summi sacerdotis ex sorte, & vice Abiæ. Quoad nomen, quia Elisabeth, quæ Dei septima interpretatur, ratione Dei in ipsa per gratiam specialiter requiescentis, quia Deus requieuit die septimo. Ratione mortificationis, quia sabatizabat, & quiescebat, ideò septima interpretatur. Rõne septiformis gratiæ quoad dona in ipsa perfusa, vel quia de sex operibus vitæ actiuæ ad contemplatiuã trãsierat, vel quia virtutum vniuersitate in septennario designata fuit repleta. Datur ergo intelligi ex suo nomine, quod fuit à Deo dilecta, & cognita Dei perfeciſſe opera, & se refectã à Domino cõsolatione, & gratia. Sic enim ex interpretatione declaratur. Quoad virtutes erat sanctissima, quia iusti erãt ambo, scilicet Elisabeth, & Zacharias corã Domino. Sed quomodo? quia incedentes in mãdatis Domini, & iustificationibus. Vbi ostendit plenitudinem legis eos habuisse, & perfeciſſe. Quoad gratiã, quia acceptata, quia sine querela. Quoad exercitium, quia exercitata in iustificationibus & mãdatis. Quoad orationem, exaudita est eius oratio, sicut & viri. Quoad mores, verecunda, & pudorata, quia abscõdebat se, & occultabat. Quoad filium, quia tali dotata, vtpote sanctissio, quia concepit filium. Quoad spiritum illuminata, quia

1. Reg. 3. Luc. 2.

Luc. 1.

ta,quia cognouit mysterium incarnationis.Quoad cor humillima,qa dicebat,vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me ? Quoad Deum fidelissima, statim, vt cognouit verbum in Maria,exclamauit. Quoad lumen prophetissa,prophetauit de Maria, & nomine sui filij. Quoad dona percepta gratissima,quia benedicta tu. Quoad animā repleta Spiritu sancto. Quoad verbum,& cōfessionem veracissima, quia dicebat: Ex quo facta est vox salutationis tuæ in auribus meis,exultauit in gaudio infans in vtero meo. Quibus apparet testimonio Euangelistæ Elisabeth subiectum fuisse dispositum ad perceptionem gratiæ diuinalis. Sic ergo hoc exemplo patet, ad quem accedit Maria libenter, & quis ab ipsa illustratur,& inflammatur. Sed aduerte,quod sicut festinus fuit Mariæ ad montana conscensus,sic & fuit iste introitus.Ratio, quia agens iuxta terminū vigorosius agit. Sic & Elisabeth perfectius disposita ad peragendum, quæ decreuerat in Maria in ipsius animā citius,festinus ingreditur,& accedit. Sic ergo Maria ingreditur ad cognatā,& domum Zachariæ,& salutauit Elisabeth,& hoc est etiā,quod Maria fecit dās intelligere non nostra præuentione, sed Dei, nos salutem posse assequi,cuius ministra in hac salutatione erat ipsa Virgo . Sacer Euāgelista bene ostendit,quod Maria salutauit Elisabeth , sed quod resalutata fuerit ab eadem omnino non ponit. Ratio,quia cum Maria esset mater salutis per hominem salutari non decebat. Insuper à supremo angelorum,scilicet,seraph,& à Domino fuerat salutata, quare ab inferiori salutari non erat congruum , & cum de sua gloria esset secura ex confirmatione in gratia,non erat expediens,vt eius salus imprecaretur,aut optaretur.Salutauit ergo Maria Elisabeth.O qualis fuit hęc salutatio. Quis eā dictauit? Certè Deus ipse in Maria incarnatus . Sed à cuius est ore progressa,vt ab instrumento, & Spiritus sancti plectro? Inquit Euangelista,salutauit Maria Elisabeth.Talis certè salutatio nunquā fuit audita. Audierat Gedeon; Dominus sit tecū. Salutauit Dauid populum pacificè;& angelus Tobiam. Sed nulla talis,vt salutatio Marię;patet,quia nulla salutatio ea est operata,vt Mariæ.Quale Beata Virgo verbum protulisti sorori?Non aliud certè,nisi,quod de cūctis optasti,semper,& optas.Salutasti enim ipsā,idest,salutem ei iàm factā,& fiendā de proximo nunciasti,quā scilicet gerebas in vtero tuo. Ad salutem inuitasti,eidem salutem impetrasti,& sub salute constituisti,& locasti. A quo sumit exordium ipsa B. Virgo alloquendo sororem? A nullo alio,quàm à salute. Sed quid,salus per Mariā affuit,ne inuocata afferret? Tardauit,ne accedere? non certè.Ratio,quia mater Dei,quod summo optabat præcordio,statim aduenit, quia à precibus matris nō abest verbum Patris.Intrat ergo Maria domū,& salutem optat, vt salutatione depromeret,cuius ob cām ad eā suus erat accessus. Neque enim Maria vllo in modo se melius Elisabeth valuit declarare,quā eā salutādo.

Iudic. 6.
1 Re. 30.
Tob. 5.

In hoc enim Elisabeth,vt patuit,Mariæ, & filii cognitionem perfectã accepit. Cognouit enim primo de ipsa B. Maria hac salutatione Elisabeth,& ex sequentibus in se,ea actitatis ipsã esse prophetisã,& obedientisima,quia cum festinatione surrexit, & venit ad se visitãdam, & quia Maria quidquid agebat,instinctu operabatur diuino,pariter,& obedientisimã, quia nullã in exequẽdo iniuncta morã figebat: in suo cultu honestisimã, statim enim post nunciationem verbi Dei abiit ad Elisabeth,sed qua cã?vt hominum consortia fugeret, sicut ipsa fecerat Elisabeth, & consequenter ex hoc Virginis deprehendebat indulta. Ipsam esse patientisimam;quia per tãtam distãtiam ierat,& peditãdo, (vt creditur)ascendit in montana,& tamen laborem tàm magnum patienter susceptt.Ipsam esse sanctisimã, & hoc quia intrauit domum. Domum enim Maria intrãdo, cum effectu ipsam sanctificauit, Elisabeth ipsam esse sanctisimã hoc argumento talis introitus aduertit.Ipsam esse virtuosisimã,quia ipsam salutauit,ei salutem dedit,& portauit.Ipsam esse singularem,quoad operationem mirabilem,& efficaciã,quia statim ad vocem Mariæ,infans in ventre Elisabeth exultat. Ipsam esse plenã Dei gratia,& charitate, quia ipsã Spiritu sancto repleuit meritoriè,& intercessiuè. Summæ eã esse potestatis, quia ipsam sic commouit,& immutauit,& exclamare coegit. Ipsam esse Deo acceptisima,quia eã benedictã in mulieribus,ideſt, super omnes mulieres asserit.Ipsã esse Deo filio fœcũdatã,quia clamat dicens:Benedictus fructus ventris tui.Ipsam esse præ cunctis humilitate insignem dicens:Vnde hoc mihi,vt veniat mater Domini mei ad me?Ipsã esse excellentisimã quoad dignitatem,dicens:matrem Domini.Purisimã,quia mater Dei,quarè,munda,& pura.Benignisimã, quia inquit:ad me venit, cuius non sum digna pedes lauare. Liberalisimã in distribuendo gratias, quia inquit,ex quo facta est vox.Ipsã esse summæ magnificentiæ, & bonitatis,quia,Beata,quæ credidisti.Tãdem ipsam esse refulgentẽ claritate,ei enim indidit spiritum propheticum:ideò dicit, perficiẽtur in te.Sic ergo patet, quid salutationem Mariæ depredendit Elisabeth aduentu, & statu. Non solum hæc sancta Elisabeth de Virgine cognouit, sed salutatione repleta Spiritusancto mysterium agnoscendo incarnationis diuinæ,multa de Mariæ filio benedicto cognouit.Sed quid cognouit?Respondetur,quod lumen sibi fuit infusum, quo cognouit Iesum Mariæ filium,esse impletorem promissorum,vt sicut promiserat Patribus,sic carnem humanam assumpserat.Veterum terminatorem ita quod in ipso omnia prophetata,& figurata complementum & finem acceperant,quod sui renouatione ex veteri poterat intueri similiter filii sui,& viro omnia silentio tegi,& cooperiri. Lætificatorem cordium,vt in filio,qui exultauit. Operatorem mirorum, vt in filio, cui vltra consuetudinem vsum præbuit rationis.Illuminatorẽ mentiũ,

quia

quia filio se reuelauit,quo cognito exultauit infans.Purgatorem crimi num,quia filium à reatu,& peccato purgauit originali,sanctificatorem hominum,ipsum enim sanctificauit,ac ipsum.Recreatorem, ac conso latorem,infans consolatus exultat in gaudio.Donorum diffusorem,re pleuit eam,& filium Spiritu sancto.Protectorem fidelium, vt patuit in Maria,quam sic itinerando iuuit,& protexit,ac Ioannem,& se,à pecca to seruauit,& custodiuit.Fœderatorem omnium,quia naturam humanam diuinæ,& sic summis creata coniunxit, qñ factus est homo Deus. Dominatorem omnium, & hoc dum Mariã matrem Domini vocauit, quo consequenter arguit eius filium Dominum esse cunctorum.Obtentorem benedictionis,& impetratorem,quia benedictus fuit hic fructus.Incitatorem,& excitatorem ad laudãdum altissimum,quia exclamauit. Dilectorem humilium, quia mater Domini est per ipsam ad se directa.Tandem promotorem pauperum,& exaltatorem,quibus diligenti indagine inspectis apparere potest qualis,& quanta fuit hæc salutatio ad Elisabeth per Mariam.Quare creaturæ rationali talis virginis excepta salutatio nunquàm fuit facta, sicut ista, quam Maria exhibuit sorori Elisabeth. Et sic apparet,quid tertio Maria in Elisabeth egit. Quartò ponit Euangelista quid consecutum sit ad hanc insolitam, deuotam, humilem, & virtuosam salutationem Mariæ ad Elisabeth, & quid actum est tali salutatione Mariæ, inquit. Et factum est vt audiret tàm aure corporis,quàm cordis Elisabeth salutationem Mariæ,exultauit infans in vtero eius. Vbi libet mentaliter intueri seriem verborum sacri Euangelistæ. Et factum est,ideſt non fuit,mora,interpellatio, aut spatium,seu interuallum,sed statim ad perceptionem verbi Mariæ exultauit infans in vtero. Quo datur intelligi,quod Elisabeth erat verè disposita ad receptionem gratiæ diuinæ,quæ statim sic immutatur. Nec immerito ipsa erat ambulans in mandatis Dei,& iustificationibus sine quærela:quare,vt Maria loquitur ipsa audit, & percipit sonum verborum,& consequentem effectum ad sonum,non postposuit aurẽ, sed adhibuit,quia inquit Euangelista,audiuit,ideſt,intellexit, contra nonnullos,qui aure audiunt,& corde nihil percipiunt,& ideo fructũ bonum non afferunt.Audiuit ergo,intellexit,& percepit.Sed quid? Salutationem Mariæ,ideſt,diuina operatione,& reuelatione cognouit salutationem Mariæ,& quia Maria doni,& muneris sibi deferebat,quia salutationem.Quid ex ea sibi proueniebat,quid etiã sibi Maria Dei mater optabat.Audiuit ergo salutationem Mariæ Elisabeth,& per consequens vocem dulcissimam Mariæ, quam sponsus totis præcordijs desiderorum cupiuit audire.In huius ergo vocis auditu, inquit Euangelista,exultat infans in vtero, quia reuera vocem eius audire sine mentis iubilo non potest quisquam,cum vox ipsius nuncia esset verbi diuinalis in ipsius mente,& ventre stantis.Magnæ efficacię est uox ista Marię,

qua

qua infans exultat. Si infans exultat huius auditu, quid angeli, quid iusti, quid nunc in patria residentes beati? Exultat Anna. Exultant filij Israel de captiuitate redeuntes. Exultant Iudæi Esther liberati: Iudith de victoria, & Debbora cũ Barac. Sed nihil reperitur simile exultationi infantis, vt patet ex dictis in præcedenti fructu, quia nullus tali materia, ideſt, operatione, obiecto, voce, & salutatione exultat, & donorũ à Deo acceptione. Audit ergo mater, & infans exultat. A gaudio exultationis non secluderis mater, imò arguitur hoc in exemplo, quod si infans vtiq; & ipsa. Sed quia mirabilior fuit exultatio infantis, qui clausus habebatur in vtero, nec dum erat cursu naturæ particeps rationis, eius exultatio proditur, vt prodigiosa, matris eius suppressa lætitia. Vide quàm consequenter omnia fiant. Maria verbum prodit, Elisabeth percipit, & infans exultat, quia verbum Dei, siquis corde percepit, velut in matre parit filium lætitiam, & gaudium. Exultat infans in vtero, quia quod ostendere nequit verbo, quia infans, facto prodit, & actu. Cũ ergo Ioannes tali Mariæ salutatione accepisset, vt supra fructu præcedenti est dictum, purgationem, sanctificationem, & sic de alijs, exultatione attestabatur præfata se accepisse, ideò exultabat. In vtero inquit Euangelista exultat infans, vt quid egisset, si extra fuisset, declararet his verbis. Non sic fuisset mirum si extra vterum exultasset, sed pro magno fuit, gaudium ipsum gestisse in ventre, quare virtute, factam esse salutationem huiusmodi, debet merito apparere. Immutauit ergo inter num auditum matris, & filij vox Marię aliter quàm externum, qua matrem & filium ad quandam nouam consolationem, ac inauditam, inducendo ad exultationem, perduxit. Sed nunquid ad hoc vox benedicta peregit Marię? Inquit certè Euangelista, & est quod quintò modo egit suis meritis, & precibus, quod Elisabeth impleta est Spiritu sancto. Qualis est B. Virgo tua vox? Cuius ministerio Spiritus sanctus fidelibus condonatur? Inquit Euangelista. Elisabeth repleta est Spiritu sancto. His verbis claresci, te ò beata Deum super omnia dilexisse, qui sic ad tuas preces Spiritum sanctum donat tuæ cognatæ. Insuper apparet, quare, & ad quid salutasti, et quid tali salutatione tuæ cognatæ portasti. Certè Spiritus sancti super eam, & filium superuentionem. Non.n. matrem Spiritu sancto decebat repleri sine filio, aut è conuerso, cum sufficienter tua prece se daret vtriq;. Quid beata maius tuæ poteras cõferre sorori? aut ad ipsam pergendo eidem deferre, quàm Spiritus sancti pignus? Elisabeth impleta est Spiritu sancto. Erat Spiritus sanctus per suam gratiam ante in ipsa, quia iusta, sancta, & timorata, sed te intercedente repletionem Spiritus sancti insolitam, & copiosiorem præcæteris antè habitis ipsa accepit. Quo innuitur in matre Elisabeth esse vtiq; gestum, scilicet, purgationem sanctificationem, donorũ largitionem, & alia huiusmodi, sicut & in eius filio Ioanne tali Spiritus sancti

1. Reg. 2. 3. Esd. 4. Esther, 8. Iudic. 5.

repletio-

repletione. Mira sunt hæc, & stupenda, vt Spiritus sanctus voce descendat Mariæ. Non ergo simplex fuit hæc vocis prolatio. Sed à Deo ordinata, vt ipsa Spiritus sanctus daretur. Qualis erat mens Mariæ quoad gratiam, & charitatem; ac Spiritus sancti in ipsa habitationem ex hoc patuit, cum hoc vocis tenui flatu, sic cognatam Spiritu sancto repleuit, & in ea talia peregit. Et quid opus est, vt immorer singulis, huius vocis emissione, claret illam in Maria tunc esse, à quo ipse Spiritus sanctus procedit, & datur. Datus est ergo Spiritus sanctus Elisabeth ad preces Mariæ. Repleta est ergo sufficienter, & quoad se, & quoad filium. O quãtam dulcedinem hæc domina possedit interius hac Spiritus sancti repletione. Ad quam singularem contemplationis apicem ipsam euexit? Quod lumen eidem infudit? Et quas laudes perorare coegit? Nonne hic est Spiritus sanctus, qui lætificat mentem, remouet tristitiam, seculi pellit crimina, inducit virtutes, refert veritatem, & prodit futura? Quare hanc Elisabeth inhabitando, vt sibi animam, dilectam, & intimam bona cuncta cõcessit. Sed quid iste Spiritus sanctus fecerit Mariæ precibus in Elisabeth, inquit Euãgelista. Et est id, quod sextò fit. Exclamauit Elisabeth voce magna. Vide quomodo ora prius clausa hic Spiritu sancto laxantur, & dissoluuntur. Exclamauit, inquit Euangelista. Non dicit simpliciter, clamauit, sed exclamauit, ideſt, ex intimis vocem emisit, vnde vox hæc ab intimis ad extra processit. Vt detur intelligi, quod hic beatus spiritus voce Mariæ datus prius cor tetigit, quo permoto ipsam exclamare coegit. Sed qua voce? Inquit, non parua, sed magna, vt quàm magnus est hic Spiritus sanctus, qui ad inhabitandum in ea venerat ostenderetur. Et quàm perageret in ipsa, seu in qua magna plenitudine super eam descendisset declararetur. Clamat ergo voce magna, vt sibi magna esse facta prodat, vt Deum magna voce prædicet, & magnificet, qui magna sibi dederat, & fecerat. Vox ergo terribilis Mariæ Elisabeth interiora penetrans vires commouens, & gladio deuotionis diuidens, inflammat, implet dulcedine radiat, aperit oculos mentis, pandit secreta operationis diuinæ, & in tàm vehementem prorumpere cogit vocem. Exclamat ergo Elisabeth quia qui Spiritu sancto repletur, cum linguas mutorum aperiat, & infantium faciat disertas, Dei laudes reticere nõ valet. Clamauit Elisabeth, id est, vocem extra misit, quod non solum clamore externo, sed desiderio interno virgineas deprompsit laudes. Voce magna exclamat, vt quæ dicit non à se, aut ex se, sed Spiritu sancto procedere euidenter ostendat clamat ergo voce magna. Ad quid? Certè ad laudandum Deum, qui secum fecit mirabilia. Sed quid commendat? Certè B. Virginem, vt det intelligere se Mariæ precibus esse Spiritu sancto repletam. Insuper ipsam esse super omnia creata laudandam, & ab omni creatura suis beneficij laudibus extolli, & laudari debere. Sed nunquid hæc sãcta mulier rectè effecit sic

laudan-

laudando Mariam,cum scriptura dicat hominem,non debere commẽ dari in vita sua. Insuper cum omnia bona nobis sint à Deo,& nõ à creatura,quare Deus,& non creatura debet primò laudari.Cuius oppositũ videtur,quod ipsa Elisabeth peregit.Hoc facile soluitur si modus laudationis attẽdatur.Elisabeth Mariam laudat non à naturalibus,sed gratuitis, non à suo esse, sed operatione mirifica, Deo in ea operata,quia inquit.Benedicta tu,ergo si benedicta,non à se,sed ab alio. Si benedicta ergo benedictione,& gratia repleta. Benedictus fructus vẽtris tui, qui vtiq; non natura est in te generatus, sed Spiritus sancti virtute humanatus. Refert insuper ipsa gratias Deo,cum Mariam laudat, quia quidquid erat in Maria,totum erat ad Dei laudem,cum omnia bona in ea existẽtia solus ipse Deus vt auctor singularis peregisset.Laudat Deũ eius opera magnificando,& matrem eius honorando, vt det intelligere,quod quidquid laudis,& honoris impenditur Mariæ,ad Dei laudem est,& sui filij benedicta. Sed quo tenore, & quibus verbis sit B.Maria extollenda, ipsa Elisabeth ostendit ad Mariam dirigens suum sermonẽ dicens:Benedicta tu inter mulieres. Vide,quomodo ad benedicendum Mariam,& extollendam vox humana concordat angelicæ,quia angelus,idem primo deprompserat,quod hæc sancta effatur. Quo datur intelligi eodem spiritu vtraq; laus esse dictata,& si à diuerso ore prolata. Maria laudata ab angelo,erat decens,vt laudaretur ab homine, vt nulla creatura rationalis ab eius laude eximeretur. Quid ergo Elisabeth dicis de Maria,& ad Mariã, quid sibi gratiarũ exhibes,pro hoc qtibi à Deo sua interessione impẽditur.Inquit,benedicta tu inter mulieres, quasi dicat,nihil aliud melius,& dulcius tibi B.Maria posset effari,quã te præ omnibus mulieribus benedictam prædicare, & fructum tuum benedictum benedictionem gratiæ,& liberationis à peccato omnibus dedisse Quid dicis?Benedicta tu inter mulieres,quasi dicat.Nõ ad alias mulieres gratia refero,sed ad te B.Maria,quia,tu. Te enim benedicta, benedicta sum,quia te ad me accedente,& ingrediente benedicta sum. O beata Elisabeth Spiritu sancto prece repleta Mariæ, & spiritu prophetico illustrata, quid videtur tibi Mariam esse? Quid dices de ipsa, quid apparet tibi in conspectu Domini Dei esse?Indica nobis talia,scire anhelantibus,quid cognouisti esse in ea. Quid loqueris ad Mariam? Inquis.O B.Maria,te prædico.Omnibus muneribus fœcundatam:quia benedicta,benedictione cęlesti,qua,terra tui vteri referta,dabit fructũ suum.Insuper,te in suam matrem præ omnibus esse electam, quia nõ dico,quod alia sit electa,sed tu.Etiam ab omni labe præseruatã,& virginitatis corruptione,quia benedicta inter mulieres,ideſt,supra omnes secundum Augustinum, & Hieronymum, igitur habuisti, quod ante nulla habuit,scilicet,immunitatem à scelere,& virginitatis integritatem,& puritatem super omnes,& ab omni conditione mulierũ obro-

briola

briosa elógata es. Imo te super omnia creata exaltatã. Ratio quia Dei filio es grauidata, quia mater Domini es effecta, Deum vtiq; tua carne vestiendo purissima, non virtute humana, sed diuina, quia Spiritus sancti virtute, & operatione, quate in hoc, quod dico te Dei matrẽ, & Domini mei, te dominam predico omnium, in gratia consumatam assero, & super omnia te exaltatam affirmo. Posterius. Te mirabili filio prædotatam, quia benedictus fructus ventris tui, non dico alterius, sed tui, quia ipse totus est tuus, quoad corporis substantiam. Istum, inquam, dico benedictum, quia ipso liberamur à peccato, & ad benedictionem omnis gratiæ, & glorię peruenimus, benedictum dicendo tuum filiũ ò Maria ego affirmo oẽm benedictinẽ iuxta promissionẽ suã. Oẽm benedictionẽ attulisse, & si oĩbus, tibi tñ p̃ alijs, & attulit, & impendit. Exin dè, te mira potẽtia, & virtute roboratã, q̃a inqt: Ex quo. n. facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit. Hoc fuit signũ potẽtiæ in Maria, quia sic sua vox infantẽ fecit exultare. Deniq; Deo per fidẽ, & cultũ dedicatã, religatã, ac subiugatã, quia beata, q̃ credidisti. Quo dat intelligi ipsam Elisabeth mysterium diuinę incarnationis agnouisse, non Ioannis filij sui merito, sed Mariæ. Dicit n. textus. Vt audiuit salutationem, repleta est Spiritu sancto. Et ipsamet Elisabeth dicit: Ex quo facta est vox, non dicit vox Ioannis, sed salutationis tuæ. Dicit ergo Elisabeth. Benedicta tu, passiuè, quia omnem benedictionem recipis. Tu es benedicta in ciuitate sanctificata, id est, cęlesti gloria, quia super omnes exaltata. Benedicta in agro, ideſt, Ecclesia sacro sancta, quę est ager benedictionis, quæ tuorum vnguentorum, virtutum scilicet fragrantia est respersa. Benedicta sunt horrea tua, ex quo panem vitę nobis contulisti. Benedictus fructus ventris tui, qui deitati coniunctus est. Benedictus fructus terræ tuæ, præ omnibus. n. meruisti. Benedictus fructus iumentorum, ideſt, deuotorum ouium, humilium gregum, actiuorũ tuorum, & ad te afficientium, quia te, & per te saluantur, & proteguntur, & vitam, gratiam, & gloriã eis peperisti. Benedicta actiuè ingrediens benedictionem, imprecans, optans, & donans. Benedicta egrediens actiuè, & passiuè à benedictione nunquàm cessans. Benedicta tu. Sed quomodo? Nunquid aliquo exemplo, aut comparatione? Certè, inquis, Elisabeth, non. Quia benedicta tu inter mulieres, quare sine proportione, & exemplo. Benedicta tu, per quam ad benedictionem vocati, addicti, & adscripti sumus. Benedicta tu, quia te, & per te à me, & alijs benedictio conceditur, maledictione ablata. Benedicta tu, quia te intercessiuè sanctificamur, & gratiam obtinemus, sanctificamur, acceptamur, roboramur, illuminamur, adiuuamur, repatriamus, coronamur, & tandem per quam cælibamur. Benedicta ergo tu inter mulieres, non sicut Sara, Lia, Rachel, & sic de alijs sanctis mulieribus, sed inter mulieres, quia intensiuè, & extensiuè plus gratiarum habuisti, & Deo placuisti. Gen. 18.

cuisti. Et insuper, quia tua benedictione infernus Patribus euacuatur, terra renouatur, diabolus vincitur, & superatur, peccator acceptatur, & liberatur, cœlum reparatur, reseratur, & iucundatur. Ergo laudes tuas, B. Maria ego Elisabeth insufficiens, & indigna in hoc, pando, quia te benedictam inter mulieres dico, & laudo. Sed vnde istam benedictionem habuisti Maria? Inquio, benedictus fructus ventris tui, ideſt, causa est, quia benedictus est fructus ventris tui. Ipse. n. ad te veniens omnem benedictionem detulit. In virtute enim sua, ideſt Spiritus sancti superuentione te benedixit, dum eo te repleuit. Ipse te præuenit in benedictionibus dulcedinis. Ipse te benedixit in rore cœli, quia te ad superiora mentis eleuatione prouexit. In pinguedine terræ, quia te terram benedictam, semen, & fructum iustitiæ se germinare fecit. Ipse te benedixit, benedictionibus cœli desuper, quia te in patria super omnes exaltare disposuit. Et benedixit benedictionibus abyssi, quia gloria, quàm tibi parauit, quãta sit nullus exprimere valet, & te desubter, & deorsum gratia, & misericordia abyssauit. Nec fuit parua, sed plena Mariæ gratia. Sed sicut fluuius inundauit, & in ipsa, & ex ipsa, nunc ad omnes ipsam piè inuocantes. Benedictus ergo Maria fructus ventris tui, à quo sci licet es benedicta. Laudat ergo Elisabeth Mariam, & filium more scripturæ, quæ Deum laudare iubet benedicendo, vt patet in puerorum trium cantico, Tobiæ, & aliorum. Benedicta tu, & benedictus fructus ventris tui, ideſt te benedictam non facio, sed declaro, & Deum qui te benedixit, predico, laudo, & glorifico, quæ tuo ingressu ad me, & aduẽ tu benedicta sum, & fructus ventris mei. Non incongruè. nec immerito beata Elisabeth, benedictam Mariam, & benedictum fructum ventris prædicas, quia effectu hoc perpẽdisti ex benedictionibus perceptis. Dicas ergo securè, benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, o Maria, & quia dum extollitur in creatura, & à creatura suis operibus, & effectibus mens pia, & sancta, perpendo quis Deus ip se existat, & qualia mira facit, statim à se cadit per sui humiliationem, & deiectionem, vt patet de Abraham, & de Dauid: Elisabeth magnitudinem cernens Mariæ, & filij, se totaliter deijciendo exclamat dicens: Et vnde hoc mihi, vt mater Domini mei veniat ad me? Hoc est quod septimo Maria egit ad summam humilitatem inclinando sororem. Dicit ergo cognata alloquendo Mariam, vnde mihi hoc, vt tu mater Domini mei, venias ad me? ideſt, nõ est attribuendum meis meritis, sed tuæ benignitati ò B. Maria, vt tu Dei mater ad me accedas. Tu es enim mater Domini mei, ergo regina es cœli, Domina mũdi, & imperatrix cũctorum, & oĩum largitrix bonor. Vnde ergo hoc ò mater Dei mei, vt veniat ad me præsentia tua? Inquit, Maria: Si causam quæris in te nulla est de condigno. Sed si in me Maria, & meo filio, causa est nostra misericordia, pietas, charitas, humilitas, benignitas, & bonitas. Hæc

Gen. 8.
1. Paral.

sunt

sunt promotiua, vt ad te accedam cum filio meo. Sed ne alia causa reperitur inquam Maria, & quæ? Quia certè indiges sanctificante, recreãte, gubernante, & illuminante, vt ergo te filius meus sanctificet, recreet, regat, & illuminet, meis meritis ad te cum ipso accedo. Vnde hoc? Certè à largitate procedit diuina, quæ non vincitur nostris meritis, sed sua benignitate mouetur. Vnde hoc ò Maria, vt tu mater Domini mei plasmatoris, gubernatoris omnium ad me infimam venias, & despectam? Certè ait Maria, sic est summi Dei regis voluntas, vt te visitem, quia sine visitatione suos non dimittit Deus amicos, et quia Dei magna opera reuelare, & confiteri honorificum est. Elisabeth insolitos tangit effectus à Deo in se, & filio Mariæ salutatione, & voce operatos, cum inquit. Facta est vox salutationis, per quod innuit ista voce esse instructã, & celitus edoctam, vox. n. hæc fuit verbi intus in Maria stantis expressiua, cum ipsa vox index sit cogitationis, & verbi, quare meritò instructiua, & præcipuè, quia ad aures cordis deuicta, mentis secreta subintrans, dum mentem tangit, docet, & instruit. Sed quæ? Illa certè, quæ in visa angelis pluribus extitere scilicet mysterium incarnationis diuinę. Fuit etiam vox ista impulsiua, & excitatiua, terribilis, & concussiua, quæ viscera sic commouit matris, & filij: vt enim spiritus ille almus super apostolos sono vehementi descendens mouit linguas eorum, & mentes ad tonitrualem, & spiritualem eloquentiam de patratis in ipsis mirificè, sic Marię vox per modum salutationis auribus impressa huius suæ cognatæ, velut tonitruum interius factum cor excitauit, aperuit sensum, & intellectum, dulcorauit affectum ad sentiendum Christi præsentiam. Spiritus sancti suscipiendum virtutem, vt cogeret eam ad peroranda magnalia de Dei potentia, & amore. Vox etiam hæc dulcissima fuit intima recreans, consolans, & confortans, dulcedinem ingerens diuinam nouorum singularium apportatione, noua enim eidem referens inaudita, ipsam, & filium facit exultare. Hæc vox de Dei processit templo, idest, Maria veraciter Dei templum. Vox hæc fuit magnificentię Domini expressiua, & super aquas ex copiosa gratię largitione, & præparans ceruos, idest, animas ad cursum velocem, omniumq; quæ iniungit ipse Deus, & in virtute mira faciens, & exercens, confringens cedros, & intercidentis flammam ignis: quare vox ista summa cum deuotione, & attentione intelligenda, audienda, & auscultanda est. Dicat ergo Elisabeth. Non loquatur mihi propheta, non sanctus quisquam præcedentium, quia diu ante loqui omiserant, sed tu pulcherrima, & gratiosissima mulierum loquaris mihi. Sed vbi facta est hæc vox? Inquit, in auribus meis, non extra, sed intra, non transeundo, sed permanendo, quia in auribus meis tàm corporis, quàm mentis. Sed quid sit consequutum, prode. Inquit. Exultauit infans in gaudio in vtero meo. Ecce stupendum miraculum Maria loquitur, infans cognoscit, & *Tob. 12.*

scit,& exultat,ideſt,extra ſe ſaltat. Sed vſque ad quem locum,ſeu termi num ſaltat? Certè terminus eſt in gaudio,i. Chriſto, & eius matre Maria,qui ſunt gaudium noſtrum . Ad hos ſaltat, & pergit,non corpore, ſed ſpiritu,& mente. Nonum fuit excitatio,& impulſio ipſius infantis, nouum fuit eius exultatio,ſed nouum,& mirum eſt in gaudio,requietio,ſtatio,& permanſio. Noluit enim ſe,in ſe,firmare,ſtare,& confidere,ſed in gaudio,ideſt, Ieſu,& matre ſtat,permanet,& confidit. Et ideò Eliſabeth ad Mariam: Beata,quæ credidiſti. Hæc enim Spiritu ſancto vidit præſentia, quando clamauit : Vnde hoc mihi. Et illuminata fuit de præterito,cum dicit ad Mariam: Beata,quæ credidiſti. Et ad futurum habuit lumen,cum ait, perficientur in te, ea,quæ dicta ſunt tibi . O qualis eſt hic ſpiritus, qui in docendo, mora non indiget, qui ſic internos oculos huius mulieris radiauit, occulta, præſentia, præterita, reſerans, & futura. Et ex hoc ipſam beatam,ideſt,beatificandam,præteritum ponens profuturo innuit. Quo aſtruitur nunciationis ſeriem,& aſſenſum angelo,præſtitum à virgine, Eliſabeth vidiſſe Spiritu ſancto. Ad futura pariter vertens ſpiritum propheticum, inquit: Perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino . Quo dicto innuit hæc deuota mulier ſolo aſſenſu dato dicto diuino nulla alia interueniente pollutione virginem Mariam filium Dei concepiſſe, quare ipſam eſſe integerrimam virginem hoc verbo declarat,& oſtendit . Superioribus igitur diligenter inſpectis apparet,quod ſalutationis vox ab ore Mariæ, vt à Spiritus ſancti templo, & organo prolata, dum in aures Eliſabeth inſonuit, ſpiritu diuino abundanter impletur, relaxans ora deuotè exclamat, collaudat, benedicitque Mariam, vt præ omnibus à Deo dilectam, atque electam,fructum ventris eius benedictum docet,ſtupore tanti Domini in vtero exiſtentis Mariæ permota admiratur : Verbi incarnati myſterium intuetur, efficaciam ſalutationis Mariæ magnam eſſe dicit. Operationē dicit eſſe factum mirabilem circa ſe,& filium. Irradiatione prophetica illuſtrata vaticinatur,quo ad præteritum, aſſenſum datum per Virginem angelo collaudando. De futuro loquitur perficiendo aſſerens Mariæ dicta a Domino. Annunciationis modum pandit,vt ſibi foret de præſenti narratum. Commendat virginem de fide firmiſſima, quia credidit: oſtendit eam in Domini conceptu acceptiſſimam , quia beatam dicit . In Dei gratia , et plena obedientia eſſe Domini, quia perficienda in ea dicta à Domino . Sic igitur patet ex dictis,quod ſancta Eliſabeth aduentu,interceſſione,& ſalutatione Mariæ Spiritu ſancto repleta triplicem ſpiritum accepit , & per conſequens patet quid hic fructus declarare intendit,ſcilicet, Maria vatem,ideſt prophetiſſam condidit ,

FRVCTVS DVODECIMVS.

Fructus XXII.

Maria subleuatur.

EXPOSITIO BREVIS.

ELISABETH Dei,& Mariæ fante magnalia,chorda cordis interior Mariæ Virginis Spiritussancti plectro pertacta,mater Dei excessu leuatur mirando præterita, præsentia, intuens ac futura; mira omnipotẽtis opera pro homine celebrata ad ea dulcisono carmine perorantur.

EXPOSITIO MAIOR.

EXEMPLAR virtutum, & omnis perfectionis norma perpetua Virgo Dei genitrix Maria, sic cuncta ad donorũ, & gratiæ plenitudinem spectantia accepit, vt ipsi omnium largitori bonorum,pro posse, (etsi non ad plenum, cum sit ĩfinitè laudabilis)laudes plenas reddiderit,& vicissitudines pro collatis,vt non solum esset fidelibus in exemplum perfectionis, imò & de perceptis beneficiis Deo qualiter per omnia regratiandum. Eximius artifex Deus cum insolita,& inaudita in Virgine peregisset, erat condignum,quod ipsa ad oculos mentales perducerẽtur fidelium. Sed per quam decentius,quàm per illam,in qua peregerat talia sic diuina, & prioribus sæculis inaudita,vt cognoscendo talia, & si facta in alio, in homine tamen, & pro ipsis, ac ratione eorum ad rependendum gratias Deo consurgerent cum feruore. Beata ergo Maria mater Dei,quæ sibi altissimus fecerat debitè volens ostendere, & prædicare Canticum ędidit,in quo quid sibi à Deo sit factum, quidve gratiarum reegerit in summum opificem,referat euidenter. Sed quando, & quomodo hic fructus prodere nititur,scilicet,*Maria subleuatur.* Quoad tẽpus,fuit post verba Elisabeth dicta ad Mariam. Quomodo verò.Dicit hic fructus quod fuit mentis eleuatione, vt patebit. Ad Marię introitum, salutationem, & stationem in domo Zachariæ post sanctificationem cognatæ, scilicet, Elisabeth cum filio Maria nonum Canticum psallit Deo. Pro cuius euidentia est sciendum, quod ante huius Cantici decantationem à Virgine, aliqua præcesserunt. Præcessit enim introitus ipsius Mariæ in domum Zachariæ.vt ostendatur à terrenis tunc Maria fuisse affectu remota,& ad intrinseca mentis intrasse, atque deserendo caduca in potentias altissimi introisse. Dans documentum,quod Deum cupiens perfectè laudare,debet se per

cogitationem à terrenis separare, quia iuxta Psalmum Deo debet psallere sapienter. Debet etiam pro posse, & corpore ab aliis se sequestrare, vt clauso cordis cubiculo, & dimissis turbis solus pergat cum Christo in monte orare. Intrat ergo Maria domum, ideſt, domicilium mentis. Sed quãnam domum? Certè Zachariæ, qui memorans Dominum, vel auxilium Domini interpretatur. Quia ad canticum illius ineffabilis iubili persoluendum, quo psallitur Deo corde recordatio factorũ à Deo inducit quamplurimum, valetque ad excessum huiusmodi mentalem, cum per imagines, & vestigia in deificam rationem consurgendo, & causam, ad illum peruenit, qui est desiderabilis totus. Verum quia natura non fit huiusmodi mentalis excessus, sed Dei adiutorio, debet intrare auxilium Domini, ipsum præ omnibus appetendo, exorando, & præhabendo, quia vt dictum est, non fuit virtute naturæ, sed gratiæ diuinæ. Intrat ergo Maria domum Zachariæ, ad mentis notitiam Dei magnalia reducendo, ac se sub alis ptotectionis altissimi ponendo, ad excessum huiusmodi super omnia eleuatur. Intrat ergo domum, quia nisi mens ab istis terrenis exeat, diuinam non intrat caliginem, quia grauatus Ægyptiaca seruitute in montem non ascendit cũ Petro, Ioanne, & Iacobo, vt cernat gloriam transformati, aut cũ Moyse non audit Dei legem, seu cum Elia iudicia in Sina, vt sic postea diuina peroret magnalia. Postquàm Maria intrat mentis secreta, ac mundatur, separatur, & elongatur, separatione omnimoda affectus à terrenis. Quid ex tunc peragit? Salutat, dicit Euangelista, ideſt, summo regi, vt omnium Imperatori, bonorum patratori, & concessori salutem porrigit, ideſt, ipso solo salutem dari dicit suis aspectibus reuerenter subijcit, & inclinat, corde prostratur, ipsum salutare omnium prædicat, & exclamat. Salutat Maria, ideſt, omnium optat salutem, quia omnia regit, & in suum reflectit opificem, vt per ipsum habentia formam, esse, & salutem. Salutat Elisabeth antequàm eleuetur, quia proximum, vt se quis debet diligere, & quæ pro se optat, eidem appetere, qui ad gradum dilectionis Dei, qui in opifice deprehenditur contemplationis mentalis vult peruenire. Salutat Maria Elisabeth, quia ad contemplatiua non peruenitur, nisi opera misericordiæ per Elisabeth significata perficiat diligenter, quia per actiuam ascensus est ad contemplatiuam. Sed præ omnibus antedictis exigitur, vt Maria surgat, cum festinatione, ad montana ascendat, quia nisi homo exurgat excutiendo se à puluere terrenorum, excitet se ad opera diuinorum, & ascẽdat gradus, per quos pertingitur ad contemplationem supernorum, & hoc cum festinatione, veraciter Canticum psallere non valet Cantici canticorũ. Sed qui sunt, & quales hi grãdus per quos iubemur ascendere, vt cum Maria canere possimus, & psallere Canticum omnium summo regi? Gradus hic possunt sumi, quoad numerũ annorum ætatis in qua

Maria

Maria erat, dum hoc carmen Domino persoluit. Erat enim tunc annorum quindecim, vt communiter dicunt doctores. Iuxta hunc numerum quindecim sunt gradus, per quos, velut per scalas Maria ascendẽs ad depromendum Cantica lætitiæ peruenit. Quorum primus est humilitas profunda Dei enim sermocinatio est cum humilibus, paruulis enim sua reserat profunda: quem gradum Maria ascendit, dum se humilitate esse Domini ancillam vocitauit. Secundus est tranquillitas animi: ad contemplationis enim excessum terrenis tumultibus agitata mens non assurgit, vt dicit Gregorius. Hunc ascendit Virgo, dum omnia incentiua ad malum, prima sanctificatione sopita, sed in secunda sanctificatione, scilicet suscipiendo Dei filium per incarnationem, extincta fuere. Tertius est consideratio sui, qua se nihil esse comprehendens, ad Deum, qui est omnia, diligendum assurgit, quo amore genito mens ecstaticè ad Deum leuatur. Hunc ascendit Maria, quæ se infimam creaturarum cernens, voluntati se subdidit summi Dei. Quartus est amplioris gratiæ perceptio. Non enim quilibet gradus gratiæ, hunc ad ascendendum gradum disponit eleuationis mentalis, sed gratia cum augmento, quia specialis gratiæ est huiusmodi ascensus. Quid de hoc dicam de Maria? Quia gratia fuit plena. Quintus ascenditur eleuatione cordis, vbi enim thesaurus est cordis, cor adest & cogitatio. Hunc vtique Maria possedit, dum Spiritum suum, & suum affectum in Deo salutari suo exultare asseruit. Sextus in oratione est assidua commoratio, qua mens eleuatur in Deum secundum Augustinum, quem ascendisse Mariam attestatur Hieronymus. Orabat enim de mane vsque ad tertiam, & à nona deinceps orationi vacabat, donec cibum ab angelo delatum sumeret. Septimus est exercitatio in vita actiua. De hac peruenitur ad contemplatiuam, præcedit illa, subsequitur ista. Maria prius in tempore coętaneis suis, & sacerdotibus, deinde ad montana inseruire cognatæ accessit. Octauus est puritas vtriusque hominis, scilicet, mentis, & corporis. Tabernaculum Dei viuentis Aaron non intrat, nisi prius corpore loto, nec ad mõtem populus appropinquat, vt audiat Dei legem, nisi vestimentis, lotis, & sanctificatus, ac Moyses Dei mandato calceamenta deponit, vt ad Deum accedat. Maria hanc præ cunctis habuit creatis, quia immunis ab omni macula fuit. Nonus est follicitudo in seruãdis Dei mandatis. Moysi ore ad os loquitur Deus, & vt amicus amico, quia Dei seruauit mandata, & in Dei conspectu gratiam inuenit. Maria cum præ omnibus gratiam in conspectu Domini inuenerit, seruasse Dei mandata arguitur euidenter. Decimus est praui consortii dimissio, & ab omnib. hominibus fuga. Iacob fugienti Deus se manifestat. Maria vt fugeret consortia hominum, vt ait Ambrosius, ad Zachariæ domum perrexit. In penetrabilibus sola versabatur, ad publicum non accedens. Vndecimus

Proue. 3. Mat. 11 Lac. 1.

Luc. 1.

Matt. 5.

Luc. 1.

Exod. 3.

Nu. 12. Exod. 33

Gen. 28

mus est silentium à strepitu mundanorum. Magdalenæ sedenti Chri-
Luc. 10. stus suæ sapientiæ pandit alta. Maria hunc ascendisse ostenditur, cum omnia mundana contempserit. Duodecimus est gratiarum actio. His
2. Re. 16 Deus se gratis ostendit, ab ingratis recedit. Spiritus Domini à Saul ingrato recedens in Dauid psallentem ingreditur. Maria à Dei laudibus nũquàm vacabat. In carminibus Dauidicis nulla fuit ea elegãtior, semper in oratione, & scrutatione legis diuinæ permanebat, vt dicit Hieronymus. Præfatis gradibus alii tres debent addi secundum Gregorium. Qui sunt amor Dei, dilectio proximi soli Deo inhærere viribus, & desiderio. Quibus mens ad decãtãda dulcia cantica dragmatis cum Maria sustollitur, & eleuatur. Sed quomodo tres isti gradus in Maria fuerint, ex hoc apparet. Quia mater Dei fuit, & consequenter fiduciã omnem in eum iactauit, & quàm dilexerit proximum de Elisabeth, supra dicta clarè ostendunt. Ecce iusta numerum annorum ætatis Mariæ gradus quindecim sunt descripti, vt per hos, quos cum Maria ascendere queat ad istum contemplationis ascensum. Sic Maria cum festinatio-
Exod. 15 2. Re. 23. 4. Reg. 5. ne ascendens montana cantat Deo canticum. Sed quo inducta sono? voce, seu instrumento ad huiusmodi canticum effandum incitatur. Maria soror Moysi tympanum capit, vt Deum laudet. Dauid psalteriũ. Eliseus psaltem. Sed quid accipit Maria? Non habuit ad hoc instrumẽtum mortuum, sed Dei summi viuum habitaculum, scilicet sororem suam Elisabeth, quæ sua intercessione repleta Spiritusancto mira de Deo loquitur. Hoc instrumẽto vsa est Maria, vt ad contẽplationis excessum tunc veniret. Sed qualiter hoc extitit actitatum? Inquam Elisabeth Spiritusancto repletam, vas instrumentum, lyra, tympanum, & psalterium, tàm obseruantia præceptorum, quàm virtutum ornatu ipsius Spiritus sancti effecta in vocem exultationis exurgens Dei magnalia perorat in se, & filio perorata. Cuius deuotis verbis, & laudibus, ac Spiritus sancti plectro anima permota (teste Basilio) mente, & meditatione excessu contemplatiuo eleuatur mirando. Qui videlicet, excessus non mentis factus est alienatione, vt fit in quibusdam vehementia corporalis passionis, vt patet in perturbatis cerebro, aut spiritualis, vt iræ, timoris, & concupiscentiæ, quæ adeo sic adsunt fortiter nonnullis, vt vsum auferant rationis, & à corporeis sensibus alienent. Nec factus est sola vehementia imaginationis, quia hoc tàm bonis potest conuenire, quàm malis, sed factus est imaginatione vehementi, & addita deuotionis, & diuinæ dulcedinis vltra modum solitum degustationis, & Dei mirabilium admirationis. Quos modos excessus doctor egregius innuit Augustinus duodecimus super Genesi. Virgo enim Maria videns operationem mirificam exhibitam in cognata, reflexiuo quodam radio ad operationes in se factas, quas soror enarrat, ad se reuersa, & in se recollecta, vtpote,

illa

illa in qua Deus maxima effecerat, se conuertens ad eadem effanda, & suum eloquium dirigens, præ cunctis opera superni commendat factoris. Quæ enim mulier à Domino talia, ac tanta percepit, vt Maria? Et quæ oĩa agnosceret, & in corde seruaret, vt ipsa, ac de collatis, sic grata existeret, vt ipsa? Commendat Dominum, & Mariam Elisabeth spiritu permota, & voce Mariæ. Erat dignum, vt id, quod in aliis, & alios sua virtute coegerat fieri, faceret ipsa Deo plena, & magistra, vt scilicet laudes diuinas dulci sono carmine personaret. In apice ergo cõtemplationis Maria ex Elisabeth exclamatione melliflua eleuatur. Non quod Elisabeth interuentu extitit, aut operatione, sed occasio fuit, vt Virgo, præ anteactis diuina commendaret magnalia. Voluit enim Deus per seruam laudari, & deinde per Dominam, vt qualis esset differentia laudis ad laudem, personæ ad personam, charitatis ad charitatẽ, laudis internæ, & externæ diuersitate perpenderetur, ac qualis ipsa Virgo concineret hoc cantico voce orato referaretur. Hęc est intelligẽdum beatam Mariam habitualiter, & dispositiuè saltem, etsi nõ actualiter à contemplatione diuina, (& fortè actuali) Dei filio in eius vtero permanente, aliquando vacasse, vt fructus 17. ostendit. Sed prius Elisabeth verba tunc dicitur leuata fuisse, quia eius excessus expresse nunquam per Canticum antea æditum, sed tunc solum fuit ostensum. Sed sciendum, quod plures canticum cecinere, & plura sunt cantica ædita, sed nullum tale, vt Mariæ. Canticum ædiderunt filii Israel mari transacto, puteoque cum aqua reperto. Moyses, quando filios Israel docuit. Debbora, & Barac Sysara prostrato. Dauid coram arca hostibus superatis. Iudith victoria habita de Holoferne. Sponsus, & sponsa in Canticis ex muta coniunctione. Sed vltimũ est Beatæ Mariæ, quia omnia alia superat, & excellit, tàm ratione canẽtis, quia Maria, quàm motiui, quia mirabiliora in ea opera à Deo sunt peracta, & spiritus impellentis, quia verbum, & Spiritus sanctus ad huiusmodi suaue Canticum depromendum. Præfatorum Canticum primum cantant à mundialibus vexationibus liberati, quia submersis Pharaone, & Ægyptijs, idest, omnibus desiderijs sæculi abiectis, cantatur Domino gloriosè, qui à talibus animæ affectum remouere est dignatus. Secundum personãt dulcedinem diuinam degustantes, qui aquam deuotionis reperientes, qua amaritudo vitæ præsentis eis dulcescit, ascendet puteus in mentibus, & accrescat, humiliter exorant. Tertium promunt Dei mandata seruantes, qui diuino amore in Sina succensi, ac cœlico manate refecti, gratia, scilicet cœlum audire, & videre aduocant, vt omnia simul impleãt Domini iussionem. Quartum, persoluunt, diabolum superantes, qui, vt petræ Domno inhærẽtes non commoti, sed firmati habentes victoriã de ipsis hostibus Dominum petram meam, & robur meum, veridicè dicũnt, & exclamant. Quintum dicũnt, carnales libidinem edomantes,

Exo. 15. *Nu. 21.* *Deu. 32.* *1. Re 22.* *Iudit. 14*

qui incentiua carnalium vti Holofernem amputantes in capite Deo cum Iudith castissima laudes attollunt. Sextum hymnizant Deo tota spe adhærentes, qui vnus spiritus effecti cum Domino ab eo osculati currunt desiderio ad cellã vinaria m, vt reficiantur sponsi vnguentorum odore. Vltimum cantat Maria, & psallit, & Maria imitatione effecti, qui verbum vitæ opere in corde gerentes fructum afferunt Domino benedictum, iubilat ergo Maria, & canticum cum tympano, cordis plectro indicibilis consolationis, & degustationis diuinæ dulcedinis pertacto persoluit. Dum Elisabeth deuota ad diuina resoluit ora, Maria præ ante temporibus Dei magnalia perorandi occasione percepta, quia post suam Annunciationem statim ad Montana ascendit, nec talis opportunitas opera Dei prædicandi se obtulit ante eidem, quo ad locum, tempus, opus, & personas, sicut in domo se exhibuit Zacharię. tempus enim tacendi fuerat, sed nunc enarrandi gloriam Dei. Quare Deum laudat ore, & commendat. Documentum primum præbens, nullius Dei verba prædicantis doctrinam esse contemnendam, quia verba humilium, vt Elisabeth, mentem, vt Mariam subleuant ad diuina, & meliora dicenda. Pariter etiam mente suspensa verba Dei debent audiri, vt quid loquatur Dominus intellectus percipiens cum Maria diuina magnalia valeat proclamare. Deinde, vt si omni tempore Deum iuxta Psalmum laudare debemus, præcipuè quibusdam locis, & coram personis, qui ad laudes Dei incitantur, temporibus congruis, inspiratione superna, & mandato Ecclesiæ ordinatis. Postremò, quod deuotè est verbum Dei persoluendum, & audiendum, affectuosè Dei laudes
4. Reg 3. percipiens ad simile exhibendum excitatur. Elisæus dum canit psaltes spiritum propheticum accipit. Et Elisabeth de Deo loquente Maria ad simile prouocatur. Quo datur intelligi, quod omni reuerentia Dei laudibus est assistendum, cum talium auditu cor mouetur interdum, inflãmetur, & illuminetur, & Dei laudibus statim occupetur. Sed aduertendum, quod beatus Euangelista referens laudes peroratas ab Elisabeth, & Virgine. Elisabeth proclamasse asserit, sed nihil tale Mariam egisse loquitur. Quod factum credo multiplici ex causa, nempe, vt detur intelligi, hoc canticum factum esse potius mentis iubilo, quàm exteriori eloquio, ni pro quanto ab auditoribus posset deprehendi. Vt ostendat Deum in laude cordis potius delectari interius, quàm vocis clamorosæ prolatæ exterius. Vt summa maturitas tàm in gestibus, quã in voce, & ore ostendatur Mariæ, & grauitas. Cuius oppositum in quibusdam psallentibus apparet assiduè. Vt Deum cum omni reuerentia laudemus, & potius cordis clamore, quãm vocis. Ratio, quia Deus cor, & affectum aspicit prius, deinde vocem. Et quia Elisabeth potius, quã Maria clamat, quia ipsa cũ filio ad vetus testamentum pertinet, in quo clamabant omnino figuris, & Patres à facie tribulantis. Sed Maria cũ

filio

filio ad nouum, in quo omnia ſunt completa. Vt clamore Eliſabeth ſu peruenientis ſpiritus declaretur aduentus, quia in Maria iàm erat, non ſic in illa. Vt ſigno clamoris aſſiſtentia Spiritus ſancti in Eliſabeth declarata, teſtimonium, quod ferebat ipſa, Mariæ auctorabilius redderetur. Ideò ipſa, & non Maria clamat, vt quàm gratum eſſet Eliſabeth, & Ioanni præſentia Mariæ cum filio, oſtenderetur, quæ ſic ipſam faciebat clamare & eius filium exultare. Vt oſtendatur, quod ipſe beatus ſpiritus, hominibus ad diuerſos vſus confertur, aliis ad informandum, alteri ad contemplandum, alicui ad excitandum. Vt per Eliſabeth actiui, qui in ſtrepitu mundanorum mirè clamant operibus, per Mariã cõtemplatiui intelligantur, qui delectationibus delectantur interius. Vt documentum detur, quod antiquis altè licet loqui, vt Eliſabeth, ſed iuuenculas, & iuuenes condecet tacere exemplo Mariæ. Vt detur intelligi differentia Deum laudãtium. Aliqui Deum, quandoque laudant, & tales, vt Eliſabeth, clamant; alij verò iuxta dictum Chriſti ſemper orãt, vt Maria. Vlterius clamat Eliſabeth, vt officiũ filij ſuturum deſignet, qui vox erat. Sed Maria non, quia filius eius veniebat, vt verbum, mentium illuminatiuum potius, quàm vox aurium pruritiua. Tandem, vt detur intelligi, quod iſtud Mariæ Canticum, ſi quis intelligere appetit rectè, à clamore mundanorum per deſiderium debet eſſe ſemotus, & in vertice ſublimi Sina, Horeb, & Thabor habitãs, ſequeſtratus. Stans ergo Maria coràm ſingularibus perſonis Eliſabeth, Ioanne, Zacharia, & Ioſeph ſponſo ſuo, & multis aliis (etſi non fiat mentio) ac filio ſuo Deo vero. Quid agit, ſubdit Euangeliſta. Ait, ideſt dicit, loquitur, & exprimit. Sed q̃ dicit, & à quo incipit, ſubdit: Magnificat anima mea Dominum, vt oſtendat quod iſtud ſingulare Canticum adhoc fiebat, vt Dei facta magna oſtenderet, & ex talibus Deus magnificè laudaretur, & commendaretur. Dicit ergo Maria: Magnificat anima mea Dominum. Vide differentiam principij intonantis. Filij Iſrael in eorum Cantico incipiunt dicentes: Cantemus Domino gloriosè. Moyſes: Audite cœli, quæ loquor. Debbora: Qui ſponte obtuliſtis. Dauid: Dominus petra mea. Iudith: Incipite Domino. Sponſus, cum ſponſa: Oſculetur me oſculo oris ſui. Sed Maria incipit: Magnificat anima mea Dominum, vt oſtendat quod ipſa Deo ſallit potius propter facta in ea interius in anima, ſcilicet quàm exterius. Ideo incipit: Magnificat anima mea Dominum. Inſuper cum verbum primò pateat animæ, ideſt, intellectui, quàm voce referetur, verbum Dei exiſtens per aſſumptionem carnis in virgine, quæ faciebat, voluit prodi potius anima, vt ei primo nota, quàm voce. Quare Maria cãtat Magnificat anima mea Dominũ. Fit etiam talis inceptio per Mariam, vt diſſimilitudo oſtendatur in hoc ex parte canentis ad alios, ex parte ſpiritus impellẽtis ad laudandum Deum; & ex parte finis, quia ad ea expreſſionẽ diuinorũ operũ vltra ſo

litum patratorum hoc Cãticum à Maria effatur. Qualis est, huiusmodi incipiendi, & psallendi modus? Quale proœmium, & titulus huic psalmo, & Cantico apponitur? Magnificat, ait Maria, anima mea Dominum: quasi dicat Maria, psalmi Dauid titulis annotantur diuersis propter distincta ei à Deo dona collata, sed cãticum hoc meum intitulari volo de laudibus diuinorum operum vltra solitũ, & nulli hominũ, aut angelorum, sed in me à Deo factorũ. Titulus ergo triumphalis, generalis, & specialis est. Hoc est ergo Cãticũ, in quo magnificè præ oĩbus alijs Deus laudatur, & glorificat. Psalmi ad laudãdum Deũ, et regratiãdum pro impensis, & sua enarrãda mirabilia ordinati sunt. Maria suũ Cãticum ad Deum laudãdum ordinat, quia Magnificat: ad regratiãdũ, quia, Magnificat: ad referandum Dei opera, quia magnificat. O quali vehementia spiritus, dulcedine, ardore, feruore, zelo, & amore Maria, mouebatur, incitabatur, & excitabatur, quia sic incipit. Magnificat anima mea Dominum. Si enim mens Dei mira enarrare non valet, nisi ab ipso excitetur, præueniatur, illuminetur, & adiuuetur. Quid de B. Maria? Fuit enim tunc præ solita, incitata, inflãmata, & illuminata à Deo, quare verba melliflua, & dulcissima perorat. Bonus homo de bono thesauro cordis sui, pfert bona. Maria dulcedine diuina repleta verba dulcedinis, & amoris profert, quia Magnificat. Delectatur Deus magnitudine laudum, si deuotè impendantur. Quàm ergo libenter Canticum audit Mariæ? Nostras preces, vt audiat Deum rogamus, sed vocé sponsæ cantantis sponsus ipse libenter audit. Dicat Dominus Mariæ. Sonet vox tua in auribus meis. Quid ò benedicta laudum cupis mihi offerre. Inquit, Maria, Magnificat anima mea Dominum, ideſt, totis precordiis, magnum te mirificum, & omnipotentem prædicat virtus mea, anima & mens mea. Magnificat te anima mea, quia ipsam præseruasti, totam ordinasti, perfecisti, & rexisti. Te ergo Magnificat ex causa hac anima mea. Magnificat te anima mea, quia ipsam sanctificasti, gratificasti, & dilexisti præ cunctis: mentem meam ad te traxisti, remouisti à terrenis, & tibi coniunxisti. Anima ergo Dñm mea Magnificat, Ipsam mentis aciem, quia illuminasti tuis abditis, secreta ei sapientiæ reuelãdo. Ergo Magnificat anima mea Dñm, quia tua speciali imagine animam meã decorasti, adornasti, & gratia perfecisti virtutibus. Anima ergo mea Dominum magnificat. Quia appetitum ab omni corruptiuo, & terreno separasti. Magnificat ergo anima mea Dominum, quia rationem meam prædominari sensibus voluisti, memoriam meam tui recordatione tibi copulasti, vt sit semper memor tui. Voluntatem meam tibi coniunxisti, dilectione attraxisti, vt nihil ambiat, & diligat nisi te. Magnificat ergo anima mea Dominũ, ideſt, portio superior rõnis, quia tuę speculationi instat assiduè, & in te quietem reperit, & dulcorem. Inferiorem portionẽ tu solus gubernas, & dirigis. Te Dñm ergo Magnificat

anima

ànima mea. Quid pandis tuis fidelibus, ò Maria benedicta de Deo? Magnificat anima mea Dominum, quasi dicat. Si queritis, quis est Deus. Magnum dico, imò maximum super omnes Deos. Si quantus est, Cœlum implet, terram, & omnia. Si qualis est: verè bonus, iustus, sapiens, pius, misericors, & sic de alijs. Si de sua liberalitate: quia omnibus dat affluenter, mihi quoq; tribuit præ omnibus abundanter. Si de sua præsidentia: inquit, Maria, Deus, & Dominus, magnus rex super omnem terram. Si quæratur de virtuositate: ipse est in quam Dominus virtutũ. Si quid operatur: Magna imò maxima, & mirabilia sine numero. Si de bonitate: Solus bonus est. Si de pietate: Multæ inquam, sunt miserationes eius. Si de gloria: Plena est omnis terra gloria eius. Quare magnificat anima mea Dominum. Quid bonis parat in præmium? Inquam. Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Si petatur, quid nobis beneficij contulerit? Dedit enim semetipsum, pro nobis. Magnificè ergo, inquit, Maria, laudo, extollo, declaro, prædico, & comprobo Dominum, & si non sufficienter ore, & clamore, tũ eum saltem corde, intentione, voluntate, & deuotione laudandum, & glorificandum, ac magnificandum depromo. Ideò non, dicit, ego Maria, sed anima mea, vt quę prę alijs in virgine ipsa est magnificata, quia plus anima, quam corpus, id Deum laudet, & magnificet. Sed quem ò B. Maria anima tua magnificet? Inquit. Dominum, non terrenum, sed Dominum cœlorum, & vniuersæ creaturæ. Dominum, inquit, magnificat anima mea omnia superantem, omnibus præsidentem, omnia protegentem, tenentem, gubernantem, viuificantem, omnia ad sui laudẽ excitantem, talem Dominum merito magnificat anima mea. Magnificat anima tua ò beata Dominum patrem, qui te in suam sponsam acceptauit, Dominum filium, qui te in suam matrem accepit, Spiritum sanctum Dominum, qui te obumbrauit. Qui & si tres sint in personis, vnus est Dominus, ideò Dominum ipsa anima mea magnificat. Sed cui præcipuè has magnificas laudes persoluis ò Maria? Inquam, Dominũ magnificat anima mea, & si patrem, præcipuè filium, qui est Dominus mecum, de me carnem sumendo, in meo vtero, nunc quiescendo, spiritum meum, & animam, sua gratia, & consolatione replendo, Dominũ hunc ergo anima mea magnificat. O inquam, Maria, quid de Deo audire cupitis, ad me venite. Qui opera Dei mira videre, ad me accedite, & videte. Qui Deo inhærere, à me id discite. Qui à terrenis ad cœlestia surgere, id me, apprehendite. Qui bonum peragere, id quod ago facite. Qui pro afflictionibus consolationem hoc agite. Qui protegi à Deo, defendi à diabolo, eripi à mundo, liberari à carne, conseruari in bono, coronari, & præmiari in cœlo, mecum hoc Canticum psallite. Si futura agnoscere, occulta Dei inspicere, meum canticum attendite. Si victoriam obtinere, sine timore stare, hoc facite, laude deotà, & canore mirifico

Iob 14. Mat. 19 4. Re. vl. Isa. c. 6. 1. Cor. 1. Ti. 3.

2. Pa. 13

2.Pa.28 mirifico mecum dicite. Magnificat anima mea Dominum. Hac voce, tympano, & canore, muri Iericho prosternũtur, Ieroboam ab Abia superatur. Æthiopes Ioseph extirpantur. Magnificat ergo anima mea Dominum, ideſt, magnum facit non effectiuè, sed reseratiuè. Prædicat eum magnum, quoad potentiam sapiẽtiam, & iustitiam, misericordiam, clementiam, & diligentiam. Reserat eum magnum, liberalitate, humilitate, pietate, bonitate, & charitate. Pandit eum magnum, quia diabolum superauit, & prostrauit. Dicit eum magnum, quia magna operatus est pro nostra salute incarnando, prædicando, moriendo, resurgendo. Clamat eum magnum in largiendo ipsum, reconciliando patri, liberando à peccato, & redimendo. Declarat eum magnum, quoad miracula, & opera, dona, & Spiritus sancti munera. Extollit eum magnum esse quo ad protectionem à diabolo, quoad dilectionem commissa nobis indulgendo, ad se fugientes suscipiendo, delinquentes corrigendo, quoad inspirationem præueniendo, excitando, manum vt surgamus porrigendo, & quoad præparationem vitam æternam præparando. Nũc magnificata est anima mea præ cunctis diebus nostris, quia, scilicet, Dei mater effecta. Quia Deum prius concepi mente, quàm ventre, ideò anima mea facta est tali conceptu Dei mater. Clamat Dauid dicens: Venite, & audite, & narrabo vobis, qui timetis Deum, quanta fecit Deus animæ meæ. Et Isaias dicit: Venite ascendamus ad montem Domini. Et Moyses: Audite cœli, quæ loquor. Maria hoc præmittendo ait: Magnificat anima mea Dominum, vt det intelligere, quod istud canticum cum depromeret mira à Deo pro homine facta, omnes homines ad Dei laudes incitabat, & aduocabat, & separatam omni tempore esse ad Dei opera exprimenda ostendebat. Sed qualiter hoc, scilicet, meo cantico ostendendo eum omnium bonorum esse originatorem, operatorem, & consumatorem. Cantat ergo merito Maria, & dicit: Magnificat anima mea Dominum. Quo viso, Virgo beata consequenter ostendit modum dicens: Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, quasi dicat B. Maria. Cum Deus perfectè, rectè, sanctè deuotè, & piè laudetur, qñ anima, & spiritus à sttepitu mũdanorum appetituum, omniũ sensuum tàm interius, quàm exterius remota extiterint, ac in Deo tota sunt collecta, quia spiritus meus exultauit, ideſt, extra saltauit, & se posuit in Deo salutari suo, quare merito hoc modo anima mea Dominum magnificat. Quo innuit B. Maria Deum tunc laudari, & laudibus delectari, quãdo mens nostra exultat, ideſt per meditationem à se egressa stat collocata in Deo salutari suo. Innuit etiam B. Virgo, quod lua laus fuit in concinnendo tota mentalis, quia spiritus inquit, meus, fuit totus supernaturalis, quia exultauit, ideſt, extra se anima iuit. Fuit Deo placita, & acceptabilis, quia in Deo requieuit, sed fuit præ cunctis singularis, quia est de salutari meo, id est, de filio meo, quia est salus omnium, de factis,

Iudit.12

scilicet,

scilicet,ab eo,mihi,& alijs. Sic ergo B.Maria formam dat orādi, & psal lendi,non voce tantum,sed spiritu,& corde iuxta apostoli dictum,non coram stando,sed à se,& alijs fugiendo, memoriam omnium aliorum à Deo postponendo. Quid etiam sit petendum documentum præbet dicens spiritum suum exultasse in Deo salutari meo. Vide quàm vehemens sit iste spiritus Mariam incitans ad Deum magnificandum. Fecit enim eam raptam à sensibus,quia spiritus meus: eleuatam ab imaginibus,quia exultauit,ideſt,extra omnia saltauit: coniunctam diuinalibus quia in Deo salutari meo,eam potius coniunxit, & locauit. Dicit ergo B.Maria. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo,id est extra se saltauit. Sed quo ascendit? Nunquid montes Moab,Baal,& Phogor? Montem Sinai, aut montem Thabor? Nunquid ad aliquorum montium excelsa ascendit? Hęc omnia ascendit. Et quo abijt? Inquit, in Deo salutari meo,ideſt,cuncta creata, transgressa, se ponit in Deo salutari meo. Quapropter cum Deus sit super omnia, spiritus Mariæ saltauit supra omnia. Vehemens fuit hic saltus, & sublimis, sed factus ne operatione humana? Beata Virgo inquit nō,quia spiritus meus exultauit, ideſt Spiritus sanctus,qui meus fuit singulari dilectione, sanctificatione,& habitatione,hic spiritus meus exultauit, ideſt,ad istum apicem, & excelsum montē me deduxit. Sed quid saltādo inuenit spiritus tuus ò B.Maria? Inquit,in Deo salutari meo, ideſt, ego volens magnifica de Deo meo loqui, vt haberem lumen posui me in Deo salutari meo, quia ab ipso est omne lumen,& procedit,& vt ineffabilia loqui possem materiam de Deo salutari meo traxi. Sed vnde? In Deo,ideſt, de Deo salutari meo,quasi dicat, B.Maria,vt prophetata,agnoscerem,figurata intelligerem,quid egi? In Deo salutari meo posui me. Locaui ergo spiritū meum in eo. Quid inquis Maria? Exultauit spiritus meus, quasi dicat. Si petis,an diligam terrena? non. Quia spiritus meus exultauit in Deo salutari meo. Si appetitus sequar sensuales? n ō. Si petis in quo delectē? dico,in Deo salutari meo. Ezechiel rapitur in spiritu prophetiæ,& ipse beatus Ioānes in Apocalypsi,sed meus spiritus in Deo salutari meo. Discretus,& distinctus est raptus Marię ab aliorum subleuatione. Quid doces nos agere ò beata? Dic quæso, nil aliud,nisi vt spiritus vester, sit vt meus per imitationem. Qualiter pericula eminentia possumus euitare? Inquit. Exultauit,ideſt, sit spiritus extra hæc omnia per appetitus remotionem,& saliet cōfidendo in Deo salutari meo. Vbi,ergo,Virgo Maria tuum desiderium,fiduciam,& spem posuisti? Nunquid in homine? Inquam,non.quia,maledictus homo qui confidit in homine. Sed in quo habuisti? In Deo salutari meo,inquit: Vbi inueniſti requiem à laboribus,protectionē ab hostibus,securitatem in timoribus, & præmiū pro sanctis operibus? Certè,inquis,in Deo salutari meo. Quid es facta B.Maria in hac sublimi contemplatione? Inquam,tota diuina,quia spi-

Nu.13. Iudic.4.

ritus

ritus meus. Ad quem gradum,& statum prouecta? Inquam,supernorum,quia exultauit. Quam terminum inueniſti iſtius ſupergreſſionis? Inquàm,Dei mei cognitionem,mentis illuminationem,& recreationem, quia exultationem magnam habuit ſpiritus meus in præteritis,ſed nunc maximam habet recreationem,hoc perſoluendo canticũ. Si petis qualis fuit mea dulcedo,vita conſeruatio,& delectatio,tempo ribus retroactis,& nunc:dicam in Deo ſalutari meo,quia exultauit,ideſt,iubilat,plaudit, & recreatur. Materia ergo eſt Deus ſalutare eius. Nec immerito,quomodo.n.poteſt eſſe,vt gaudium,pax,lætitia,& tran quillitas ad mentem veniant, & ipſa non exultat? Deus enim cum ſit hæc omnia,& erat in Maria,gaudebat,& in Deo ſalutari exultabat. Homo inquam præſeruatus à peccato,erutus ab hoſtibus,& aduerſarijs ſubiectis gaudet. Hac ex cauſa ſpiritus Mariæ exultauit in Deo ſalutari ſuo. Qui omnia optata adipiſcitur gaudet Maria habendo Deũ,& conſequenter omnia deſiderabilia,& deſipiunt omnia. Ratio,quia ſpiritus meus exultauit in Deo ſalutari meo. Sic igitur Maria. inquit, Deum magnificandi modum pãdo,vt,videlicet,homo exultet,in Deo ſalutari,quaſi dicat, ſi de Deo impoſſibile ſit fari ad plenum, materiã laudis accipite,attendendo,referando & effando ea ſolum, quæ pro noſtra dignatus eſt operari ſalute,qua Saluator,& ſalutaris ipſe cenſetur. Hoc enim inſpiciendo, meditãdo, & loquendo,ſpiritus veſter,vt meus exultando Dominum magnificabit. Benè ergo Maria exultando magnificat Dominum,quia quem gratia diuina tangit,iubilare facit,& exultare,vt patuit in Ioanne,& Eliſabeth,& in voces magnificas perſonare. Sic ergo modo relato à Virgine,quomodo Deum magnificare decet ſuo exemplo habemus. Reſtat conſequenter videndum,quid mouerit Deum repertum in ea, vt magna faceret in Maria, vnde ſpiritus exultando anima eius magnificat Dominum. Inquit ipſa. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Dicat ergo B. Maria Deus enim cum ſit rex magnus ſuper omnes Deos, & terram, altiorq; cœlo exiſtat, humilia reſpicit, quare,& humilitatem ancillæ,ideſt,mei. Dicit ergo B. Maria. Quia,ideſt,ſi exultatio mea cauſam habet ex me,non ex me ſola,ſed gratia Dei in cauſa eſt,nihil aliud,niſi quia reſpexit,ideſt,approbauit,acceptauit, dilexit,& vidit humilitatem meam,quam reſpiciendo cauſauit,& cauſando reſpexit. O B. Virgo, cum omni virtute ornata extiteris, & Deo placet charitas,pietas,iuſtitia, puritas, & ſic de alijs virtutibus. Quid uidit in te præ cunctis acceptabile. Inquit,reſpexit humilitatem meã, ſed cur potius humilitatem? Quia Deo præ alijs placet, loquendo de virtutibus,in quibus homo valet cooperari. Charitas enim à Deo,& ex Deo eſt, humiiitas à Deo eſt, & homine, loquendo de actu, & ſi à meo principaliter. Iſta humilitas placet Deo multiplici de cauſa.

Quia

Quia in ipso omnium Saluatore præ alijs refulsit, cum humiliatus sit vsq; ad crucem, & mortem. Deinde cum superbia Deo displiceat, oppositum eius, scilicet, humilitas placere probatur, non. n. resistit Deo, vt superbia. Pariter etiam gratus quisq; pro impensis Deo placet, quare, & humilitas. Vlterius, humilitas Dei esse non appetit, seu gradum, & Deus virtutum amator est, quare, & humilitatis, quia sibi conformẽ diligit. Pariter etiam creaturam perfectè humilitas subijcit Deo, quare à Deo amatur, cum obsequium Deo debitum exhibeat, illius honorem quærit, & porrigit eidẽ, atq; ea, quæ sunt Deo placita peragit, nec ab eius voluntate discedit, Dei amicis se subijcit, & inferiorem se omnibus fatetur, indignum se asserit à Deo sibi collatis, & tandem in Dei timore versatur assiduè. His ex causis Deo placere probatur. Qua in re, cum hæc omnia in Maria fuerint, & sic fuisse testatur, quia ancillam Dei nuncupauit se ipsam, Dominus humilitatem suam præ alijs dignitatiuè respexit: & causa exultationis Mariæ sicut, & in cuiuslibet alterius in Domini conspectu est, iuxta dictum Christi: Qui se humiliat exaltabitur. Vide quid approbet Deus, & respiciat, non, inquam, sęculi alta, quia despicit, sed infirma mundi eligens, abhorrẽs diuites, & potentes, humiles diligens, humilitatem dico ancillæ suæ respexit. Sed quanta fuit hæc tua humilitas Dei genitrix? Inquit, dicere vales prę omnibus hominibus (filio tuo dum taxat excepto). Hoc enim testatur tua super omnes sublimatio, quia es sub omnibus, & præ omnibus humilitate te flexisti, te super omnia amator humilium subleuauit. Hoc expressit tua vita. Hoc ostendit tuum Verbum dicens: Ecce ancilla Domini, vt exprimeres te ei in cunctis subiectam esse: meritò ergo clamat Maria: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Cui ostendisti hanc, & qñ? Deo certè, dum dixisti, ecce ancilla Domini. Sed quo tẽpore? die exaltationis dum ad Dei maternitatis fastigium inuitarer, eligerer, & vocarer. Hoc singulariter expressi in tempore. O B. Maria hanc virtutem à tuo sumpsisti exordio templum pergens, & diuino obsequio te tradens, tenuisti continuo, te subijciens in templo eius ministris, sed ipsam præcipuè expressisti, qñ salutata tàm altè, reuerenter, & dignè, non in altum assurgens, sed in humilitate te fixisti dicens: Ecce ancilla Domini. Tunc Deus tuam humilitatem aspexit, de te carnem sumendo, quare te respexit, idest, acceptam ostendit, dãs exemplum Maria, quod quanto vehementius gradualiter sustollimur, tanto pro tũc, & semper in oculis nostris, & Dei humiliemur. Cernè quàm magna est Mariæ humilitas, qua Deus deijcitur, quod exinanitur, dum caro in Maria efficitur ipsa ad maternitatem Dei assumitur, & super omnes adamatur. Ecce quale bonum est humilitas. Merito clamat Maria dicẽs: Respexit humilitatem ancillæ, quod prædixerat Dominus per Isaiam, co mpleuit in Maria dicens: Ad quem respiciam, nisi ad humilem, &

contritum,

contritum, & trementem sermones meos. Maria in se completum ostendit, cantans: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Hanc humilitatem virgo non tunc prius arripuit, quando dixit: Ecce ancilla Domini, quia diu ante, hoc est, à sui exordio habuit, licet tunc verbo expressit. Verum Beata Virgo, quare te respexit Deus? Inquit, quia humilitatem ancillæ suæ, quasi diceret, quia nullius alterius à Deo peccati, mũdi, diaboli, hominis, & carnis mancipata extiti seruitio, sed solius Domini, & sua ancilla sum, & fui. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, quasi diceret Maria, non me laudo, exalto, & commendo de charitate, puritate, & virtutibus alijs, sed de humilitate. Ratio, quia hanc solam in me respexit Deus. Qua in re sequitur, quod ex quo Deus hanc præ alijs respexit, signum est, quod in ea præ cunctis fuit. Et quia hac humilitate homo acceptatur à Deo, & diligitur, & per consequens fit, vt quem Deum amat, ab alijs diligatur. Quid inquis vlterius ò Maria? Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes Homo ex fide commendatur, & principio Maria laudatur, quia Dei mater, principium humilitas fuit, quod vtiq; venerandum est, & imitandum. Ratio, quia respexit humilitatem ancillæ, quo principio ad id deuenit, ut Dei esset mater, quare beatã eam dicunt omnes generationes. Sed quomodo ex hoc te dicunt omnes beatam? Nisi quia fueris locus beneficus Dei. Locatum enim, sanctificat locũ, ac beatificat. Deus qui est beatitudo, in te Maria fuit modo singulari inhabitando, & incarnãdo, quare beata. Beatam te dicunt, quia beatitudinis arrham accepisti, quia omnium beatitudinem uidisti, vt fructus 17. ostendit. Beatam te dicunt omnes generationes, ideſt, angeli boni collaudando, angeli mali formidando, peccatores ueniam obtinendo, iusti gratiam possidendo. Beatam te dicunt omnes generationes, ideſt ętates, quia omnes à mundi exordio, vsq; ad finem tuæ humilitatis fructu iustificabuntur, & saluabuntur. Beatam ergo te dicunt omnes generationes, quę præcesserunt, quæ sunt & erunt. Virtuosus debet commendari, sed tu beata, à quo vis commẽdari? Inquam, de humilitate, ab humilitate: ratio, quia ipsa Deo placuisti. Vnde te laudare uolentes, quomodo debent? Ex hoc inquis, beatam me dicent omnes generationes. O quàm ve lox præparata, feruens, valida, & rapida fuit humilitas tua, ò Maria? quæ omnium Creatorem ad ima dispositu it, exinaniuit, & ipsum subito carne velando ad nostra infirma attraxit. Quæ ergo virtus sacræ potest comparari humilitati, quæ sic Deum adiens, inclinat, mollit, & imat. Merito ergo hæc fundamentum omnium virtutum, quo posito, cæterę habentur, & possidentur virtutes. Dicit ergo Maria. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Deus qui humilia respicit. Abel, & ad munera eius respexit. Gedeonem, filios Israel, & omnia cum respiciat: modo tamen singulari Mariam respexit. Respici à Deo exorat psalmus in per-

Gen. 4. Iudic. 6. Exod 3

tion

sona omnium, sed Maria respectam se asserit æternaliter, & temporaliter, prædestinando, eligendo, gratificando, & fœcundando. Respexit, in quam Maria humilitatem, non hominum in generali, quia graui corde, sed me ancillam suam respexit supra omnia creata, diligendo, & honorando. Quo deprehenditur hæc dilectio maior effectu, ex quo inquit respexit humilitalem, ideſt, opere declarauit, humilitatem respiciendo, acceptando, & naturam humilem eam induendo, carnemq; ex me sumendo. Hoc effectu ostendit diligere, & respicere humilitatem meam, & quia ex hoc omnis generatio est acceptata, ideò Beatam me dicent omnes generationes. Iure Dei genitrix hoc humilitatis respectu temporaliter in te facto à Deo, omnes generationes prædicare te debent beatam, quia quantum ex tui fructus est sufficientia, omnes acceptantur, & euocantur. Te ergo beatam dicunt, quia eorum beatitudinem genuisti, pariter Deum, & hominem. Quo merito omnis creatura te beatam asserit, & declamat. Benè inquis ergo Maria, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. A virgine detecto quod Deus ad ipsam se dignāter inflexit, & cuius ob causam eam exaltauit, incipit consequenter pandere, qua de causa ipsius anima Dominum magnificat dicens: Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Licet diuina celsitudo impensione beneficiorum non sit magis laudanda, quàm ipsa subducta, quia non minus amandus est Deus, cum infinitè sit diligendus: magnificandus tamen est ex operibus, ideſt conuenit eum declarare magnificum fore actiuè ex actitatis per eum. Dicit ergo Maria: Quia fecit mihi Dñs magna. Cur moueris ò B. Maria ad magnificādū creatorē tuū, gubernatorē, & omnium, Deum, & Dñm? Quia fecit mihi magna, qui potens est. Vbi virgo deuota prædicat Deū, & magnificat omnium bonorum actorem, quia inquit fecit: dilectorem humilium, quia mihi: largum distributorem munerum, quia magna, ideſt, non parua. Sæculorum gubernatorem, quia potens: sanctificatorem hominum, quia sanctum nomen eius. Istis donis quinque, magna à Deo exhibita, & operata in Virgine declarantur. Fecit, vt referatur ad ea, quæ fecit Deus. Quoad Virginis à peccato præseruationem, eius annunciationē, & ortum. Mihi, ad ea, quæ Virgo obtinuit in vita, sicut est deductio in templum, locatio in eodem, cibatio à Deo, suæ virginitatis corde professio, & alia vsque ad desponsationem. Magna ad ea, quæ acta sunt in ea, in incarnatione filij potens, ad operationem peractam à Maria in Elisabeth, & Ioanne. Sanctum, ad bona collata orbi, suo fructu benedicto. Dicit ergo Maria: Quia fecit mihi magna: quasi dicat, fecit magnū Deus, & egit temporibus retroactis, videlicet, mundum creādo, formādo hominem, Noe à diluuio, Abraham abigne, populum Israeliticum, tot signis liberando, suum populum lege regulando, cœli pane vegetando,

tando, hostes prosternendo, Dauid eligendo, & sic alià munera faciendo. Ista quippe magna existunt, sed his maiora fecit mihi. Ratio, quia maius est (teste Augustino) mundum recreare, similiter, & reformare, hominem à peccato liberare, quàm iàm dicta. Stupor osius, & mirabilius est Deum incarnari, Deum hominem fieri, ac cum hoc omnia bona obtinere, præfatis. Et quia hoc peregit in me, magna præ cunctis ergo fecit, quibus meritò ostenditur, quia potens est, & sanctum nomen eius. Fecit, inquit, mihi magna. Non dicit magnum, sed magna, quia non semel, sed pluries; non vnum, sed plura operari dignatus est. Magnum est mea præseruatio à peccato, magnũ mea in Dei matrem electio, sed vltra omnia magna, maximum est filij Dei in me gratifica incarnatio. Qua incarnatione ostenditur, quod potens est, imò omnipotens, quia hæc operatio, solius Dei omnipotentis est. Ac sanctum est nomen eius, quia sanctificando me sanctificatione plenitudinis gratię, Spiritus sanctus, videlicet super me veniendo, omnipotens ipse de me carnem accepit. Merito ergo, dicit Maria: Fecit mihi magna, quasi diceret, magna dona fecit Deus generi humano, vtpote, creationis, gubernationis, conseruationis, regulationis, informationis, illustrationis, liberationis, redemptionis, aperitionis ianuæ paradisi, immissionis Spiritus sancti, prostrationis diaboli, & suæ gratiæ diffusionis. Ista licet sint facta communiter mihi, & alijs, quia verò mihi in particulari fecit magna, ideò anima mea magnificat Dominum, nonne fecit mihi magna respiciendo humilitatem meam, tantum gradum gratiæ infundẽdo, tàm sępe ad contemplationis apicem sublevando, & demum me humilem, ac pauperculam sibi in sponsam, amicam, & matrem assumendo? Fecit magna Assuer° rex Esther, similiter Dauid Bethsabee, Abigail, Abisag, sed multò magis fecit Deus Beatæ Mariæ in sponsam, vt filium suum pareret, eligendo, & statuendo. Magna fecit Deus Ioseph ad principatum Ægypti sublimando. Moysi, Deum Pharaonis instituẽdo. Ioshue, principem populi faciendo, Dauid, in regem ordinando, & sic de aliis. Sed magna fecit Deus Mariæ super omnes eligendo, replẽdo gratia, & ad præsidentiam mundi monarchicam præferendo. Fecit, inquit Maria, mihi magna, nunquid magna vnquàm facta in orbe? Certè non prophetata, figurata, reuelata, diuulgata, & declarata fienda fuere. Sed antea inuisa. Non peregit Deus in Maria, quæ non prius reuelata sanctis extiterint, aut per os Sanctorum vaticinata. Quis vnquã vidit talia, audiuit similia? vt intacta grauidaretur, Virgo sine virili semine fœcundaretur, clausam portã vir intraret, lapis à monte sine manibus se separaret: virum mulier circumdaret, virga statim germinaret, puella girum cœli circuiret, sol se ad ima incurvaret, luna plena semper staret: panẽ cœli vir gustaret, Deũ in carne homo auscultaret, & signa mira, qui potens est, perpetraret. Quæ oĩa, inquit, Maria mihi fecit,

Esth. 2. *2 Reg. 5.* *1. Re. 26* *3. Reg. 1.* *Gen. 42.* *Exod. 3.* *Dan. 2.* *Exod. 31* *Nu. 18.* *Eccl. 24.* *Eccl. 50.*

fecit, qui potens est. Fecerat Deus magna Nabuchdonosor regi, vt ipse professus est: sed mihi, inquit, Maria fecit magna, idest, maxima, à fomite omnis incentiui ad malum præseruãdo, eripiendo, & custodiẽdo, ad mei obsequium suos angelos deputando, & meæ voluntati cuncta subijciendo. Fecit, inquit Maria, Dominus mihi magna, scilicet firmamẽtum in gratia confirmando, cœlum dilatando, solem illuminando, lunam gratia replẽdo, paradisum consolando, fontem sapientiæ aquame potando, arcam, meo filio genus humanum saluando, scalam ad cœlum subleuando, templum Domini in me nouem mensibus habitãdo, ciuitatem, refugium pro me peccatoribus condonando, speculum, vitam meam in exemplum cunctis reserando. Et sic de alijs. Fecit ergo, ait Maria, mihi magna, me tribuendo peccatoribus in subsidium, iustis in exemplum, sanctis in lætitiam, angelis in gloriam, virginibus in normam, dæmonibus in ferulam, infirmantibus in medicinam, cæcis in lucem, ignorantibus in directionem, naufragantibus in portum, & inuocantibus me in Dominam posuit, & auxilium. Fecit mihi magna, idest, mihi concessit facere magna, vtpote Deum, qui potens est, humilem, & paruum faciendo, tradendo mortalibus in fratrem hominum, & socium. Feci magna quoad omnia, cuncta nobilitando, meo filio, & exaltando. Feci magna in Ioanne, & matre mea intercessione. Deus eos ad statum perfectissimum deducendo, & in mundo ipsum, meo fructu ad Dei cultum reducendo. Feci magna in cœlo, replendo beatis. Feci magna, & facio cunctis hominum generationibus ad bonum inducendo, iuuando, & ad patriam perducendo. Valet merito Maria dicere cum Debbora: Ego sum, ego sum, quæ canam, & psallam Domino Deo Israel quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Potens est, & in ditione eius cuncta sunt posita. Fecit ergo mihi magna, idest ad magna ordinauit, vt essem exẽplar omnis perfectionis, mater omnis cõsolationis. Ad magna pręparauit, vt essem cubiculum Assueri, solis tabernaculum, fœderis Domini arca, templum Domini, & regis cœlestis aula. Ad magna subleuauit, occulta sua, irradiatiuè, & reseratiuè notificando. Magnam demõstrauit me esse in sua acceptatione præ cunctis, sic feruenter adamando, sic instanter gubernando, sic dulciter mecum cohabitando, sic potenter fœcundando, sic patenter me declarãdo, sic me intacta ingrediẽdo, sic rectè, & iustè me sublimando. Sed quis est hic, qui hoc fecit? Inquit, qui potens est, idest, ipse Deus, qui est, rex potens, quo nihil sublimius, misericordius, & potẽtius reperitur. Iste est Dominus potens, cui subsunt omnia, à quo sunt omnia, in quo sunt omnia, stant oĩa, & viuunt omnia. Iste est, qui fecit mihi magna, non angelus, non vir propheta, non vir sanctus, non pater meus, non mater mea, sed ipse potens Deus fecit mihi magna. Quomodo? Inquam, accipiendo mihi thesaurum suum, fontem aquæ

viuæ, ideſt gratiæ, & miſericordiæ ſuæ optata concedendo, nihilque quod in ſua eſſet domo à me abſcondendo, benedictionibus paradiſum adimplendo. Sed vbi eſt hic potens? In ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, ideſt, Beata Maria, quæ ciuitas eſt ædificata in mõtibus ſanctis, & de qua ſunt dicta glorioſa. Iſte, inquam, Dominus, qui magnus reperitur in cœlo, terra, mari, & in omnibus abyſſis, eſt mirabilis in cunctis creatis, ſed maximus eſt in Maria. Ratio, quia nullibi talia egit. Quid fecit in Maria mirabilis in altis Dominus? Inquit ipſa. Magna, quæ nec in cœlo, nec ſuper terram, nec ſubter ſunt reperta. Vt virgo pareret Deum, virgo generaret, & Spiritus ſanctus, fęcundaret eã, & grauidaret. Cãtat ergo meritò Maria, quod potens eſt & magnus. O Beata Maria, mater Dei, ſponſa Dei, in beneficijs Deo grata, & plena virtutibus. Ediſſere, quæſo, parabolã iſtam. Fecit mihi magna. Nabucodonoſor rex clamat: Signa, & mirabilia fecit apud me Deus excelſus. Sed tu ò beata quid dicis? Non apud me, ſed mihi magna fecit, non extra me, ſed in me, & intra me, non mihi ſolum ratione omnium hominum, ſed ſingularis perſonæ. Et quid magni fecit tibi, & non alteri? Inquit, mihi fecit, & non alteri magna prius prædeſtinando, præfigurando, prænunciando, de tot generibus inſignium perſonarum generãdo, præſeruando, nominando, naſci faciendo, acceptando, deſponſando, adimplendo, in me ſtando, à doloribus liberãdo, & ſuper omnes mulieres exaltando. Potens, & fortis Deus fecit tibi ò Maria magna. Nõ dicit Maria, fecit in me, ſed mihi, vt modũ diſtinguat, quo operatur Deus in ipſa, & alijs. Deus enim in qualibet creatura operatur magna, videlicet, ad eſſe deducendo, gubernando, conſeruando, & in omnibus actionibus aſſiſtendo, cum ſit cauſa prima. Etſi hoc egit in aliis, vtique & in Maria, ſed modo, & vi ſingulari, atque effectu, quicquid enim reperitur in Virgine, magnum certè eſt, imò maximum conſiderando in alijs ante facta, & in ipſa. Sed iſte ſic potens quo vocitatur nomine, ò Maria? Inquit, ſanctum nomen eius, ideſt, ſequeris de nomine, nomen non habet, quia ineffabilis eſt, incomprehenſibilis, intelligibilis, inattingibilis. Quare nomen non habet. Sed nomen eius dico per reſpectũ ad me, & mihi facta, vt ab effectu. Dico, quod vocatur ſanctum, quia me tabernaculum ſuum ipſe altiſſimus ſanctificauit, & hoc dum in medio fuit mei. Eſt ne alia cauſa B. Maria, quare iſtum Dominum ſic magnificas? Eſt, inquam. Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Quaſi dicat, genitrix Dei Maria, non ſolum propter mihi facta, ego magnifico Deum, ſed propter ſuas inſignes conditiones, & notabiles operationes, tàm mihi, quàm generi humano exhibitas. Ipſe eſt miſericors, imò miſericordiæ pater, quia miſericordiã ſuam ab humano, nunquàm ſubtraxit genere, ſed multipliciter dedit, & exercuit, præcipuè in me. Nempe ab originali præſeruauit, gratiam indidit, dominium

minium rationis ad carnem concessit, fomitem in me potenter extinxit, ad malum incitans amouit, facilitatem ad bonum concessit, vt esse habui, in statu meriti locauit, ad mei custodiam se, & angelos suos deputauit, me in vita gubernauit, ad sui amorem me totaliter attraxit, de meis visceribus se induit, me infimã, & humilem non despexit, sed acceptauit, & bonis omnibus repleuit, meis precibus condescendit in sanctitate Elisabeth, & Ioannis, amorem seculi in me extinxit, in egressu à meo vtero virginitatem meam seruauit, me peccatorum matrem instituit, me gratijs repleuit, & tandem meam gratiam omnes participare fecit, & facit. Et alia misericordiæ dedit dona nullis meis meritis, sed sola pietate, & misericordia sua; fecit mihi hęc magna. Est etiã hæc Dei misericordia circa humanum genus multipliciter declarata, scilicet à progenie in progenies, idest, à generatione in generationem, quarum prima exordium sumpsit ab Adam in statu innocentiæ; altera à transgressione, vsque ad Noe; alia à Noe vsque ad Moysen; quarta à Moyse vsque ad Dauid, altera à Dauid, vsque ad Christum, sexta à Christo, vsque ad diem iudicii. Postrema est in regno residentium cœlestis glorię. In progenie prima, ideſt, primo homine, & eius vxore misericordia Domini est declarata hunc in modum. Ad imaginem suam creando, in paradiso collocando, scientia illuminando, iustitiam originalem infundẽdo, liberum arbitrium concedendo, ad sui contemplationem erigẽdo, sanitatem vtriusque hominis concedendo, & tribuendo, omnium dominium ei largiendo, omnia propter ipsum faciendo, ei se familiarem exhibendo, virtutibus naturalibus, & gratiis datis adornando; tandem vt tentationi posset resistere, potentiam condonando. Istæ sunt misericordiæ primo homini, & eius coniugi à Deo, velut primę progeniei cõcessæ. Quo verò ad secundam generationem, hæc subsequentia concessa sunt. Primò illam ad pœnitentiam excitando, & hoc quando eũ post peccatum vocauit, contritionem immittendo dicens: Vbi es? Redarguendo de peccato, leuiter puniẽdo ad id, quod promeruerat: pœnitentiæ tempus concedendo: eis compatiendo; ad humilitatem inducẽdo: angelum bonum ad sui custodiam tribuendo, spem de venia immittẽdo: hostem diabolum coercendo; à morte per tempus præseruando. Tandem ipsum cum posteritate sua non statim post peccatum damnando. Tertiæ autem generationi Deus se exhibuit multis modis. Noe liberando à diluuio cũ filijs; Abrahã de Hur Chaldęorũ, ipsos acceptando in gratiam; ab hostibus protegendo, eis terram bonum promittendo; sub iuramẽto Christum ex eis nasciturum spopõdendo; eligendo eos præ cunctis nationibus, signo Circumcisionis ab alijs diuidendo, eorum obedientiam probando, conuersando cum eis, sua secreta reuelando, preces acceptando, bona temporalia concedendo. Postremo à prauorum insidijs eos eripiendo. Quartæ generationi, seu progeniei ostendit se Deus. Nutriendo in Ægypto, multiplicando, suam po-

tentiam insignis pro eorum liberatione ostendendo, pręseruando à pęnis, & calamitatibus Ægyptiorum, columna nubis eos ducendo die ac nocte; hostes submergendo, legem dando, suum cultum eis ostẽdendo, cibando in deserto, fonte potando, ipsos hostium triumphatores constituendo, ad terram patribus promissam inducendo, contra eorum aduersarios pro eis dimicando, suam offensam sæpius remittendo, & tandem ad misericordiam ipsius confugientes eos recipiendo. Quintæ generationi, & progeniei pariter, Deus misericordiam suam multipliciter impertiuit, Dauid ad regnum sublimando, quo secuta est exaltatio populi, & liberatio ab hostibus. Salomonem sapientia replendo, diuitiis, & gloria; templum in medio eorum eligendo, imperium eorum augmentando: prophetas faciendo, & dando; pacem & tranquillitatem impendendo: se affuturum in postulatis promittendo; liberando à malis, tempore Ioſaph, Ezechiæ, & Abiæ; inter eos miraculæ faciendo, per Eliam, & Elisæum, à morte liberando tempore Esther, Iudith, & Machabæorum. Postremò in tribulationibus consolationem inferendo. Sextæ autem generationi, seu progeniei, sinum suæ misericordiæ latius aperuit, & reserauit; quid enim misericordius, beneuolentius, & clementius? Assumptione humanæ carnis à deitate, conuersatione mitissima Christi, instructione, vocatione apostolorum, & aliorum: prædicatione pœnitentiæ cum promissione regni cœlorum, liberatione ab infirmitatibus, subiectione, & expulsione diaboli; institutione sacramenti corporis, & sanguinis Christi, & aliorum sacramentorum; passione Christi, redemptione nostra, liberatione patrum à lymbo, resurrectione à morte, apertione cœlestis regni, introductione naturæ humanæ in cœlum, Spiritus sancti missione, sacræ fidei mundo prædicatione, miraculorum operatione, gratiæ collatione. Tandem pręmij promissione. Quid insuper agit erga nos ipsa Dei misericordia assiduè? Multa, inquam, & magna, suscipiendo nos peccatores, bona sua à nobis non amouendo, contritionem infundendo, ad confessionem inducẽdo, auxilium, vt à peccato surgamus porrigendo à diaboli manibus nos subtrahendo. Confugiẽtes ad sùscipiendo, iustè corripiendo, promissionibus alliciendo, suam gratiam, & clementiam à nobis nunquam remouendo, bona ante peccatum facta nobis pœnitentibus reconcedendo, & ad nos vt filios proprios, velut misecordiæ pater se semper habendo. Vltimæ generationi, siue progeniei in patria residentium latissimè exhibet misericordiam suam non eorũ meritis præcipuè, sed sua pietate ad cœlum introducendo. Quo liberãtur à peccatis, ab insidiis diaboli, à mundi prauitatibus, à carnis illecebris, Deum vident facie ad faciem, ipso perfruũtur, gaudent summè, cũ omnis tristitia ab eis sit amota, amenitatibus loci talis, scilicet paradisi deliciantur, solpitatè lætantur, hæreditatem possident ab origine

mundi

mundi paratam, appetitu quietantur. Cuncta norunt, bona omnia possident, & perpetuò ipsa beatitudine cœlibantur. Qua in re hi præ omnibus liberati à malis omnibus, & bonis cunctis repleti, effectu Dei misericordia quàm sit magna præ alijs experiuntur. Dicit ergo B. Maria. Verè & propriè. Misericordia eius, s. Dei, à progenie in progenies. Cuius exemplo nos hanc misericordiã experti diuinam pro modulo magnificare cum Maria debemus. Sed quibus principaliter Deus suã misericordiam impendit, & ostendit facto? Inquit Maria. Timentibus eũ. Timor Domini cum sit sanctus effectiuè, sanctos, & iustos facit, dicente scriptura: Qui sine timore est, iustificari non poterit. Quare iusti, & viri sancti Deum timentes Dei misericordiam percipiunt, & hoc in gratia præueniente, adiuuante, concomitante, & consumante, & ad finem bona opera eorum perducente. In manifestatione Dei ad ipsos se declarando, eis beneficijs assiduis, internis illuminationibus, inspirationibus, donorum Spiritus sancti infusionibus, precum exauditione, contemplatione diuina, suæ dulcedinis degustatione: in sequestratione à peccatis liberando, præseruando, à mundo per abdicationé, & affectus remotionem: in superatione tentationum, à diabolo, carne, & mundo immissarum: in immissione consolationum. In afflictionibus, & doloribus vitæ præsentis: in acceptatione eorum in filios: in condescensione petita largiendo. in electione ad sui seruitium, & famulatum: in reuelatione suæ voluntatis: in fiducia accedendi ad Deum in tempore oportuno: in protectione sollicita, subueniendo, fouendo, regendo, & gubernando: in sublimatione tàm in præsenti, quàm in futuro: deinde in glorię locatione, eripiendo à naufragio viæ præsentis. Tales ergo Dei misericordiam recipiunt. Bene ergo inquit B. Virgo: Misericordia eius à progenie in progénies, ideſt, à prima generatione, vsque ad vltimam generationem, quibus se dat in gloriam, & premium. Hi omnes timentes eum eius misericordiam percipiunt, & vnà cum Maria Deum misericordiæ patrem magnificãt, & extollunt. Dicit ergo Maria, quod Deus, qui potens est, est laudandus, & magnificandus, quia Misericordia eius à progenie, in progénies est timentibus eum. Postquàm Dei mater ostendit Deum esse magnificandum ratione misericordiæ, declarat eum venerandum, & collocandum ratione immensæ potentiæ dicens: Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Quasi declarando dicat. Singularem is, qui potens est, fecit potentiã. Sed quomodo? Quando scilicet, Dispersit superbos. Prius eos spreuit mente non acceptando, sed despiciendo, deinde effectu eos dispergendo. Fecit ergo Deus, ideſt faciendo ostendit, in brachio, ideſt, in virtute sua, dispersit superbos ad terram eos prosternendo, subijciendo, & destruendo, ac confundendo. Si hæc potétiæ ostensio ad homines superbos referatur, patet clarè ex sacro eloquio. Nam Adam, à loco vo-

Gen. 2. Exod. 14 luptatis eijcit. Pharaonem, Amalech, Gigantes, reges Chananęorum, Adonisedech, Eglon, Sisara, Saulem, Ieroboam, Achab, Senacherib, Balthasar, Holofernem, Aman, Antiochum, Nicanorem, & Herodem. Et hos similes potentia sua dispersit, & à mente, & à corde remouēdo à dilectione abiecit. Si verò potentia Dei ad prauos, & superbos referatur dæmones, fecit talibus, & contra tales potentiā. Hi enim cum cōtra ipsum cum superbia insurrexissent, seruire, & sub ditione eiusdem esse nolendo, à Deo, & potentia eius sunt prostrati, & dispersi, sed quomodo? Eiiciendo à cœlo, in infernum deijciendo, suas nequitias reprimendo potentias coercēdo, suæ voluntati non acquiescendo, ab eorum insidijs nos custodiendo, à manibus eripiendo. A consortio eorundem nos perpetuò separando, ipsos ligando, vincendo, iustitia, igni æterno deputando, & nunquàm eis indulgendo. Dispersit ergo superbos mente cordis sui, prauos homines, & dæmones confundendo. Fecit potentiam in brachio suo, ideſt, virtute prius mundum faciendo, diluuium immittendo, & mira operando. Tādem ipsam ostendit superbos sęculi despiciendo, eorum statum declinando, carnem nec de eis sumendo, eorumque consortium fugiendo. Fugit enim superbi Herodis consortium ad Ægyptum pergendo, superbis non dando gratiā in prę senti, nec gloriam pro futuro. Sed cur ò Beata Deus sic superbos dispersit? Nonne creatura rationalis à Deo diligitur, cur non & superbi? Inquit. Dispersit superbos mente cordis sui. Quasi dicat Maria. Hos superbos Deus non diligit, quia sunt contra Dei mētem, & cor Dei. Cōtra mentem, si mens superior pars rationis accipitur, cum talis habeat Deo inhærere, superbi non Deo, sed sibi ipsis inhæreant, Deo placere non possunt, quia ipso, vt proprio fine, non fruuntur, aut diligunt. Mēs si accipiē pro meliori, quod est in anima, sic vel accipitur pro tota imagine, vel parte. Si pro tota imagine, cum superbia, quia mortale peccatum, deturpet imaginem, Deo placere non potest, quare nec superbi. Si pro imaginis parte, vel accipiē pro memoria, quia superbus immemor est beneficiorum Dei, qui ingratus mente à Deo despicitur. Si pro intellectu, cum nihil velit intelligere superbus, quod sit se melius & Deus sit, quia non vult intelligere, vt bene agat à Deo mente contemnitur. Si pro voluntate, cum nullius velit subdi ipse superbus, vt inobediens Deo ab ipso dispergitur. Sic ergo Deus contra tales facit potentiam, mente eos abhorrendo. Sed quomodo corde? Nonne corde, & affectu Deus odit superbiam, & superbos? Superbus à Deo suum tollit honorem, amorem, timorem, vigorem, odorem, & famam. Vult enim honorari, & non Deum, sed se super omnia diligit. Deum non timet. Quod habet Deo non tribuit, sed suis meritis, commendari, & laudari appetit præ cunctis. Valorem se plus Deo appreciando, non sapit ima, sed alta, non cogitat iusta, sed praua, non Deum, sed propriam colit

personam,

personam, ingratus Deo existit pro collatis, paruipendit à Deo præcepta ac dæmonis iniqui, imitatur vestigia. Quibus ex causis superbos corde Deus odit, & spernit. Non odit Deus naturam, sed vitium. Superbia enim, vt dicitur non est in hominibus ab initio creata. Quare cum ipsa sit vitium, & peccatũ. Superbos dispersit, inquit Maria, mente cordis sui. Quo innuit pia mater superbiam super omnia à nobis abijciẽdam fore, ne Deus nos dispergat mente, ideſt, à mente sui cordis abijciat. Est enim reuera abijcienda. Ipsa enim fecit angelum diabolum, hominem de paradiso eiecit, confudit labium vniuersæ carnis, Pharaonẽ demersit, Goliath occidit, Aman suspendit, Antiochum deiecit, Holofernem amputauit, Senacherib interemit. Hæc aures Dei à nobis auertit, filios facit diaboli, & imitatores. Deo hominem reddit odiosum, cõtumeliis afficit, despectos reddit, naturæ iura peruertit; sapientiam animam intrare vetat: et vt vno verbo concludam, omnia vitia adducit, cum sit principium omnis peccati. Detestanda est ergo à nobis hæc superbia, qua homo repellitur, & omnis malitia in nobis inducitur. Ideò inquit Maria: Dispersit superbos mente cordis sui. Sed qualiter? Fecit potentiam in brachio suo, ideſt, virtute sua: ideò Deum laudare debemus & magnificare nos humiles, quia depositio superborum est humilium exaltatio. Quia dispersit superbos mente, & deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Lapis enim abscissus de monte sine manib⁹ statuam percutiens in capite omnia terræ regna prostrauit, vt eius regnum in perpetuum perseueret. Prostrauit ergo potentes in solijs sedẽtes, vt ipse solus sit rex regum, dominus dominantium. Data enim cum sit Christo Mariæ filio omnis potestas in cœlo, & in terra, omnes gentes seruient ei, factum enim est regnum huius mundum Dei, & Domini nostri Iesu Christi. Sed quomodo ò Maria? Deposuit potentes de sede, non tyrannicè, sed iustè potentes deposuit bonos persequentes, & exaltauit humiles Iesum suum filium imitatione prosequẽtes, qui fuit mitis, & corde humilis. Nec immerito tales exaltat, quia vbi ipse, & ministri eius. Quid egit ergo hic Dominus potens? Deposuit potentes de sede. Sed nunquid hoc euidenter apparet? Certè exemplis probari potest; & primo Adæ, qui superbiendo, & Dei potentiam ambiendo à statu primo cadens à paradiso deposuit. Luciferi qui subesse Dei potẽtiæ renuit, & de cœli sede deposuit. Sic Pharaonem se exaltando cõtra Dominum, dicens: Quis est Dominus? De sede deposuit submergendo. Sic Holofernem contra Deum se erigentem, de sede deposuit, & eum conterendum in manu fœminæ tradidit. Senacherib, qui Dominũ cõtempsit, & suam potentiam interfectis suis, primo per angelum, tãdem deposuit de sede, & à filiis fecit eum occidi. Sic Amon, qui voluit adorari, Herodes, vt Deus haberi, & sic de Nicanore, Antiocho, & alijs, quos primo de sede, & status altitudine deponendo, miserabiliter pro-

Eccle. 10

Iob 35.
Iob. 41.
Prou. 8.
Prou. 11
Eccle. 10
Eccle. 13

Exod. 5.
Iudith 6
4 Re. 18
Tob. 1.
Esth. 7.

Gen. 22. Gen. 28. Gen. 47. Exod. 4. 1. Reg. 16. Esth. 6.

strando interemit. Sic ergo Maria veridicè cantat. Deposuit potentes de sede. Et sicut superbos hos,& potentes de sede deposuit,ita ex opposito humiles exaltauit,vt patet de Abraham, Iacob,Ioseph,Moyse,Iosue,Dauid,Mardocheo,& sic de alijs,qui a Deo sunt exaltati,iuxta veritatis dictum: Qui se humiliat exaltabitur. Deposuit potentes de sede. ideſt,dæmones,qui sedem posuerant in Aquilone,ideſt,in hominibus, charitate,pietate & misericordia frigidis,& malum omne optantibus. Hos deposuit,à mundo eiecit,qui princeps mundi cẽsebatur. Sed quomodo deposuit? Captiuando,quos tenebat,à suis manibus euellendo, & suam superbiam, audaciam, & contumaciam refrenando. Et quod maius est. Exaltauit humiles Christi vitam exercentes,& exaltat,diabolum cum eis subijciendo per omnia. Nonne diabolus ante Christi ortum horrenda faciebat in mundo, in quo castra ædificauerat,spelũcas, & antra,vt ab indè remoueri non posset? Huic infelici mundo ob peccatum diabolus tyrannicè dominabatur. Patet de idolatria, qua totus mundus culturis dæmonum captiuabatur,de guerris,homicidijs,auaritia,luxuria,& superbia,quibus omnes mundani erant infecti,& de vita æterna nihil agnoscebatur,cum non esset,qui faceret bonum,nec vsque ad vnum. Hos ergo deposuit,cultum verum prædicando,& Euangelium per humiles apostolos, & cæteros,quos exaltauit gratia,signis, doctrina, sapientia, virtutibus interioribus, & conuersatione in sublime eligendo. Benè ergo inquit Maria, deposuit potentes de sede, ideſt, totum statum peccati,quem tenebant potentes seculi,deposuit & corpus peccati,vt peccato non subiiciamur,aut seruiamus,& exaltauit humiles,statum eorum,ordinando,tenendo,& approbando. Non superbiat ergo homo,non eleuetur contra Dominum, non eius contemnat mandata. Quia deposuit potentes,de sua virtute gloriantes. Quia non est fortitudo,non scientia,aut cõsilium,contra Dominum. Et cum Domini sit terra,& plenitudo eius,& subditione sua sint omnia constituta,de puluere suscitans egenũ, ponit super orbem humilem, vt sedeat cum principibus,& solium gloriæ teneat. Abijcienda ergo,& spernenda est hæc potentia superborum,quam Deus deponit assiduè,& diligẽda est humilitas,qua humiles exaltat,& ponit in sublime. Commendauit ergo B. Maria Dominum de potentia,modo magnificat eum de iustitia dicens: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Quo datur intelligi nomine esurientium iustos esse,iuxta illud à Saluatore dictum: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Nomine vero diuitum iniusti,& peccatores exprimuntur iuxta illud: Diuites repleti sunt iniquitate,& iuxta dictum Apostoli: Qui diuites fieri volunt,incidunt in tentationem. Dicit ergo B. Maria,quod Deus iudex iustus,esuriẽtes repleuit bonis. Si loquamur de bonis tẽporalibus, quod Deus iustos bonis replet,patet in Abraham,Isaac,& Iacob,Iosaphat,Ezechia,Tobia,

Matt. 5. Mich. 6. Iacobi.

Iob,

Iob,& sic de alijs,quos Deus repleuit diuitiis,bonis omnibus,& gloria. Vnde psalmus dicit. Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum,nec semen eius quærens panem, Alit.n.Deus eos in fame,vt patuit de filijs Israel,quos Deus pauit & bonis repleuit.Quod vero iniustos dimisit inanes, ipse Deus attestatur. Sunt principes gentium, qui argentum thesaurizant,& aurum,in quo confidunt homines,exterminati sunt,& ad inferos descenderunt. Nam dicit,alibi. Qui in diuitiis confidit,corruet,nec proderunt diuitiæ in die vltionis.Nonne Deus replet bonis temporalibus esurientes institiam,qñ ipsos exaltat dignitate,potentia,gloria,honore,& diuitijs,vt patet in Dauid, Salomone, & aliis,& per oppositũ, diuites dimittit inanes, & vacuos?Patet in Arphaxad, Laban,& Nabal, Antiocho,& sic de aliis.Sed si de diuitiis spiritualibus,cuiusmodi sunt virtutes loquamur,apparet,quod iusti eis abundanter replentur,dicente psalmo. Animam esurientem satiauit bonis. Dat escam esurientibus.Iusti autem hereditabunt terram.Clamauerũt iusti,& Dominns exaudiuit eos. Sed de iniustis dicitur: Vidi impium superexaltatum.Sequitur.Transiui,& ecce non erat. Iniusti puniẽtur, & semen impiorum peribit. Virum iniustum mala capient in interitu. Tales enim sunt teste Apostolo, pleni omni iniqtate. Iustitia ergo Dei à B.Maria commendatur dicens:Esurientes impleuit bonis.Quod comprobatur,vt patet.Respexit in terram,& repleuit eam bonis suis. Sed diuites dimisit inanes: talium enim terra inanis est, & vacua. Insuper per esurientes,appetentes cælestia intelliguntur.Per diuites,ima,& terrena.Primos Deus replet bonis,protectionis,acceptationis,consolationis,mentis,subleuationis,immissionis suæ dulcedinis,gratiæ,& uirtutis.Sed alios à se abiicit,& repellit, & omni consolatione,& bonis fiũt inanes,omniaq; habent mala. Tales enim, qui à Deo recedunt, inueniunt eos omni mala.O quàm bonum est in iustitia manere,& eam esurire,quia tales Deus replet bonis non solum temporalibus,sed æternis,& spiritualibus.Et quàm malum esse diuitem peccatis, qui inanes à Deo dimittantur,& relinquuntur,& per consequens, quos Deus dimittit diabolus accipit. Addit vlterius Dei genitrix Maria Deum magnificans de liberalitate.Suscepit Israel puerum sum recordatus misericordiæ suæ.Vbi vide singula, quæ dicit Mariæ quomodo diuinam munificentiam pandunt.Primò ex parte suscipientis,quia Israel.Secundò ex oblatione muneris,quia puerum.Tertiò,nullo interueniente merito,quia recordatus misericordiæ suæ.Docet B.Maria,qui sunt illi, qui Dei munera suscipiunt,ideo dicit,suscepit,& postea Israel. Hoc nomẽ impositum est Iacob à Domino. In scriptura aliquando hoc nomen Israel attribuitur ipsi Iacob,aliquãdo suæ datur posteritati,vt habetur. Causa vero cur hoc nomen Iacob sit impositum,dicitur,quia vidit Dominum. Interpretatur enim,Israel, videns Deum,vel visio diuina.

Psal. *Ios.22.* *Baruc.3.* *Prou.11.* *Psal.* *Psal.36.* *Rom.1.* *Eccl.18.* *Gen.1.* *Gen.32.* *& 35.* *Iud.vlt.* *Gen.32.*

Quo

Quo innuitur, quod suscipiens hoc salutis munus, debet esse, vt Iacob supplantator vitiorum, parentes, & paternum solum relinquere, iuxta illud: Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et illud: Qui non odit patrem, & matrem, non potest meus esse discipulus. A mũdo, actu, habitu, victu, & cõuersatione recedere, & Harã pergere, ideſt gratiæ vigilare, sic enim Haram interpretatur. Laboribus pœnitentiæ, & disciplinæ, diuinorum mandatorum, die ac nocte insistere. Super petrã dormire, ideſt, in sola Christi vita requiescere per imitationem. Gregé, ideſt, sensus intrinsecos, & extrinsecos custodire, & regulare. Vitã actiuam, & cõtemplatiuam, vt duas vxores habere. Duodecim filios, ideſt, duodecim articulos fidei credere, & doctrinam duodecim Apostolorũ tenere. Esau fugere, ideſt, omnes diaboli tentationes declinare, & non perficere. In Bethel habitare, ideſt, ad vitam æternam per desiderium anhelare. Deo sacrificare, ideſt, per obedientiam Deo corpus, & animam offerre. Magno tempore filium lugere, ideſt, incolatum, & miseriam huius vitæ, à pruritu luxuriæ marcescere, ideſt remouere. Tãdem cum Domino luctari, precibus, orationibus, & sanctis operibus, & per fidem certissimam Deum continuè intueri, & videre. Iste sic factus est verè Israelita, in quo non est dolus. Sed fortis est contra vitia, peccata, & diabolum, ac cum Deo manens per gratiam; assiduè desiderio Deũ cõspicit. Israel ergo dicit Maria, ideſt, talis suscipit huiusmodi donum. Sed quale est istud donum? certè præ cunctis antè datis melius, maius, & vtilius. Dederat Deus Israel, accipiendo illum pro Iacob, & eius posteritate, dona quamplurima; & primo, vidit scalam Iacob in visione, & Deum scalæ innixum: nomen sibi mutauit: defendit eum à fratre, & eripuit: ditauit eum rebus, vxoribus, & filijs: liberauit eum de manibus Laban & Chananæorum: eduxit filium eius Ioseph super Ægyptum præficiendo: vidit Dominum sibi apparentem pluries. multiplicauit suam progeniem in Ægypto: filios suos ab Ægypto abscidit signis, & prodigiis: præbuit ducatum in nube, & ignis columna per angelum: demersit inimicos eorum in mare rubro: declarauit eis suam voluntatem in lege: voluit habere habitaculum in medio eorum: diuinum cultum in eis ordinauit, vt patet Leuitici per totum. Moysen, & Aarõ dedit eis in rectorem: pane cœli pauit eos, & aqua potauit producta de petra: terram promissam Patribus eis dedit: regnum in eis ordinauit, regem Dauid, & alios eis dando, vt patet in libris Regum: prophetas instituit, & futura eis per eos reuelauit. Per Salomonem, & alios suam sapiẽtiam eos docuit, & instruxit. Ipsum offendentibus misericorditer indulsit: à captiuitate Babilonica liberauit. Tandem ab omni hostili cursu protexit. Hæc dona, & alia innumera Deus Israel, ideſt, Iacob, & suis filiis dedit, quæ vtique sunt, & fuerunt magna. Sed præ cunctis est, quia dedit puerum suum, scilicet, Iesum, qui fuit puer Dei electus ideò

dicit

Psal 44. *Luc. 11.* *Ioan. 1.* *Gen. 28.* *Gen. 32.* *Gen. 31.* *Gen. 34.* *Gen. 41.* *Gen. 28.* *Exod. 1.* *Exo. 13.* *Exo. 14.* *Exo. 20.* *Exo. vl.* *Nu. 16.* *Exo. 16.* *Nu. 20.* *Ios. 13.* *Iudic.* *1. Esd. 1.*

dicit Virgo: Suscepit Israel puerum suum. Potest etiam, ly, suum, referri ad Israel, & sic verè fuit puer suus, quia sibi promissus, vt patet, & de semine Iacob, & Dauid, corpulentam accepit substantiam, non via propagationis, sed Spiritus sancti suprauentione in matre, & operatione. Iste inquam puer fuit suus, scilicet, Israel, quia licet multos habuerit scilicet, Ioseph, Beniamin, & alios, hic solus tamen fuit puer omni puritate nitens, causans, & docens. Fuit ergo suus promissione, & corpulentæ substantiæ de Israel acceptione. Potest etiam, ly, suum ad patrem æternalé referri, quia filius Mariæ, est Dei filius, & per consequens sūmi patris. Dicit ergo Maria: Suscepit Israel puerum suum, ideſt, Dei filiū. Si suscepit, ergo aliquis dedit. Et quis dedit eum? Inquam; Pater auctoritatiuè, sed tota Trinitas ipsa, quia Pater, & Spiritus sanctus, & ipsemet se dedit. Hoc munus accepit Israel à Deo. Et cum puer iste sit Dei filius, & per cōsequens verus Deus, nihil melius, maius, & vtilius est oblatum Israeli, aut potuit dari à Deo. Ad cuius largitionem secuta sunt omnia supradicta spirituàliter intelligendo, quæ eis dederat pro domo Israel. Ipse enim rex regum, Dominus dominantium; Deus Deorum, virtutum rex, & glorię, in sui donatione per scalam Iacob ad ima descēdit, ideſt, per Virginem Mariam, vt vidit ipse Israel in visione, ideſt, Iacob. Nomē eius mutauit, cum de stirpe Israel carnē accipiendo, Deus, homo voluit nuncupari. Defendit ab Esau, quando eum sanguine precioso redemit. Repleuit bonis gratiæ, qñ à diabolo eripuit. Exaltauit dū hominē fecit Deum. In carne velut nube velatū, inter homines cōuersantem aspexit. Sub fide istius pueri omnes gentes vocauit. In terra Israel mirabilia operatus est. Ac cuncta iàm dicta misterialiter se dando largitus est. Et quia nihil celsius Deo, & sublimius reperitur, Israel & genus humanum, altius non potuit Deus exaltare, quàm ipsum hominem ad Dei vnionem personalem euehendo, quare, & super omnia creata. Suscepit ergo Israel puerum suum, quia Iesus ad ipsos, est principaliter directus, consequenter tamen ad omnes gentes, qui sunt Israel imitatione, fide, virtute, & vita, hi suscipiunt puerum suum Iesum, qui fuit puer natus, & datus nobis, quem Magi inuenerunt, & adorauerūt. Puer ergo fit suus, scilicet, imitantis Iacob, quia est suus frater, Dominus, iudex, adiutor, saluator, & rector, redemptor, conseruator, & glorificator. Et iste est benedictus filius Mariæ, quem suscepit Israel puer peccata nostra abluens, à sorde præseruans, innocentiam tribuens, vt tandē pueri, ideſt, puritate nitentes, eidem in templo acclamemus dicentes, Osanna in excelsis. Sed quo merito Israel suscepit puerum hunc. Nullo certè, sed propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, hunc misit nobis, recordatus solummodo misericordiæ suæ? Nos, inquā tātum donum nullo modo promereri poteramus. Fecit ergo hoc Deus recordatus misericordiæ suæ, quæ semp fuit, & erit à progenie, in progenies,

Gen. 28.

Isai. 8.

genies. Etsi diu distulit incarnari, ac istud donum dare, non sine causa hoc egit, cum sapientiæ eius non sit numerus. Tamen, quia misericordiam suam continere non valuit, & illius recordatus; tandē nobis exhibuit. Et tunc Israel suscepit puerum suū. Ad cuius susceptionem, quot bona sint secuta præter iam dicta, dictum est fructu decimosexto; & dicetur inferius fructu sequenti, & aliis. Merito ergo hac susceptione spiritus Mariæ exultat in Deo, ipsumque eius hymnidicat anima, & magnificat. Demum Maria Dominum commendat in eo quod est omnium conseruatiuum, & Dei proprium, scilicet de veracitate, & obseruantia promissorum, dicens. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in sæcula. Vbi Virgo pandit Deum veracissimum, quia quod promisit, & locutus est ad Abraham, & alios patres, scilicet, quod de eis carnem assumeret, opere impleuit Dicere vult ergo B. Maria, cum omnis homo sit mendax; Deus solus est veritas. Hinc est,
Nu. 33. quod veracissimum esse proclamat; non enim est Deus, vt homo ait Balaam: vt mentiatur, aut, vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? Locutus est, & non implebit? Dicit ergo Maria: Deus, quē magnificat anima mea est veracissimus. Ratio. Sicut locutus est ad patres nostros, sic fideliter effecit. Quo dat intelligere, Deo soli esse credendū, quia veracissimus, & adhærendum, quia promissa seruabit, sua mandata seruanda, quia vera, & in custodiendis illis retributio multa. Sicut locutus est ad patrēs de omnibus, sic fecit. Dat etiam intelligere, quod si Deus in hoc summo dono promissō est, inuentus veracissimus, quia sicut fecit, vt locutus est ad patres nostros, sic etiam erit in tradendis, quæ ipse nobis bona facientibus, liberaliter repromisit. Nō diffidat homo, sed confidat, quia maiora Deus faciet, quàm promisit; Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & alios; quid sequitur? Nisi quod sicut exercuit dando puerum suum; quo fructu, puero, & munere, quid secutū est, inquit Maria, semini eius in sæcula, scilicet, laus, honor, exaltatio, & gloria in sæcula. Ad gloriam enim est patrum corpoream Christum substantiam accepisse de ipsis. Suscepit ergo in sæcula: quia quod semel assumpsit nūquàm dimisit, aut dimittet. Et semini Abrahæ quid dedit? Certè redemptionis gratiam in sęcula, vt sit semen benedictum, sanctificatum, & glorificatum in sæcula. Amen. His supradictis apparet, quid laudis pro magnificentia Dei sacra depromat Maria. Et sic patet breuiter expositio huius Deifici cantici à Deigenitrice excessiuè perorati.

Dictum cāticum breuius exponendo, est aduertendum, quod B. Maria excessu contemplatiuo leuata mētales obtutus ad præterita, præsentia, & futura conuertens, mira omnipotentis Dei opera, in se, & pro homine, ac filio facta enarrat. Et primum dicitur acceptationis: fuit enim præ cunctis mulieribus à Deo in matrem vnigeniti electa, quod atten-

dens

dens anima Mariæ Deum magnificat, magnum clamat, & promit. Secundum est immissionis gratiæ habendæ in ipsam, filium, & genus humanum, quã meritò exultat, extra se saltat, & lætatur, gratia enim mẽtem, quam implet ad superiora transportat, & ducit. Quare anima secundum Gregorium non solum fit extra se, sed supra. Ideò Maria exultat, & sic ut in excessu se stare depromit. Tertium redemptionis, in quã Maria grata non solũ exultat, sed gratias refert Deo salutari suo. Quartum suæ exaltationis ad hoc, vt esset Dei mater, quod factum est virtute humilitatis, & benigna clementia conditoris, quam ipse Deus respiciens, & acceptans Mariam beatàm dicunt omnes generationes. Quintum incarnationis verbi in ea, ideò Maria dicit: magna sibi esse facta, imò summa, & cunctis inaudita sæculis: & hoc fecit omnipotens Deus, fortis, & potens, finitum infinito nectendo, & coniungendo. Sextum singularis superuẽtionis Spiritus sancti in opere incarnationis, ac in seipsa ab eo sanctificata. Quibus meritò, vt ab effectu sanctum esse pandit nomen eius. Septimum pietatis Dei, & compassionis eius ad hoiem attendit actũ. A mundi prima progenie, vsq; in vltimas progenies sua misericordia hominem non reliquit, nec deseret. Et sic magnitudinem commendat, misericordię diumalis. Octauum deiectionis diaboli, & suorum sequacium genus humanum opprimentium, quam nullus homo facere poterat, cum nulla sit potestas terrena, quæ compararetur ei; solus ergo Deus in brachio virtutis suæ hoc fecit, & sic ostendit potentiam disperdendo eos à suo corde, & remouendo eos ab amore. Nonum liberationis hominis, parum enim, aut nihil valebat prostrare hostem, nisi quem hostis detinebat, redimeret hominem. Ideò Maria hoc attendens inquit: Deposuit potentes de sede, quia diabolus, vt princeps deiectus est, & homo per gratiã redemptionis liberatus. Decimũ, desiderij patrum terminationis esurientes, & sitientes Dei iustitiã, qua diabolus vinceretur, patres antiquos Saluatoris aduentum esurientes tales bonis repleuit suæ redemptionis, malos verò diuites inanes dimisit, quia in propria venit, & sui eũ non receperunt; & gratiam, qua Dei fieri filios poterunt, non habuerunt. Vndecimum, dilectionis magnæ, quia Israel susceptit, ideſt, Verbum caro factum est. Sed in qua forma? Certè pueri. Et quo merito? nullo interueniente; sed recordatus misericordiæ suæ. Duodecimum, & vltimum promissi completionis. Omnia enim clamant terminata, & Deum omnia perfeciſſe; sicut locutus fuerat, & promiserat patribus: vt patet de promissione facta Abrahæ, Isaac, & Iacob, quod in semine eorum benedicerentur omnes gentes. Ex omnibus his duodecim antedictis colligimus duodecim munera, & signa maxima facta generi humano correspondentia his duodecim, quæ Virgo beata explicauit in suo Cantico. Nempè clementiam, beneuolentiam, sapientiam, magnificentiam, potentiam, prudentiam,

Ioann. 1

Gen. 26. Gen. 28.

miseri-

misericordiam, iustitiam, munificentiam, bonitatem, pietatem, & veritatem, quæ promisit adimplendo. Aliter exponendo hoc deuotum Mariæ Canticum tali contemplatione mirifica dictatum. Maria cum magna dona præ cunctis puris creaturis receperit à Deo, vt se gratam ostenderet, præcipuè coram illis, qui diuina beneficia perceperant, & laudabant Deum ob hoc præ omnibus exclamat, & dicit: Magnificat anima mea Dominum. Et quia amor seculi per contemptum ab ea abscesserat, declarans in quo eius spiritus delectaretur, inquit, in Deo salutari meo. Quo merito fuerit ad hoc exaltata pandit, quod nullo, quia ancilla humilis erat, id est, nihil respectiuè, & tamen Deus sua gratia eam respexit. Vnde eam beatam dicunt omnes generationes. Et quid fecit Deus in ea, inquit, magna, imo maxima, quia coniuncta sunt ima summis. Quis fecit hoc? Qui potens est. Quomodo? Me sanctificando, & Spiritu sancto obumbrando. Ab effectu ergo ego Maria dico. Et sanctum nomen eius. Sed qui beneficium incarnationis receperunt, & recipiunt, omnes dicunt à progenie prima, vsq; ad progenies vltimas, si timeant Dominum, & mandata eius obseruent, ipsi misericordiam eius percipiunt. Sed in quo misericordia Dei principaliter ostenditur? Certè, quia paradisum dat, ideò fecit potentiam in brachio suo, à quo figuraliter dispersit superbos, & primos parentes eiecit, quo signo declaretur hoc, indicat: Quia deposuit potentes de sede gloriæ, videlicet, luciferum, & sequaces, & exaltauit humiles ad beatitudinem, quos elegit, & introducit. Ad quem venit principaliter? Inquit ad Israel. Ad quem finem? Vt sint Israel meum videntes. Sed in qua forma? Inquit humilis, quia pueri, sed quod nullum nostrum meritum præcesserit, ait. Recordatus misericordiæ suæ. Vltimo pandit omnia completa esse in filio, & per filium dicta, & patribus promissa. Sicut inquit. Locutus est ad patres nostros. Sed dictum B. Mariæ Canticum ad nostrum profectum, instructionem, recreationem, & roborationem exponentes, est sciendum, quod vt dictum est, B. Maria annorum quindecim erat, qñ hoc cęleste æ didit oraculum. Secundum enim doctrinam sanctorum, qñ ipsa susscepit Dei filium talis erat ætatis. Et decantatio huius psalmi facta est parum post, post eius annunciationem, vt superiora demonstrant. Anni igitur huius beatissimæ Dei matris, vltra expositionem superius positam aliquid innuũt, videlicet, vt si huius Cantici velimus consolationem habere, quindecim gradus singulares oportet nos cõscendere. Verum cum in numero ipsorum annorum perfectio ætatis plenitudinis Christi non consistat, vt à virgineis annis ad Christi ætatem pertingamus, vt simus viri perfecti, ac Christo apostolico documento occurramus, isti gradus quindecim duplicantur. Quibus dum tres alij iniuguntur triginta tres annos spirituales Christi ostendunt, & præsentant. Isti anni iuxta annos Mariæ primò sunt distinguendi, & deinde simul

Cel.

mul iungentes ad Christi perfectæ ætatis esse deducentur. Vt per gradus quindecim procedamus, qui quidē sunt isti. Primò, vt uolūtatē propriam quis abijciat, dicendo cum Christo. Non vt faciam voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Vt mundum deserat, & nihil ipsius appetat iuxta illud: Nolite diligere mundum neq; ea quæ sunt in mundo. Vt humilis existat, nec in alio superbiam ostendat, & in suo sensu, nec verbo superbiam dominari permittat. Vt se perfectè odiat, & sui diligat contemptum, iuxta consilium Christi, dicentis. Abneget semetipsum, tollensq; crucem suam, sequatur ipsum. Vt temerarium iudicium deuitet, & odiat, idq; quod dicit Saluator obseruans: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Vt noxia phantasmata, quantū potest, à se repellat, & cum Abraham, aues à Domini sacrificio abijciat. Vt omnis amor carnalis, & affectus ad parentes ab eo fugiat, sciens dictum Saluatoris: Qui non odit patrem, matrem, & parentes, non potest meus esse discipulus. Vt Dei voluntatem super omnia inuestiget, & quęrat, & quęsitam perficiat, & impleat conformans, & dicens cum Christo: Quæ placita sunt ei facio semper. Vt dilectionis terminus ad creaturam nō principaliter versetur, sciens dictum à Domino, vt toto corde Deum diligamus. Vt in nullo glorietur, nisi in Domino, & eius passione exemplo Andreæ apostoli, qui gloriam crucis assiduè prædicabat. Vt non suum sed Domini, quærat honorem, dicendo cum Paulo: Operatur in nobis esse, & posse pro bona voluntate. Et cum Saluatore: Ego gloriam meā non quęro, sed eius qui misit me. Vt quātum valet, satagat, iuxta exhortationem Domini, cor tradere Deo, suamq; spem, ac fiduciam in Deū ponere, & iactare, Ieremię dictum implens: Benedictus homo, qui confidit in Domino. Vt toto corde, & mentis iubilo laudes Deo persoluat dicendo cum Apostolo: Psallam spiritu, psallam, & mēte. Vt hostis antiqui versutias attendat, & caueat diligenter, sciens dictum à Christo. Vigilate, quia spiritus promptus est, caro autem infirma. Tandem, vt tētationes, & tribulationes cum patientia perferat, & alacritate, reminiscens: In patiētia vestra, possidebitis animas vestras. Hi sunt quindecim anni spirituales B. Marię, i. animę imitatricis Marię, per quos homo deuotus, vt audiet Mariæ cāticū omni sollicitudine, & festinatione debet ascendere. Sed quia non sufficit præfatos conscēdere, nisi simul ascēdat & alios. Hinc est, qđ præfatis alij quindecim super addūtur una cū prędictis vitā spiritualē, & scalā perficiētē, inter quos, primus est, vt quicqđ fieri circa se cōspicit pro meliori fieri teneat firmiter, & totū à Deo procedere, cum inditione Dei sint omnia, & Dei voluntate oīa fiant, ac sine ipso nihil fiat. Vt Deū sibi præsentē, mentis oculis conspiciat sciēs dictum à sapiente. Oculi Domini contēplātur bonos, & malos vt carnis curā, vltra q̄ decet non habeat, ac motus sensuales viriliter sub rationis dominio ponat, dicēte Apostolo. Spiritu ambulate, & desideria carnis non

Ioan. 6. *Ioan. 1.* *Can. 3.* *Thob. 4.* *Mat. 16.* *Matt. 7.* *Gen. 15.* *Ioan.* *Deut. 5.* *Ioan.* *Hier. 17.* *Mat. 26* *Ioan. 1.*

nis nō perficietis. Vt inductiua ad carnis delicias, & blādimēta deuitet oīno, & fugit quoad cultū, vitā, & alia. Exēplo Dauid, qui induebat cilitio, & humiliabat in ieiunio animam suam. Vt cogitationes suas ordine debito dirigat ad Deum, vt placeant; ad extra, vt sint rectæ, ad intra, vt sint mundæ, mundando ab omni malitia cor suum. Vt corporis quos tanquam per sensus lege modestiæ refrenet, oculosque à vanitate retrahat, per fenestram sciens mortē intrare. Os verò à praua locutione, & turpi coerceat, dicendo cum psalmo: Custodiam vias meas, vt nō delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Vt passio Christi, cordi per meditationem quàm fuit gratuita, nobis vtilis, acerba Christo; mundo fructuosa, iugiter imprimatur, dicente cum Paulo: Mihi absit gloriari in siin cruce Domini nostri Iesu Christi. Vt beneficiorum Dei quoad creationem, conseruationem, reparationem, redemptionem ad fidem, pœnitentiam, misericordiam, & vocationem sit memor, & recordetur, dicendo cum Propheta: Memor ero operum Domini. Talium enim memoria mentem accendit, cor eleuat, ad Deum cogitandum, & diligendum: animam præparat ad excessum mentalem, & trāsformationem per amorem perfectum in Deum, vt quātum potest omni Dei beneficio indignum se iud cet, & reputet, & se in suo deijciat conspectu, & se super omnes vilissimum teneat, & reputet, dicendo cū Dauide. Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis, vt iniuncta libenter perficiat, ac obedientiæ iugum promptè suscipiat, exēplum sumens à Christo, qui factus est obediens, vsque ad mortem. Vt omnes se meliores, & digniores Dei gratia, & in Domini conspectu acceptiores putet, dicēdo cum Apostolo: Ego sum minimus apostolorum, qui nō sum dignus vocari apostolus. Vt in Dei operibus exercendis nō segnis, sed promptus inueniatur, & assiduè in eis exercitetur, sciens dictum: Maledictus homo qui opus Dei facit negligenter. Vt omnes, vt se diligat, & ad id, ad quod se, cunctisque subueniat, & quibus clare non valet censum, præstet saltem affectum, ut se cunctis vilibus mancipet obsequiis, vt dicat Domino: Domine, vt iumentum factus sum apud te. Tandem Deum deprecetur assiduè, vt se peccatorem abiectissimum non relinquat, sed sua respiciat misericordia, & dulcedine repleat. Hos igitur cum ascenderit gradus vitæ Virginis annos representantes, ante dictis iniungendo iàm triginta annorum, à quibus Christus incepit opera virtutum mundo ostendere scalā habet proueniendi ad ætatem plenitudinis Christi. Sed quomodo ętas ista Christi spiritualiter intellecta? Inquam, si iam dictis tres addantur gradus. Primus, vt nihil diligat, quærat, appreciętur, & cupiat habere, videre, & tenere, nisi ipsum Deum, & sic consequenter de se ipso, & mundo desperet totaliter. Et dicat cum Moyse: Si inueni gratiam in oculis, tuis ostende mihi gloriam. Secūdus gradus est, vt de rebus creatis si-

Gal. vlt.

Gala. 1.

tis sibi scalam faciens per ipsam considerationem quoad entitates, cõditiones,& virtutes,in deificam rõnem consurgat, & causam dicendo dicat cũ Propheta: Delectasti me Domine,in factura tua,& in operib. manuum tuarum exultabo. Tertius gradus est,vt ignem diuini amoris, nec refrigescere,aut tepescere in se permittat. Sed pro posse ascendat, quod fiet si humiliter,in consideratione bonitatis diuinæ,suæ gratię,& misericordię indesinenter fuerit affixus. Ad ętatem igitur plenitudinis Christi homo peruenit spiritualiter, dum trigintatres gradus præfatos perfecerit. Qui omnes tàm in vita Saluatoris fuere, vt patet Euangelia inspicienti,quàm in B. Maria. Ipsa enim,quia ancilla Dei,primum gradum,& reliquos perficiendo ascendit. Ad hoc enim,scilicet,ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum;& illud dictum:Magnificat anima mea Dominum. Omnia prædicta Mariam effecisse,sequitur euidenter, vt patet intuenti diligenter præfata,quæ breuitatis causa, aliter non deduco. Et quia ætas Saluatoris est perfecta,in qua genus resurget humanum. Hinc est quod homo per dictos annos ascendens,& gradus ad perfectum venit,scilicet,vt ipsi Christo,vt Maria transformatiuè iũgatur. Quo merito dicit, spiritus meus exultauit in Deo salutari meo. In ascensu igitur supremo horum graduum anima existente Maria suũ canticum eidem deprõmit;dicens:Magnificat anima mea Dominum. Sed quid ex tali cantico percipit anima deuota, mira certè docet Maria animã de perceptis beneficijs esse Deo gratam. Quomodo? Inquit: Magnificat anima mea Dominum. Si affligatur non contristetur,sed exultet in Deo salutari suo. Si mundus eam deijcit, recordetur quod Deus humiles respicit,& exaltat. Non debet anima formidare ad Mariam in necessitatibus accedere,quia Deus magna fecit in ipsa. Ostendit pariter,quẽ anima debet sequi,& imitari,scilicet, Deum,quia sanctus est,& sanctum nomen eius. Si timet de peccatis,non desperet de venia. Sed habeat contritionem,& recursum ad Deũ. Quia misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. De hoste non formidet maligno,aut paueat; quia Deus fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. Statum mundi contemnat, & despiciat. Quia Deus deposuit potentes de sede. Si cupit sublimari à Deo in præsenti,& in futuro,via est,vt sit humilis;quia Deus exaltauit humiles. Bonum iugiter operetur; quia esurientes impleuit bonis,& diuites dimisit inanes. Fiduciam habeat accedendi ad eum,quia Deus incarnatus est propter ipsam. Suscepit enim Israel puerum suum; de demeritis,non diffidat;quia Deus semper recordatur misericordię suæ. Credat firmiter,quæ sibi credenda proponuntur,quia sic Deus fecit. Sicut locutus est ad patres nostros. Deinde tota affectione Deo iungatur, quia tali semini Deus gratiam in præsenti, & in futuro gloriam dat in sæcula: Amen. Sic igitur patet,quid consolationis hoc dulcifluo Mariæ Cã-

tico anima percipiat. O quàm beatũ erat audire Elisabeth, sed multò amplius Mariam de Deo loquentes,& ipsius magnalia perorãtes. Verba hæc humana non erant nisi instrumentaliter, sed effectiuè,& principaliter diuina,quia diuino spiritu inspirata,ordinata, & reserata. Bonum erat esse in domo Zachariæ,vbi talia dicebãtur. Qua in re nos fratres charissimi perantedictos gradus spiritualiter ætatem Christi, & Mariæ significantes ascendamus,vt duloia cantica dragmatis persoluẽtes gratia illuminemur,roboremur,& impleamur,vt repleti fuerunt hoc diuino Cantico Zacharias,Elisabeth,Ioannes,& Ioseph,ab ore effato illibatæ Mariæ. Ex dictis ergo apparet huius fructus declaratio, scilicet,*Maria subleuatur.*

Finis secundi libri:

DE VITA B. MARIAE VIRGINIS DEIPARÆ Liber Tertius.

IN QVO EAM IVXTA TERTIAM proprij nominis interpretationem stellam maris esse dicendam ostenditur.

FRVCTVS IN HOC TERTIO Libro contenti.

Maria verbum edidit.
Maria uirgo genuit.
Maria pœna caruit.
Maria Christum posuit.
Maria Iesum subdidit.
Maria gestis stupuit.
Maria pacem tradidit.
Maria diuulgatur.
Maria liberatur.
Maria Theocatur.
Maria gens uocatur.
Maria demonstratur.
Maria expurgatur.
Maria Anna fatur.

FRVCTVS PRIMVS

Maria verbum edidit.

EXPOSITIO BREVIS.

CVm quietum pacis silentium sub Cæsaris Augusti imperio mundana tenerent, decursis nouem mensibus, ex quo Verbum carnem assumpsit de Virginis aluo, rex pacificus tanquam sponsus de thalamo ab vtero egrediens suo sacro ortu clementer visitare dignatus est mundum.

EXPOSITIO MAIOR.

CLEMENTIAE diuinæ, ac beneuolentiæ magnitudo, etsi antea ad hominem multiplici beneficiorum largiflua donatione, in assumptione tamen humanæ naturæ à verbo, præ omnibus est declarata. Nullo modo beneficentius euhei quibat humanũ genus, quàm quod in persona Dei assumeretur ipse homo. Et quia hoc impensum beneficium oculis patere decebat mortalium, vt quod pro eorum est gestum salute, agnoscerent, & de perceptis largitori bonorum grati existerent. Verum quia conuictus, & conuersatio mutua complacentiam ingerit dilectionem fouet, & mulliplicat amicitiam, cum personæ ad personam gratitudo, & amor signo declaretur & opere. Placuit diuinæ bonitati, misericordiæ, & pietati, vt post vnitam sibi nostræ fragilitatis substantiam, cùm iam nouem mensibus in matris aluo humiliter perstitisset more aliorum, ad nostrum publicum egrediens mundum sua præsentia visitaret, conuersaretur cum hominibus, ipsos ad se Deum esse verissimum agnoscendum attraheret, cohabitatione beniuola, signis, operibus, impensione gratiarum, & munerum. Ac summus Deus pater, qui ante ad erudiendum nos multipliciter locutus fuerat patribus in prophetis, ipse tandem loqueretur in filio, qui vnà cum ipso, & Spiritu sancto est vnus & verus Deus. Multifariè enim Deus locutus, vt ait Apostolus, Patribus in prophetis, videlicet, visione per somnia, vt Iacob dum Haram pergeret, & dormiret in via, scalam attingentem ad Deum prospexit, & Deum sibi loquentem audiuit, vt habetur Gen. 28. Vocali expressione, sicut Moysi, vt videret rubi incombustibilis visionem pergenti, vocauit eum de medio rubi. Occulta inspiratione, in qua homo ignorans à Deo instruitur, vt patuit in Daniele, quem de veritate eruditum, spiritus eius contra senes Susannam condemnantes iniustè, suscitauit. Manifesta apparitione, in qua constat Deum loqui, vt ait propheta. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Angelica informatione, vt de Zacharia: Ecce angelus Domini, qui loquebatur mecum. Vel luminis irradiatione, vel oblatione speculi, vel expressione linguæ. Operum significatione, vt est illud: Solue saccum de lumbis. Ostendens quod Iudæorum erat soluenda captiuitas. Figuræ ostensione, vt dicitur, quod Deus loquebatur cum Moyse ore ad os, & palàm, non per ænigmata, & figuras. Signorum, & portentorum exhibitione, vt patet per illud: Cunctus populus audiebat voces, & videbat lampades, & sonitũ buccinę, mõteq; fumigantẽ. Scripturæ impressione, quemadmodũ Balthasar regi locutus est.

Exod. 3. *Dan. 13* *Ose. 1.* *Zach. 2.* *Isa. 20.* *Nu. 12.* *Exo. 20* *Dan. 5.*

tus est per articulos manus scribentis in pariete. Miraculorũ operatione, vt de Eliseo, Elia, & Moyse, & alijs; qui miracula fecerunt virtute diuina. Talia enim opera erunt verbum naturale, cum testimonium perhibeãt veritati flagellorum incussione, vt in Pharaone, & Heliodoro. 2. Ma. 2
Doctorum eruditione, vt patet de prophetis missis ad populum informandum. Vnde Saluator: Qui vos audit, me audit. Peccatorum impro- Mat. 10
peratione; vt illud: Adam vbi es? Creaturarũ informatione; vt illud: Cęli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Beneficiorum collatione; vt illud: In columna nubis loquebatur ad eos. Hos modos locutionis diuinæ pro parte tangunt Isidorus, & Cassiodorus in prologo Psalterij. Post hos omnes modos locutus est nobis in filio velato, scilicet carne humana. Sed aduertendum, q; Deus locutus est nobis in filio, & per filium. Per filium siquidem; dũ perfe- Act. 1.
ctæ esset ætatis, quando Iesus incepit facere, & docere. Incepit enim docere post baptismum, & tentationem in deserto, vt sacri testantur Euangelistæ. Sed in natiuitate Iesu locutus est nobis in filio, ideſt, non lingua, sed opere, atq; signis, hoc est, & p operata à filio, & in filio. Verbo non vtique vocali, sed naturali; & vt hoc clarius videatur, videda sunt aliqua, hoc est; de modo, quo locutus est in filio, & filio, ideſt, quomodo. Vbi sciendum. Quòd cum pristinis temporibus; patribus multimodè apparuisset, & visus esset; videlicet, in propria natura: videbãt enim Deum per fidem, & contemplationem in effectibus creatis, per apparitionem in effectibus proprijs; & deinde in sopore, qui magis ecstasis videtur fuisse, quàm somnus. Vidit Deum Adam, vt vidętur dicere Augustinus, Damascenus, & Magister Sentętiarum, interiori aspiratione, contemplando Dei præsentiam, non tamen ita excellenter, sicut post hanc vitam Sancti visuri sunt. Neque ita in ænigmate, sicut in hac vita videmus. Similiter Moyses, & Paulus, vt fructu decimoseptimo est ostẽsum. Templi structura, vt Salomon, qñ post templi dedicationem Dominus apparuit eidem. In figura vidit eum Abraham, quãdo tres viros Cen. 18.
vidit, & vnum adorauit. In scriptura Daniel, quando scripturam legit Dan. 5.
articulo exaratam in pariete. In effectu sanctificationis Ieremias. Moyses in effectu amicitiæ, & dilectionis: Dauid in misericordia, & miserationibus: Samuel in reuelationibus: filii Israel in beneficijs, Saul in iustitia, Pharao in mirabilibus, & signis, Iosue in iussionibus, Noe, & Iacob in sarificio, Gedeon in fortitudine, Loth in punitionibus, Iudith in iudicijs, Ioseph in præseruationibus à malo, Ezechias in exterminationibus hostium, Ezechiel in contemplatione, Aaron in locutione: & sic diuersimodè apparens Patribus, visus fuit ab eis. Verũ licet præfatis modis, & viis Deus locutus esset Patribus, & ab eis visus, sed quia non oibus hoibus, sed aliquib. non in publico & palã, sed in secreto. Voluit tamen per se, & in se nobis loqui, & videri; nube tamen nostræ morta-

lis tectus naturæ, vt quem in ſua diuinitate videre non poſsit in noſtra natura perſonaliter vnitus cerneremus. Dederat ſe nobis Deus tempore mundialis creationis cauſaliter, & participatiuè, non noſtro merito, ſed ſua bonitate; de non eſſe ad eſſe producendo, & ſic oſtenderat ſuam potentiam. Tempore humanalis diſsipationis quoad poſſe ipſum ſuæ miſericordiæ ſubiugando, quando genus humanum per diluuium deſtruendo, ipſum Noe cum filiis & vxoribus, tàm ſua, quàm filiorum ab aquis diluuijs præſeruauit; vnde poſſe quoad iuſtitiam ſub miſericordia ſubiugauit. Tempore quoq; legalis reparationis, in quo homo per illicita quæque defluxerat, ac in ignorantiam Dei per idolorum culturam, & conſequenter ſui deuenerat. Suum velle dedit homini, voluntatem ſuam per legem, ac mandata, cęremonias, ac iudicia manifeſtãdo. Et vt hoc virilius crederent, firmiuſque tenerent, ac ſollicitius cuſtodirent, multa populo Iſraelitico in perſona humani generis beneficia cõtulit, dona dedit, ac plura ſi ſeruarent eius mandata, liberaliter repromiſit. Quibus muneribus ſe eis oſtendit Deum eſſe omnipotentem, iuſtũ, zelotem, miſericordem, liberalem, & fortem, & vt breui verbo concludam, ſolum vnum, & verum Deum eſſe, qui oĩa poteſt, oĩa fecit & agit, cuius imperio ſubſunt omnia, ac ſuæ voluntati cuncta parent ad nutũ. Dedit ergo talibus in tempore tali munus magnum, videlicet, vt ſuũ velle agnoſcerent, & ſeruarent, quod expreſſum fuit in præcepits, ſacrificiis, oblationibus, cęremonijs, iudicijs, iuſtitiæ regulis, promiſsionib. & punitionibus. Quo vtiq; velle expreſſo ſuam ſapientiam ſpecialiter, & prouidentiam in regulando declarauit. Sed tempore vltimo, ſ gratię & diuinalis miſerationis, quando vltra miſericordiam ſuam, benignitatem, & clementiam continere non valuit, non participatiuè, & cauſaliter, ſed realiter, veraciter, communicatiuè, & formaliter ſeipſum dedit nobis carnem humanam ſumendo, faciendo ſe hominem, & hominem Deum, vt ſic noſtræ carnis aſſumptione, nobiſcũ conuerſando, dilectionẽ ſuã ad nos, opere probaremus, videlicet ſuæ gratiæ, diffuſionis, informationis, ordinationis, liberationis à malis, redẽptionis à peccatis, & ſuæ deitatis, quoad ſigna, & miracula declarationis Sed quo in tpe hoc declarauit? Inquam. Si incarnationis aſſumptione hoc inceptum fuerit, præſertim tamen, quando ad publicum noſtrum egredi voluit exiens à Virginis vtero, veluti ſponſus de thalamo ſuo. Et hoc fuit quando, vt ſacer Euangeliſta teſtatur ipſa B. Maria peperit filium ſuum primogenitum. Tunc formoſus, & ſpecioſus præ filiis hominum apparens, locutus eſt nobis in filio ſuo, Deus pater, ipſe filius, & Spiritus ſanctus. Et quomodo? Pluribus oſtendam vijs. Sua potẽtia, magnum enim eſt argumentum diuinæ potẽtiæ de non eſſe ad eſſe cuncta produxiſſe, ſed maximum aſtruit diuinum poſſe, dum ſumma imis, temporale æterno, homo Deo eſt perfectè vnitus, & iunctus. Sua clementia. Namque naturã

noſtram

nostram prostratam in primis parentibus,& aliis reparauit,& ad debitum esse gratiæ reformauit. Sua misericordia; vt carnem nostram Deo inimicam assumeret,& tanta intimitate sibi vniret,& copularet. Sua beneuolentia,quomodo enim poterat Deus se magis beniuolum nobis ostendere,quàm se fratrem nostrum faciendo,& socium, nostras infirmitates suscipiendo,& sua dona largiendo. Hanc denique nulli creaturæ alteri ab homine,immediatè ostendit;quia nullius naturam assumpsit;quare benignitas Saluatoris nostri Dei apparuit nobis, ac carnis nostrę à Deo assumptione. Sua prudentia. Pugnaturus enim cum hoste sæuissimo diabolo non in sua,sed in nostra congredi voluit natura,vt inuentor mortis,per eam,qua vicerat,vinceretur. Sic sua prudentia ipsum prosterneret,qui suæ fraudis astutia hominem à suo statu cum sua posteritate deiecerat. Sua prouidẽtia. Quàm enim prouidè Deus hominem,& quem ad hominem spectant salutem ordinauit; siquidem per angelos,per legem,per patres,per prophetas, & sanctos salutem hominis quæsierat. Verùm vt ipsam debitè consequeretur, se omnium Saluatorem,hominẽ fecit;vt saluaret nos,& lauaret à peccatis nostris in sanguine suo. Sua munificentia: liberalis est homo si dat sua, sed munificus valde censetur cum dat seipsum,cum nihil maius se habeat. Deus enim dederat sua dona homini, deinde in signum suæ liberalitatis, & munificẽtiæ dedit seipsum nobis,quo nihil maius, melius,& vtilius reperitur. Sua amicitia; quantum enim Deus diligeret humanum genus ostensũ fuit ab ipso Deo carnis susceptione. Tunc declarata est ad nos Dei dilectio,amor,& charitas,cum in carceris huius horrorem tãta dignata est descendere celsitudo;cuius nimirum principium, origo fuit, & causa,affectus,& amicitia Dei ad hominem. Propter enim charitatem suam,qua dilexit nos, misit filium in similitudinem carnis peccati. Sua bonitate: nostra enim demerita non attendendo,sed potius pietatem suam,nobis miseris compatiẽdo; Deus enim,quia pius,voluit nostram salutem procurare,& quia bonus,ipsam ordinauit,& fecit. Sua veritate:Sicut locutus est ad patres nostros,per os sanctorum prophetarum,sic & fecit carni humanæ se copulando, & quæ pertinent ad exaltationem hominis,liberationem,grarificationem, & glorificationem perficiendo. Sua deniq; iustitia: Deus enim etsi pater sit misericordię, tamen iustus est,imò summa iustitia:quare,vt misericors placuit ei;vt homo saluaretur, sed vt iustus tali modo repararetur,scilicet, per viam iustitiæ,vt misericordia locum haberet, sed iustitia de homine non periret. Sed quomodo ista est ostensa diuina iustitia in incarnatione? Respondeo,quod etsi filius Dei incarnatus fuisset, non obstante primorũ parentum peccato,attamẽ tunc,vt gratificator, & glorificator solum, venisset,sed post peccatum,& dictis de causis,ac etiam, vt Saluator,& Redemptor aduenit,deditque se nobis in redemptorem nos à peccato

redimendo pro offensa illata satisfaciendo, chyrographum decreti auferendo, & nos à seruitute diaboli, & peccati sua passione liberando. Et si quæràs, quæ iustitia fuit ista, vt Deus homo fieret, & pro homine, ipse Deus homo satisfaceret? Nunquid homo Deo tenebatur aliqua alia obligatione ab hac, scilicet, creationis, quàm vtique ipse per se Deo reddere nequiret? Inquam. Primi enim parentes diuinum perpendendo mãdatum & paruipendendo, morte animæ, & corporis se cum sua posteritate peremerunt, iustitiam originalem, quam pro se, & sua progenie acceperant à Deo, amiserunt, summum bonum offenderunt, vitiarunt totam naturam humanam in lumbis eorum existẽtem; diaboli dominio se sponte peccando subdiderunt, beatitudinis ianuam omnibus clauserunt, hæreditate æternæ gloriæ se, & alios priuarunt, inimicitiam posuerunt inter nos, & Deum, & consequenter inter nos, & angelos; Dei honorem, quantum in eis fuit ab eo acceperunt, omni gratia gratis data se spoliarunt, & ad habendum gratiam operantem, qua non indigebant ante peccatũ, sed post, siue cooperãtem, qua egebant ante, & post, se inhabilitarunt, ac demum se in naturalibus vulnerarunt, rectitudinẽ voluntatis perdentes, & liberum arbitrium miseriæ, & culpæ subdẽtes. Amisit ergo homo Dei amicitiam, mentis innocentiam, suam excellẽtiam, qua soli Deo subdebatur; factus de spirituali, homo animalis, carnalis, & sensualis. Incurrit ignorantiam, infirmitatem, malitiam, & concupiscentiam, ac culpabiliter, & pœnaliter totum genus infecit humanum. Hęc enim, quæ patimũr, non à principio homini communicata fuere, contradicente diuina iustitia, quæ non exigit pœnam nisi pro culpa; quare nec mortem infligit, quæ est summa pœnarũ, nisi pro peccato, nec priuat hominem beatitudine, ad quam est conditus, nisi se ea delicto reddat indignum. Diuina etiam sapientia obstante quæ omnia facit laudabiliter, & sic non fecit hominem in sui initio, vt vituperabile, sed vt opus laudabile. Fecit etiam complacẽter. Quare in perditione viuentiũ non delectatur. Rectè agit, idcirco vitio ipsum non subdidit; peragit cuncta perfectè, igitur non egit ipsum malitia, aut peccato maculatum. Bonitate diuina id etiam non permittente, qua omnia Deus cõdidit; insuper ipse malum, seu peccatum summè horrescit; quare hominem miserum esse conditum non permittit. Qua in re diuina contradicente iustitia, sapientia, & bonitate, hæc homini à suo exordio non in fauore. Ex peccato insunt hæc. Hoc igitur genus humanum à Deo conditum, sed sito fine, dignitate, naturalibus, & gratuitis peccato priuatum, cum decentissimum fuerit ipsum reparari; hoc suadente diuina clementia, bonitate, & pietate, vt non peccato vnius æternaliter, & damnabiliter genus totum periret humanum. Diuina virtute, stabilitate, & actiuitate, quæ efficere valet, quod decuit, ac suũ propositũ infallibiliter fini debito effectu mandare. Quare, & hominem ad beatitudinem conditum ad ipsam obtinendam inducere, ad quam homo in sta-

tu rui-

tu ruinæ,& peccati manens,sic decenter induci non potest. Diuina sapientia,quæ nihil vanum constituit de homine,vt inquit Psaltes: Nunquid enim vanè constituisti filios hominum. Ipsa nec ordinauit totã naturam,nobilissimam fine proprio defraudari? Diuina potentia. Si Deus omnipotens,quomodo seruos suos,& suo iuri mancipatos, violẽter,& iniustè permitteret ab aduersariis detineri? Licet mereatur hoc seruorũ vitium, non tamen decet Dei magnum dominiũ sub alios seruos suos iniustè mancipari. Quare his ex causis decẽtissimum erat,vt homo deprauatus vitio ad statum conueniens deduceretur. Sed hic oritur dubitatio. An in satisfactione in præmissa Deus valuerit hominẽ ad statum vnde deciderat,reparare? Respõdeo,quod etsi de potẽtia absoluta,hoc virtus diuina potuerit,quæ infinita esse probatur,ipsam tñ nõ decuit dimittere de sua potentia ordinata, satisfactione non habita pro peccato à perpetrante peccatum,vel ab alio hãc pro eo agente. Ratio,quia peccatum loquendo de mortali,diuinum adimit honorem,est contra Dei voluntatem,hominem rebellem facit Deo,priuat gratuitis, Deo summè displicet,fugibile;& fugiendum est præ oibus malis. Quare Deus, quia iustus est,ipsum inultum derelinquere non decet. Inordinatum nihil in mundo Dei sapientia esse finit. Peccatum nunquam sine peccati pœna reperitur. Insuper si impunitum peccatum desereretur, nulli legi subiaceret,essetque iniustitia,iustitia liberior:æqualisque Deo,qui nulli legi subiacet: deindè apud Deum,qui rectus est iudex, iustus, & iniustus haberi æquè non conuenit,quare satisfactione aliquali non habita peccatum inultum relinqui non potest. Decuit ergo Deum genus humanum satisfactione præmissa reparare,vt sua iustitia ostendatur, quæ peccato annectit inobliquabiliter,& inseparabiliter pœnam, magisq; apparet,puniendo peccatum,quàm non . Declaretur diuina sapientia pœna in peccati supplicium ordinata. In decorem assurgit summæ sapientiæ,quæ non patitur vniuersum sua pulchritudine, aut ordine, vel in modico deturpari. Præsidentia diuina reseratur. Omne enim citra Deum legi obedit diuinæ, quare peccatum sub Dei lege manet: aliter Dei præsidentia in punitione dimissa respectu eius euacuaretur. Maiestatis diuinæ honorificentia hoc proclamat. Quid quęrit Deus ab homine teste scriptura,nisi suum honorem,ac timorem? Quid vindicat tàm dire,quàm sui honoris acceptionem? Nonne hac ex causa primus parẽs à paradiso propellitur? Israel populus in deserto pluries necatur, & hostibus traditur? Achab vltioni subiacet, Achaz inquietatur, Baltha sar prosternitur,& occiditur,& sic de aliis? Peccator igitur delinquendo,nonne postponit Dei timorem? Nonne tollit Dei honorem? Et Deũ quantum in se est,despicit,odit,& contemnit? Cum enim voluntati resistat Dei præceptis contraueniendo diuinis abiiciat gratiam, per quã Dei censetur amicus,ac diabolo Dei hosti se subdat,quomodo non au-

fert

fert Dei honorem? Et si dicatur. Si peccatum Deus inultum non relinquit, vbi est eius misericordia? Respondeo, quod misericordia Dei tali punitione ostenditur, & declaratur: quia non quod non puniat peccatum, sed quia citra condignum in infinitum minus punit. Patet de pœna quacunque pro peccato inflicta, seu contracta, quæ finita est, & limitata: cum infinitam, quis promereatur Deum prouocando peccato, & misericordia Dei claret in suscipiendo peccatorem post lapsum, in erigendo à peccato, à quo surgere non valet, nisi per Deum, in condonando, & remittendo pœnam. Sed diuina iustitia apparet in punitione mitissima, quàm ingerit peccato citra cõdignum, & sic vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Sed per quem hæc satisfactio decebat fieri? Nunquid ipse primus homo potuit, vel aliqua alia creatura Deo exhibere? Respondeo, quod per aliquam puram creaturam, seu primum hominem fieri, non valebat. Ratio sumitur, primò ex parte satisfactionis, quæ est redditio æquiualentis aliàs indebiti. Ad satisfactionem enim exigitur, quod sit voluntaria; aliàs non esset satisfactio, sed satis passio; quod sit reddens æquiualens ad ablatum, hoc dicit istud, quod ponit, videlicet, satis. Tertiò, quod sit aliàs in debitum, quod redditur, aliàs enim non esset satisfactio, sed simplex redditio. Sed in satisfactente quid requiritur? Satisfactio dicit, & satisfacientem, & illum, pro quo satisfit. Quid requiritur ex parte satisfacientis? Inquam. Primò, vt sit vtriusque amicus, scilicet, & illius, cui fit satisfactio, & illius pro quo fit; patet, quia ibi est quædam mediatio, & reconciliatio. Secundò, quod ad satisfaciendum sufficiens reperiatur, nam aliter non esset satisfaciens. Tertiò, quod satisfaciens illi, cui fit satisfactio, in eo quod satisfacere vult, non obligetur, aliàs non pro alio, sed pro se satisfaceret. Sed in illo, pro quo fit satisfactio, quid exigitur? Respondeo, quod ad statum pristinum, in quo ante erat, restituatur. Secundò ad amicitiam pristinam. Tertiò quod satisfaciens pro eo agat, vt amplius non offendat, etsi contingat oppositum, quod talem, pro eo satisfaciens censum exhibeat, vt valeat is, pro quo ad reconciliationem venire. Igitur ad propositum angelus homo primus, vel alius purus, valebat ne satisfacere Deo pro tota natura humana? Inquam non. Ratio sumitur ex prædictis. Vbi sciendum, quod creatura intellectualis omnis innocens Deo tenetur in omnibus actionibus, quia omnia habet à Deo, quare eidem in omnibus obligatur, & tenetur. Deinde creatura intellectualis innocens, & non peccans Deo non tenetur in omnibus passionibus, quia Deus est iustus, nec prius est vltor, quàm aliquis sit peccator, nec exigit pœna, culpa non commissa. Postremò creatura quæ primo erat innocens, & postea peccans tenetur Deo tàm in actionibus, quàm in passionibus. De actionibus patet, quia si innocens tenetur, multò fortius,

& pec-

& peccans. De passionibus pariter, quia crimen læsæ maiestatis diuinæ est maius quacunq; pœna, ergo offendens in omnibus tenetur Deo. Igitur ad propositum. Angelus pro homine Deo satisfacere non poterat, ratio, quia, vel actionibus, & sic non, quia non fuisset satisfactio, aut æquiualens. Vel passionibus, & hoc non, quia talis satisfactio non fuisset æquiualens culpæ, quia verificata intensiuè, & si esset indebita. Nec esset angelus sufficiens satisfactor, cum quodlibet citra Deum sit minus Deo, & per consequens non sufficiens pro peccato ad satisfaciendum. Insuper per angelum homo ad suum statum nõ posset reduci, quo immediatè Deo subijciebatur, quia si angelo homo redimeretur, tali satisfactione, eius erat meritò seruus, quare pro eo satisfacere nequibat. Primus etiam parens, qui naturam peccato infecit humanam, non poterat satisfacere, quia in omnibus Deo tenebatur, ratione qua homo conditus à Deo, obligabatur in actionibus, quia verò peccauit in omnibus passionibus tenebatur, quare talis satisfactio non esset sufficiens, nec alias indebiti, imò debiti. Ipse etiam primus homo peccando se ipsum occiderat, quare, & dignus omni pœna, & morte. Si igitur ratione primi omnia debebat, non poterat ergo satisfacere pro secundo. Oportebat enim eum tantum bonum Deo dare, quantũ est ipsa tota natura humana, quàm peccando corruperat. Iustitiam etiã originalem, quã pro se, & sua posteritate à Deo acceperat, Deo reddere tenebatur. Insuper cum satisfactio pro peccato, nunc per pœnitentiam fiat mediante gratia, & gratia non respiciat naturam, sed personam, quare Adã pro natura humana Deo satisfacere nullo modo quiuit. Sic ergo pura creatura nulla satisfacere pro peccato hominis Deo valebat. Nulla enim creatura poterat angelica, seu humana debitum exsoluere, quod exigebatur. Quæ enim creatura poterat iustitiam originalem ipsi homini datam pro se, & alijs rependere Deo, quam iustè Deus ab homine exigebat, ac etiam tm̃ bonum pro damno illato deo ta'humana progenie, quãtũ est genus humanũ, Deo poterat exhibere? Nulla certè vinculum dissoluere poterat, quo detinebatur homo ipse. Crimen, & offensa læsæ maiestatis diuinæ cum tanta putetur, vt est persona offensa, & sic non minor dicatur, quàm sit ipse Deus, & sic infinita, quomodo à finito, idest, creatura poterat placari? Similiter sicut pro nullo citra Deum, & pro omnibus simul conditis, homo suum offendere creatorem non debet peccando: Sic reuera cuncta citra Deũ tantam offensam placare nequibant, speculum reficere, quod eclipsabatur. Sicut enim imaginem in ipsam animam Trinitatis imprimere à principio nulla potuit creatura, sic nec peccator deturpatam, & eclipsatam à pristina claritate reficere ualebat. Mentem enim nostram iustificando formare non potest, nisi Deus, vt docet Augustinus: quare creatura nulla speculum hoc imaginis reficere non valebat. Hostium 3. de Tri. 6.

confrin-

confringere, quod obseruabatur, paradisum terrestrem primo homini, & suæ posteritati ad tempus Deus concesserat, sed cœlestem Deus pro æterna promiserat, se daturum hæreditate. Ab vtroq; extitit genus humanum peccato seclusum. Quis igitur hæreditatem hanc rependere, ac illud ostium glorię obseratum peccato quibat aperire? Certè nullus. Nullus enim in cœlo, nec in terra, nec subtus signatum librum cœli scilicet, ostium non modo aperire, sed nec respicere illud valebat,
Apoc. 5. vt figuraliter habetur. Quod vtiq; clausum fuit septem signaculis, id-est, septem temporibus, septem mundi ætatibus. Solus Leo de Tribu Iuda ipsum ostiũ aperuit, & reserauit, & dñium potuit rependere, quo homo priuabatur. Conditus enim homo, & si fuerit à Deo, ac sibi omnium dominium traditum generale, sic tñ, vt soli Deo esset subiectus, qua in re, si à creatura redimeretur, non seruire Deo, sed creaturæ homo teneretur, & sic dominium sibi non rependeretur, quo peccato fuit priuatus. Diabolum subijcere, qui dominabatur, peccato enim homo seruus erat diaboli, & cum non sit potestas, quæ comparetur ei, nec alia creatura pura, iure poterat hominem à diabolo sponte traditum repetere. Quare nec iure ab ipsis manibus remouere, cum ipsius Dei solius iure sit ipse homo. Deinde cuncta porrigere, quibus homo peccato spoliabatur, videlicet, gratis data, & dãda, ac omnia mala abijcere, quibus homo inficiebatur, & quoad corpus, & animam, ac simul totum hominem. Hæc si diligenter incutiantur, apparet genus humanũ creaturæ alicuius satisfactione non valuisse à peccato redimi, & liberari. Ex his igitur cum appareat, quod decentissimum erat genus humanum reparari, quia totum corruerat in primis parentibus, alio impellente scilicet, diabolo nec propria malitia se peccato infecerat, sed nec terminum pœnitentiæ transierat, aut tempus, & reparari non poterat per aliquam creaturam hoc, stantibus insufficientia, obligatione Deo, quoad omnia gratiæ opera. Et iustitia satisfactionem exigebat, ac id, quod Deus decreuerat de homine peccato frustrari nõ debebat: sed ipsum ad se beatificè fruendum ordinauerat, quare ex quo propositum diuinum non debebat frustrari de hoïe, & Deo per hoïem satisfactionẽ exigebat, nec poterat, aut per aliam creaturã, igitur per ipsum, qui est supra omnẽ creaturã, s. Deũ. Quare decebat hac ex causa, vt Deus fieret homo, vt liberaret, & redimeretur à peccato ipse homo. Sed quomodo sit per Deum hominem Iesum Christum B. Marię filium genus humanum redemptum infrà fructu 55. videbitur, vbi de filij Mariæ passione, & merito, plenius agetur, & quomodo sua morte à peccato sumus redempti. Hæc igitur filij Dei incarnatione benedicta, & morte declarata, vt dictum est supra, est diuina potentia, nectẽdo infinitum finito, immortale mortali, supremum, infimo, & extrema summæ distantiæ simul diabolum subijciendo, & à suis manibus hominẽ eripien-

eripiendo, speculum animæ per gratiam reficiendo, hominem, vt immediatè esset Deo subiectus ad pristinum statum reducendo. Reserata est pariter diuina misericordia, & beneuolentia, Dominus enim pro serui salute formã serui accepit, nec hoc actum est nostris meritis, sed potius demeritis, non enim nostra merita, sed nostra peccata, ut dicit Augustinus Christum de cœlo ad terram traxerunt. Et quia vt dictum est, homo peccato à Deo recedendo, qui est potentissimus, incurrebat infirmitatem: qui est sapientissimus, ignorantiam, & cęcitatem: qui est beneuolentissimus, malignitatem, & sic consequenter de spirituali effectus erat carnalis, animalis, & sensualis, & ideò ineptus erat ad diuinã virtutẽ imitandã, lucẽ cognoscendã, & bonitatem diligendã. Vt igitur homo ab hoc statu repararetur Deo hoïe facto, se reddidit ei noscibilẽ amabilem, & imitabilem, & hoc qñ Verbũ caro factũ est, vt sic ab hoïe qui caro est cognosci posset, amari, & imitari, & sic per consequens homo Deum agnoscens, amans, & sequens à peccati morbo, quo effectus erat carnalis, sensualis, & animalis, remediaretur. Recuperata est ẽt ab homine mentis innocentia, culpa dimissa, Dei amicitia per Christum mediatorem Dei, & hominum, vtrique parti in natura conformẽ, Deo per deitatem, homini per humanitatem. Sua pariter excellentia per reparatorem excellentissimum Deum scilicet, & hominem, qui hominẽ ipsum Deo, & non alteri immediatè subdidit, & subiecit. Patefactà est denique etiam diuina iustitia, quàm peccatum detestetur, quod sine satisfactione dimittere noluit, ad quam faciendam carnem assumpsit, & dedit se ipsum, & sic exoluit debitum, & precium, quod exigebatur, Ac vinculum confregit, quo homo detinebatur, Deum placando, & pro offensa satisfaciendo. Redeundo igitur ad oẽs modos, quos Deus ostendit in hac eminentissima incarnatione generi humano, de quibus superius locuti fuimus, scilicet, ad potentiam, clementiam, misericordiam, beneuolentiam, prudentiam, prouidentiam, munificentiã, amicitiam, bonitatem, veritatem, & iustitiam: operæ precium est, ut de duodecima, & vltima, quæ fuit, & est sua sapientia in sua incarnatione ostensa sermonem faciamus. Ipsius enim sapientiæ altitudo ostensa est ex pluribus, & primo ratione personæ carnem assumentis, non enim pater hanc assumpsit (etsi potuerit, ac nunc possit) multis ex causis. Ne videlicet paternalis dignitas, à qua est omnis paternitas in cœlo, & in terra, in aliquo offenderetur; ad ipsius enim est excellentiam, vt sic semper pater existat, vt nũquàm sit filius. Paternalis proprietas, quo dammodo læderetur, vt virgo generando patrem auia fuisset Verbi. Pater insuper à nullo est, quare nec ab alio mitti decebat, ne si ab alio mitteretur, ab alio esse putaretur. Nec Spiritus sanctus incarnatus est, quia eius proprietas nõ est, vt procedat, quomodo natus, sed quomodo datus. A sua igitur proprietate, etiam extrinsece non debuit remoueri

se commu-

se communicando. Assumptio ergo humanæ naturæ à verbo, & in sola persona verbi, & Dei filij est terminata, quod vtiq; diuina sapientia est actum: vt sicut per verbū omnia in esse sunt constituta, & creata, sic per ipsum omnia ad gratum esse forent reparata, & reformata: & quod est Dei patris filius in diuinis, fieret filius hominis in humanis, & imago creata peccato offuscata, & vitiata, per imaginē increatā, scilicet Dei filium, reformaretur. Insuper offensa Dei filio ab homine, & per hominem illata eidem, ex eo, quod Dei sapientiam appetijt, similitudinem, & æqualitatem, quid decentius quàm per Dei filium, Dei patris sapientiam, similitudinem, & per omnia Patri coæqualem repararetur? Per filium, quem pater, vt se diligit, dignum erat nos in Dei filios adoptari. Decebat Dei filium patrem supplicandum pro nobis, non patrem filium, ac per illum à diaboli manibus eripi, qui est Dei virtus, in hæreditatem induci, qui est hæres vniuersorum. *Hebr. 1.* Assumpsit ergo Dei Patris filius naturam nostram, vt qui in cęlis est sine matre, in terra esset sine patre, & vtranq; natiuitatem acciperet, ex patre æternā, ex matre tēporalem. Congruè igitur hoc dīuina sapientia egit, vt sicut genus humanum in esse exierat per verbum increatum, & in culpam ceciderat deserendo verbum inspiratum, & quia non minus est res conditas reparare, quàm in esse producere: sicut non minus est, bene esse gratiæ, quàm esse simpliciter, sic à culpa decuit resurgere per verbum incarnatū. Sic ergo quoad personam, quæ accepit naturam nostram, diuinæ sapientiæ declarata est altitudo. Insuper patefacta est sapientia diuinalis, ex eo, ꝙ tempus tale ad veniendum elegit, scilicet, plenitudinis, in quo pater decreuerat filium suum incarnari. Quo tempore promissiones factæ patribus complerentur per veritatem Christum, plenum gratiæ, & veritatis. *Ioann. 1.* In quo plenitudo omnis deitatis communicata est carni, & animæ Christi, summaq; gratia, & sufficienter ad se, & redundanter ad cūcta Ecclesiæ suæ membra. Figuræ hoc in tēpore sunt completæ ortum designantes Dñi, ac tempus gratiæ, in hac siquidem quoad plenitudinem incepit mensura. Vlterius declarata est sapientia æterna ex fine ad quē venit, scilicet, hominem à diabolo liberare, & quia astutia, & malitia sua vicerat, dignum fuit, vt non fortitudine, sed sapientia vinceretur, vt vnde se victor erexerat, sterneretur. Verum cum homo a Deo esset cōditus ad beatitudinem, etsi ea peccato priuaretur ad ipsam tamē pertingere aliqñ decebat, vt homo totus beatificaretur, & quoad corpus, & quoad aīam, ipsa Dei sapientia, & virtus totum hominem assumpsit, vt tota cōuersio hominis esset ad ipsum, & tota dilectio ad illum, cum ascensu carnis videretur per carnem, & ascēsu mentis per diuinitatis cōtēplationē. Hoc totum erat bonum hominis, vt siue ingrederet, siue egrederetur, pascua in factore suo inueniret, pascua foris in carne Saluatoris, pascua intus in diuinitate Creatoris, vt dicit Augustinus, de

Spiritu,

Spiritu,& anima. Sic ergo Maria beata pariẽdo filium,Deus nobis locutus est in filio, ostendendo suam clementiam, iustitiam,potentiam, & sapientiam,& alia, quæ omnia reseruerat in assumptione humanæ naturæ. Maria pariendo filium, locutus est nobis in filio suo ingerendo nobis exempla multa, præcipuè tamen, obedientiæ. Filius.n.Dei, qui est verus Deus, vt hoc exemplum præberet mortalibus obediendo patri factus est homo. O qualis est, & fuit hæc obedientia,vt ea actor, & Dominus omnium subijceretur nostris calamitatibus,miseriæ,& infirmitatib.Hũmilitatis: humiliauit enim semetipsum,idest,sponte hãc assumpsit humilitatem,vt ipsam ingereret nobis.Quæ vtiq; ostẽsa est, cum primus, & supremus omnium factus est imus, & infimus, subiectus legi,patri putatiuo,& matri. Paupertatis, quam vtique, vt dicetur fructu 29. ostendit parentum inopia, & tenuitate, quia, & si nobiles,pauperes tñ fuerunt. Loci continentis obscuritate, quia in diuersorio natus,lecti,& reclinatorij despectibilitate, quia in præsepio & paleis,est reclinatus,pannorum vilitate,quia pannis vilibus inuolutus,arcti frigoris acerbitate, q̃ fuit in suo ortu propter tempus expertus, & oĩs incommodi susceptione.Mundi despectibilitatis,in ipso.n.suo ortu ostendit se nihil velle habere mundanum, omniaq́; contempsit mundana,& despexit.Charitatis,quia dedit se nobis,nõ nostris meritis, sed sua gratia,& dilectione. Austeritatis,statum enim pœnitentiæ incepit in suo ortu,dum in paleis,præsepio,& alijs cubitauit,& rigiditatem tã tam voluit tenere,& vti. Piæ,& benignæ conuersationis. Cum quibus est conuersatus?Cum animalibus mitibus,Maria,& sponso suo.Euitationis peccati, quod quidem non habuit, & tamen pro ipsius pro nobis satisfactione patri,tot incommoda susceptit. Affectionis totalis ad patriam,contemptus enim terrenorum ad appetendum cœlestia,& nõ terrena induxit.Perfectionis omnis,vt enim à summa veritate viam perfectionis addisceremus se in exemplum,omnis perfectionis dedit, & ostendit Dilectionis perfectæ ad Deum, quia sicut ipse carnem nostrã sumendo.Deitatem non dimisit,sic peragendo quæ sunt hominis,ab illis,quæ ad Dei dilectionem sunt,& honorem,non abscessit. Imitationis assiduæ,quia enim propter nos carnem susceptit,& præfata est operatus,ipsum discceremus imitari,& prosequi in alijs, etiam præfatis, vt videlicet suo exemplo,obediẽtes simus maioribus,minoribus, & æqualibus:humilia prosequamur,nec in oculis aliorum,sed nostrum, humiles esse velimus:abhorrentes diuitias,alta declinantes,de pœnis illatis, quia iustè patienter ferentes non quæramus:quæ mundi sunt,odientes, declinare deberemus:sic vitam istam ducentes,vt non in deliciis,sed in pœnitentiæ rigiditate staremus,delectationes fugientes corporales,mã suetudinem haberemus in verbis factis,& specialiter in conuictu peccatum detestantes,& omnia ad ipsum inducentia,vt Deo odiosa,& nostri cor-

stri corruptiua præopere vitaremus, patriam nostram, scilicet, cœlestẽ gloriam appetitu, & desiderio cõtinuè appeteremus, obliqua, & à Dei lege aliena, nec prosequi, aut imitari, nec doceri cuperemus, ac ipsum Deum, quem super omnia diligendum clamat omnis factura, saltem beneficiorum vicissitudine super omnia diligeremus. Locutus est ergo Deus nobis suo sacro ortu in filio, non, inquam, vocaliter, sed internaliter, opere, & naturali impressione. Peperit ergo Maria filium suum primogenitum, & consequenter locutus est nobis in filio suo ipsa Dei genitrix. Sed quomodo? Inquam, ipsum faciendo fratrem nostrum, proximum nostrum, conciuem nostrum, socium nostrum, seruum nostrum, liberatorem nostrum, medicum nostrum, panem nostrum, ducem nostrum, regem nostrum, Deum nostrum, bonum nostrum, & finem nostrum. Maria peperit, filium suum primogenitum. Quid egit tũc Deus pater, & ipsa Dei genitrix Maria, vnà cum ipso? Inquit Apostolus. Locutus est nobis in filio suo. Sed qualiter locutus est pater, & pia ipsius Iesu mater? Inquam, in filio suo, ideſt, non in alio, sed in filio proprio, ipsum largiendo nobis in precium nostræ redemptionis, in pabulum nostræ refectionis, in speculum, & radium nostræ cognitionis, in modulum, & titulum nostræ correptionis, in socium nostræ cõsolationis, in brachium præseruationis, in medium fœderationis, in vinculum nostræ adamationis, in dominium gubernationis, in baculum sustentationis, ad studium bonæ operationis, et in precium nostræ retributionis, & beatificationis. Ecce qualiter Deus pater, & ipsa Dei mater locuti sunt nobis in filio suo, dando nobis ad nostram vtilitatem, & fœlicitatem. Peperit ergo Maria filium suum, desideratum à Patribus, promulgatum à vatibus, figuratum veteribus, nunciatum ab angelis, adoratũ à Magis, & pastoribus, diuulgatum signis euidentibus. Locutus est pater in filio, quando? Certè quando Maria peperit filium suum primogenitum, vt tali partu, & persona, loqueretur in filio ipse Pater æternus. Nimirum peperit Maria filium, patriam exulibus. Panem, esurientibus, aquam vitæ sitientibus, portum naufragantibus, lumen ignorantibus, antidotum languentibus, requiem laborantibus, vitam morientibus, salutem desperantibus, veniam peccatoribus, viam errantibus, summũ lumen in cœlo commorantibus. Nos igitur alloquitur, & allijcit Deus pater in filio ipsum talem faciendo, & talibus, sic conditionatum condonando. Sed nunquid solus pater locutus est in filio? Inquam, nõ, sed etiam ipse filius locutus est nobis, ab vtero progrediens illius B. Virginis: & si puer ad huc lingua non loqueretur carnali, opere tamen, & lingua loquebatur diuinali, & exemplari, & præcipuè suam matrem, quàm continuè illustrabat. Angelos, quos ad Deum laudandum in se incitabat. Pastores, & Magos, quos ad se adorandum vocabat. Mundi Principes, quos sub exemplo ad mundi contemptum inuitabat. Sacerdotes,

Gal. 1. *Psal. 135.* *Eccl. vlt.* *Ioan. 13.* *Psal. 105.* *Eccl. 29.* *1. Cor. 5.* *Ioan. 17.* *3. Reg. 3.* *3. Reg. 13.* *Isa. 49.* *1. Pet. 1.*

dotes, quos ad verum sacrificium de se offerēdum ordinabat. Pauperes, & humiles, quibus se conformabat. Diuites, quos declinabat, eorum statum fugiendo euitabat. Crudeles, quos, vt Herodem, superabat. Peccatores, ad quos liberandos se humanabat. Ignorantes, quos de lumine claro venustabat. Patres antiquos, quos suo ortu lætificabat. Indigentes quacunque indigentia, quos ad accipiendum optata dulciter prouocabat. Deinde orbem totum, quem ad culturam veri Dei, idolatria dimissa, reuocabat. Et sic iuxta conditiones istius benedicti pueri diuersos diuersimodè inducebat, & ad se vocabat. Locutus est nobis Deus in filio, quando Maria peperit filium suum primogenitū, & præcipuè tempore, quo Cæsar Augustus mundo imperabat, ædictum promulgabat, mundum describebat, populum descriptioni se subijciebat, singuli ad suam ciuitatem ascendebant. Ioseph cum Maria ad professionem accedebant, vt ostenderet qualiter Deus in filio loqueretur, quid, & quibus in eo, quod tempore Cęsaris Augusti natus est, & locutus, et si literaliter sit factum iuxta Danielis prophetiam. In diebus enim quarti regni, scilicet, Romanorum exurgere debebat aliud regnum permansurum in sæcula, & quia tempore istius in summa fuit potentia, & dominatione regnum Romanorum tunc consurgere voluit Deus cœli, regnum in æternum non dissipabitur, & quod alteri non tradetur, quia sibi data est potestas omnis in cœlo, & in terra. Dan. 2

Factum est etiam hoc propter illud Dauid: Orietur in diebus iustitia, & abundantia pacis. Quod ad literam tempore istius Cæsaris Augusti adimpletum est. Nascente autem Christo vox angelorum audita est: Gloria in excelsis Deo, dicentium, & ideò factum est, vt ipse Iesus oriēs ostenderetur verus mundi monarcha, & imperator, quia ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium, ac rex regum. Non est enim alius Cæsar, nisi ipse verè, qui possidens principes, vel possessor principatus interpretatur; ipse enim est princeps pacis, Deus, & pater futuri sæculi. Quo facto locutus est nobis Deus in filio suo, declarans quomodo oritur ipse Christus in cordibus. Nascitur enim vbi pax est peccatoris, & nulla erga proximum offensio. Vbi homo possessor est sui, signatus per Cæsarem possidentem principes, & qui progreditur de virtute in virtutem, qui per Augustum declaratur, qui ab augendo nomen accepit. In horum cordibus Deus oritur, & in filio loquitur Deus, & per oppositum vbi est discordia, & virtutum subiugatio, rationis passionibus sensualibus in talibus nasci, aut loqui Deus filius dedignatur. In eo verò, quòd ædicti fit promulgatio benedictus puer Mariæ filius ostenditur, quod est mundi ordinator, nec ab re; cum ipse sapientia sit attingens à fine, vsque ad finem, omnia disponens, ordinans, & regulans suauiter. Isto inquam Deus locutus est nobis modo singulari edictum emittendo, scilicet, doctrinam euangelicam mundo notificando,

Mat. vlt.

Tom. 6. ficando. Qua vita acquiritur,& possidetur æterna: verba enim,quæ locutus est nobis Deus in filio, spiritus, & vita sunt. Ex eo vero, quod mundum fecit describi, iste filius Mariæ plebis examinator describitur, & ostenditur. Ipse enim cum sit iudex viuorum, & mortuorum, & vnicuique reddat secundum opera sua,mundum describit, dum aliquos ad vitam,alios verò ad pœnam iustè deputando, vt in libro scribit. Et hoc actu locutus est nobis in filio, quando fideles prædestinatione passiua adscribit in libro vitæ Dei,& agni; cum verò populus descriptioni se subiicit, hic Mariæ filius ostenditur veræ fidei condonator. Et consequenter locutus est Deus in filio, quia lingua interiori Spiritus sancti, & verbo Dei, & exteriori apostolorum, & aliorum fidem Christi gentes suscipientes,se summo Christo pro nobis paruo nato subiectos verè omni pœna tollerata sunt professi,sed cum singuli ad suam ascendunt ciuitatem isto puero nascente ostenditur, quod ipse est veri demonstrator, & sic locutus est Deus tunc in filio verum nobis referando,quod hic non habemus manentem ciuitatem,sed ciuitas,& patria nostra est, illa superna Ierusalem, quæ libera est, & mater nostra. Quare appetitu & desiderio veri,ideſt,patriæ nostræ, hac relatione ascēdunt singuli ad ciuitatem suam, ipsam supernam patriam locutione Dei in filio toto affectu anhelantes. Quia verò Ioseph ascendit cum Maria, huius benedicti Pueri describitur munificentia,quia ipse est gratiæ largitor, & ministrator, & tūc locutus est Deus in filio suo effectu collationis gratiæ,qua Ioseph, & Maria, actiui, scilicet,& contemplatiui diuina freti gratia ascendunt à Galilæa,quę rota interpretatur, ideſt, a mundo labili, & versatili, ad patriam. Et quam? scilicet,in Iudæam, vbi Deus laudatur assiduè, & perueniunt deinde in Bethlehem, vbi panis accipitur benedictus vitæ, ideſt, Christus Iesus. Sic ergo vide, quod Christi ortu à diaboli ditione homines secedunt,& sub Christo se esse profitentur. Ioseph,quia crescens interpretatur de virtute in virtutem ascendit, ac Maria cum talibus graditur,quia mundana amarescunt gustato spiritu, & sic homines de Galilęa in Iudæam ascendunt. Sic ergo apparet quo tempore Maria filium parit, & quo tempore Deus locutus est nobis in filio. Videndum est modo,in quo loco peperit, & quo in loco nobis Deus locutus est, & quid.Locus ex euangelio apparet fuisse Bethlehem, quo ostenditur Marię filii conditio nobilis, quia ipse plebis educator,quod ex hoc ostenditur,quod in Bethlehem, quæ domus panis interpretatur,nascitur,vt det intelligi,quod ipse est refector, & educator noster. Ipse enim est panis vitæ, qui de cœlo descendit. Quomodo loquitur Deus in filio,quod præ aliis nascitur Deus operibus misericordiæ, & pietatis vacantibus.Vide etiam in eo,quod nascitur, quod fratrum ipse est exaltator,quia ad nostram promotionem, dignitatem, & excellentiam

redun-

redundat; ipsum cum nostra carne natum fore mundo. Sed de qua oritur? Inquit Euangelista, Maria parit filium suum primogenitum, quia dies Mariæ impleti sunt. Vbi cerne, quod Mariæ filius est matris, & maternalis virginitatis conseruator, quia Maria filium parit, virgo ante partum, & in partu; non enim eius integritatem præripit, sed sacrauit. Quo loquitur Deus in filio ostendens ad quam animam verbum Dei accedit, quia ad Mariam puritate nitentem, gratia refulgentem, & virtutibus. Quo exprimit animam esse debere, quę vult Dei verbum suscipere, mundam, quia in maliuolam animam sapientia non intrat. Adornatam virtutibus, quia non habitat in corpore subdito peccatis. Ostendit etiam quomodo verbum gignitur, scilicet cum toto desiderio diuinis mandatis, vt Maria subiugatur, & subditur. Deinde oritur, dum eius aduentus in anima, opere, & effectu declaratur. Loquitur etiam pater in filio, & de quo? certè de ipsa sua genitrice, & matre dignissima; & quibus loquitur? Inquam nobis. Sed quid? Inquam, ostendendo eam ipso sacro Dei partu esse venerandam, honorandam, vt Dei matrem, colendam obsequio, prædicandam eloquio, imitandam vestigio, amandam, & diligendam, dato tali filio, exaltandam in cœli collegio, commendanda præ omni mulierum fastigio, laudandam incessanter omni precordio, deprecandam pro subsidio, attendendam in mundi exilio, regratiandam pro beneficio, quia Deum nobis protulit, & hominem, supplicandam pro hostis excidio, exorandam vt nobis ostendat filium, quem ipsa peperit, cum in eius sit manibus, & potestate, & cum ipse ea sit factus frater noster, & consequenter ipsa Maria mater nostra omni dilectione ostendit eam à nobis esse amplexandam. Et cum ipsa auctorem teneat salutis, confugiendum ad eam, suoque patrocinio iugiter esse coherendum, quia nostram salutem peperit, & in suo habeat posse. Sed attende, quod Deus pater locutus est in filio, ideſt, filio de Maria. Ipse Deus filius; ipse pariter Spiritus sanctus; Deus enim pater filio, ideſt, propter filium loquitur de Maria, omni laude dignissimam proclamando, quia suam sponsam, suam dilectam, ab eo electam, ab ipso, mundo directam, gratia repletam, paratã pro filio, locatam in suo tabernaculo, suo deputatam obsequio, & seruitio sibi coniunctam voluntate, & omni cordis desiderio, ac ei subditam, vt ancilla pro suo arbitrio. Sed filius loquitur ve de sua benedicta matre? Inquam, in eo quod Maria ipsam peperit, declarat eam esse & fuisse præ omnibus purgatissimam, castissimam, sanctissimam, iustissimam, mundissimam, illibatissimam, suauissimam, diligentissimam, sibi vnitissimam, dilectissimam, rectissimam, & in obsequendo promptissimam. Quid Deus Spiritus sanctus loquitur in filio Marię de Maria? Inquam, quia enim ipsa Deum peperit, vt adhoc idonea esset ipsa Beata Virgo, eam à peccato præseruauit, sanctificauit, confirma- Sap. 1.

uit in gratia, illuminauit sapientia, repleuit muneribus, obumbrauit, fœcundauit, dilatauit, virtutibus, & gratijs, mirificauit operibus, regulauit in actibus, verbis, & moribus, ac in exemplum proposuit, & præparauit te ex sanctitate hominibus terrenis, & cœlestibns, & te donauit in auxilium, & solamen cunctis mortalibus. O beata Maria quàm dignè te laudare debet nostra fragilitas. Quam sic adamauit pater Deus, acceptauit filius Deus, & omni gratia conseruauit Spiritus sanctus Deus. Peperit ergo Maria filium suum primogenitum, quo gaudebat, & exultabat in Deo spiritus suus, iucundabatur, eleuabatur, mentaliter consolabatur, etsi incommodis laboraret, eumque habendo in vlnis, manibus, pectore, & gremio, omnia habebat, & possidebat. Quo datur intelligi, quod anima nostra, etsi laboribus interdum, doloribus, & angustiis carnis, mundi, & diaboli uexata, si verbum Dei conceperit mente, & pepererit opere, consolationem suscipiendo diuinam, ab omnibus liberabitur. Sed aduertè, quod Maria, non statim parit filium, sed tempore debito expectato, quia verbum vitæ prius in mente suscipitur, deuotione germinat, tandem ad aliorum vtilitatem perfecto opere, effectu paritur, & extra ducitur. Maria parit tempore impleto filium, quia Deus sua arcana, etsi reuelet, quibusdam, non ea aperit, & parit, nisi prout videt necessitati, & saluti hominum prouenire. Sed quibus ornamentis circumdabitur Deus Mariæ filius, quem ipsa peperit? Inquit Euangelista, pannis, scilicet, vilibus, veteribus, pauperibus, & abiectis inuoluit, quia cum Maria, vt docet Chrysostomus vix vnam tunicam haberet ad operiendum filium, non multos, sed paucos, non solennes, sed abiectos habere potuit. Quo ostenditur, quod filius Mariæ est omnis pompę abdicator. Sed quo in lectulo reclinatur filius Mariæ Deus verus? Inquit Euangelista: Posuit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Ecce thalamus, & lectulus æterni regis, mundo orientis, quia præsepium. Ecce eius domus, & palatium, scilicet, diuersorium; quo Deus loquitur in filio, ex lectulo in præsepio, carnis, & mundi, delitias euitandas. Insuper si in præsenti agimur incommodis, ferendum est patienter. Puer Iesus dolens, & vagiens, ac frigore contabescens in præsepio à matre reclinatur. Ex diuersorio quid loquitur Deus in filio? Nisi quod ei commune plus placet quàm proprium, & bonum commune particulari præponit; non in domo, sed communi reponi dignatur quia in diuersorio. Quibus edocemur de nostra rigiditate, austeritate, & pœnitentia non debere extolli, cum ipse puer Iesus Deus, & Dominus, in paleis nudus, & pauper, ac afflictus iaceat, quibus tàm lecto, quàm loco Mariæ filius ostenditur carnis macerator. Sed qua die hic puer à Virgine procedit ex vtero.

Certè

Certè die Iolis, quo locutus est Deus in filio cum sol in gradu ascenderet, & solem esse iustitiæ ortum fidelibus, & lumen fidei ipso donatum esse mortalibus. Sed qua hora? Dicitur iuxta Salomonis vaticinium, q. nocte media, qua, & fuit incarnatus; quo locutus est pater in filio ipsũ destinasse ad mundum ignorantiæ cultus diuini nocte possessum. Sed qualiter Maria genuit filium? Certè virginitate seruata, & omni attestãte creatura, vt fructu dicetur sequenti. Quo locutus est pater in filio ipsum creaturarũ omnium protestatione esse ipsorum summum Deum. Sed quomodo huius Virginis partus ad notitiam peruenit fidelium? Respondetur quod nunciatus est primò pastoribus, vt docet Euangelista, & sic patet quod filius Mariæ est cordium excitator, scilicet, pastorum, quia Deus locutus est in filio præcipuè in Dei opere vigilantibus, quibus consolationes infundit, vt in istis pastoribus, & humilibus, quos facto diligit, figuratis per pastores, notificando eis ortum, & etiam ijs, qui iugiter super sensuum custodiam inuigilant, & se à diabolo custodiunt, ab angelis recreantur, & visitantur. Sed à quo partus Virginis pastoribus declaratur? Ait Euãgelista, quod ab angelo. Sed quomodo? Inquit Euangelista, quod angelus stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos. Quo locutus est Deus in filio? quod ipse est mentium illustrator. Angelus accedit, & claritas Dei circumfulget pastores; quo exprimitur, quod cum angelus bonus sit in gratia confirmatus, ideò dirigitur, vt eius testimonio nequeat dubitari. Angelus pariter venit, vt dignitas ex nuncio intelligeretur nascentis, ac congruè id est actum, vt per angelum primò nunciaretur mundo, qui primò matri ab angelo fuerat denunciatus. Declaratur etiam, quod ortu Christi singularis veneratio data est homini. Angelus qui ante, se coli, & adorari permittebat ab homine, & qui suprà hominẽ stat, nunc stat iuxta pastores. Quo ostenditur, quod puer Iesus Mariæ filius, cum sit lux vera, mentes, quas diuina gratia dispositas reperit, suæ illuminationis radio plenè illuminat. Claritas Dei circumfulsit pastores, omni parte intus, & foris. Verũ quia mens recta hominis, & humilis quanto magis illuminatur, tanto magis humiliatur timore Domini sancto, & nihil se reputat esse. Et istud signum potissimum illuminationis diuinæ factæ in mente, vt patuit in Abraham, qui dixit: Loquar ad Dominum, cum sim puluis, & cinis. Et Dauid: Quæ est domus mea? Demum, & pastores magnitudinem Dei attendentes timuerunt timore magno. Sed quia Mariæ filius est gentis roborator, quid egit angelus? subdit Euangelista, quod ipsos roborauit dicens: Nolite timere. Et quia in sequentibus B. Euangelista plura enarrat nobis exhibita partu Virginis, & Dei locutione in filio, idcircò pro ipsorum euidentia, est deuotè pensandum, quod B. Marię filio, ex eius vtero procedente, beneficia multa sunt homini collata, quę hic sequuntur. Angelica destinatio. Christo statim nato angelus venit

Gen. 18. 2 Reg.

ad pastores,vt eis nunciaret Mariæ filij ortum,vt homines agnoscerent natum in terris,quem angeli agnitum colebant in cœlis. Et attende, quod non dicit,quod angelus apparuit, sed stetit iuxta illos, quia hæc angelica destinatio fuit familiaris, & domestica, & præ alijs antefactis insolita,& singularis,qua angeli missione ostēditur,quod filius Mariæ cordium visitator est.Felix acceptatio,quia dicitur:angelus Domini,ad distinctionem angelorum malignorum, quo exprimitur, quod quia à Domino ad nos missus fuit,ipse Deo acceptus erat,& tali missione nos Deo accepti sumus.Quo exprimitur puerum Iesum Mariæ filium esse nostrum cōciliatorem corām Deo,& apud angelos. Veneratio ampla, quia angelus Domini stetit iuxta pastores, non suprà, vnde post Dei filij carnis nostræ sumptionem,nec se ab homine adorari permisit,vt patet de Ioanne volente adorare angelum,qui sibi abdita reserabat, dixit ei: Vide ne feceris,conseruus enim tūus sum,& fratrum tuorum. Naturam enim humanam super se exaltatam in Christo,in homine venerātur angeli.Quo exprimitur,quod Christus Mariæ filius est fratrū exaltator.Illustratio benigna, quia claritas Dei circumfulsit illos interius, & exterius, & quia diuina prius mentem,deinde oculos illuminauit corporis.Hæc claritas lumen fuit fidei, & gratiæ à Deo datum pastoribus,quo ostenditur, quod ipse Mariæ filius est cordium & mentium irradiator.Cōfortatio,& vigoratio fortissima. Ante Christi ortum à quolibet timere decebat, verū in filij Dei incarnatione per angelū dicitur: Nolite timere, imò omnis timor abscedat,præter diuinum,quia Dominus est natus fortis in prelio; quo exprimitur filii Mariæ conditio singularis,quia ipse est gentis roborator, qua in parte documentum datur ad discernendum etiam apparitionem boni angeli,& praui.Diabolus apparens primò abijcit,sed postea assiduè timorē immittit.Angelus verò bonus, primo suo aduentu terret, sed deinde timorem auferendo demulcet.Pastores apparitione angelica timent,& postea cōfortantur. Recreatiō dulcissima.Si.n.cæcis dicat, q̄ lux venit ad eos illuminādū; infirmis medicum ad curandum lętantur.Similiter cū suis amicis, parentibus,seu fratribus aliquid boni aduenit,mens recreatur audientis, vt in Iacob: audito quod Ioseph viueret,& dominaret in tota terra Ægypti recreatus est spiritus eius. Sic reuera humano generi filij Mariæ aduentu,quia lux nostra medicus,rex,dominus, & legifer noster venit conferens,quæcunq; placita sunt,recreatio magna est immissa, ex quo probatur,quod Mariæ filius est noster consolator, gaudium, & lętitia. Liberatio firma. O quàm auidè ab incarceratis obligatis debito, morti deputatis,liberator expectatur. Et quanta gratulatione eorum Saluator,& redemptor susc̄ipitur. Angelus magnum gaudium tā humanum,q̄ diuinū annunciās,dicit:Euangelizo vobis gaudium magnū, quod nō vni datur,se omni populo. Quod verbo nihil sic nostræ mentis hi-

tis hilaratiuum,inductiuum ad gaudium,& iucunadtiuum poterat effari. Quo concluditur,quod benedictus Mariæ filius est cętus administrator,& à morte peccati liberator. Deificatio certa: quia Deus factus est homo,& homo Deus, hoc exprimitur dum angelus dicit, quod iste puer est Christus,idest,Messias in lege promissus, quo nulla est maior gratia in rebus per tempus ortis,hac,scilicet,incarnatione benedicta. Quo ostenditur,quod hic puer filius Mariæ est Deus, & creator, quia Christus, & per consequens natura humana hac deificatione est summè exaltata,& eleuata. Gubernatio assidua:ante enim testimonio Petri Apostoli, eramus sicut oues errantes, vnusquisque à via sua errauerat;sed filio hoc benedicto Mariæ ad se reduxit, vt esset vnus pastor, & dominus,regens,& gubernans,& ideò ab angelo vocatur Dominus,s. generalis omnium creaturarum. Reparatio ditissimo, primo parente à patria nostra expulsi sum',& ciuitate,ac hæreditate priuati, sed Christo filio Mariæ restituta est hæreditas,& repatriati sumus, in cuius signum Christus Mariæ filius in ciuitate Dauid nascitur, vt hoc intelligatur,ciuitatem veri Dauid nobis ipso,esse reseratam, & datam. Quo exprimitur,quod sicut ex præcedenti beneficio filius Mariæ declaratur omnium gubernator,quia Dominus, sic hic ostenditur, omnium,quæ amiseramus,recuperator,& condonator. Certificatio fidei vera,sicut enim ipse est nostræ fidei,scilicet Mariæ filius originator, sic iuxta promissa operator. In cuius signum angelus dicit. Hoc erit vobis signum, scilicet, fidei certissimæ,quod egit iuxta promissa, & præmissa. Erit,inquit vobis, & cuilibet alteri Mariæ filius signum. Ad imitandum,vt perfectissimus;ad auscultãdum,& speculandum, quia sapientissimus; ad regulandum,quia prudentissimus; ad gratulandum quia iucundissimus;ad contemplandum,quia diuinissimus:ad roborandum, quia potentissimus: ad sanandum,quia efficacissimus: ad recordandum, quia benignissimus:ad repellendum diabolum,quia virtuosissimus. Est nobis Iesus signum clemẽtiæ,indulgentiæ,potentiæ diuinæ, munditiæ, iustitiæ,misericordiæ,victoriæ,amicitiæ,fiducię,lætitiæ, constantiæ,cęlestis patriæ. Est igitur filius Mariæ nobis signum,quo Christianus depingitur, angelus ad reuerendum subijcitur,diabolus prosternitur,miser eripitur,sanctus efficitur, mundus abijcitur, caro confoditur,virtus ostenditur,cœlum expanditur, Deus inspicitur,quies apprehenditę ęterna,bonum,quo perfectè mens nostra reficitur. Et sic ex isto beneficio,vndecimo Mariæ filius ostẽditur verax & promissi obseruator: per fecta reconciliatio Deo,angelis, & nobis ipsis Iesu Mariæ filio reconciliati sumus,in cuius signum angeli gloriam dant Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quo ostenditur,quod ipse est solus triumphator ad cuius immensas laudes concinnendas militia cęlestis congregatur exercitus. Noster quietator,quia gloria. Super omnes conre-

Esth. 98. *Gen.* *Exod. 3.* *Iudic. 6.* *3. Re. 13* *Exod. 11* *4. Re. 20* *Psal. 85.* *Eccl. 43.* *Apoc. 7.* *Apoc. 9.*

gnator, quia in altissimis. Patri per omnia coæqualis, quia Deo. Noster satisfactor, quia pax ipso datur hominibus. Vltimò omnis boni originator, coadiutor, & terminator, quia bonæ voluntatis. Persoluunt angeli gloriam Deo, & pacem pronunciant factam, & quibus datur? hominibus certè bonæ volũtatis. Ecce qualia dantur beneficia homini à filio Mariæ genita. Et sic patet, qualiter pater, & Deus locutus est nobis in filio suo ortu tàm in vtero quàm ex vtero. Sed aliter beneficia a Christo Mariæ filio collocata possunt exprimi, quibus arguitur, Deum in ipso suo filio nobis esse locutum; quæ ex euangelio B. Lucæ, quod in prima natiuitatis missa decnatatur accipi possunt. Nempè est pacis collatæ, quia oritur in diebos Augusti. Collationis gratię, quia ipso oriente, tempus incepit gratiæ. Adiutorii ad obtinendam vitã æternã; ideò describit mundus. Hostis prosternationis, quia tpe Cæsaris oritur. Promulgationis euangelij; quia tunc exijt edictum. Et sic viæ, quaitur est facta notificatio. Diuinæ inspirationis respectu premii vitæ æternæ appetendi, qui tunc cęperunt ire singuli in ciuitatem suam. Ostensionis vitæ æternæ, Ioseph enim ascendit de Galilæa in Iudæam ciuitatem Dauid. Conformitas, & sociationis, Maria, inquit Euangelista; Parit filium suum primogenitom. Eruditionis ad mundi contemptũ, quia pannis eum mater inuoluit. Internæ irradiationis, quia euangelizo vobis, inquit angelus, gaudium magnum. Saluationis à peccato, quia natus est vobis Saluator. Iubilationis vel coniunctionis cum Deo, & ad inuicè, ideo dicitur: Gloria in excelsis Deo, & in teera pax hominibus. His igitur apparent beneficia nobis exhibita per filium Mariæ, & qualiter ipsis nobis locuta est in filio. Sed dicta Dei magna, quæ locutus est Deus in filio suo alio modo possũt declarari, videlicet; Ex loco, in quo oritur, quia in Bethleh em, quia Mariæ filius se porrexit, & dedit in panem vitæ. Ex tempore, quia per tot millia annorum distulit incarnari, & solum nobis non ante iustis natus est, nec ad eorum preces inclinatus descendit, ideò dicit Euangelista: quod venit, quando, impleti sunt dies Mariç. Ex filio; quia Maria filium suum peperit, qui est Deus. Ex vestitu, scilicet, exemplaritatis; quia pannis eum vilibus mater inuoluit, vt vitandi superflua daret exemplum. Ex luce irradiationis; quia pastores claritas Dei circumfulsit. Ex statu honoris, vel subuentionis, quia angelus stat iuxta illos, vt habeat homo quidquid petit. Ex affatu corroborationis, & securitatis, quia inquit angelus: Nolite timere. Ex denũciatione plenitudinis gaudij, quod causabatur ex humanæ naturæ specialiter exaltatione, quia natus est vobis Saluator. Ex ereptione, & liberatione à manibus diaboli, & ab omni malo; quia euangelizo vobis gaudiũ maguum. Ex consolatione interna, & externa, quia pax ipso nobis, & gloria datur. Quibus apparet quàm vtiliter Deus locutus est nobis in filio suo Mariæ vtique primogenito. Sic ergo ex his, quæ Lucas euange

lista

Ista refert in euangelio, quo narrat, Mariam filium suum primogenitũ peperisse, apparet quod filius Mariæ est orbis imperator, quia Cæsar Augustus, quare, & magnificus. Mundi ordinator, quia ædictum misit, quare prudentia conspicuus. Plebis examinator, quia mũdum describit, quare & iustificus. Fidei veræ condonator. Singuli enim suo ortu profitentur, quare pro salute nostra sollicitus. Veri demonstrator, quia vadunt singuli ad suam ciuitatem, quare in omnibus veridicus. Gratiæ largitor, & ministrator, quia Ioseph ascẽdit, quare, & totus gratificus. Fratrum exaltator, quia eum parit Maria, quare, & amator noster precipuus. Matris conseruator; quia parit ipsum filium primogenitũ, quare, & actor mirificus. Pompæ abdicator, quia pannis inuoluitur, quare vir cœlestis. Carnis macerator, quia in præsepio reclinatus, quare imitatione dignificus. Cordis excitator, quia pastores, quare operator viuificus. Mentis illustrator, quia claritas Dei circumfulsit illos, quare ipse est fontalis radius. Gentis roborator, quia nolite timere, quare totus salutificus. Noster consolator, quia euangelizo vobis, quare deificus. Cœtus adamator, quia omni populo, & non vni, quare in donis munificus; à morte peccati liberator, quia saluator, quare in cunctis saluificus. Omnium gubernator, quia Dominus, quare rector assiduus; verax, & promissi obseruator, quia hoc erit vobis signum, quare testis indubius. Solus triumphator, quia statim militia cœlestis congregatur, quare victor exercitus. Amplus præmiator, & cœlebrator, quia gloria in altissimis, quare noster finis perpetuus. Noster mediator, quia pax, quare filius noster, & medius. Perfecti patrator, quia bonæ voluntatis, quare bonus, sanctus, origo & factor boni, indefinens, & continuus. Quibus meritò quantus sit Matiæ filius ostenditur euidenter, & qualis. O Beata Maria, qualem filium nobis peperisti? munus tribuisti? pignus tradisti? Solatium, gaudium, & lætiam de gentibus nobis in valle lachrymarum attulisti? Filius tuus ò benedicta, noster est Deus, Pater, Dominus, Frater, Socius, & omnia te ordinante nobis est factus. Quare meritò te laudant angeli, archangeli extollunt, potestates tremunt, & omnes cœli milites venerantur. Et sic ex omnibus antedictis apparet qstid præsens fructus declarare pro laude Mariæ, & filij intendebat, dicens: *Maria verbum ædidit.*

FRVCTVS SECVNDVS.

Maria diuulgatur.

EXPOSITIO BREVIS.

ANGELVS Saluatore nato nouo corruscans splendore, verbum ortum pastoribus denunciat, in superis laus impenditur benignæ clementiæ conditoris, gloria puero Iesu humiliter nato depromitur, & pax bonæ voluntatis hominibus imprecatur æterna.

EXPOSITIO MAIOR.

VISITATIONIS diuinæ opera misericordiæ per assũptionem humanæ naturæ à Verbo misericorditer facta, ac prodigiosè, etsi fuerint figurarum abditis, prophetarũ que oraculis in prẽteritis declarata, ac quibusdam specialibus figuris congruentia quadam temporis ad tempus ostensa, vtpote temporis mundialis fabricationis, ad tempus humanalis regulationis per legem, & temporis legalis informationis tempus diuinalis miserationis sint reserata, & explicata: in vno tamen conueniunt tempore hęc tria, videlicet, quod in quolibet eorundem Deus sua signa ostendit, & mira, & quid miri gesit primo in tempore in quibusdam, in eisdem & alijs gesit, imò vt verius loquamur, multa Deus mira patrauit in primo, & secundo tempore, sed per maxima in tertio tempore peregit. In primo denique tempore Deus magna fecit mundum fabricando, de non esse, ad esse deducendo, cuncta ad ordinem vniuersi spectantia ordinando, vt valde bona essent, verum etsi generaliter, omnia fuerint mira, quę gesit, specialiter tamen extiterunt creatio, & formatio solis, lunę, & stellarum, ea statuendo in signa, & tempora, dies, & annos. *Gen. 1.* Tempore verò secundo ipse Deus omnipotens mira exercuit opera, etsi in se non plura, aut maiora in primo patratis, aspectibus tamen populi Israelitici potentiora fuere, & hoc egit filios Israel ab Ægypto in signis, & mirabilibus liberando, & in aliis circa Deum populum per ipsum Dominum, etsi in subiecta creatura patratis, præcipuè tamen circa lunam, solem, & stellas, Solem enim tempore Iosue fixit immobiliter spatio vnius diei contra Gabaon. *Ioſ. 10. & Re. 20* Ezechię verò tempore sol decem lineis retrocessit in gradu, signo dato à Deo per Isaiam regi prę-

gi prædicto. Lunam verò ſtare fecit contra vallem Babylon, & non eſt mota ſpatio vnius diei. In ſtellis verò accipiendo materialiter, nihil legimus, ſed figuratiuè, ſpiritualiter, & miſterialiter, ſunt data ſigna, vt patet de ſtella debente oriri ex Iacob iuxta vaticinium Balaam. In filijs Iſrael per ſtellas ſignatis, vt patet. Signa ſunt data, & patrata ip ſos regulando, & paſcendo in deſerto quadraginta annis, ad terrã promiſſam inducendo, & multa alia mirabilia tẽpore iudicũ, regũ, & aliorum exercendo. Sed tempore vltimo, ſeu tertio, opifex ſummus innouauit ſigna, & immutauit mirabilia. Sed quomodo? dando prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum ſua benedicta incarnatione. In ſole ſcilicet Chriſto, Dei filio, qui eſt ſol iuſtitiæ. In luna, ideſt, Dei genitrice Maria, quæ eſt luna plena: fuit enim plena gratia. In ſtellis, angelis, & hominibus, tàm electis, quàm aliis, qui nomine ſtellarum poſitarum in firmamento militantis, & triumphantis Eccleſiæ deſignantur, mirabilia oſtendendo. Sed quomodo? Eſt aduertendum, quod ſicut in ſole materiali eſſent ſigna, & mirabilia ſi à conditionibus, & proprietatibus ſuis naturalibus mutare viderentur. Verbi gratia. Si ſol cum ſitu ſit altiſſimus, in imo poneretur: cum ſit luce clarus, offuſcaretur: cum in ſubſtantia ſit leuis, aggrauaretur: cum permanens, & inuariabilis in ſua natura, variaretur: cum ſit curſu velox, retardaretur: cum ſit ſimplex, ingroſſaretur in eſſentia: cum ſit in ſua influentia omnia conſeruans, ipſe conſeruaretur: cum ſit calidus ſitualiter, & effectiuè, infrigidaretur, cum omnia ſit viuificans, infirmaretur: cum ſit omnia nutriẽs, aleretur, cum ſit cuncta vniens ſcilicet, plãctas in ſuis effectibus, diſſolueretur, cum ſit quantitate maximus minoraretur. Ab his ergo conditionibus, & proprietatibus ſi ſola moueretur, & ſuboppoſitis poneretur magnũ eſſet ſignum, & mirum in ſole. Sic reuera ſpiritualiter loquendo, & in propoſito ſole iuſtitiæ Mariæ filio, oriente ex ipſa Virgine, in eo præfata ſigna ſunt oſtenſa. Ab altitudine deſcendit ſuprema ad ima carnis ſe humiliando, & ſic ſol à ſitu altiſſimo eſt ad imã inclinatus. Nube noſtrę carnis eſt offuſcatus, et ſic ſol in luce, eſt obſcuratus. Corporali ſubſtantia eſt aggrauatus, et ſic ſol pondere eſt aggrauatus, in eſſe quodãmodo aggrauatus non in ſe, ſed in carnis noſtræ aſſumptione, & ſic per communicationem idiomatum variatus. Nonne velocitas curſus ſolaris retardata videtur, cum puer Ieſus, & ſi perfectus homo fuerit, in primo inſtanti conceptionis, creſcebat tñ per ætates ad tempora more aliorum? Eius quantitas tam maxima minorata dicitur, quia ſubiectus legi, matri, & patri, factus obediens vſq; ad mortem, factus paruus, & puer, inſuper creatione, & aſſumptione groſſitiei carnis, eius ſimplicitas aſpectibus humanis incraſſata apparuit. Etſi in ſe eius deitas ſemper ſimpliciſſima manſerit. Sed hic ſol omnia conſeruans nonne paruo lacte, ut cãtat Eccleſia à matre paſtus eſt, nutritus, & educatus?

Iof. 10.

Nu. 24. Deut. 1.

Mala. 4.

Luc. 1.

Qui

Qui cuncta fouet, alit, & nutrit, stipem per hostia (teste Bernardo) quę
sunt, ut pauper. Cuius calorem omnes percipiunt, vt nullus sit, qui se
abscondat hiemẽ in ortu factus inops, & mendicus frigore affligitur, &
Isa. nuditate. Hic diuinalis sol omnia viuificans, nostris doloribus in ortu,
& post afflictus est, & passionibus infirmatus. Verè languores nostros
ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Tandem qui omnia vnit, cõ-
2. Re. 10 paginat, & nectit, morte crudeli voluit in cruce dissolui, vt merito pri-
Isa. 13. mi ratione sol decem lineis retrocessisse dicatur. A ratione secundi in
Ezec. 32 suo ortu sol obtenebratus. Ratione tertij sol nube tectus. Ratione quar
Eccles. 1. ti: sol occidit, & oritur. Ratione quinti est, quod inquit, soli præcipit,
Iob 9. & non oritur. Ratione sexti sol est obscuratus. Ratione septimi, sol fa-
Apoc. 7. ctus est niger tanquàm saccus cilicinus. Ratione octaui, confusus est
Apoc. 6. sol. Ratione noni, erit lux lunæ sicut lux solis. Ratione decimi, sol di-
Isa. 24. citur cecidisse, cum adhuc esset. Ratione vndecimi, sol est conuersus
Isa. 30. in tenebras. Ratione vltimi, sol occidit in meridie. Sic ergo in sole ve-
Hier. 15 ræ iustitiæ, ideſt, Dei filio Iesu Christo facta sunt in eius ortu ex Maria,
Ioel 2. & vita tot signa, & mirabilia renouata. Sol insuper attestantibus astro-
Amos 8. logis cursum zodiaci non nisi post trecentos sexaginta sex dies perfi-
cit, videlicet per duodecim signa transeundo. Sed sol noster Dominus
de vtero virginis exiens omnia signa spiritualiter intelligendo pertrã-
siit, & in omnibus simul fuit. Fuit enim in orientis signo, quia, vt im-
molaretur pro nobis est incarnatus: in signo Tauri, quia laboribus, &
passionibus subiugatus. In signo Gemini quia carnis assumptione fra-
ter noster est demõstratus. In signo Cancri, quia humana circumdatus,
& retundatus. In signo Leonis, quia mirabilia multa eius potentiam de
claratiua est operatus. In signo Virginis ad literam, quia de Maria Vir
gine originatus. In signo Libræ, quia pro precio exoluendo Deo patri
pro nostra salute præparatus. In signo Scorpionis, quia scorpionibus
ideſt, malis hominibus ad conuersandum destinatus. In signo Capricor
ni, quia diabolicus cultus eius ortu est ablatus. In signo Aquarii, quia
omni gratia fœcundatus. In signo Piscis, quia sine peccato conceptus.
In signo Sagittarii, quia dæmon, eo, à nobis est elongatus, & fugatus.
Sic ergo sol noster Christus de Virgine nascens duodecim signorum
Exod. 34. statum peregisse probatur. Vnde rectè dicere poterat. Signa faciã, quæ
nunquam visa sunt. Fuit ne vnquam visum, aut auditum, quod habens
sceptrum imperiale subiiceretur. Tenens esse generale regularetur.
Præbens lumen æternale offuscaretur. Regens mundum vniuersalem
gubernaretur. Manens in esse diuinali temperaretur. Docens verbum
supernali eruditetur. Viuens per vitam habens immortalem vitæ bre
uitate curtaretur, porrigens uirtutem singularem infirmaretur.

Inspiciens cordis occulta velaretur. Ponens cunctis modum, & ter-
minum mensuraretur, & angustaretur. Ens existens diuinale, sic vilifi-

caretur:

caretur. Sedens in throno supernali nobiscum conuersaretur. Quis quæso hoc valet discutere, aut certè mira indagare in hoc sole iustitiæ Mariæ filio, mundo oriente à Deo operata? Verum si hæc facta sunt in sole diuinali, nunquid ne facta sunt in ortu eius aliqua mira in sole isto materiali ad instar præcedentium temporum, & signorum in sole declaratorum? Inquam, tres soles ante ipsius ortum in oriente, vt croni ca, testatur, apparuerunt, qui post in vnum redacti fuere. Quid per tres soles, & in vnum conuersi exprimetur? Notitia Trinitatis, quæ mundo erat tradenda per aduentum filij Dei, quæ Trinitas, & si trina est in personis, vnum tñ in essentia manet, de quo sole habetur, quod tripliciter eruerit montes, quia suæ notitiam Trinitatis docuit mõtes apostolos, & alios sanctos, qui sunt montes alti contemplatione, & Deo beneplaciti vitæ sanctificatione. Dabatur enim hoc signo triplicitatis solaris in vnũ redactè intelligi, quod in hac vnica persona Dei tres soles, vnus per essentiam, & duo per gratiam scilicet corpus, & anima operatione vniebantur. Exprimebatur etiam, quod à sole, qui oriebatur, triplex radius, quorum quilibet sol potest censeri, doctrinæ egrediebatur. Primus respectu diuinorum, secundus respectu agendorum, et tertius respectu exemplorum. Dedit enim notitiam deitatis, & Trinitatis. Quid agendum, vt vitam habeamus æternam. Et quod verbo docuit, cuncta ad virtutes spectantia exemplo firmauit. Referabatur, quod verus sol oriri debebat in cordibus fidelium, scilicet, veræ fidei, qua fide, scilicet, mediatoris Dei, & hominum est nobis sol pro præsenti, quæ etsi fuit in præteritis patribus, sitq; in nobis, & erit in futuris hominibus, vnus sol est, quia vnius Dei, & hominis est. Hoc solis trisagio, illa tripliciter designabatur unio, scilicet, Dei, & hominis, matris, & virginis, fidei, & cordis humani, quæ factæ sunt sole iustitiæ oriente. Potest etiam hoc referri ad tres status ecclesiasticæ hierarchiæ per Christum instituendos. Subditorum, clericorum, & prælatorum, quorum quilibet, vt homo sanctus debet in iustitia relucere, vt sol. Vel potest innui per Christum solem triplicem gratiæ radium dirigendum esse ad præteritos patres, scilicet, antiquos, ad præsentes, quos vetusta seruitus premebat peccati: Ad futuros, quos ad fidem vocabat, & regnum inuitabat fœlicitatis æternæ. Vel ad solem Deum. Facta sunt signa, & mira, Christo nascente in luna, id est in Dei genitrice Maria, quæ fuit pulchra, vt luna, imò pluſquam luna. Sed quæ signa sunt in luna patrata? Inquam, isto modo, quod per oppositum ad lunæ conditiones, & proprietates signa sunt facta in Maria. Vbi sciendum, quod tunc est signum in luna. Si ipsa primo lumine statim repleatur, ipsa enim non statim lumine à sole repletur. Si ab omni defectu remoueatur, cuius oppositum apparet omnibus. Si in suo lumine semper teneatur, oppositum enim habet. Si in suo situ stabiliatur, & firmetur,

Eccl. 43.

Eccl. 22.

Cant. 6.

tur, mouetur enim, & motu firmamenti, siue primi mobilis, & motu proprio. Si cum sit frigida virtualiter ipsa inflammaretur. Si in suo cursu velocitaretur. Vt quod peragit in viginti octo diebus, stando in quolibet signo, id minori tempore pertransiret. Si ipsa, cum secundum poetas sit hæra seminum, esset talium subito operatiua. Si luna sol efficeretur. Si a luna sol oriretur, & egrederetur. Si suus splendor de die, vt de nocte, mundo referaretur. Si sol ûs vitæ, & non mortis, aut infirmitatum esset ministratiua. Denique si stellarum esset suo lumine illustratiua. Quia enim præfatæ conditiones contrariæ sunt conditionibus nunc actu existentibus in luna, si in luna apparerent, & essent signa, & mira proculdubio in luna fieri dicerentur. Modo cum spiritualiter loquendo alia præfata in Virgine Maria sint facta, ratione, qua mater Dei, & Verbum Dei genuit. Ipsa enim, quo ad primum in incarnatione gratia fuit repleta, secundum quam plenitudinem in secunda sanctificatione accepit, dicetur postea, gratiam enim habuit, ad quam fuit prædestinata pro via. Et quia Virgo fuit sanctificata plenissimè, vt patet, fructu nono, & patebit fructu vigesimo sexto, ab omni non quod infuit, sed quod infuisse erat possibile, fuit amota. At quoniam Maria fuit in gratia possibili conferri creaturæ in via in incarnatione verbi consumata & confirmata, quare in perfecto esse semper est ex tunc conseruata, & habita, sequitur, quod facta est immobilis. In prima enim sanctificatione Maria cœpit gratiã, vt non peccaret, sed in secunda impotentiam ad peccandum, prout dicunt Alexander, Bonauentura, & Richardus, & sic immobilis per gratiam fuit: Et quia etiam Spiritus sanctus superuenit in eam, quare ipsam amoris flamma (teste Bernardo) totam incendit, & sic in incarnatione beata Maria à suo cursu fuit velocitata, quia postquam verba angeli cogitasset, & quæ proponebantur attendisset, præsubita inquit. Ecce ancilla Domini. Quo verbo completo, Dei filius in instanti in ipsa, aduenit, & de ea carnem assumpsit, & sic beata Virgo fructum nostræ salutis verbo statim concepit, & semen gratiæ nobis diffundens fructificare nos fructu salutis facit, adeò quod Maria luna facta est per gratiam, sol in incarnatione Verbi, vt dicit illud, in sole, id est, beata Maria posuit tabernaculum suum. Vnde sol iustitiæ ex ipsa ad nos egressus est, vt canit Ecclesia, quare luna solem peperit, & produxit, & sic Virgo glorioſa splendorem suum, & lumen, id est, Christum dedit iustis, & dat signatis per diem, & peccatoribus signatis per nocte m. Hinc beata Maria dicitur mater Domini, qui est veritas, via, & vita. Quare vitæ gratiæ est sublimatiua, & ministratiua peccatoribus, & electis. Tandem sua gratia, vita, & virtutibus, cuncta s, vt canimus, illustrat Ecclesias: quare & omnes stellas cœli militantis ecclesiæ, & nunc gloria sua superos radian-

diando cœlestes, stellas radiare cognoscitur. Sic ergo in Christi incarnatione facta sunt signa spiritualiter in luna spirituali, scilicet Beata Maria Dei genitrice; à luna enim signum factum est diei festi, & hoc Christi incarnatione. Facta pariter sunt signa Christi ortu in stellis; primò spiritualiter intelligendo per stellas fideles, vt sacra scriptura commemorat, & sic plura signa ostensa sunt. Cum enim stella à stando secũdum Isidorum dicatur, factum est in eis signũ magnũ, quia motæ sunt, & sic à conditione propria ad oppositum transierunt. Sed quomodo? Inquam, quia homines à statu peccati, Christi ortu ad statum gratiæ trã sierunt: nam gratiam effudit Christi ortus, quam prius non habuit totus mundus; inceperunt enim singuli, vt profiterentur, ascendere in suam ciuitatem. Insupet, quia stellę sunt rotundæ, sed à sua rotunditate sunt remotæ. Homines enim significati per stellas, quos ante diabolus rotundabat, & circulabat, de peccato in peccatum, & vitia, ad longitudinem dierum perfectionis; & gratiæ sunt rẽducti, & facti sunt immobiles, quasi lapis, quia fundati supra firmam petram, qui est Christus. At quia stellæ sunt naturæ solidæ, mirum factum est, quia sunt porosæ effectę; homines lapides duri facti sunt molles, quia ablatum est ab eis cor durum, & saxeum; & datum est per gratiæ infusionẽ cor molle, & carneum. Vlterius, quia stellæ, quæ in superficie sunt planæ, factæ sunt mõtuosę, & asperę, signãt quod homines pœnitentiæ exhibitione, & despectione temporalium delectationum dimittentes superficiẽ, facti sunt asperrimi. At quoniam etiam stellæ lucidæ factæ sunt obscuræ signant homines, qui ante Christi ottum laudem, & famam appetebãt, splendorẽ, & lucem, vana despiciunt, & laudes declinant. Insuper quia stellæ, quę sunt, quoad materiã nobiles factæ sunt viles. Qui ante in statibus mundi nobiles reputabantur, se ignobiles iuxta dictum Apostoli facientes, serui facti sunt Christi. Præterea quia stellæ situ altæ factæ sunt imæ. Nonne reges, imperatores, & principes reiectis omniũ digni tatũ insignijs, & insulis, facti sunt Christi humillimi, veri imitatores, & discipuli, vt patuit istis temporibus in Sancto Ludouico, qui renũcia uit regnis Siciliæ, & Vngariæ, & factus est Frater Minor. Verum etiam est, quod quia stellę, quę sunt cursu velocissimę pariter factę sunt tardissimæ: quia enim sensuales & carnales prosequebantur sine mora in stinctus, & appetitus tardi facti sunt carnis, & sensuum appetitus vincentes, & fragentes. Fatendum est etiam, quod stellæ sunt maximæ quã titate, quia quælibet stella maior est tota terra, & tamen istæ, etsi maximę factę sunt paruę. Nonne Carolus Magnus fuit maximus, & Arachis rex Lõgobardorũ? tñ facti sunt monahi Beati patris Benedicti. Ioannes rex Ierusalem, & imperator Constantinopolitanus. Sianus rex Castellę, & multi alij filij regum, & principes facti sunt humiles filij professione Beati patris Francisci pauperculi? Sic stellæ maximę factę humi-

Eccl. 43.

Luc. 2.

litate

litate,& propria deiectione paruissimę. Stellę etiam, quoad numerum, quę sunt tàm multiplices, creuerunt, & auctę sunt, quia per Christi ortum, & passionem homines saluandi numero adęquabuntur angelorũ. Nonne etiam stellarum concentus, quem non audiebamus, nunc audimus, & percipimus? Stellę enim, & orbes teste Macrobio eorum motu causant concentum, & melodiam, quas sensu non apprehendimus. In Christi ortu angelicos concentus attendimus gloriam cantantes in altissimis Deo. In templo pueros cantantes: Osanna. Et in Pentecoste apostolos loquentes magnalia Dei varijs linguis. Et sic de sanctis prędicatoribus, qui facti sunt cęli enarrantes assiduè gloriam Dei. Postremò, quia stellę fixę in firmamento, super firmamentum in cœlo empyreo sunt locatę, quia homines puero Iesu benedicto assumuntur à terra, & locantur in cœlo empyreo per glorię collationem. Ecce quàm mira signa sunt patrata in stellis in natiuitate pueri Iesu, quia enim sine peccato natus est, à peccato nos recedere docuit suo ortu; & sic egit primum signum in stellis. Naturam nostram assumptam in ortu firmauit, à peccati rotunditate separauit, & sic fecit secundum signum. Quantum nos amauerit assumendo carnem nostram, & cum ea nascendo, dum ostendit, cor carneum indidit, & saxeum, quod dilectione non scinditur, separauit, & sic in stellis egit tertium signum. Quia rigiditatem in suo ostendit ortu; in lecto, loco, pannis, & alijs, asperitatę docuit vitę, & sic quartum signum peregit in stellis. Pompas mundanas, cum esset rex in ortu, & vita declinauit, fugam talium euidenter ostendit: quare quintum in stellis signum expressit. Se despexit, imò exinaniuit formam induens serui, sextum signum in suo ortu declarauit efficaciter in stellis fiedũ. Verum quia curam carnis non egit, sed carnem domantia in suo ortu habuit; sic septimum signum in stellis reserauit. Super omnia existens sub lege, & carnis, pœnis se supponens octauum signum clamauit vt esset in stellis. Nonum signum fiendum in stellis, idest, imitantib. Christum ostendit, dum in suo ortu puerum paruum, & ignobilem, ac abiectum in diuersoric, & fœno recubando se demonstrauit. Et quia se dedit nobis, & pro nobis, vt nos redimeret, decimum signum efficaciter fecit in stellis. Naturam humanam angelicæ, quoad beatitudinis perceptionem adęquando; in cuius signum angelus oriente Christo, iuxta homines, & non supra, stat. Doctrinam euangelicam, & si nõ verbo, sed exemplo in suo ortu prędicare, quę incipit à paupertate mundi, & contemptu sui, & sic de aliis uoluit, vndecimum signum in stellis parauit. Deinde quia mediator est Dei, & hominum, pacem fecit, preconizari per angelum mundo, qua facta stellę desubter super cœlum in gloria postmodum sunt locatę. Sic ergo apparet, quomodo ortu filii Dei stellas claudit in signaculo sub signo multiplici in fidelibus hominibus facto, vt habetur Iob 9. Prętera factum est mirum in

stella

stellâ materiali; nam Christo oriente creata est stella magna & pulcherrima, quæ apparuit sanctis Magis. Et sic in incarnatione, & natiuitate filij Dei data sunt signa in sole, ideſt, in filio, in luna, ideſt, beata genitrice, in stellis, ideſt, hominibus. Sed ne alia signa ostensa sunt declarantia Christi ortum, & partum intemeratæ Mariæ? Inquam. Vbi sciendum quod Saluatoris aduentus, sicut longa præconum sanctorum patrum serie fuit declaratus hominibus, sic ipsius ortus in mundum omnium creaturarum testimonio fuit, & est mirificè designatus. Condignum enim erat, vt quia incarnatio filij Dei ad exultationem omnium erat creaturarum humanitatis assumptionis, sic omnis creatura de hoc gaudendo pro posse vices redderet non lingua, sed in eis facta operatione mirabili. Nonne Christus Deus est, & omnis creatura famulatur eidem ad nutum? quid mirum si omnis creatura eius immutatur ortu, & renouatur? Et in vocem exultationis iuxta prophetæ exhortationem ad ipsum laudandum prorumpat? Sed quia creaturæ in multiplici esse cõsistunt, & angelica, & suprema natura, etsi non gratia, ideò videndo, quomodo creaturæ attestatæ sunt Dei ortum, & Virginis Mariæ partum, ab angelica, vt à digniori est incipiendum. Primò præ aliis natura angelica partui Virginis profert testimonium. Ipse enim angelus, vt creditur, qui eum nunciauit matri, lumine totus circumfulgens diuino, ipsa natiuitatis Christi hora lætabundus apparens pastoribus, salutarem ortum mundo hilariter denunciat. Verum hoc angelo non sufficeret; sed vnà cum ipso multitudo cõgregata cœlestis exercitus ineffabilis Deo in altissimis persoluunt gratias. Deo, etsi vt homini in terra nato, in altissimis nihilominus residenti gloriàm dant, & referunt. Etsi quęratur, quid angelos mouerit præ solito, vt Deo gratiarum vicissitudines rependerent promptiores. Respondetur, collatio beneficiorum multiplicium, per puerum Iesum à Maria progenitum in causa extitit, vt ipsi cœlestes spiritus laudes tàm debitas suo redderent creatori. Sed quæ fuerunt hæc beneficia? In primis, quia assumptione humanæ naturæ, eorum natura est nobilitata. Anima enim, quæ soror est angelorum, & qua similis angelo reperitur, indissolubiliter deitati est vnita. Quia ipsorum ruina est reparata. Etsi non tunc in Christi ortu; in breui tamen sciebant, certè per Christum natum tunc fore reformandam. Hostium suorum sæuitia est mitigata. Hostem enim eorum diabolum cum satellitibus suis cernebãt per Christum destruendum, pugnaturus, & debellaturus ipsum malitiæ caput, nõ in sua maiestate, sed nostra humilitate cõgreditur. Eorũ custodia, circa homines est roborata, quia ipse fortis armatus Christus, diabolum superans sua morte, nõ ad tartara animas deducit sanctorum; sed ad cœlestia regna angeli sancti perducunt. Quam armaturam Christus ostendit hostibus, dum nostra carne velatus, de vtero matris egressus est. Eorum oratio pro homine

est acceptata. Supplicabant Deo illi spiritus supérni, amore diuino succensi, vt ipse conditor parceret homini ad beatitudinẽ obtinendã, vnà secũ formato, q̃ supplicationẽ videbãt Christi ortu à deitate benigniter exauditam. Quia ipsorum Dñi miseratio est mirabiliter declarata, videlicet, circa genus humanum, quam attendentes sic inclinatam, vt incarnaretur, & nasceretur, ad laudãdum ipsum mirabiliter incitabat. Quia ipsorum gaudium accidentale Christi ortu accreuit, dùm animam beatificam iam cernerent Christi, & alios cernerent beatificandos in breui, quorum omnium beatitudo ad augmentum eorum gaudii accidentalis est. Gloria animæ Christi tradita, & collata, qua eorum curia splẽdore nimio est clarificè perlustrata. Ipsorũ puritas & integritas in Maria pariente super cuncta demonstrata, & filio oriente, quia simile delectatur simili, ad cõmẽdandum Mariæ partum eos prouocabat. Quia opera Dei cernentes in hoc sacro ortu perpetrata, quæ quidem ipsorũ summum opificem Deum, & Dñm conditorem cum laudibus extollãt, ad simile peragendũ eos inducebat. Eorũ ignorantia de Christi incarnatione certificata. Multi ignorauerũt incarnationis mysteriũ, sed quia in ortu Christi agnouerunt, ad incitamẽtum lætitiæ fuit in eisdem. Denique attendentes dignitatem, & munificẽtiam summi Dñi eorũ, qui se totum dedit homini, cũ omni laude hoc opus sit dignũ, & Dñi laus ad honorẽ refunditur subiectorũ, sancti angeli de hoc summè sunt lætati. Et quia consormes voluntati diuinæ per oĩa, id volunt, & laudarũt. Qua in re, præfatis, & aliis diligenter attentis, noua Mariæ partu, & Christi ortu lætitia in eis est aggenerata, nec potuit mentes angelicas ad modicũ ingratitudo tenere, quin de collatis, tã eis, quã homini beneficiis, à Deo, pro modulo gratiarũ actiones ipsorũ persoluerent conditori, sed statim coniunctim cãtãt. Gloria in altissimis Deo. Gloria patri mittẽti, Filio missõ, & Spiritui sancto præparãti psoluunt. In altissimis inquiũt, quia altissimus super oẽs est. Et quia altissimũ fecit opus oĩa creata trãscendens, & cordibus cũctis inattingibile, & incogitabile, quare gloria correspõdẽs tali operi Deo in altissimis semper esse dẽt. Cãtabãt ergo canticum nouum ob partum nouũ, & insolitum quoad Virginem, quia virgo peperit; quoad filium quia Deum genuit. Vnde puritas sancta, & immaculata Mariæ virginitas cum laudibus humanis nequeat efferri, ex hoc ab angelis puritate nitentibus, quorũ regina erat, & dña, gloria Deo, & eidem rependitur, & datur. Non mirum mentibus esse dẽt fideliũ de tã insolito angelorũ gaudio, lætitia. Insolitum opus circa Mariã, & filium peractã, & nũquã prius factum, aut in futuro fiẽdum à Deo, insolitã laudẽ petebant, & nouum tripudium angelis ingerebant. Vñ talis laus nullibi in veteri testamento Deo exhibita ostẽdit, vt in huius sacræ Virginis partu est factũ. Audierat. n. Isaias, vt patet: Seraphim clamãtia, sãctus, sanctus, sanctus Dñs Deus exercituũ, plena est

Isai. 6.

omnis.

omnis terra gloria eius. Ezechiel. Animalia dicũt: Benedicta gloria Dñi de loco suo. Sed quod ab angelis tã solẽniter sit decantatum: Gloria in altissimis Deo cum cõsequentibus antea non inuenitur. Rõ quia nihil peregerat altissimus sic redundans ad suã gloriã, vt incarnatio filii Dei in B. Maria facta. Si. n. gloria Dñi plenum est opus eius, vt ait Sapiens Ecclesiasticus: Et ad gloriã Dñi fuit descendẽdo in nube. Super mõtem Synai. Et tẽpli. Ac mira per Deũ, & eius virtute patrata. Ad summã gloriã Dei est operata in Maria, & filio. Quare cęli ciues præ solito laudes referũt ipsi Deo. Sed quãta fuit hæc multitudo cęlestis exercitus sic iubilantiũ? Certè põt dici, q̃ sicut nõ est numerus militũ eius vt dicit Iob. Sic nec talis multitudinis. Fuit ergo hæc laus generaliis ex multitudine creaturarũ, & angelorũ, sed specialis ex cõcẽtu angelorũ beatorũ. Fuit omni admiratione digna, vt puero paruo Mariæ filio ex ea nascẽti multitudo cœlestis concinneret exercitus, & testimoniũ redderet ipsũ natum in terris Deũ esse altissimũ qui regnabat in cęlis erat naturæ condignũ, vt creatori factura famularet, ac humilitatis redẽptoris in præsepio pauperrimè decubãti, sibi gloria in altissimis daretur, vt qui se subditos gradu suo, & vita consideratos humiliauerat in terris; super oẽs gloria in altissimis extolleretur in cęlis. Nec tãta humilitas debebat despici, sed super oĩa exaltari. Et quia vere Deus esset, illi habebãt exprimere, qui assiduè in cęlis suo aspectu lætãtur. Laudat puer Iesus, paruulus, pauper, & modicus propter nos factus, vt si in nostra videremus natura humiliatũ, cãtu angelico itelligamus super oĩa habere dominatũ. Laudatur, & mater Maria filio, & in filio, ac laude digna gloria in altissimis ab angelis acclamatur. O qualis est huius B. Virginis partus, qualis, & filius? cui assistunt angeli, nec dedignãtur pariẽti adesse, sed prõpti adsunt stupẽda diuinæ potẽtię, & sapiẽtiæ admirãtes. O quãta excellẽtia extolli est dignus ab hoibus, qui sic magnificatur ab angelis. Quãta deuotione attẽdẽdus, cogitãdus, & reuerẽdus, quẽ sancti spiritus extollunt, gloriã in altissimis Deo referẽtes. Partus ergo Mariæ est mirabilis, in signis, in iubilis, in titulis, quia nunq̃ puritatis, & virginitatis alĩ decoratus, vt ipse. In mysteriis, per ea. n. q̃ gessit facienda edocuit. In diuitiis, s. spiritualibus, quia vitę perfectio eo est reserata, & quo ad principiũ humilitas, quoad mediũ paupertas, quoad finem vitæ pęnitentia, & austeritas, q̃ tria perfectionẽ faciunt status regularis, & deuoti. In stipẽdijs spiritualibus, nã munera respersiuè data sunt fidelibus, & influxiuè, quia natus est Christus gratiæ, & veritatis plenus. In delicijs, quas dedit matri, & angelis, quos suo lætificauit ortu. In auxilijs ad nos iuuãdũ cõtra diabolũ ab vtero vestitus carne humana, pcessit. In comercijs, vt cantat ecclesia, qa cęlestes merces attulit ipse partus humanis. In colloquiis, vt superiora declarãt multipliter nobis Deus in suo filio est locutus. In solatijs, quia Deus, vt de ipso, & cũ ipso, solatiari possemus par

Exec. 3. Eccl. 42. Exo. 17. Exo. 24. 3. Reg. 8.

uulus,& dulcissimus natus est,& sic hac vna ex causis filium nobis peperit. In remediis,partus.n.Mariæ considerandis oībus, quia purissimus contra immunditiā,quia pauperrimus cōtra auaritiā, quia humillimus contra superbiā,& sic de aliis contra omnia vitia valet abluēda,abstergenda,& abolenda.Qua in re Marię partus est singularissimus,& omni laude dignissimus. Quid ergo sancti angeli faciunt,hymnizāt,& filium Dei laudant Mariæ.Sed quomodo?dicunt:Gloria in excelsis Deo, quasi dicāt:O puer benedicte,ad tuam gloriam,quia natus es in terris, ad tuā gloriā ēt est in excelsis,quia hac tēporali natiuitate ad gr̄æ perducis ortum,quo hoīes renascuntur in excelsis, & in altissimis collocātur.Gloria in altissimis Deo.Ratio,quia gloriā suā ostendit aīæ Christi beatæ, quā accipiendo beatificauit. Ac super omnem terrā gloriā suā ostendit,i.B.Mariam,quæ terra fuit à Deo benedicta, quæ fructum benedictum peperit.Sed quid ad gloriam summi Dei ortu,est actum? Dicite,ò angeli. Inquiunt. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quasi dicāt:Magna fecit Deus oriendo, sed ad gloriā nascentis est discordiarū amputasse litigium,& pacem mortalibus indidisse. Sed quid discordiarū erat?Inquā. Hominibus primis peccātibus facta est discordia inter Deum,& hoīem;angelum & hominem, hominē & hoīem,& in ipsomet hoīe.Sed saluatore nostrā sumendo naturam,& demū Deo patri pro nobis se offerēdo, pacē ipse mediator Dei,& hoīem ponēdo, inter Deū,& hoīem,pax thearchica est celebrata.Et quia per eum cōplacuit Deo recōciliare omnia per sanguinem pacificans crucis eius q̄ *Coloss. 1.* in cęlis,& quæ in terris sunt.Hinc ꝙ pacem fecit inter hominem, & angelū,& sic est facta pax hierarchica. Hominem recōciliauit homini ad vnā fidem,& in vna Ecclesia collocanda facta est pax ęconomica. Verum quia pacē attulit,& gratiā suo ortu diffudit fidelibus, & sic sensualitas quodāmodo sub dñio est posita rōnis in homine facta est pax monastica.Sed quia regnum huius mundi factum est Dei,& domini Iesu Christi,in cuius nomine omne genus curuatur,pax politica est ordinata,& diuulgata.Et quia opus hoc peractum Christo filio Mariæ oriēte, inceptiuè pax acclamatur,& gloria Deo in altissimis.Sed quibus angeli hanc pacem præ opere optabant, ipsam per Christum agnoscentes patratā,hanc in Dei referentes laudem,& gloriā,ipsam superis nūciāt, & mortalibus,vt tā cęlites,quàm homines Christi ortu, & pace facta, Deo gloriā acclament,& gaudiū suscipiant copiosum.Dñt ergo,ꝙ pax est facta in terra,tāto optata tpe, sed nunq̄ data,nisi Christi natiuitate. Sed quibus dicunt datam?Inquiunt hominibus bonæ voluntatis, quasi dicāt.Etsi pax facta est vniuersalis pro omnibus hominibus,Christi virtute pensata,& ipsius efficacia, effectualiter tñ non omnibus datur,sed hominibus bonæ voluntatis. Non datur pax ista superbis,quia inter superbos semper sunt iurgia,& talibus Deus resistit.Non iracundis,quia

pacem

pacé odiunt. Non auaris, non luxurioſis, & alijs vitijs irretitis. Ró, quia vt dicit Scriptura: Pax eſt charitatis fructus, nec impio pax eſſe poteſt. Inſuper pax Dei exuperat omnẽ ſenſum, igitur ſenſualibus non impre catur, datur, aut nunciatur, nec vt gaudeant pace, ab angelo prẽmonen tur, ſed homines bonæ voluntatis huius pacis fructum denotant angeli percipere, & habere, quia pax hominibus bonæ voluntatis, bona eſt voluntas, quando gratia eſt ordinata, Deo per obedientia ſubiugata, & eidem per velle in omnibus ſubiecta. Dicũt ergo ſancti angeli: Gloria in altiſſimis Deo, ſcilicet eſt. Ratio, quia pax eſt, ſcilicet data hominib. bonæ voluntatis. Quo innuunt beati angeli nos ſummè Chriſti ortu gaudere debere. Ratio, quia pax eſt data, q̃ quidé pacem primi ſpreuere parentes. Deo non parendo. Acclamauerunt prophetæ, deſiderarũt patres, & per tot annorum circula miſer mundus amiſerat. Qua Deus creaturæ, & Dominus ſeruo eſt reconciliatus, in reconciliationis ſignũ arcus poſitus eſt in nube, ideſt, Dei verbum in humana carne factus eſt homo Deus, & Deus homo. Quod ſignum Deus facis factæ, & fœderis ſemper aſpiciẽdo recordatur. Innuunt etiam ipſi beati angeli, quod ſi pace Chriſti perfrui optamus bonæ exiſtimamus voluntatis, ideſt per oppoſitum ad peccata, vt ſimus humiles, benigni, charitatiui, auſteri, caſti, modeſti, mites, & ad Dei obſequia ſolliciti; quia, etſi voluntas pro opere, dum non adſit facultas apud Dominum reputetur, non tamen vbi queat opus adeſſe. Hanc ergo bonam voluntatem habeamus ad Deum, vt ei totaliter ſubiiciamur. Ad proximum, vt ſi quando deſit effectus, affectum ſaltem impẽdamus eidem. Cum (teſte Gregorio) Deus affectum computet pro cenſu. Sic ergo apparet qualiter partus Virginis eſt denunciatus lætificè per naturam ſupremam creatam. Sed quibus? Dicetur fructu 33. Quia paſtoribus immediatè. Et quia ipſi beati angeli plenè ſunt beati, ac veritati per omnia addicti, veriſſimum eſt teſtimonium ipſorum dicentium filium B. Mariæ, quem ipſa peperit Deum eſſe, & mundi Saluatorem. De modo, quo ipſis paſtoribus partum Virginis nunciarunt, etſi dictum ſit fructu præcedenti, dicetur tamen fructu 33. Chriſti ortum, & beatæ Mariæ partum ſecundo atteſtati ſunt homines, ſiue natura humana, ipſi videlicet paſtores, de quibus fructu trigeſimotertio tractabitur. Sibilla etiam atteſtata eſt Chriſti ortum, & beatæ Mariæ partum, quæ in die Natiuitatis Octauiano imperatori in circulo aureo circa ſolem apparentem virginem pulcherrimã, ideſt, Virginem Mariam filium geſtantem in gremio oſtendit. Hanc vt puto, natiuitatem Chriſti in limbo degentes, patriarchæ, prophetæ, & alii patres exultatione permaxima proteſtati ſunt, qui diem incarnationis ipſius, & ortus agnoſcentes iuxta dicta fructu decimo, magno gaudio exultarunt. Piè enim poteſt credi, ab ipſis eſſe agnitum Chriſti ortum reſeratione angelica, & cognitione prophetica prius in hoc mun

do habita. Quare quod diu optauerant, rogauerant, & acclamauerant completum videntes, lætitia indicibili sunt repleti. Sed hic est dubium. Doctores autumant diabolum non verè, sed suspiciosè Christum esse Deum agnouisse. Cum ergo sancti patres, & electi omnes sub potestate ipsius retinerentur in limbo, quomodo ergo ipsi sancti patres, poterant gaudere de Christi ortu, & quod diabolus ignorauerit? Potest dici quod sicut piè credendum est, quod ipsi sancti in sinu Abrahæ, & limbo degentes visitatione angelorum multa scire poterant, & consolationes diuinas recipiebant assiduè ipsis dæmonibus ignorantibus, sic potest credi, quod in tali gaudio ab eis habito, & celebrato maligni spiritus, vt indigui scire, & videre proculdio abfuerunt, virtute diuina cohibente, pro tunc ipsorum ad patres accessum. Quare gaudere poterant, & lætari, nec ipsorum gaudij causa à Dæmonibus est agnita, & percepta. Gaudebant igitur, & lætabãtur omnes, sed in speciali primò Adam, quia videbat paradisum præparatum, in qua habebat cœlebari, scilicet deitate Christi, & humanitate, in prima quoad animã, in secunda quoad corpus obiectiuè. Lætabatur Heua, quia in Virgine Maria specialiter in suo partu maledictionem videbat ablatam, quia non in dolore sed in lætitia Dominum peperit Maria. Exultabat Noe, quia arcam videbat fabricatam, ideſt Christum natum ex Maria, & arcum in nube, ideſt verbum in humana carne. Plaudebat Abraham, quia de suo semine, secundum corpulentam substantiam videbat Christum natum. Iucundabatur Isaac, benedictionem imprecatam filio in Christo consumatam, quia, vt ager plenus natus, & à cunctis adoratus, & attestatus. Iacob consolabatur, quia scalæ, ideſt humanitati Deus innixus perfectè assistebat; Ioseph perfundebatur lætitia, quia sole, & luna, & stellis demonstrabatur Deus. Moyses recreabatur in rubo ignis, ideſt, deitas in carne perpetuò includebatur. Aarõ admirabatur, virga enim ideſt, Maria, sine dimissione virginitatis fructum emittebat. Iosue sublevabatur solem Deum immobiliter in medio nostrum stantem contra Gabaon, ideſt, mœstitiam omnem submouentem. Gedeon stupebat panẽ viræ sub cinere nostræ mortalitatis inclusum intellgendo, quo castra Madian, ideſt, dæmonum destruebãtur. Dauid Deo regratiabatur, quia in suo throno filius Dei de se natus in æternum sublimabatur. Salomõ mouebatur, quia nocte media sermo Dñi à Virgine egrediebatur. Isaias, qa puer paruulus Deus Emmanuel nobis largiebatur. Ieremias, quia olla succensa, ideſt, deitàs in humanitate videbatur. Ezechiel, quia à porta clausa, ideſt, Maria Deus exibat. Daniel, quia sine manibus, ideſt, peccato lapis Christus à monte, ideſt, Virgine, est abscissus. Zacharias, quia fons patens dabatur; lætitia ineffabili replebantur. Sic ergo sãcti patres, & prophetæ, qui sub diuersis typis, & verbis Christum viderunt incarnandum, & venturum, eum denũciauerunt mundanis, quia

omnia

omnia Maria pariente cõpleta erant, indubiè gaudebant. Sic ergo sancti in limbo Christum natum protestati sunt, gaudio exhibito, & pace peracta inter Deum, & genus humanum. Qua celebritate in proximũ ad regnum sperabant deuenire æternum. Tertiò cœlestia, videlicet ipsa stella, quæ creata statim fuit; Mariam, & filium designans, vt dicetur fructu 30. Sol ipse, vt dictum est, qui triplex apparuit, & in vnum remansit. Similiter in sole apparuit circulus ad speciem cœlestis arcus, ipsum orbem solis ambiens, vt dicit Orosius, & Eutropius, Christum ostẽdens ortum, qui solem solus, & mundum fecisset, & regeret. Aer etiam, qui natiuitatis summa claritate fuit decoratus, & in diem conuersus, Christum natum de Maria cum præfatis est attestatus. Hæc testimoniũ dederunt Christo orienti. Quartò elementa; aer, vt dictum est, noctuna priuatus obscuritate, & in claritatem conuersus est diuturnam. Aqua, nam fons aquæ oleum fudit Romæ ipsa natiuitatis hora, & vsque in Tyberim, cum sit distantia non modica emanauit, vt docet Orosius, & Innocentius III. Terra quia vineæ Engaddi ipsa nocte natiuitatis floruerunt, fructum protulerunt, & odorem dederunt. Similiter omnes statuæ idolorum, & specialiter in Ægypto iuxta Ieremiæ vaticiniũ, & Isaiæ corrueunt, & si etiam corruerint, quando virgo cum filio ad ipsum Ægyptum peruenit. Terrea etiam, hęc idem fecit, videlicet, templum pacis Romæ iuxta responsionem idolorũ, quod non nisi partu Virginis corruere debebat; ipsa hora natiuitatis cecidit cum statua Romuli, quæ in ipso templo à Romanis adorabatur, cuius casus, vt dicetur fructu sequenti, mirabile testimonium fuit Mariæ Christum parienti, circumstantiis omnibus ponderatis. Nec ista patrata sunt in elementis, & elementatis sine causa, sed peracta in eis, fienda, vel tunc facta per Christum dabantur intelligi. Aer ab obscuritate ad claritatem procedens, lucem Christum designabat esse, cuius claritate à tenebris peccatorum, & ignorantiæ ad lumen pertingere debebat veritatis, & gratiæ. Vineæ balsamum producentes Mariam designabant, quæ fuit vinea electa Domini Sabaoth, quæ protulit balsamum Christum, quo liquore affluentis vnctionis spiritus iungimur, & à mentis corruptione seruamur. Dissipatio idolorum ipsorum cultum remouendum per Mariæ filium designabat. Quare quid fiendum esset, aut factum, mysterialiter dictis figuris ostensis declarabatur. Dant testimonium Christo nascenti, quinto, ipsa animata, scilicet, animalia sensitiua, vt bos, & asinus; quæ ipsum, iuxta vaticinium Isaiæ agnouerunt, & adorauerunt, vtpote Deum ipsorum, & omnium creatorem. Sic ergo apparet, quod partum Virginis, eiusque filium omnia condita, sunt attestata. Angeli dicunt: Gloria: Vbi ipsius diuinitatem profitentur, nam Saluator ab eis vocatur, & sibi: Gloria in altissimis acclamatur. Suam efficaciam, & virtutẽ, quia Deus, & homo pacẽ fecit, vt dicũt, & saluat. Suã dilectionẽ *Isai. 1.*

& charitatem, quia pax bonæ vuluntatis hominibus ipso fertur. Cœli, qui stellam statim emiserunt; sol, qui triplex apparens in vnum est versus; aer, qui totus lucidus est factus; nox quæ à sui obscuritate abscessit: aqua, quæ in oleum Romæ est versa; arbusta, vt vineæ Engaddi, quę floruerunt, & balsamum fecerunt; animalia mitia, scilicet, bos, & asinus, quæ ipsum adorauerunt; homines, qui ipsum attestati sunt, vt pastores, & Magi; dæmones, qui ab idolis abscesserũt dum corruerent; Patres qui vidẽtes diem Christi in limbo degentes iucundati sunt, & lætati. Sic ergo omnis creatura signis clamans in ortu Christi ipsum esse Deum verum, quem genuit Maria, tàm lingua sermonum, qnàm operum declararunt, & de ipsorum exaltatione, hominis assumptione, cum cuncta sint exaltata, & nobilitata, omnia ei, vt omnium factori, & bonorum largitori inesaustas gratias, & gloriam reddiderunt. Ex dictis ergo apparet quid præsens fructus dicat, scilicet, *Maria diuulgatur*.

Fructus XXV.

FRVCTVS TERTIVS.

Maria virgo genuit.

EXPOSITIO BREVIS.

VNIGENITI Dei patris mater gloriosa, Virgo Maria sic Dei verbo corpoream substantiam tradidit, in suo sulcepit vtero, portauit, & ædidit, vt sicut prius ánto partum, & in conceptu virginitate fulsit purissima, sic in partu, & post integra, & intacta perpetuò permansit, & stabit.

EXPOSITIO MAIOR.

MAIESTATIS diuinæ sine macula speculum virginitatis, ac puritatis decus, & actor Dominus Iesus Christus, sic sua distribuit dona creatis, vt bona, quæ inuenit à se planta ta non abdicet, sed si imperfecta fuerint, perficiat, augeat, roboret, & confirmet. Et cum omnia inesse hominibus peroptent virtutum insignia, decus puritatis est speciale, quod ipsum nostram fecit mẽtem inhabitare, gratiam largiri, & dona sua eidem infundere abundãter. Quapropter custos virginum, & castitatis amator Christus, sua matris integritatem non minuere, sed sacrare, ac ipsam augere decebat in suo ab ipsa ad mundum progressu. Vt sicut eam purissimã in matrem elegit sic eam in suæ carnis assumptione incorruptum Spiritus sancti

super-

superuentione seruauit,& habuit,ac ipsam omni puritate nitentem,& integerrimam, quoad virginitatis clausstrum exeundo ab ipsa dimisit. Quod sic esse præsens fructus astruere conatur dicens, quod ipsa Dei genitrix Virgo genuit. Quod sic esse multiplici via, & modo potest euidenter deduci,& primò per rationes, quarum prima est, & sumitur ex parte diuinæ potentiæ,quæ valuit hoc facere,scilicet egredi ab ipsa,ea intacta,& virgine manēte Deus enim omnipotens est,ergo potest Virginem fœcundare,ac ipsam facere parere, vt in vtroque nulla sit virginitatis fractio,corruptio,& amissio, Nonne Deus mundum creauit ex nihilo in sui exordio? & cum deinceps sua potentia nō fuerit inualida, potuit ex Mariæ sanguinib. in ventre eiusdē sine sui corruptione Christum formare factumque ab inde educere,virginitate incorrupta. Deo enim non repugnat in ventre Virginis sine viro hominem formare, qui cœlum,terramque,& omnia se solo creauit. Fecit enim Deus homi *Gen. 1.* nem de limo terræ sine muliere, cur non de muliere sine viro? Cum ni- *Luc. 1.* hil sit impossibile apud Deum. Corpus glorioſum simul cum non glorioso esse Deus egit quando Saluator ipse de sepulchro est egressus,& ianuis clausis ad suos intrauit discipulos. Cur & glorioſum pro tempore non potuit à ventre Mariæ ipsa intacta stante educere? Vsus enim secundum nonnullos doctores est Christus hoc in egressu subtilitatis beatificæ dote. Tres pueros illæsos ab igne dum in fornacis medio es- *Dan. 3.* sent seruauit,Iudith pariter intactam ab Holoferne custodiuit: cur nō *Iudit. 1.* Mariam filium generando,vt virgo integerrima remaneret? Sacra scriptura verbis prodit, & gestis Deum facere mirabilia absque numero; vt patet in eius serie,cur non,& istud mirum? videlicet,quod virgo concipiat,virgo pariat,& virgo permaneat? Facere miracula soli Deo cōgruit,vt dicunt doctores, & ipse Hermogenes asserit, quare Dei omni potentia considerata,quia ad ipsum spectat mira edere, Maria intacta, & infracta suum filium valuit generare: imò verius loquendo Dei filius ab ipsa egredi,& oriri. Secunda ratio sumitur ex parte diuinæ sapientiæ. Sciuit enim hoc & nouit facere,& potuit,ergo nec ex parte diuinæ sapientiæ,& potentiæ defuit,quin Virgo Maria Christum conceperit,& pepererit ipsa permanente intacta. Tertia ratio sumitur ex parte diuinæ iustitiæ. Qualis iustitia fuisset in egressu corrumpere matrē, quam intactam habuerat in suo conceptu? Insuper nulla fuisset equitas in Maria infringere,quod ipsa mente deuouerat,scilicet,virginitatem seruaturam Deo. Sed etiam venatur hoc ratione honoris. Nanque quis dubitat ad filii honorem pertinere potius nasci de virgine integra, quàm de polluta,seu corrupta. Quarta ratio sumit' ex parte diuinę clementiæ,& gratiæ. Cū enim fuerit Maria gratia plena. Quod Maria habebat ex natura, Deus ab ea non remouit,imò confirmauit gratia, quia *Luc. 1.* gratia non destruit bona naturæ,sed perficit. Cum ergo esset Virgo integra,

tegrã, quomodo eandem virginitatem amouisset ab ea Deus in ipsam aduenies, vel progrediens ex ea? Qualis gratia extitisset accipere à Virgine, quod tã deuotè Deo obtulerat, scilicet, munus virginitatis? Quinta ratio sumitur ex parte naturæ assumptæ in Christo, & vnitæ. Redemptor noster cũ ab instanti conceptionis omni gratia, & beatitudine fuerit perfectus quoad animam, & ex beatitudine animæ, corpus habeat beatificari, ac in virtute Christi erat animæ beatitudinem ad corpus emittere; si Christus vel nouo miraculo, vel vtendo agilitatis dote, dum esset in ventre matris sine grauamine gestabatur; cur in suo egressu ab vtero non valuit vti subtilitatis dote, qua sicut de sepulchro clauso exijt, & non patefactis ianuis ad discipulos post resurrectionem introijt, sic incorrupta manente Maria ab ea per ortum sit egressus. Vel miraculosè hoc potuit fieri, dicit sanctus doctor q̃ nouo miraculo hoc
Damm. 1. esse actum asserit. Sexta ratio sumitur ex parte proprietatis ipsius Christi; cum enim ipse sit Dei verbum, sicut verbum sine corruptione ab intellectu percipitur, nec corruptionem patitur, nec verbũ, cum paritur, mentem corrumpit; sic, vt dicit Concilium Ephesinum, neq; Deus verbum, substantialem partum eligens, Mariæ peremit virginitatem. Septima ratio sumitur ex parte finis ipsius incarnationis, & effectus: ipse. n. Saluator nostram venit tollere corruptionem, quare, vt dicit Augustin. in quodam sermone Natiuitatis, fas non erat, vt per eius aduentũ violaretur matris integritas, qui venerat sanare corruptionem. Sic ergo rationibus apparet, & prima via, quomodo Virgo fuerit ipsa Dei genitrix Maria filium pariendo. Sed hic est vnum dubium videlicet, an potuerit
Luc. 1. Deus de Virgine carnem sumere ipsa virginitate seruata, & an sic decuit. Respondetur quod sic, quia cum nihil impossibile sit apud Deũ, & ei subijt posse cũ voluerit, patet q̃ Deus potuit facere, quod Virgo conciperet intacta manente. Et hæc quoad primã partẽ solutionis du-
Gen. 2. bij. Quo verò ad secundã partẽ videlicet, an decuit. Hoc ostenditur multipliciter, si considerentur ex quibus nõ decebat Deum nasci. Et primò quia non decuit de puro homine, & solo, vt fuit prima mulier. Ratio quia in incarnatione sexus muliebris fuisset totaliter seclusus si de solo viro esset assumptus; haberet insuper homo duplicẽ honorem, sed mulieri nullũ; quia à Deo assumptus, & à solo homine homo progenitus. Operatio etiam naturæ nihil in incaanatione haberet in eo; & sic à nostra proprietate, qui nõ ex homine nascimur solo, esset dissimilis. Filius etiam hominis non esset, cum Heua Adæ filia non dicatur, quare de homine solo non decuit Deum carnem assumere. Secundo non decuit de homine, & muliere naturam humanam accipere, quia si de vtroq; carnem assumeret, & à proprietatis suę similitudine longius recederet, ad nostrã minus appropinquaret; proprietas. n. verbi est, habere solo patrẽ in deitatẽ, ergo si haberet patrẽ, & matrẽ in humanitate, à sua proprie

tate

tate esset dissimilis. Repetiret ét dissimilis hoibus, qui duos patres hñe nõ pñt, q vtiq; ipse haberet. Priuilegiũ à matre virginitatis pripere nõ decebat, quare nec de hoïe & muliere oriri. Patrẽ sufficiebat hñe in cẽlis, nõ ergo in terra ad dedecus accedit filii duos hñe patres, natura nña cum sit corrupta nõ sine miraculo in propagatione à peccati libidine fuisset pseruatus, & à peccato saltẽ de iure nõ fuisset immunis, & si de facto pseruaret. In Christi generatione, quartus modus possibilis educẽ di hoïem inesse cõsumari decebat, quare non de hoïe solo, vt Heua, nõ de hoïe, nec de muliere, vt Adã, non de homine, & muliere, vt nos, quare de muliere sola. Venit deniq; Saluator noster generatione spirituali nos regenerare, quia non ex voluptate carnis, seu viri, cum magis significet generationem spiritualem nasci de sola muliere sine viro, quàm de muliere, & viro, propositum sequitur. Corpus Christi, cum teste magistro, in instanti sit formatum, & semen non transfundatur in instanti, sed in tempore, quare de homine, & muliere hic gigni non posset. Insuper non decuit Christum nasci de muliere corrupta, & actu peccatrice, licet potuerit, vt dicunt doctores, non tamen decebat, quibusdã cõgruẽtijs pẽsatis. Primò considerando mutuum effectum, s. matris ad filium. Secundum. n. Augustinum, necesse fuit, vt mater Domini prius eum conciperet mente, quàm carne, quod non fuisset si corrupta esset, & peccatrix. Deinde filii ad matrem, quia, teste Damasceno, est generatus ex purissimis sanguinibus. Sed quomodo fuissent purissimi. Si non sanctificati, & quomodo sanctificati, vbi mater esset immunda? Secundò cõsiderando mutuum aspectum, & ordinem, quem habet mater ad filium. Mater enim habet ad filium maximam affinitatem, quemadmodum, & filius ad matrem: sed quæ participatio Christi ad Belial? Et cum Christus sit sapientia, & ipsa in maleuolam animam nõ habitat, nec in corpore subdito peccatis. Tertiò considerãdo mutuum affectum. Mulier, quæ esset mater summè diligeret istum filium, vtique optaret eius honorem, & càueret ab omni offensa, quare, & peccatum, quomodo ergo esset peccatrix, & ipsam diligeret? Filius etiam matrẽ non odit. Sed diligere tenetur, omnis ergo eius macula & dedecus displiceret eidem, quarè ageret, & facere deberet, vt talibus careret si posset, aliter eam non honoraret, vel in tantum eam diligeret, vt alij filij, qui amant matrem, quare peccatrix non esset. Quartò considerando mutuum profectum, quia opus incarnationis redderetur suspectum, si mater esset mulier mala, nec reprehenderentur instè Iudæi si filium vnius peccatricis persequerentur. E conuerso etiam ad contumeliam esset filij. Quintò considerando mutuum finem intentum, quia nec mater talis, esset principium saluationis, sicut Heua damnationis, ipsaque peccatrix posset damnari. Et è conuerso eius filius non esset vitæ, gratiæ principium, & salutis, quia posset in illo peccato damnari, & sic fructum

Sap. 1.

ctum incarnationis proprij filij non haberet, sicut alij. Sic patet, quod non decuit, & si potuerit ex tali incarnari. Tandem quod decuit, vt de sola muliere, & virgine nasceretur, multis ostendi potest rationibus, quarum prima est. Vt sicut primus parens Adam de terra virgine, & immaculata fuit factus, sic de intemerata feminina, & virgine secundus Adam fieret. Vt sicut Heua facta est de solo viro, sic vir fieret de sola muliere, vt sicut Heua Virgo corpore existens fuit causa nostræ damnationis, sic mulier virgo esset causa nostræ salutis. Mulier virgo fuit causa tanti mali, ergo mulier virgo causa esse decebat tanti boni, vt malum bono non esset potentius, vt ille, qui in cælis est sine matre, in terris matrem haberet sine patre. Vt in eo in quo alijs maior corruptio ostenditur puta in conceptu maior Mariæ puritas ostenderetur, & incorruptio sine virili semine concipiendo filium. Vt sua puritas maior, & virginitas præ omnibus virginibus ostenderetur, quia ipsa sola mater fuit, & virgo, & sic in æternum permaneret. Sic ergo apparet, quomodo Deus potuit de Virgine concipi, & nasci, ipsius virginitate seruata, & quod sic esset decentissimum, & sic patet prima via ad ostendendum B. Mariæ virginitatem in conceptu, & post. Secunda via sumitur à propheticis locutionibus, & quia quidam fuere prophetæ gentiles, vt sibilla, & quidam alij: quidam generis Abrahæ, vt Isaias, & alij sancti prophetæ, ideò sunt ponenda testimonia attestantia virginitatem B. Mariæ, tùm gentilium, tùm prophetarum fidelium, cum ipse Saluator venerit redemptor vniuersalis omniũ tàm gentilium, quàm Iudæorum. Primum namq; testimonium gentilium est sibilla Erithrea asserens verba hæc. In diebus illis exurget mulier de stirpe Iudæorum, nomine Maria, & habebit sponsum nomine Ioseph, & procreabitur ex ea sine commixtione viri de Spiritu sancto filius Dei nomine Iesus, & ipsa erit Virgo ante partum, & Virgo post partum, & quæ sequuntur. Pariter testimonium Sibillæ Tiburtinę tempore Octauiani Augusti, quæ imperatori præfato consulenti: an pro Deo se deberet permittere à Romanis adorari, triduano ieiunio præmisso cœlo aperto Virginem cum filio ostendit, & vocem audiuit dicentem. Hæc est ara Dei. Pariter, & testimonia multa deduci possent gentilium, quæ breuitatis causa omittantur, & præcipuè illius spurcissimi Mahumeti, vt recitat Nicolaus de Lyra super Genesi: Et sic patet testimonio capitis sectæ Saracenorum, & Gentilium, quod Virgo Maria filium genuit, & Virgo permansit. Restat modo in medium afferre dicta sanctorum prophetarum, inter quos primus in ordine statuẽdus est Isaias, qui teste Hieronymo in prologo super eundẽ, nõ tàm prophe ta dicendus est, quàm Euangelista: ita.n. vniuersa Christi mysteria, & Ecclesiæ ad liquidum est prosecutus, vt nõn eum putes de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere, inquit.n. dans signum impiissimo

Cap. 8.

simo regi Achaz. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Quod quidem signũ datum fuit in attestationem cõceptus, & partus virginei. Et si dicatur: signum potest, esse, quoad hoc, quia peperit sine dolore: non valet ratio, quia non fuisset signũ, cum nulla mulier sine dolore peperit; per quadraginta annos, quibus Israel manna manducarent, quando fuerunt in deserto, sed signũ fuit, quia peperit incorrupta. Hic etiam adduci possent aduersus impios Iudæos innumera argumenta, q̃ cum sint à multis grauissimis viris passim deducta, omittimus, tantũmodo super signũ ostensum regi Achaz aliqua deducã in mediũ. Et primo aduertẽdum est, q̃ tempore Abrahæ filij Israel consueuerunt petere signum, vt ét innuit Apostolus. Iudæi signa petunt; nã, & ipsi Iudæi frequenter à Christo signum petierunt. Et quia sic optabant Deus eis multa signa dedit. Primò in sole, qui stetit in medio cœli, pariter, & in reuersione eiusdẽ in horologio. In aere. Sicut de apparitione arcus. De tenebris Ægypti, & grãdine sub Moyse, & de pluuia, & vocibus, tpe Samuelis. In terra. Sicut de apparitione ignis in rubo. De virgæ floritione, & de manna. In aqua. Sicut de cõuersione aquæ fluminis in sanguinem. De operitione mõtium sub aqua tẽpore Noe. De diuisione maris rubri, pariter Iordanis tempore Iosue, & Eliæ, & de submersione Ionæ cum eiectione. In inferno. De suscitatione Samuelis, licet esset diabolus in specie Samuelis. Ista signa, & alia petierunt, & habuerunt à tempore Abrahæ, nec de aliquo, quod Deus eis promitteret se certos putabant, nisi aliquod signum eis super hoc prę-stiaret. Qua in re propheta Isaias, cum dixisset, non stabit, & nõ erit hoc, subdit ex parte Dei ad Achaz dicens. Pete tibi signum. A quo? Nõ ab idolis, quæ colis, sed à Domino Deo tuo, quem dereliquisti, contempsisti, & prouocasti. Pete tibi signum, non habes vnde de Deo conqueraris, liberaliter, libenter, & sponte, se offert tibi, pete ergo signum tibi. Sed à quo? A Domino Deo tuo, qui est omnipotens, qui nouit omnia, & potest, ne timeas, paueas, aut formides: securè, pete nec differas. Multi non inuitati, nec prævẽti voce extrinseca multa à Deo petiere. Abraham filium, Isaac pro sua vxore, Iacob, vt Dñs eum custodiret: Moyses, vt Domini faciem videret, & à Deo sunt exauditi. Pete ergo tibi signũ. Sed vbi? Inquit Dominus. Non in minimis, sed in maximis; in profundum inferni, siue in excelsum supra. Pete ergo signum in quocunque volueris, in excelsum supra, ideſt, in ipsum cœlum, & supra cęlum, vt videndo signũ in excelso, cognoscas Deum cœli, regẽ, & per consequens omnia, quia Dominus ipse cœlos fecit, siue in profundum inferni, vt sic petendo cũ in inferno sint dęmones, & eius angeli, qui habitant in idolis cognoscas si dabit signum in infernũ, quod ipse est rex, & dominus inferorum. Pete signum in profundum inferni. Infernus pro fossa, siue sepulchro, hic accipitur fm Rabbi Salomonem, ideſt per suscitationẽ

1.Cor.2.
Matt.12
Luc. 11.
Ioann.2.
Ios. 10.
4.Re. 20.
Gen. 9.
Exod. 8.
1.Re.12.
Exod. 3.
Nu.17.
Exo. 15.
Exo. 14.
Gen. 5.
Ios.3.
4 Reg.2.
Ioann.1.
1.Re.28.

alicu-

alicuius mortui, siue in excelsū supra per stationē solis, sicut tpe Iosue. Sed hæc expositio parum valet, quia in textu non dr, pete tibi signum in profundo, sed in profundum, nec in excelso, sed in excelsum, ideo aliter est exponēdū, hoc est, pete tibi signū in profundum, i. vt aliquis vadat ad infernum, & in infernum, & in profundū. Et ad quid? vt, s. diabolum liget, qui te decepit, & reges istos, qui volunt Iudā auellere, qui adorāt idola, ipsumq; captiuet, patres eripiat de eius manibus, & sic terrā, q̄ tu detestaris à regibus, ideſt, dæmonibus qui sunt duo reges in terra q̄ tu detestaris, superbia, s. & idolatria. Vel pete signum in excelsum supra. Sed quod signum volebat eū Deus petere in excelsum? Nisi ortū Emmanuelis, s. incarnationē filii Dei, vt nobis cum Deus manens per vnionē, quo, & idolatria destruatur, veritas videatur, Deus honoretur, mundus à tenebris idolatriæ, & diaboli, & à peccatis expurgetur. Ecce ad quid petendū inducebatur impius Achaz. Signum ergo non est datū ratione liberationis à timore dictorum regum tēporalium, sed vt ex signo Deū cognosceret, idola desereret, & Deū super omnia exaltaret. Sed homo iste idolatra pessimus, & impenitēs factus, tribulationib. grauatus plurimis ad Deū redire nolens, quid rndit? Ad liberalitatē, & bonitatē summi regis, sic curialialiter vt peteret inducentis. Quid dixit? quid ait? & locutus est? Certē, vt homo sceleratissimus. Non petā. Ecce primū. Non tentabo Dñm. Ecce secundū. Non petā. Ecce superbia. Nō tentabo Dñm. Ecce nequitia. Non petā, ideſt, nihil intendo habere cū eo; non tentabo, ideſt, non experiar Dei auxilium, aut consiliū. Non petā, quia Deum à me remoui, & idolis adhæsi, non tentabo Dñm, vt velim, q̄ Deus me adiuuet, ex quo apparet ipsius Achaz magna iniquitas respuēdo diuinā tā gratificā inuitationē, despiciendo diuinā clementiā & largitionē, quia citius voluit sub tāto timore esse, q̄ per Deū liberari. Quid igitur dicit iste neq̄ Achaz? Nō petā? Ecce irreuerētia cordis pranitas, insolētia, inquitas, inobediētia, faustus, & Dei cōtēptus. Pete ergo miser, vt te docuit Abraham, qui vocatus à Dño, rndit: Adsum. Vt Dauid. Audiā, quid loquar in me Dñs Deus. Vt Salomon, Isaias, Moyses, Gedeon, quib. dedit Deus signa. Et ecce sequitur, q̄ Dñs per prophetā dixit: Audite ergo domus Dauid. Loquitur de domo Dauid, quia rex indignus erat, q.d. Vos quiuere estis de domo Dauid ipsum neq̄ Achaz nō sequimini, sed Dauid, nō solū cārne, sed imitatione, religionis, deuotionis, obseruationis diuini cultus. Audite, quia ad vos mittor, vt cōplēda denūciē Dauid patri vestro à Deo iā ante promissa. Audite, qm̄ Dñs locutus est. Nūquid vobis parū vr, quia molesti estis Deo? Quo patet, q̄ cōceptio, & parturitio Virginis fuit virtute diuina, & nō humana, quia Dñs ipse dat signum, & per consequens non virtute sit Isaiæ, sed Dei. Sed quid est istud signum? Ecce Virgo concipiet, & pariet filiū. Circa q̄ partem attendēdum est, quod homo peccādo tria incōmoda incurreret.

Videli-

videlicet priuationem incorruptionis, & immortalitatis, dominationis, & potestatis, gratiæ, & gloriæ perennitatis. Sed quia per Christum verũ Messiam, & Emmanuel fieri debebat mentis incorruptio, ideo ex Virgine nascitur, & concipitur. Ecce, inquit, virgo cõcipiet, & pariet filium. Potestatis primæ non solum restitutio, sed augmentatio, & hoc exprimit Isaias cũ dicit, vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Perennitatis gloriæ ostenditur, quia inquit. Sciet reprobare malum, & eligere bonum. Et istud signum est supra naturam, quia sine virili semine concipitur. Contra naturam, quia ad hoc natura non pertingit, vt virgo cõcipiat, & pariat. Supra naturam, quia, stabit in vtero Virginis, & orietur homo, vt alij, & si Deus. Insuper matris integritate seruata, quia Virgo pariet filium. Et erit Virgo in partu, ante partum, & post partum. Non ergo de Isaiæ potest intelligi vxore, quæ accessit, idest, cognitione carnali, & concepisset corrupta, & periisset contaminata. Sed Virgo concipiet, non virili semine, sed mysteo spiramine, & pariet filium, sed claustro virginitatis clauso permanente. Et ista dictio. Ecce Virgo. Ponitur in tribus passibus scripturæ. Scilicet de Rebecca, quæ erat virgo pulcherrima. De Maria sorore Moysi, & hic in Isaia. Et siue Alma accipiatur pro adolescentula, idem est, quod Virgo, nõ cognita propriè, nõ visu, sed tactu. Et si accipiatur lingua punica, idem est, quod Virgo, vel lingua Latina, quod sonat idẽ quod sancta. Patet intentum, quia conceptio, & parturitio Christi fuit de Virgine, non peccatrice actu, sed sancta, quia Dominus ipse, vt dicitur in textu, dabit signum, idest, Spiritum S. mittet super semẽ tuũ. Sed nunc ad propositum, de qua virgine intellexit Isaias? Non potest dici quod de vxore, quia accessu sui ad ipsam fuit corrupta, nec de matre Ezechiæ, quia nec concepit Virgo, nec peperit. De alia ergo intelligendum est, sed quæ alia, nisi B. Virgo Maria? Ipsam esse virginem istam, cuilibet Christiano patere debet ex verbo Matthæi. Hoc, inquit, totum factum, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam. Ecce Virgo in vtero habebit. Et quod de ipsa intelligi debeat, scilicet, quod tempore B. Mariæ nasci Messias, & Emmanuel debebat per prophetã Iacob dicitur. Non auferetur sceptrum de Iuda. Sed B. Mariæ tempore Iudæi carebant sceptro, & ad Herodem alienigenam accesserat, sic ergo non de alia, nisi de ipsa Virgine intelligitur. Pariter etiam, quia ipsa fuit de domo Dauid. Cui domui de sua grauidatione à Deo datur signum. Insuper dicta sib llarum, ac prophetarum hac in parte manifestant de B. Virgine, & quia ipse Christus genitus est Deus, & homo & per consequens, ipse signatum, ipse dans, ipse concipiens, ipse conceptus, & cum Maria eum conceperit, & pepererit ipsa est virgo pariens nostrũ Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus, quapropter expositionem ad ipsam B. Mariam conuertẽdo. Dicat ergo ipse Isaias. Ecce. Sed quid? inquit.

Gen. 24. *Exod. 3.* *Cap. 7.* *Cap. 1.* *Gen. 49.* *Luc. 1.*

quit. Ipse Dominus dabit vobis signum, ideſt, Mariam de nobis natam, ſed miraculosè, & per conſequens in ſignum. Sed qualis eſt iſta Maria? inquit. Dirgo erit corpore, mente, & deuotione, & profeſſione. Erit Virgo per anthonomaſiam, quia virgo concipiens, virgo pariens, & virginitatem non perdens. Erit Virgo, & mater, erit in conceptu virgo, & per conſequens contra naturam fiet, ſed & in partu, & ſic ſupra naturã erit. Maria eſt alma, ideſt, ſancta ſupra omnes ſanctos, & ſanctas plenitudine gratiarum, donorum, meritorum, virtutum, & gloria. Eſt adoleſcẽtula, quia parua placuit altiſſimo, & de ſuis caſtis viſceribus genuit Deum, & hominem. Eſt abſcondita, & diligenter cuſtodita. Si Salomonis lectulam ſexaginta fortes ex Iſrael cuſtodierũt, quod angelis lectulus veri Salomonis, ideſt, Dei B. Virgo Maria fuit cuſtodita. Eſt abſcondita, quia incognita viro, & ſic abſcondita ab oculis omnium viuentiũ. Fuit diligenter cuſtodita à Spiritu S. qui eam ſanctificauit, à Patre, quã filio præparauit. Ab ipſo Dei filio, qui eam in matrem habuit, & acceptauit. Dicit ergo Iſaias. Dabit Dominus ipſe, non homo, quia facta in ipſa B. Maria non ſunt per hominem, ſeu ab homine, ſed à Deo. Dabit ſignum, in quo recipiant puſillanimes ſpem, & fiduciam, infideles fidem, perterriti ſecuritatem. Dabit Dominus ipſe ſignũ, ſcilicet pacis, & miſericordiæ, indulgẽtiæ, gratiæ, & gloriæ. Sed quod eſt iſtud ſignũ? Inquit, ecce Virgo, ipſa eſt ſignum datum nobis miſeris ad imitandũ pro ſanctitate, ad intuendum pro exemplaritate, ad tenendum pro ſecuritate, ad conſpiciendum in aduerſitate, ad perſtringendum culdulcoroſitate, ad diligendum omni cordis intimitate, ad iugiter recolendum cum ſuauitate, nec vnquam dimittendum, quia ducit ad cœli amẽnitatem. Hoc eſt ſignum datum idolatræ Achaz, quia ipſa eſt, quæ cunctas hæreſes deſtruxit in vniuerſo mundo, & in eius ſacro partu (teſte Hieronymo) omnia idola corruerũt, ac eius cum filio ad Ægyptum acceſſu. Ecce ſignum datum contra Achaz idolatram moleſtum Deo, & hominibus. Iſtud ſignum eſt ad magnam gloriam Domini, ratione ſuę eximię ſanctitatis; plenitudinis gratiæ, conceptionis, & parturitionis filii Dei, & ſuæ gloriæ. Eſt. n. ad gloriam, & ſublimationem ſummi Dei, vt de muliere vita progrederetur, vnde ante mors fuerat orta. Nonne ad gloriam ſummi Dei Maria? Cum quicquid factum ſit in ea, à Deo totum eſt factum. Ecce ſignum erit de domo veſtra ò domus Dauid, virgo per excellentiam, Virgo ſuper omnes virgines, quia mater erit, & Virgo. Et cauſa? quia concipiet Virgo, & pariet filium. Sed qua virtute? Certè Domini, qui dat ſignum. Generabit hæc Virgo filium, vt alię, aut more aliarum mulierum? Non, quia Virgo, nec talem filium, quia filius huius virginis ex nomine datur intelligi, quia Emmanuel vocatur. Vbi aduertendum, quod ſanctus propheta Iſaias magnitudinẽ ſigni exprimit ex dante, quia Dominus ipſe, & non homo. Ex pariente,

quia

quia Virgo; ex prole oriente, quia vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatū nobiscum Deus. Ex quo apparet, quod filius huius benedictæ virginis Deus, & homo esse debebat, quia concipiet Virgo, & pariet: ecce humanitas, & vocabitur Emmanuel, ideſt, nobiscum Deus; ecce deitas, sed quomodo vocatur Mariæ filius Emmanuel? quia dixit Isaias vocabitur, nomē eius Emmanuel. Et Matthæus, quod interpretatum est nobiscum Deus. Vbi sciendum, quod cum Deus sit, in omnibus rebus, præsentia, quia cœlum implet, & terram, similiter, & potētia; cum omnia operetur, viuificet, & conseruet. Nobiscum esse Deum hoc modo intelligi non potest, videlicet per præsentiam, aut potentiā, quia nullibi abest, nec abesse potest rerum esse permanente. Ergo hoc in signum non datur in nostro Emmanuel. In iustis est Deus per gratiā, nec isto modo hoc intelligitur, quod sit nobiscum Deus, quia est commune omnibus iustis, & sanctis, licet diuersimodè prout suam gratiam variè sanctis elargitur; quare nec isto modo, vt Deus sit nobiscum nihil noui, aut signi Isaias depromeret; ideò debet intelligi ipsum esse nobiscum per carnis nostræ assumptionem, & ipsius Dei ad nostram regulariter, formaliter, & substantiatiuè vnionem. Vt homo totus Deo vniretur, in vnitatem non essentiæ, sed personæ; & sic existendo nobiscū Deus, sequitur quod Deus sit homo, & homo Deus. Et sic idem exprimit Isaias, quod angelus vocabitur filius, & Ioannes: Verbum caro factum est. Ecce nomen pueri à Virgine concepti, quod quidem nomen est absconditū à sæculis, quia Emmanuel nobiscum Deus ab eis in carne non est visus; licet, sit præuisus spiritu, & fide creditus. Quo datur intelligi quāta est magnitudo filij benedicti Virginis; cum enim nihil sit maius Deo, quod Deus sit filius virginis, & homo filius Dei, nihil maius potest cogitari. Et sic quod homo sit Deus Emmanuel, & Emmanuel sit homo. Ideò ipse Isaias in signum dati declarans iàm factū, inquit: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius. Ecce quod alibi occultè dixerat, sub nomine Emmanuel expressè ponit. Quę siquidem nomina, quæ ponit ibi nulli puræ possunt competere creaturæ. Benedictū sit ergo hoc nomen Emmanuel, quo Deus ostenditur nobiscum ad adiuuandū nos, liberandum, protegendū, instruendū, & oīa bona impendendum esse. Patere pōt ex dictis, quantū est hoc signum datū domui Dauid diuina bonitate, signū quippe magnum est, quia magnæ rei est, vt filius Dei fiat hominis filius. Hoc natura nescit, ignorat vsus, rō non cōmprehendit, vt virgo cōcipiat, & pariat Deū, & hoīem. Magnū deniq; est prę oībus signis. Hoc siquidem signum oīa alia signa includit, s. fœderis in arcu, puritatis in vellere, solis retrocedentis decē lineis; & sic de alijs signis, q̄ oīa in hoc signo dato per Isaiā cōplentur. Est ergo hoc signū magnū, vt homo Deo in vnitatē personæ coniungat. Est signū maximum, quia

Luc. 1. *Ioan. 1.*

Isai. 7. *Isai. 9.*

Gen. 9. *Iudic. 6.* *4. Reg. 20*

maius fieri non pōt, vt Dñs maiestatis fiat particeps nostrę infirmitatis, ideò est signum ad honorē, gloriam, & magnificentiā summi Dei, ad sublimationē Dauid, & suæ domus, & perpetui cultus diuini, quia ipse Emmanuel cognoscitur Deus, & homo, & per consequens impletum est illud, q̄ promiserat Deus. Signū est liberationis in præsenti à peccato, & à diabolo, signatos per reges Israel, & Syriæ. Signum tandē est reconciliationis nostrę Deo patri, ereptionis à diabolo, quia nullus descēdit ad limbum, vt prius, introductionis ad gloriā, & sic est signum in cęlo sursum, & in terra deorsum, ad quod subsecutū est aperitio cœli sursum, & terræ. i. limbi deorsum. Non ergo Isaias prædicebat domui Dauid liberationem de manu Rasim, & Phacee, regum, sed liberationē, q̄ spectaret ad cœlum sursum, & ad terrā deorsum. Sed quid comedere debebat iste filius Virginis? Subdit propheta, dicens: Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malū, & eligere bonū. Comedere. n. butyrū, & mel ad spiritualem intellectū potius q̄ ad literalē nos propheta aduocat, quia pueri comedunt oēs butyrum, & mel, sed spirituale intelligētiā capere possumus, cū dicit: butyrū, & mel comedet, deitas, & humanitas ostendit. Et per cōsequens, q̄ sit Deus, & homo; quia. n. comedet humanū cibū, s. mel, & butyrum, ecce humanitas, sed cū dicit, vt sciat reprobare malū, & eligere bonū; deitas exprimit. Pōt, ēt noīe butyri humanitas intelligi. Ipsum. n. butyrum ex humore nutrimentali pecudis generatur, q̄a ex terra procedit, & ideò terrā designat humanitatē. Mel aūt ex rore generatur, qui de cęlo descendit, & signat deitatē, signū sursum in melle, i. deitate, sed signū in terra deorsum in butyro, i. in humanitate. Maria ergo generādo filiū, butyrū comedit, quia homo: mel, quia Deus, sciuit reprobare malū, & eligere bonum, quia plenus gratię & veritatis fuit. Et attende q̄ differenter nos, & ipse Emmanuel p̄dicta comedamus, ad comestionē butyri. i. vitandum peccatum nos cū maximo peruenimus labore, quo tādē degustato ad mellis dulcedinē, i. perfectę beatitudinis gustū non peruenitur. Christus verò noster Emmanuel in suo instāti conceptionis, vtrunq; comedit, quia & munditiā carnis, & beatitudinē statim accepit, quib. acceptis ex apprehensione boni sciuit non per notitiā nouā, sed per experientiā reprobare malū. Ex reprobatione mali didicit q̄ bonū esset ipsa beatitudo. Comedendo butyrū didicit, reprobare malū detestādo peccatum, & pecatores, quorum carnē, etsi in similitudinē peccati accepit, nō tn̄ ipsū peccatū habuit, sed mel comedendo, didicit, q̄ bonū sit eligere ipsum bonū, atq; beatitudinem, ad q̄ bonos elegit, & conduxit. Venit ergo noster Emmanuel, vt comedendo butyrum. i. perfectā iustitiā habendo, reprobaret malū, i. peccatores vltimatè condēnaret. Mel, i. suā gloriā ad ipsam bonos, & iustos eligeret, & portaret. Ex his ergo patet explanatio prophetię Isaię pro Virgine Maria. Et vt ampliori modo de Virgine, & eius partu loquamur,

Virt. 31.

acci-

accipiamus dictum prophetæ. Nouũ, inquit, faciet Dñs, s. nõ aliàs assue tum, nec natura, sed Dñs faciet. Sed vbi? Inquit, super terrã. Et quid? Fęmina circundabit virũ. Si Maria de viri concepisset semine nouum nõ esset, quia hoc est hoium consuetudo. Si porta virginitatis esset fracta, vir illa ex parte à fœmina non esset circundatus; vt ait Bernardus: Sed videamus, quid Dauid, & Salomon dicãt. Inquit. n. In sole posuit tabernaculũ suum. Sicut sol incorruptus diffundit à se radiũ, sic Maria intacta emisit filium, & illud: Hortus conclusus, fons signatus. In fonte, edictio, sed in signatione virginitas declaratur. Adsunt pariter testes, videlicet Ezechiel, Moyses, Balaã, Oseas, & multi alij, quos recensere longũ esset. His ergo dictis prophetarum fideliũ adduci põt virginitas B. Mariæ, ante partum, in partu, & post. Et sic patet secunda via, quæ erat de prophetarum locutionibus. Tertia via, qua puritas B. Mariæ astruitur est figurarum scripturæ declarationibus. Nempe de rubo, qui ardebat, & incombustus permansit, sic conseruatam agnouimus laudabilem virginitatem Mariæ. De tabulis scriptis digito Dei viui. De pane cœlesti populo in deserto collato: de virga Aaron statim florente. De quib. tribus loquens Augustinus in sermone de Annunciatione, inquit: Qui scripsit lapideas tabulas sine stylo ferreo, ipse grauidauit Mariam Spiritu sancto. Et qui produxit panem in eremo sine aratione, ipse Virginẽ impleuit sine corruptione. Et qui fecit virgam sine folio germinare, ipse fecit Mariam sine semine parere, & generare. Insuper figura est de vellere compluto rore cęlesti ad petitionem Gedeonis. De lapide à mõte præciso sine manibus. De Adã primo, de incorrupta terra producto; de fonte à terra ascẽdente, & 4. terræ partes irrigãte, de ligno vitæ posito in medio paradisi; de arcu posito in nube sine nubis corruptione; de nube à tabernaculo eleuata sine ipsius destructione; de Abisag inuiolata manente, & Dauid seruiente. Ex his figuris, & similibus cõprobat, hac tertia via virginitas, & partus Mariæ immaculatus. Præstat nunc quarta via, qua integritas Marię depromitur quorundã attestationib. Et primò virginitatẽ Mariæ angelus Gabriel ostendit dicens: Spiritus S. superueniet in te. Similiter ex dicto viri sui Ioseph, qui ab angelo instructus fuit, qꝺ Virgo Spiritus S. virtute Deũ concepit, & genuit. His ergo vijs, & modis declaratũ est, qꝺ virgo ante partũ, & in partu, & post partum inuiolata permãsit: Meritò ergo clamat ecclesia sancta, & immaculata virginitas, quib. te laudib. efferã nescio, quia quẽ cęli capere non poterãt, tu tuo gremio cõtulisti. Quare concludi põt, qꝺ ipsa Dei mater ante partum, in partu, & post, nitet, & nituit maiori puritate, qua sub Deo nequeat intelligi, vt docet venerabilis Anselmus. Et sic ipsam siquidem, vt arcam fœderis Moyses auro vestiuit purissimo; Salomon, vt Dei oraculum deauravit. Est ergo Maria sua puritate paradisus, ad quã nebulæ peccatorum, & vapores non ascendũt. Arca super peccatorum aquas

Exod. 3. Exo. 20. Nu. 17.

Iudic. 6. Dan. Gen. 1. Gen. 2. Gen. 9. Num. 3. Reg. 1

Luc. 1.

Gen. 2. Gen. 8.

Exod. *Prouerb.* *Sap. 7.* *Eccle. 50* *2. Re. 23* *Isa.* *Iudic. 5.* *Eccles.* *Apo. ult.*

aquas eleuata. Mensa purissima, qua positus est panis diuinæ propitiationis; vas purissimum; candor lucis æternæ, & speculum sine macula; stella matutina in medio nebulæ; lux auroræ sine nubibus rutilans; nubes leuis; sol in suo splendens ortu, cuius fructus sunt purissimi; ciuitas Dei, in qua nihil coinquinatum reperitur, ac fluuius splédidus sicut cristallus. Et quia Deo mundi corde & corpore placent, quia in corpore subdito peccatis habitare horrescit, hinc est, quod nos in peccato progeniti, etsi baptismo abluti, quia nostram vestem spurcitijs peccatorũ fœdauimus, & assiduè deturpamus, ad hanc innocentiam, & immaculatam lucem, s. Mariam, accedimus, vt quia lux est, & sol nostras delictorum tenebras remoueat, quia fons est, suæ gratiæ aqua nos abluat, quia ignis est, rubiginem à nostro vase consumat, quia mater Dei, suis precibus mẽtis puritatẽ, carnis subiectionẽ, vitæ munditiã impetret, & deinde regni ingressum, in quo nihil immaculatum consistit. Amen.

Fructus XXVI.

FRVCTVS QVARTVS.

Maria liberatur.

EXPOSITIO BREVIS.

MARIA Virgo deuota, etsi sexu extiterit mulier, ab ipsarum conditionibus liberam fuisse præsens fructus declarat, primarum docet eam super cunctas tenere, tàm verbi gignitione diuini, quàm gratiarum muneribus, ac operibus singularibus, & beneficijs hominibus clementer impensis.

EXPOSITIO MAIOR.

BEATISSIMA Dei genitrix Maria, cum, angelo attestante, benedicta sit in mulieribus, ideſt super omnes mulieres, vt exponit Augustinus in ferm. de Natiuitate Virginis, congruum videtur, & dignum vt quomodo id fuerit, clarè demonstretur hoibus. Vt sicut Iesus Christus eius filius cunctos hoies, sic ipsa oẽs merito, dicatur excedere mulieres. Ad quod faciẽdũ hic fructus præsens nititur, ostẽdens, qđ ipsa Dei genitrix, etsi sexu mulier fuerit, ipsas tñ multiplici dono superat, & p̃cellit. Vt igitur hoc clarius elucescat aduertendum, quod ipsa B. Maria alias omnes mulieres primo excedit, quia ipsa sola ab omni peccato præseruata, & quia p̃ cunctis, extitit sanctificata. Vbi sciendũ, q̃ si aliqua mulier in veteri testamento fuerit sanctificata in vtero, nullibi scriptura, seu dicta doctorũ hr̃ authẽticè,

ticè, aut ex aliquo verbo scripturæ potest deduci, nec in dicto doctoris alicuius reperitur, & per sacros doctores clarificè demonstratur. Verū, quia in B. Maria doctores duplicem astruunt sanctificationem fuisse. Primam in instanti conceptionis, quando infundebatur anima corpori secundum tenentes eam à peccato originali præseruatam, vel immediatè post conceptionem, vt dicunt ipsam asserentes in originali cōceptam. Et quia de ista prima sufficienter est dictum supra fructu 7. & 9. Ad præsens nihil dicam, sed solummodo de secunda, quam, ſ. ponūt doctores. Secunda sanctificatio B. Mariæ fuit, quando de ea verbū Dei carnem assumpsit, vnde B. Maria ante erat sanctificata, quàm filius Dei in ea incarnaretur, sed secundam sanctificationem obtinuit in ipsa Dei incarnatione. Tunc enim Spiritus sanctus venit super eam obumbrans *Luc. 1.* sua virtute, & consequenter eam nouo modo, & singulari sanctificans, & dedicans. Et sciendum, quod post, vel primo fuit sanctificata multiplici sanctificatione, tamen in secunda perfectius fuit, habens munera maiora quàm prius. Si enim ante fuerat sanctificata per dedicationem, vtpote ab originali in præseruatione, seu à parētibus dimissione ipsius factæ in templo, vel secundum Augustinum, quādo virginitatem suam Deo mente vouit, perfectiori modo in secunda habuit sanctificationē. Sanctificauit Spiritus sanctus apostolos adueniendo super eos, ac eorū corda, vt essent Dei templa dedicauit. Quid ergo dicendum est de Maria, quam copiosiori modo, & specialiori fœcundauit, sanctificauit, & dedicauit? Si insuper sanctificauit fuit prius per præseruationem à peccato originali, multò fortius in secunda, quia in ea reddita est inhabilis gratiæ plenitudine ad peccandum. Insuper si ante sanctificata fuit, siue de minus sancta, magis, vel de sancta vno modo facta sancta pluribus modis, seu in sanctitate cōtinuata, aut qa ab omni corporali corruptione semota, cum hęc omnia sint copiosiori modo in ea peracta, quia & gratiam, vt dicetur, accepit plenius in sanctificatione secunda, fuerit que in gratia confirmata, & sic cōtinuata in sanctitate, virginitate perpetua decorata, ac multimodæ gratiæ donis: igitur sanctificatione secūda excellentiori modo, & pleniori sanctificata fuisse probatur. Sic ergo proculdubio est tenēdū, quod sanctificata fuit prefatis sanctificationib. plenius in secunda sanctificatione, quàm in prima. Sed nunc videndū, quid habuit in secunda sanctificatione, & quomodo in ea sit sanctificata, & à quo. Pro cuius euidentia est sciendum, quod B. Maria in secunda sanctificatione habuit multiplicem sanctificationem. Primā à pœnis peccatorum, scilicet, difficultate ad bonū, & inclinatione ad malū. Vnde Alexander dicit sic, quod in prima sanctificatione fomes prout naturam decidēdam respicit, non extinguebatur in ea, sed in secunda, & addit fomes prout respicit personam per gratiam sanctificationis extinguebatur in Virgine. Sic, videlicet, vt cum duo sint effectus fomitis

in persona, scilicet difficultas ad bonum, & pronitas ad malum in ipsa in prima sanctificatione fuerunt sic purgata quantum ad suam personam, quod nihil remansit in persona sua à peccato, & à fomite purgandum, prout dicunt difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum, sed solū in natura. Et cum ipse dixerit, quod in ipsa in sanctificatione secunda sit natura sanctificata, igitur à prædictis pœnis est liberata.

2.11. Quod verò fomes sit pœna patet per Magistrum, & ipsum Alexandrū, qui dicunt, quod est medium inter id, quod est purè culpa, & id quod est purè pœna; vnde dicit sic in fine dictæ quæstionis ad secundum argumentū: Respondendo, dico, inquit, quod in Virgine non remansit culpa post secundam sanctificationem, nec dispositio ad culpam, scilicet, fomes, qui fuit totaliter extinctus. Secundum quod obtinuit in secūda sanctificatione est fomitis extinctio, prout vitiat naturam, sed non personam, deinde obtinuit suæ carnis diffusionem, quia in prima sanctificatione caro Virginis fuit sanctificata quantum ad suam animam, & in se, sed non in quantum caro est principium communicandi se alteri. Et sic fuit sanctificata, & poterat esse principium per naturam ad carnem aliam per decisionem à carne sua. Pariter etiam fuit sanctificata à reatu, ideſt, peccato, non accipiendo peccatum, pro pœna peccati generaliter, & reatu, quia quibusdam pœnis ante secundam sanctificationē, & post fuit subiecta, sicut fami, siti, & morti. Sed accipiendo reatum, & peccatum pro carentia debitæ iustitię, siue pro macula, sic, quia nec caro Virginis, nec anima fuit obnoxia peccato à statu primæ sanctificanis, sic non est à reatu sanctificata in secunda sanctificatione, quia iam sanctificata erat, sed quia reatus accipitur pro fomite peccati, & quod fomes prout vitiat personam à prima sanctificatione Virgo fuit à reatu immunis. Sed secundum quod comparatur ad naturam non fuit obnoxia peccato post secundam, & sic libera à peccati reatu. Sed aduerte, quod prædicta dicit præfatus Alexander, quia non determinauit se ad tenendum Virginem fuisse conceptam sine peccato originali, quare ponendo eam conceptam sic consequenter habuit loqui de præfatis. Determinauit tamen postea Virginem sine peccato originali conceptam in tractatu quem fecit, qui incipit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fuit pariter gloriosa Virgo sanctificata à potestate peccandi, quia sicut in angelis confirmatis post suam confirmationem non remansit potentia ad peccandum, ita in gloriosa Virgine post sanctificationem illam, quam habuit in conceptione filii non remānsit potentia ad peccāndum. Sed vlterius distinguendo de potentia liberi arbitrij, dicit, quod potest considerari vno modo, prout se habet ad peccandū, & non peccandum & ista fuit in Adam in statu innocentiæ indifferenter se habens. Secundo modo cum dispositione ad peccandum, & ista est in regeneratis per baptismum, quia ab ipsis nō aufertur fomes,

qui

qui est dispositio ad peccandum inclinans. Tertiò cum dispositione ad non peccandum, & ista est in sanctificatis, vt in Ieremia, & in Ioanne. Quartò cum vehementi impulsu ad peccandum, & ista est in non regeneratis, vnde fomes in illis, non solum est dispositio ad peccandum, sed quædam vehemēs dispositio. Quintò, & vltimò cum necessitate ad non peccandum, & ista est in B. Virgine per gratiam sanctificationis vltimæ, quæ maxima superabundat omnibus aliis sanctificationibus, qa est per plenitudinem gratiæ in potentia liberi arbitrij ad non peccandum necessitas, & sic post illam sanctificationem non habuit potentiā peccandi. Insuper Virgo gloriosa in secunda sanctificatione habuit, q̄ fuit liberata. Fuit enim tàm ab ignorantia, quæ causa potest esse mali, quàm à difficultatibus retrahentibus à bono, & ad malum impellentibus liberata, q̄ sunt obnubilationes ipsarum potentiarum, vt sine difficultate prompta fuerit ad omne bonum diligendum, & omne verū discernendum. Vlterius fuit à reatu carētiæ visionis diuinæ absoluta. Vnde sic sanctificabatur tūc, quod nihil remansit in ea, ex parte sui, quod talem visionem impediret; vnde si ante passionem mortua fuisset, quod ipsa Deum non videret, non fuisset ex defectu ex parte videntis, sed rū pheæ, ideſt, tenebræ, quam natura incurrerat, quæ per passionem Christi nondū tollebatur. Præterea habuit in secunda sanctificatione, quod ad statum pristinæ innocentię reducta fuit quoad plura, imò quia, vt dictum est, liberata fuit à potestate peccandi in tali innocentia, & quoad hoc perfectior fuit, quàm Adam, cuius libertas, & potentia indifferēs extitit ad peccandum, & non peccandum. Obtinuit etiam in secunda sanctificatione, quod fuerit perfectissimè declarata sanctificata. Verū quoniam præfata sunt secundum opiniones ponentium Virginem in originali conceptā pro maiori parte ponenda est facta in secunda sanctificatione; ex quo non fuit in prima. Secundum tamen ponentes Virginem præseruatam ab originali habent multa de præfatis ponere facta esse in prima sanctificatione. Addi tamen pōt, quod in secunda sanctificatione Virgo fuerit copiosiori gratia sanctificata, & demonstrata, in sanctitate confirmata, à gratia creata, & increata, scilicet Spiritu S. & verbo in ea descendētibus sanctificata, omni modo, quo creatura potest sanctificari sanctificata, non ab angelo, sed immediatè à Deo, licet ab ignorantia, videlicet modi gignendi Dei filium fuerit per angelū purgata, non tamen ab eo, sed à Deo sanctificata, quia à peccato præseruare, purgare à peccato, & sequela peccati, solū fit per virtutem increatam, & solius est Dei, qui inquit: Ego sum ipse, qui deleo iniquitates. Et Paulus: Purgationem peccatorum faciens. Ad summum apicem Virgo sanctificationis fuit vocata, vt esset præ omnibus Dei templum. Pariter in omnibus potētijs interioribus, & exterioribus sanctificata, ita quod nihil esset postea in templo Mariæ, quod non auro & gratia sanctificationis

Isai 43. Heb. 1.

tionis tegeretur, & perinde, vt ad alios sanctificationis vim emitteret, sanctiorque præ omnibus tandem reserata, quia ipsa sola fuit electa, vt de ea carnem Deus assumeret. His ergo modis, & alijs possibilibus patet, quomodo est intelligendum, quod Virgo in secunda sanctificatione fuerit sanctificata tàm secundum ponentes eam, in peccato originali conceptã, quàm ab originali asserentes præseruatam, & sic patet cõsequenter secundum quo B. Maria omnes mulieres excellit. Tertium, quod habuit B. Maria præ omnibus mulieribus est, quod fuit plenissimè gratia fœcundata, & quo ad gratiam increatam manifestum est, quia Spiritus sanctus venit super eam, & filius Dei in ipsa stetit, & de ea carnem assumpsit: sed de gratia creata loquendo, quando eam plenissimè habuit, est videndum, vbi nihil asserendo temerariè, sed probabiliter ponendo dico aliqua. Primum, probabile est & verum animam B. Mariæ in instanti incarnationis Verbi habuisse summum gradum gratiæ, quẽ decet matrem Dei, & sub Christo habuit maiorem plenitudinem gratiæ omnibus alijs, tàm hominibus quàm angelis, & vt doctores asserũt, merito, & si non condigni saltem congrui, meruit vt esset mater Dei, i. gradum puritatis, & sanctitatis, quo congrue esset mater Dei. Pro ista conclusione est beatus Hieronymus asserens: Cæteris per partes præstatur, Maria autem in se simul infudit plenitudo gratiæ, imò dicit, quod omnis plenitudo gratiæ quæ est in Christo, venit in Maria, quàmquàm aliter. Hanc conclusionem ponit seraphicus doctor ponens in Virgine talem gradum gratiæ. Vbi dicit sic, quod est loqui de Virgine Maria, quantum ad tres conditiones, s. quantum ad gratiam conceptionis, iustificationis, & charitatis. Si quãtum ad conceptionem prolis, quia fuit mater Dei, quo nihil nobilius cogitari potest, & mater nobilissimi filii sic tantam habuit bonitatis dignitatem, quod nulla mulier amplius capere potuit. Si enim omnes creaturæ quantumcunque ascenderent in gradibus nobilitatis, essent præsentes, omnes deberent reuerentiã matri Dei. Si autem loquamur, quantum ad gratiam iustificationis tantã habuit, quantam pura creatura humana, siue rationalis, quæ facta est, recipere potuit. Secundum quod ponitur est prius natura, & ordine quodam Virgo Maria habuit gradum gratiæ, qua caro Verbi traheretur ex ipsa, seu qua verbum conciperetur ex ipsa: patet, quia talis gradus fuit, dispositio in ipsa ad susceptionem verbi Dei, & vt mater Dei esset, vt dictum est. Virgo insuper per meritum congrui quodammodo dignificauit se ad talem conceptionem prius quam talis conceptio fieret, quare prius habuit gradum, ex quo solo secundum legem datã potest tanta dignitas prouenire. Tertium quod ponitur est: prius natura, & ordine quodam fuit secunda sanctificatio spiritualis in anima Virginis, quàm verbum cõciperetur ex ipsa, quia Virgo prius habuit gradum, quàm esset talis cõceptio, & etiam quia omnis noua sanctificatio est ad aliquem gradum gratiæ prius non habitum. Quartum, quod ponitur

nitur, est; non priùs tempore, aut duratione Virgo fuit spiritualiter sanctificata, seu habuit talem gradum gratiæ, quàm fuerit corporaliter fecundata. Nam in instãti incarnationis fuit huiusmodi sanctificatio spiritualis, quia ex quo deitas in tali instanti fuit in eius carne modo, quo non prius, dignum fuit aliqua sanctificatione naturaliter præuia conse crari. Patet etiam hoc, quia si pro possibili nunc anima Virginis vniretur deitati, haberet aliquem gradum gratiæ supra priorem, quo excederet puram creaturam. Sic in instanti incarnationis habuit certũ gradum, quo mater Dei, & speciale habitaculum verbi esset differens ab omni non tali. Quintum, quod ponitur est, quod secunda sanctificatio Virginis non est ponenda in angelica salutatione, sed solum in Spiritus sancti fœcundatione, quia solum in incarnatione est facta Dei mater, & non ante. Etsi dicatur, quod B. Bernardus super Missus est dicere videtur, quod plena gratia fuit cum salutatione angelica. Respondetur, q̃ non debet intelligi pro tẽpore prolationis præcipuè, sed pro ipso prolationis tempore vsque ad instãs incarnationis inclusiuè fuit plena gratia; & sic potest ad alios doctores responderi. Sed hic est vnum dubium. Cũ angelus salutando B. Mariam vocauerit eam gratia plena. Si Maria ante incarnationem erat plena gratia, quomodo ergo iterũ fuit in secunda sanctificatione repleta? Quid igitur plenitudinis vlterius recepit? Respondeo, quod B. Maria erat plena gratia, quia perfectè sanctificata quantum ad personam, non tamen quoad naturam descindendam, quod fuit in incarnatione, & sic fuit ante plena in se; nõ tamen ipsa plenitudo se extendebat ad carnis decisionem. Potest etiam dici, q̃ erat plena in se, & sufficiebat talis gratia pro persona Virginis, nõ tamẽ, vt Dei filius incarnaretur in ipsa. Vlterius dici potest, quod Maria ante fuit plena gratia quoad habitum virtutum, non tamen quoad plenitudinem cuiuslibet ipsarum, sicut habuit in incarnatione. Tandẽ erat Maria gratia plena in se, sed in incarnatione accepit virtutem diffundendi, gratificandi cæteros, & implendi, non mentem, sed ventrem, & amouendi potestatem peccandi, & faciendi cæteris cognoscere, & tandem, vt omnis creatura esset nobilitata, & exaltata. Et sic in secũda sanctificatione habuit plenitudinem dignitatis dum sublimata est ad hãc eminentiam, & excellentiam maternitatis Dei super omnes mulieres. Sed dubium vnum posset esse, quia dictum est, quod B. Maria plenitudinem gratiæ habuit. potest merito quæri, an Virgo post secundam sanctificationẽ plus de gratia habuerit hic existens, quàm aliquis angelus existens in patria. Respondetur, q̃ nomine gratiæ potest intelligi primò habitus gratiæ, & tũc patet ex dictis quod sic, quia eundem habitũ gratiæ quem habet angelus in gloria, & in via habuit, quare maior est aliis ex prædictis, quare, & habuit maiorem gratiam: ipsa enim cum sit in gloria maiori, & maior gloria detur, secũdum quantitatem maiorẽ

ex men-

ex mente multorum doctorum, patet intentum. Hãc conclusionem tenet Guilielmus de Maria in suo quolibet, quàm duabus rationibus probat. Prima quia cum Virgo genuerit sanctum sanctorum, sicut in carne fuit ipsa conformis filio, sic debebat in sanctitate similari, & gratia, vt tali filio responderet talis mater. Secunda, quia cum generare filium Dei, non sit per naturã, sed per gratiã, sitque summus actus, sicut in anima Christi exigebatur summa gratia ad talem vnionem, sic, & ad incarnationem fiendam, ideoque Spiritus sanctus superuenit in eam. Pro ista conclusione videtur esse Hieronymus iàm allegatus in sermone Assumptionis. Cæteris per partes præstatur gratia. Et illud: Omnis plenitudo gratiæ. Patet etiam dicta conclusio, quia Maria est superior angelis gratia, & gloria, & non natura. Potest secundo intelligi nomine gratiæ actus gratiæ, & hoc potest esse tripliciter, vel tripliciter potest quis loqui de actu gratiæ. Vel de actu gratiæ perfecto, qui est videre Deum, qui pertinet ad cognitionem, & tunc præsuppositò secundũ Augustinum, in libro de Videndo Deum, quod Deus ipse quibusdam sanctis existentibus in hac vita nondum carne solutis sui notitiam nudam claram, & beatificam communicauerit, sicut dicit ipse de Moyse, & Paulo, & consequenter quia secundum Bernardum, priuilegia gratiarum aliis concessa, à Maria negari non debent; sic piè potest teneri, quod ipsa uiderit diuinam essentiam, vt fructus decimus septimus ostendit. Tunc potest intelligi de videre mansiuè, & transeũte, vel sub aliis verbis, vel de videre aliquando, aut pro semper. Si loquamur de visione transeunte, & ponatur iuxta dicta in decimoseptimo fructu, quod vera sint, quod B. Maria viatrix existens uiderit diuinam essentiã, dicitur quod pro illo tunc quod ipsa vidit diuinã essentiam perfectius quàm aliquis beatus angelus videt in patria. Ratio, quia mundities maior inerat, de qua dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ipsa enim maiori puritate, & munditia nituit, qua sub Deo queat intelligi. Gratia etiam maior in Virgine inerat, pariter, & dilectio Dei maior erat ad ipsam, quam ad aliam puram creaturam, quare si sui intuitiuam notitiam claram, & non ænigmaticam communicauit, perfectius Deum vidit quam aliquis angelus. Si loquamur de visione permanente, patet, quod angelus talem actum videndi habet perfectius, & habebat, quam Virgo viatrix existens, quia semper post confirmationem angelus habuit visionem Dei permanentem, & habet vt vult Gregorius in Moralibus. Et Saluator dicit, & Hieronymus pariter in eodem loco, quam tamen permanentem visionem B. Maria hic existens non semper habuit. Si loquamur de visione, qua per fidem Deus videtur in via ad visionem qua uidetur in patria, quia visio in patria est clara, & facialis, visio viæ est ænigmatica, & speculans, & illa beatifica, & ista non, quantum

Mat. 18

ad

ad istum actum, quilibet angelus in patria est maior quocunq; sancto existenti in via (Christo excepto dum esset viator) Et de hoc est illud di Mat. 11
ctum Christi: Qui minor est in regno cœlorum maior est illo. Quod non debet intelligi de habitu gratiæ, sed de actu isto. Si verò actus gratiæ accipitur pro actu, qui est diligere, tunc est distinguendum, quod diligere Deum, dicit actum dilectionis à charitate, & gratia procedente, & cùm hoc dicere potest etiam motum, scilicet, diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Si loquamur de actu dilectionis Dei in se, dicit doctor quidam antiquus, cum quo est Guiliel mus de Maria, quod sic, & ad hoc adducunt Bernardum super Cantica dicentem: Est sagitta electa amor Christi, quæ Mariæ animam non modo confixit, sed etiam pertransiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, virtute tota diligeret, & esset gratia plena. Cum ergo Maria de charitate, & gratia plus habuerit, sequitur, quod talis actus in ea, quàm in angelis feruentior, & maior fuerit. Et si dicatur: Angeli, & beati in patria Deum diligunt, vt præcipit, nec in via sic pōt impleri, vt dicit Augustinus de perfecta iustitia, & Virgo erat in via, igitur non poterat adimplere. Ad istud respondetur, quod id, quod de communibus viatoribus dicitur ad virginem applicari non debet. Deinde B. Augustinus assignat duplicē causam quare dictum præceptum non potest in via seruari, s. ex toto corde. Prima est carnalis concupiscentia, secundò quia charitas hic nō habetur perfectè, quia cum venerit quod perfectum, euacuabitur quod ex parte est. Ad propositum. Cum in B. Virgine saltem post secundam 1. Co. 13
sanctificationem nulla fuerit concupiscentia, nullumq; fuerit impedimētum, & cum in incarnatione receperit plenitudinem gratiæ quoad habitum, sequitur, quod secunda causa, quàm assignat Augustinus nō obstat. Si vero loquamur de modo diligēdi Deum, scilicet, ex toto corde, & accipiatur pro semper feri, & esse in continuo actu dilectionis non virtualiter, vel habitualiter, sed actualiter, quoad hoc quilibet angelus existens in patria habet perfectiorem actum diligendi Deum, quàm ipsa, non intensiuè, sed extensiuè, quia & si Virgo nihil impellēs ad malum, aut difficultans ad bonum habuerit, obtinueritq; talē gradū gratiæ, tñ hic, quia erat viatrix, erat necesse, vt dormiret, & aliquos actus nostræ miseriæ, quoad vitam exerceret, similiter docebat, & alia faciebat, & sic non erat in continuo contemplationis actu. Per hęc quę dicta sunt potest responderi ad Augustinum dicentem, quod pręceptū de dilectione non potest impleri in via, debet intelligi de actu continuato. i. pro semper esse in actu dilectionis, non autem de intēsione actus, vt patet de virgine. Quantū verò ad habitum clarè patet, quod potest haberi, & sic si loquimur de actu permanente angeli habent perfectiorem actum, si autem de actu transeunte B. Virgo habuit vndequaq; ex-

cellentio

cellentioré. Sed vlterius posset quæri: An Virgini Mariæ, sicut in præsenti infuit plenitudo gratiæ, sic nunc sibi correspondeat plenitudo premij. Similiter posset queri, an Virgo Maria plus valeat, quàm tota cę lestis curia, quia de his dicetur infra fructu 68. qñ tractabitur de gloria Marię, ideo hic omitto. Patet ergo ex dictis, quomodo B. Virgo fuit gratia fœcundata, de qua gratiæ plenitudine, loquens Petrus Aureoli soluens dubiũ, An habitus charitatis viæ possit excedere charitaté beatorũ in patria, dicit sic. Dicendũ est igitur, q; charitas viæ in sola B. Virgine, & in Christo, quæ non cecidit sub eorum merito, excessit charitatem cuiusłibet beati: de aliis negat, & sic patet tertium, quo B. Maria
4. excedit omnes mulieres & excessit. Quartum quod habuit B. Maria prę cunctis mulieribus est, quod fuit donis Spiritus sancti repleta, & impinguata. Hoc sequitur ex præmisso. Ex quo. n. fuit gratia tanta fœcundata, non dubium, quod dona Spiritus sancti habuit affluenter. Insuper spiritus cum venerit modo singulariſſimo in Maria, quare & in suis donis, si super humilem, & contritum, & trementē sermones Dei requiescit spiritus, quare & in Maria. Sed quid, & qũo accepit tàm in prę senti secunda sanctificatione, quàm in die sacro Penthecostes, fructu 60. diffusè tractabitur, pro præsenti verò sufficiat, quod dona Spiritus sancti præ aliis habuit, non vnum solum sed omnia, non licet ad omnem ipsorum vsum. Quod clarè ostendit doctor sanctus in tertia parte,
9. 27. Vbi dicit sic. Non est dubitandum, quin B. Virgo acceperit excellenter & donum sapientiæ, & gratiam virtutum, & etiam gratiam prophetiæ, sicut habuit Christus, non tñ accepit, vt haberet omnes vsus harum & consimilium gratiarum, sicut habuit Christus, sed fm quod conueniebat conditioni ipsius. Habuit vsum sapientiæ in contemplando, nõ tñ quantum ad docendũ. Vsum autem prophetiæ habuit, vt patet in Cã tico, quod fecit. Quibus verbis, ex quo tãgit principalia dona spiritus, alia proculdubio habuit. Sed quod dicit, quod sapientiam non habuit quoad vsum docendi, debet intelligi, quod non docuit populum publicè prædicando, sicut nos facimus in cathedra, sed quin docuerit modo alio non est negandam, quia quod docuerit apostolos post ascensionē Christi ostendit Hieronymus in sermone de assumptione, qui incipit. Cogitis. Et de hoc dicetur fructu 59. Et de dono intellectus, timoris, &
5. fortitudinis, dicetur fructu 60. Vbi qualiter omnia dona habuit, ostendetur. Quintum quod habuit præ omnibus mulieribus est, quod fuerit in gratia, & in bono confirmata. Et hoc asserit Richardus de sancto Victore super illud. Ecce virgo concipiet. Vbi sic dicit. Diuinus amor adeò in ipsa conualuit, adeò in omni bono solidauit, vt de cætero spiritualis qualiscumq; defectus in eam incidere omnino non posset, nec aliquid, quod qualicunq; excusationi subiaceret. Videtur itaq; iuxta hoc ab hora superuenientis Spiritus sancti, ab hora super obumbrantis altissimi.

tissimi. Videtur, inquàm, B. Virgo in omni gratia, & in omni bono, & dono; quod acceperat, confirmata. Quo dicto patet de gradu Marię dato gratiæ, & de confirmatione in gratia. Hoc idem videtur asserere B. Bernardus in epistola ad Lugdunenses, quando dicit: Puto quod copiosius munus gratiæ in ea descenderit, quæ non solum eius sanctificaret ortum, sed eã deinceps ab omni peccato custodiret immunẽm. Quod Virgo Maria fuerit in gratia confirmata in secunda sanctificatione, & quòd non habuerit potentiam peccandi, tenent Alexãder de Ales, sanctus doctor, seraphicus Bonauentura, & Richardus de Mediauilla. Sed dubium est, per quid fuerit sic in gratia confirmata. Vbi aduertendum, quod circa hoc doctores variè sunt opinati, & vt videatur quomodo, & per quid est confirmata in gratia, & quid sit ipsa confirmatio, sunt aliqua de voluntate præsupponenda. Et quia nonnullis videtur, quod confirmatio cum dicat immobilitatem in gratia, & in bono, libertatem adimere quodammodo voluntatis. Ideò videndum est de libertate voluntatis, qua visa, & vlterius viso quid confirmat, patebit quomodo confirmatio in bono stat cũ libertate voluntatis, & è conuerso. Quæ, & si sint in summa fructu 1. diffuse tractata, hic compendiosè, prout competunt propositio, ponuntur. Primò præsupponendum est, quod libertas est ponenda in ipsa voluntate, nam non potest poni in actu voluntatis, quia accidens est. Similiter libertas est conditio competens potentiæ, quare actus non est primo liber, sed tantum terminatiuè. Non potest in potẽtia memoratiua, & intellectiua primo poni, quia sunt potentiæ meræ naturales, quare in sola voluntate est ponenda. Secundò præsupponendum est, quod libertas est intrinseca volũtati, imò ipsa voluntas, quod patet per Magistrum loquentem de triplici libertate voluntatis, sic inquit: Ideoq; voluntas apud Deũ meritò iudicatur, q̃ semper à necessitate libera est, & nunq̃ cogi põt, vbi necessitas, ibi non est libertas, vbi nõ est libertas, nec voluntas, et ideo nec meritũ. Hæc libertas in oĩbus est tã in bonis, q̃ in malis. Quo dicto apparet, quod libertas est voluntati intrinseca, ex quo non potest auferri ab ea. Quo sequitur, quo voluntas in nullo statu desinit esse libera tali libertate, quia nunquã desinit esse voluntas. Sequitur etiam, quod tàm beati, quã dãnati istã habent libertatem, & quod ipsa in se non potest minui, vel augeri, & si possit in actu. Patet quia est ipsa voluntas, quæ si augeretur in se, non esset eadẽ numero vt prius, quia gradus variat, vt non sit idem numero, & sic ẽt de diminutione. Et licet in se non possit minui, vel augeri, tamen stat, vnã voluntatem, & cõsequenter libertatem esse intensiorem, & aliam maiorẽ, vt ponit Magister de Angelis. Tertiò prẽsupponendum, q̃ libertas stat in indifferentia sic intelligendo, non quod voluntas simul possit agere, & non agere, vel quod possit actum agere, & eius oppositum; sed quod ipsa potentia volitiua naturaliter præcedens actum suum, sicut

Prima.

Secunda.

Tertia.

causa

causa causatum, & gignens genitum, licet ipsa sit summè disposita ad producendum liberum actum suum, quia tamen naturaliter præcedit actum, quem præsentialiter nunc producit, posset illum non producere, quia ibi non est necessitas consequens, sed æqualiter, & contingenter, & liberè secundum contradictionem se habet ad producendum illum vel non, ꝙ talis indifferentia sit libertas, patet, quia liberum, & necessarium, vt accipitur in proposito distinguũtur, & contrariantur. Sed necessarium est illud, ꝙ impossibile est aliter se habere, igitur. Potentię ergo naturales à irrationalibus distinguuntur, quia rationales valent ad oppositа naturales autem non: quare propositum. Istã ponit Magister in 2. Quo patet, ꝙ libertas & contingentia sunt idem. Et si dicatur in Deo est libertas, & non contingentia. Respondetur, ꝙ in Deo est sũma contingentia respectu actus suę voluntatis, vt docet doctor subtilis in 1. Nec valet dicere quod libertas dicit perfectionẽ simpliciter, & nõ contingentia. Rõ, quia contingentia, si accipitur, prout dicit mutationẽ verum est, sed, si accipitur prout dicit prędominiũ liberum sui actus dicit perfectionẽ. Quartò præsupponendum est, quod voluntas per idẽ formaliter & positiua sui actus, & suspensiua eiusdẽ, quia ad oppositũ, esset ergo determinata, & non libera. Patet ét quia alia ratione ponere posset actum, & si non suspendere: esset ergo determinata ad positionẽ illius, sic, quod oppositum non posset. Quo patet, quod eadem est ratio causalitatis in voluntate ad agere, & non agere, quia intrinseca voluntati. Sequitur etiam, quod quælibet voluntas, qua intense est actiua sui liberi actus, tàm intense est suspensiua eiusdem, quia voluntatẽ esse actiuam est denominatio intrinseca, & non extrinseca. Sequitur vlterius, quod voluntas, quæ præcipuè est actiua liberi sui actus, tàm præciuè, est resistiua ad non agendum. Quintò præsupponendum est, quod in volũtate est duplex actus ponẽdus: vel sub alio modo dicendi, quod ab ipsa voluntate duo actus progredi possunt, vnus naturalis, & alius liber. Naturalis est, quando obiectum sub ratione volibilis, vel nolibilis, propositum voluntati per modum obiecti causat aliquem actum in voluntate; alicit enim voluntatem, quam alicionem voluntas percipit. De quo actu credo, quod verificetur illud Augusti. Primi motus nõ sũt in potestate nostra, quibus visis, tãgamur, videlicet, vel ad delectationẽ vel ad tristitiã, ſm quod obiectum diuersimodè monet ad prædicta. Sed licet iste actus aliquando causetur à volũtate, sicut simplex notitia causatur ab intellectu, obiectum tñ perfectius põt influere, quã ipsa quia concurrit, vt causa æquiuoca, & potest sine concursu voluntatis obiectum actum producere, ex quo est causa æquiuoca, & sic esse credo, vt plurimũ, ꝙ obiectũ causet actũ, & non voluntas; loquẽdo de dicto actu naturali. Sed nunquid talis actus est volitio, vel nolitio? Rñdetur, quod neutrũ est, quia velle, & nolle, est in potestate uoluntatis, talis aũt actus non.

dist. 25.

dist. 10.

Quarta.

Quinta.

non. Similiter quia voluntas respectu actus sui, qui est volitio, magis est à voluntate, & plus quàm ab obiecto, talis igitur actus est simplex tendentia volũtatis in obiecta, siue simplex perceptio obiectorum. Sed quæ differentia est inter istum actum naturalem, talem, & liberum? Respondetur, quod est multiplex differentia, præcipuè ex parte principij productiui, quia voluntas ad tales actus naturales concurrit naturaliter, ad actus liberos contingenter. Quia etiam huiusmodi actus in voluntate sunt simplices tendentiæ, vel apprehensiones obiectorum, nec sunt volitio, vel nolitio, & per consequens apprehensio obiecti sub ratione eligibilis, vel fugibilis, & sic assensus, vel dissensus, omnis enim volitio est ad hæsio obiecto volito, & nolitio dissensus. Vlterius, quia actus naturales inter se sunt compossibiles, nec contrariè repugnantes, alii verò, qui sunt liberi, sunt contrarij se inuicem, & tales determinant formaliter voluntatem, & applicant ad imperandam potentijs executiuis, naturales autem non. Non. n. voluntas per ipsos mouetur, nec moueri potest ad imperandum. Præterea, sicut actus intelligendi, vel intellectus, qui est affirmatio, præsupponunt simplicem apprehensionem obiectorum, ita actus liberi præsupponunt naturales, vt eis præuios. Postremò differentia est, quia in actibus liberis consistit propriè imputabilitas ad bonum, & malum, meritum, & demeritum, quia sunt in potestate nostra: primi verò, scilicet, naturales non. Sed hic est vnum dubiũ. Nunquid talis actus naturalis est delectatio, vel tristitia? Respondit vnus doctor, quod sic, quia voluntas per actum in ipsa ab obiecto causatum allicitur, vel non, talis autem actus est delectatio, vel tristitia, quo dictus doctor infert, cum talis actus sit, ante volitionem, poterit quis gaudere, & delectari, circumscripto omni actu liberę voluntatis. Et isto modo vis volitiua in dæmonibus, & damnatis affligitur, obiecta enim pœnalia causant in ipsis huiusmodi actus naturales, per quos refugit huiusmodi vis, & voluntas cõcurrit modo naturali, ideò tales actus pœnales non sunt in potestate ipsorum. Sequitur etiam, quod non quælibet delectatio voluntatis est volitio, similiter non quælibet tristitia est nolitio, & etiam sequitur, quod voluntas respectu talis actus non se habet actiuè, quia tunc denominaretur ab ipsa, sed solummodo se habet perceptiuè, quia talem actum percipit, & sic non omnis perceptio est actio, & si talis actus debet dici voluntatis, tunc primus actus voluntatis non est velle, vel nolle, quia neutrum est. Sequitur pariter, quod inter velle, & nolle est actus medius per abnegationem vtriusq; , quod si talis actus debet dici voluntatis, vel existens in voluntate non est meritorius, vel demeritorius, similiter nec virtuosus, vel vitiosus, quia talis non est in potestate nostra. Tandem sequitur, quod nullus talis actus est productus libertate indifferẽtiæ, & hoc quia naturaliter productus. Aliud dubium est, quomodo eidem voluntati possint duo modi contra-

rij, sci-

rij, scilicet, naturalis, & liber principiandi correspondere? Respondit doctor antedictus, quod licet potentia volitiua, vt perceptiua non correspondeat, talis modus tñ, vt actiua propter diuersas, & varias rationes causales, potest habere diuersos modos principiandi, & ideo cum vnitate potentiæ stat diuersitas modorum principiandi. Vel potest dici, quod vnus modus tantum principiandi correspondet voluntati, scilicet, liber, naturalis verò non sibi, sed obiecto naturali, & si eidem, non tamen per se sine obiecto, sed cum obiecto: non sic de actu libero.

Sexta. Sextò præsupponendum est, q. obiectum sub ratione volibilis, vel nolibilis voluntati propositum, seu concurrens obiectiuè, causat in ipsa aliquem actum, & quilibet talis actus est qualitas, cui qualitati naturali non potest correspondere tanta essentialis causalitas, quanta cuilibet potentiæ volitiuæ correspondet respectu liberæ suæ motionis. Istud quoad primam partem patet de potentia sensitiua, de intellectiua, & de specie: pariter & secunda pars, quia talis actus non est substantia, similiter tertia pars, quia aliter talis actus à voluntate productus denominaretur naturalis, & non liber, quia talis qualitas agit naturaliter, & ita est actiua potẽtia rationalis, sicut irrationalis. Quo sequitur, quod voluntas creata plus est influxiua respectu rationalis, & liberi actus sui quàm quæcunq; potentia irrationalis potens ad eundem concurrere.

Septima. Septimò præsupponendum est, quod quælibet potentia uolitiua respectu liberi actus sui, est intensius resistitiua puta ad non agendum, uel agere, quàm aliqua qualitas respectu eiusdem sit actiua, igitur.

Octaua. Octauò præsupponendũ est, quod omnis difficultas, qua uoluntas est inclinabilis obedientiæ correspondet essentialiter actui naturali in uoluntate causato, ideſt tantum præcipuè obiectum delectabile, vel tristabile potest uoluntatem mouere, quanta est essentia actus, quem naturaliter causat in uoluntate: nã talis actus est totalis causa quare obiectam delectabile, uel tristabile à uoluntate percipitur. Patet etiã quia si plus, hoc esset ratione voluntatis concurrentis ad talem actum, quod non est uerum, quia non concurrit, vt dictum est. Quo sequitur quod nullum obiectum voluntati propositum potest tam intensè uoluntatẽ mouere, sicut uoluntas est potentiæ resistitiuæ. His præsuppositis, sunt àliqua uidenda. Primò, an per aliquod obiectum sit voluntas necessitabilis obiectiuè. Ad quod respondetur dicendo aliqua. Primum, quod nullum obiectum creabile potest uoluntatem creatam ad suum liberum actum producendum impossibilitare, uel necessitare, quia actus est liber. Et si dicatur. Voluntas creata est potentia finita, & limitata, & obiectum potest crescere in infinitum, similiter Deus est obiectum infinitum, quare non est verum, quod dr. Ad hoc respondet quidam doctor modernus aliqua dicendo. Primum, quod nullum obiectum sub ratione aliqua finitum potest crescere in infinitum, nam latitudo possi-

bilis

bilis correſpondere ſpeciei finitæ, eſt ſolum finita. Secũdum eſt, quod obiectum mouet voluntatem, quia cauſat in voluntate actum aliquem. Tunc dicitur ad argumentum, voluntas quantumlibet imperfecta reſpectu actus ſui liberi arbitrij, cum ſit magis actiua, & reſiſtitiua, quàm aliqua talis qualitas ſit actiua, motiua, & reſiſtitiua, ideò nullum obiectum creabile, vel creatum poteſt tàm intensè allicere volũtatem, ſicut ipſa eſt potentiæ reſiſtitiuæ, nec poteſt aliquid ita intensè retrahere ſicut ipſam, quin ipſa liberè poſſit producere actum ſuum. Ad aliud de obiecto immenſo, ſcilicet, diuino poteſt dici, quod ſicut Deus nunquã immensè, ſeu infinitè à creatura videtur quoad gradum, ſed quoad ſpeciem, ſic nec voluntatem allicit infinitè quoad gradum, niſi quanti voluntas eſt gradus, & capacitatis. Inſuper cum Deus non poſſit concurrere obiectiuè modo dicto cauſando actum, quia ad extra non concurrit modo naturali, quod vtique eſſet ſi concurreret obiectiuè, ſed libero, argumentum nihil concludit. Quibus poſitis ſequitur, quod impoſſibile eſt per quodcunque obiectum creatum, vel creabile voluntatem obiectiuè neceſſitari. Inſuper, quod diuina eſſentia beatificè præſentata, non poteſt voluntatem creatam obiectiuè neceſſitare, quia voluntas eſt libera, libertate contradictionis, & libertas eſt ſibi intrinſeca. Non ſtat inſuper aliquid produci libertate cõtradictionis, & ipſam non liberè produci, quia voluntas creata, non allicitur niſi per actum cauſatum in ipſa ab obiecto: modo impoſſibile eſt Deum cõcurrere obiectiuè modo tali. Similiter ſi concurreret, cum talis actus, vel eſſet infinitus, & ſic ſpecies de genere accidentis infinita, & cõſequenter perfectior ſubſtantia, quod eſt impoſſibile; vel finitus quoad gradum, & ſic non magis alliceret, quàm volũtas ſit reſiſtitiua, quare præmiſſum dictum eſt verum. Quo ſequitur, quod diuina eſſentia, quantumcunque clarè viſa, nedum neceſsitare, imò nec difficultare põt voluntatem creatam ad liberum actum ſuum. Secundò videndo, an per aliquem actum, ſeu habitum infuſum, vel acquiſitum, ſit voluntas neceſsitabilis, vel impoſsibilitabilis. Reſponſio patet ex dictis, & etiam, quia nulla qualitas irrationabilis poteſt potentiam rationalem neceſsitare. Poteſt etiam patere, quia nihil poteſt neceſsitare, vel difficultare voluntatem creatam, niſi per aliquem actum naturalem cauſatum, modo voluntas eſt magis reſiſtitiua, quàm talis ſit actiuus, ſiue motiuus, quare propoſitũ. Sed qd de gratia? Poteſtne neceſsitare voluntatem? Reſpondetur, quod hic poteſt intelligi, quod gratia magis inclinet, quàm voluntas ſit reſiſtitiua, & patet ex dictis quod non. Vel poteſt intelligi, quod intenſius ad productionem actus voluntatis concurrit, & hoc non. Ratio, quia vt dictũ obiectum non concurrit ad productionem actus liberi voluntatis, ſed benè naturalis, ſed ſolum mouet, & determinat volũtatẽ. Similiter gratia non intenſius concurrit, ex quo ad productionem actus liberi non

concurrit. Sed Landulphus aliam rationem assignat, quia habitus, & actus est posterior voluntate, actus aũt liber non recipit denominationem libertatis, nisi à priori, s. voluntate, quare ipsam necessitare nõ potest. Et sic patet ad secundum. Tertiò videndum est, an status aliquis voluntatẽ necessitet. Respondetur, ꝙ non, quia voluntas in nullo statu potest non esse voluntas, & libertas est sibi intrinseca ex dictis, quare propositum. His visis igitur, quomodo B. Virgo in præsenti fuerit confirmata, per quid est videndum: & quia vt dictum est, doctores de confirmationis causa, tàm in beatis, quàm in alijs plures assignando, variè loquuntur, breuiter pono, per modum conclusionum, eorum dicta eliciendo quid sit tenendum cum præmissis.

Prima conclusio sit ista, quod gratia non est præcipua causa confirmationis, ita quod sola sufficiat, quia tunc viator habens gratiã posset confirmari, etsi dicatur, quod Augustinus cõtra Maximinum dicit: Cuicunque rationali creaturæ præstatur gratia, vt peccare non possit, non est naturæ propriæ, sed Dei gratia. Isidorus pariter in de Summo bono, inquit: Natura angelorum mutabilis est, quia inest illis mutabilitas in natura, sed facit eos incorruptos gratia sempiterna. Gratia est, non natura esse incommutabiles angelos. Idem dicit Magister in 2. Conceditur bonum, sed benè dicitur, quod gratia creata sola nõ sufficit. Patet etiam ex dictis, quod habitus voluntatem non impossibilitat. dist. 7.

Secunda conclusio est, qrod gratia in quantacunque abundantia nõ est causa sufficiens confirmationis, quia voluntas per nullã causam secũdã, vel per quẽcunq; habitum põt necessitari & reddi impeccabilis. Item aliquis viator de facto habet in via plus de gratia, q̃ aliquis parvulus in patria, & tamen non est confirmatus sicut parvulus.

Tertia conclusio est, quod Dei contemplatio non est huiusmodi cõfirmationis in bono, causa; vt videtur dicere Isidorus, s. angeli sunt mutabiles natura, non tamen mutati eos sinit diuina contemplatio, quia primus homo, vt patet, habuit ante lapsum Dei contemplationẽ, quia Deum sine medio videbat, teste Magistro.

Quarta conclusio est, quod, vt dicunt nonnulli doctores, non potuit esse causa huius confirmationis delectatio, adhæsio, & conglutinatio, quia, vt dictum est, nullus actus potest necessitare voluntatem. Insuper nec vehementia deuotionis potest esse causa huius confirmationis.

Quinta conclusio sit hæc, ꝙ nullus habitus acquisitus, vel infusus potest esse causa confirmationis in bono in præsenti. Patet ex prædictis cõclusionibus, & prius dictis. Licet ergo præfata omnia sint aliquomodo causæ confirmationis, non sufficiunt tn̄, nisi alia addãtur, quia nec vna per se sufficit, nec oẽs simul. Quæ ergo est causa confirmationis, & fuit in Virgine? Respondeo, ꝙ prima est assistentia particularis gratiæ increatæ & diuini spiritus custodia singularis, quia confirmatio, cũ sit voluntatis

luntatis immobilitatio ad malũ, nihil mutabile põt ad malũ voluntatẽ immobilitare, quare propositũ. Etsi dicatur, q̃ talis cõfirmatus nõ habebit liberũ arbitriũ, & sic B. Virgo non habuit post talẽ confirmationẽ. Rñdeo, q̃ imò, & multò liberius habẽt, q̃ ante. Liberius .n. est nunq̃ posse aliquid mali exercere, q̃ sic: nec potestas peccãdi est de rõne liberi arbitrii, prout dicit Magister, aliter in Deo liberum arbitrium non esset. dist. 25. Quod .n. velit peccatum, & malũ, defectus est liberi arbitrij, ideò Magister in 2. inquit ad propositũ. Angeli verò, & sancti, qui iã cũ Dño fęliciter viuunt, atq; ita gratia beatitudinis confirmati sunt, vt ad malũ flecti, nec velint, nec possint, libero arbitrio nõ carent, & probat per August. in Enchiridion dicens: Sic oportebat prius hominem fieri, vt benè velle posset, & malè. Postea verò sic erit, vt malè velle non possit, nec ideò carebit libero arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitriũ, q̃ oĩno seruire non poterit peccato. Neq; .n. voluntas non est, aut libera dicenda nõ est, qua beati sic esse volumus, vt essent miseri, nõ solũ nolumus, sed nequaquam prorsus velle possumus. Sicut ergo anima nostra etiam nunc hẽt nolle infęlicitatẽ, ita in gloria nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo seruandus fuit, quo Deus voluit ostendere quã bonum sit animal rationale, q̃ ẽt peccare possit, quãuis melius sit, q̃ peccare non possit. Ex quib. verbis inquit Magister euidenter ẽt astruitur, q̃ post beatitudinis confirmationẽ erit in hoĩe liberũ arbitriũ, quo peccare nõ poterit, & nunc ẽt in angelis, & in sanctis est, qui cũ Dño sunt, & tãto vtiq; liberius, quãto à peccato immunius, & ad bonũ prõptius. Quibus Magistri verbis patet rñsio ad dubiũ præmissum, quia si in cõfirmatione perfecta, q̃ est patriæ habẽt sancti liberũ arbitriũ, multò magis in præsenti, qñ confirmãtur, cũ non omnimodè, talis cõfirmationis patriæ adæquetur, & sic B. Maria post confirmationẽ liberũ arbitriũ habuit multo liberius, q̃ ante, tum ẽt, qui longius fuit ab omni peccato. Patet ẽt in quo cõsistit libertas liberi arbitrij. Nec iniuria, erit hic proponendus quintuplex status liberi arbitrii. Primus ante peccatũ, quoad nil impediebat, & ad malũ nil impellebat. Tunc homo nõ habuit infirmitatẽ ad malũ, & habuit adiutoriũ ad bonũ, quia tunc sine errore rõ iudicare, & voluntas sine difficultate bonũ appetere poterat. Secũdus, post peccatum ante reparationẽ gratiæ, in quo homo premitur à concupiscentia, & vincitur, tunc habuit infirmitatẽ in malũ, sed non gratiã in bonũ, & iõ in illo põt peccare, & non põt non peccare, ẽt dĩ inabiliter. Tertius est post reparationẽ ante confirmationẽ, in quo statu premitur à concupiscentia, sed nõ vincitur, & hẽt quidẽ infirmitatẽ in malo, sed gratiã in bono, vt possit peccare propter infirmitatẽ, & possit non peccare ad mortẽ propter libertatẽ, & gratiã adiuuantem. Nõdũ tñ hẽt posse omnino non peccare, vel non posse peccare propter infirmitatẽ nondum perfectè absorptã, & propter gratiã nondum perfectè

consumatã, quartus est status confirmationis in bono in viatoribus, in quib non potest gratiam amittere per mortale peccatum, & isto modo fuit in apostolis, & B. Virgine, sed perfectius in B. Virgine, quæ nec venialiter potuit peccare. Post cõfirmationẽ ẽt est quintus status, infirmitate penitus consumpta, & gratia cõsumata, nec vinci poterit, nec premi, & tunc habebit non posse peccare, & sic reperitur in oĩbus beatis, angelis, & hominibus. Tertia causa concurrens est gratia ad confirmationẽ, sed gratia concurrit cũ præfatis duabus, s. assistentia Dei particulari, & diuini spiritus custodia singulari, & quia, vt dictũ est fructu 9. sancti confirmati fuerunt, aliqui, vt non peccarent mortaliter, alij vt vitarent multitudinem peccatorũ venialiũ, & sic de alijs. Sed gratia cõfirmationis B. Mariæ matris Dei fuit adeo perfecta, q; ipsa nunq; peccauit actualiter, nec mortaliter, nec venialiter, sed nec ẽt peccare potuit, & hæc gratia confirmationis data fuit B. Mariæ in ipsa filij Dei incarnatione, vt dictũ est suprà. Vltimum, q; dicit confirmatio est perseuerãtia in bono, q; vtiq;, etsi fuit in apostolis, quia Spiritus sanctus semel datus permãsit in eis in æternum, multo magis in B. Maria: sic ergo cõfirmatio in Virgine dicit assistentiam gratiæ increatæ cum plenitudine gratiæ facta à diuina voluntate, & in bono perseuerantiam finalem, & cum hoc libero arbitrio non carere per prædicta. Sed aduertendum, quod quidã doctor antiquus istam B. Virginis confirmationẽ aliter nititur astruere, quã est dictũ, & præsupponens Virginẽ in præsenti obiectum summum, & delectabile, s. Deum aliquando vidisse, sed non semper, & assiduè, vt est in beatis, qui Deum semper vident, dicit, quod ad hoc, quod esset confirmatio in bono, quinque fuerunt dispositiua interius, & quinque exterius. Quãtũ ad interius oportuit, quod mens eius, primo teneret in feruore cõtinuo charitatis, ita quod Deus eius menti aliter intimaret se, quã in beatis, & teneret oẽs vires inferiores, & potẽtias sub imperio volũtatis. Secũdo, qđ fieret in appetitu modificatio sẽsualis, & modificatio, & coaptatio ad partẽ superiorẽ per mortificationẽ sensualis affectus, seu affectionis, & mortificationis ad carnẽ fœdã. Tertio, qđ haberet actualẽ sensũ filiationis Dei intimè cogitãdo cuius filij erat mater, & quãtũ ei obligata, q; eã p̃ cæteris elegisset in matrẽ. Quartò, q; cõtinuè haberet aspectũ ad diuinũ beneplacitũ, & cõsensũ continuũ diuina beneplacita implẽdi, & cõtẽnẽdi oĩa Deo displicẽtia. Vltimò, q; continuè haberet aspectũ ad diuinã maiestatẽ, & suã nihilitatẽ. Quãtũ verò ad exterius oportuit primò, q; haberet, sicuti habuit assistentiã angelorũ, dęmonũ expulsionẽ, exteriorũ malorũ ostensionẽ, prout sunt materia exercẽdæ virtutis, omnia delectabilia sm sensum, & à Deo retrahentia, vt displicibilia, tandẽ q; toto studio diuinæ volũtati se conformare conaretur. Hæc quæ à doctore antedicto ponũtur, licet dicat dispositiua esse, non sunt tñ ista perfectiua conformatinis,

Ioan. 15

vt di-

vt dictum est. Item ponendo beatam Virginem præseruatam ab originali, & sanctificatam in conceptione, tunc cum habuerit quasi omnia prædicta fuisset tunc confirmata ista perfecta cõfirmatione, de qua loquimur in præsenti, quod doctores non tenent. Ex dictis igitur appareret qualiter Virgo in gratia cõfirmata fuit, apparet, & quomodo cum confirmatione tali stat libertas voluntatis, quia libertas cum sit intrinseca voluntati, sicut voluntas in nullo statu desinit esse libera, sic nec desinit esse libertas. Sextũ quod habuit B. Maria præ alijs mulieribus est quod fuit de stabilitate, & perseuerantia in gratia finaliter certificata, & de sua saluatione. Hoc etsi ratione demonstratiua non possit ostendi, potest tamen dici (teste Bernardo) quod paucis mortalium est concessũ fas non est Virgini esse negatum. Quapropter, cum sancti apostoli fuerint per Christum certificati de mãsione perpetua Spiritus sancti apud eos. Petrus de morte pro ipsius nomine. Ioãnes Euangelista de sua permansione. Sic eum volo manere. Magdalena de parte optima, quam elegit habenda in æternum. Moyses de inspectione omnis boni obtinenda. Abraham de benedictione consequenda, & posteritate multiplicanda. Paulus de inseparabilitate à charitate Dei. Dauid de misericordia consequenda in Dei filio ex ipso incarnando, & sic de alijs. A gloriosa ergo Virgine Dei genitrice non est negandum ipsam fuisse certificatã de stabilitate in gratia finaliter, & gloria obtinenda. Sed hic est dubiũ, quomodo fuit Virgo certificata? Respondeo, quod hoc potuit esse Dei inspiratioce, vel reuelatione, vel experientia Dei ad ipsam dilectionis, & ẽconuerso sui ad Deum, vel repletione gratiæ copiosissimæ, siue ex visione diuinæ essentiæ, dum eius filius in suo vtero permanebat, vt piè creditur. Vlterius dubitatur, cum virgo in præsenti nõ fuerit beata, quo modo potuit de beatitudine certificari, & securari, cũ securitas sit maxima pars beatitudinis, vt dicit Augustinus. Respondetur, quod B. Augustinus non dicit quod certificatio, & securitas de statu in gratia sit maxima pars beatitudinis, sed loquitur de statu in gloria. Aliter potest dici, quod est securitas de beatitudine percipienda, & illa non facit beatum. Est alia securitas pro beatitudine habita, & percepta, & illa facit beatum. Prima fuit in Virgine, secunda non pro statu viæ. Septimum, quod beata Maria habuit præ omnibus mulieribus est, quod fuit internaliter radiata, quo ad spiritum propheticum, hoc asserit B. Ambrosius super Lucam exponens illud. Tu puer propheta. Vbi dicit sic. Nullam prophetasse vberius, quàm Mariam matrẽ Domini inuenimus. Sed hic est dubium, quomodo in Virgine hoc sit singulari, & dicatur, cum in veteri testamento, & noua multæ fuerint prophetissæ, vt patet de Maria sorore Moysi; de Debbora, Oldan, & Elisabeth, matris Ioannis Baptistæ. Respondetur, quod dicit Ambrosius vberius præ alijs prophetauit, pro quo est sciendum multiplicem esse modum prophetãdi, pariter, & mul-

Isa. 14. Ioa. vlt. Luc. 10. Exo. 32. Gen. 21. Rom. 8.

Exod. 15 Iudic. 4. 4 Re. 22 Luc. 1.

multiplicem spiritum prophetię. Vnde secundum B. Gregorium homilia 1. super Ezechielem. Spiritus prophetiæ datur aliquando respectu
4. Reg. præsentium, vt Giezi seruo Elisei. Pariter respectu præteritorum, sicut Moysi quando scripsit librum: & etiam futurorum, sicut Isaac, qui filiũ in præsenti positum non cognouit, & tamen ei futura multa prædixit.
Gen. 26. Aliquando respectu præteriti, & futuri, vt patet de Daniele, qui vidit
Dan. 2. somnium præteritum Nabuchdonosor, & futura ei prædixit. Datur ali
2. Re. 12 quando respectu præteriti, & præsentis, vt patet de Nathan, qui Dauid quomodo Bethsabee acceperat, dixit, et pro præsenti, indicauit gladiũ non recedendum ab eius domo. Datur etiam respectu præsentis, &
Nu. 24. futuri, vt patet de Balaam, qui multa de prę̃senti, & futuro dixit. Tãdem datur aliquando de præterito, præsenti, & futuro, sicut Moyses habuit, & Isaias, & alij. Ad propositum ille, qui spiritum prophetiæ habet solũ respectu vnius temporis non cẽsetur sic propheta perfectus, vt ille, qui habet respectu duorum temporum vel plurium, vel omnium temporũ. Insuper sciendum est, quod menti prophetarum spiritus propheticus
4. Reg. 4. non semper adest: vt patet de Eliseo, cui per saltum pulsantem spiritũ Deus infudit, & mulierẽ Sunamitem, quid haberet, cognouit. Vlterius, & in modo reuelationis est etiam gradus, quia nobilior est, qui fit per apertam visionem quàm qui per somnium, & sic de alijs. Ad propositũ B. Mariæ, cum præ omnibus mulieribus spiritum propheticum præ habuerit respectu præsentis, præteriti, & futuri, vt patet in Cantico ab ipsa ædito. Spiritus etiam propheticus, vt piè creditur, ipsam nunquam dimiserit, acceperitque hunc spiritu visione diuina, habueritque non solum spiritum propheticum, sed intelligentiam spiritus prophetiæ: quare ipsa hanc prærogatiuam præ cunctis mulieribus habuit. Sed si quęratur, quando Virginem beatam hoc donum possediſſe dicendum est. Respondeo, quod etsi ante incarnationem verbi habuit, quia quę angelus dixit, vt docet Bernardus, super Missus est, sibi reuelata fuere, tamen ponendum est, saluo meliori iudicio, quando verbum carnem ex ea assumpsit, Spiritus sanctus superuenit super ipsam, & hoc donum sibi tribuit, & verbo etiam se sibi obiectiuè cõmunicante per modum raptus, vt piè creditur. Sed si quæratur, quomodo habuit? Respondetur, quod etsi oẽs modi superius tacti fructu 23. quibus locutus est Deus, potuerint esse in Virgine beata, præcipuè tamen piè potest credi per apertam visionem. Si verò quis hoc nolit admittere Deum Virginem in prę̃senti clarè vidisse, potest alius modus poni, quẽ B. Gregorius ponit 2. Dialogorum de B. Benedicto, s. per irradiationem luminis diuini, quo lumine anima dilatatur, vt comprehendere queat, quicquid infra Deum est. Qui adhæret Deo vnus spiritus efficitur cum eo, & consequenter quæ Dei sunt agnoscit. Cum Virgo præ cæteris inhæserit, sensum ergo Domini vidit, & cognouit. Sed quã certus fuit spiritus propheticus in Maria? Respõdetur, quod veracissimus, vtpote à prima veritatẽ, q̃ in carne

circun-

circundederat,& habebat in ventre eius, mens certificabatur, & illustrabatur modo singularissimo,& excellentissimo sibi facto plusquàm Moysi,Paulo,& B.Benedicto. Quare si certus fuit in alijs hic spiritꝰ,certissimus astruitur in Maria. Ad quod septimum prefatum,quod habuit B.Maria,præ aliis mulieribus sequitur,octauum. Et est,quod lumine iã præfato ordo sacræ scripturæ,& diuina mysteria in sacro eloquio contẽta sunt ei reuelata. Quod quidem sic astruitur, Dei genitrix fuit plena præ alijs Spiritu sancto, cuius tetigisse mentem secundum Gregorium,docuisse est; quare replendo,& docuit Virgo,& secundum Hieronymum,& Augustinum literis hebraicis sufficienter fuit instructa. Quod memoria retinuit proculdubio per aduentum copiosissimum Spiritus sancti intellectu retinuit. Sancti multi,& prophetę spiritum intelligentiæ prophetiarum habuerunt. Christus hanc gratiam dedit apostolis post resurrectionem,quia aperuit illis sensum,vt intelligerent scripturas. Duos discipulos pergentes in Emaus instruxit. Hoc ab ipsa Dei genitrice futura magistra apostolorum, & fidelium,& ecclesiæ columna,non est subtractum,sed communicatum. In signum ergo huius doni percepti tàm à Spiritu sancto, quàm à verbo in eius vtero commorante cantabat ipsa,& dixit: Suscepit Israel puerum suum. Nonum,q̃ præ aliis mulieribus habuit B.Virgo,est, quia vt piè creditur in præsenti dum degeret,est Dei faciem conspectata. Si.n.hoc tenendum est,vt inquit Augustinus in epistola ad Paulinam de Videndo Deum,multis sanctis nondum à corpore exutis concessum, vt Moysi, & Paulo: Stephano,& Isaiæ,Virgini non est negandũ. Aliud priuilegium,quod B. Maria alias mulieres excedit,est,quæ in præsenti degens,fuit de plurib. fidei articulis certificata,hoc patet ponendo eam diuinam visionẽ claram habuisse,mysterium incarnationis angelis pluribus occultatũ ipsa prænouit, nec solum angeli verbis credidit, sed nec de eis dubitauit,vt dicit Ambrosius super Lucam:sed quæ angelus dixit, prius interiori reuelatione cognouit,& sciuit. Sed tunc est dubiũ,quomodo ipsa habuit fidem si certẽ cognouit? Respondetur,cum secũdum Vgonem fides sit infra scientiam,& supra opinionem,quare certitudo potest haberi,& cum hac fides. Potest etiam de vno articulo certitudo haberi scienti fica,& hoc diuina irradiatione & tamen de aliis articulis habere puram fidem. Potest etiam dici,quod quandiu in præsenti sumus per fidẽ ambulamus secundum Apostolum. Sed de hoc plenius in sequentibus dicetur. Decimum priuilegium B.Mariæ præ alijs, quod Dei mater est facta,& nuncupata;de quo fructu 20.pleniſſime,& pro nunc cum seraphico doctore dicamus,quod nihil nobilius cogitari potest, Virginem Dei genitricem Mariam in matrem fuisse electam tanti nobilissimi filij. Sed hic potest esse vnum dubium. An B.Maria meruerit,vt esset Dei mater? Ad istud dubium sic respondetur ex mente seraphici doctoris, *Luc.vlt*

quod meritum est triplex;congrui, s.quo peccator dicitur gratiam mereri,cum se ad gratiam disponit;digni,quo vir iustus orans pro alio meretur exaudiri;condigni, quo quis ex tanta gratia meretur tantam gloriã. Ad propositum dicitur: Virgo Maria concipere Dei filium ante incarnationem meruit merito congrui, quoniam prę sua nimia charitate puritate,& humilitate,idonea erat,vt efficeretur mater Dei. Post annũciationem verò, postquam consensit, & Spiritussanctus in copiositate gratiæ super eam descendit,non solum habuit cõgruitatem,sed dignitatem,& ex tunc ex meriro digni obumbrante virtute altissimi meruit Virgo beata. Sed merito condigni non potuit mereri concipere Dei filium,pro eo quod excedit meritum. Vndecimum priuilegium Virginis præ cunctis mulieribus est,quod fuit dignificata,& in Dei matrem electa,& omni gratia fęcundata. Postremò,& vltimò fuit præ cunctis mulieribus in hac vita summe recreata. Istam recreationem habuit, quia plena gratia,vnita Deo, Dei mater effecta, tùm quia faciem Domini vt piè creditur est conspectata. His ergo duodecim priuilegijs singularibus apparet,quod B. Virgo omnes mulieres excessit, & excedit. Sed vlterius pro maiori huius præsentis fructus declaratione est sciendum,q̃ non solum in præfatis excedit, sed etiam ipsa B. Virgo excellit cæteras mulieres. Primò,quia nulla mulier, vt ipsa fuit figurata in veteri testamento,sic à prophetis declarata,donis parentum nobiliter adornata,parentibus sterilibus nunciata,à peccato originali sic præseruata, à Deo sic,vt ipsa nominata,taliter,& sic conuersata, Deo consecrata,à Domino,& de cœlo sic cibata,& satiata,tàm mirè sic desponsata,Spiritusancto sic obũbrata,& tali filio sic ditata. Iure ergo fructus præsens dicit: *Maria liberatur*, ideſt à conditionibus mulierum ipsa fuit totaliter liberata. Pro cuius euidentia est sciendum, quod aliqui sunt defectus generales in mulieribus,& aliqui speciales. Appello hic defectus generales, quia in pluribus sunt,& si non in omnibus. Teste enim scriptura, & quodammodo experientia mulieres primo sunt seducibiles exemplo Heuæ,mendaces,periculosæ. Aptæ, & promptæ ad mendacia cõfingẽda, promptæ ad decipiendum, inducentes ad malum, pronæ ad inobediendum,inuidæ,infidæ, introducentes ad Deum negandum,suscitantes rixas, vagabundæ, elongatrices à Deo, incitantes ad libidinem,allicientes immediatè ad se diligendum, impatientes, importunæ secreta perscrutantes, secreta pandentes, audaces ad petendum, homines confundentes, dedignantis natnræ,& blanditias diligentes; Molles ad acquiescendum,superbæ,vindicatiuæ, litigiosæ. Non fortes, sed instabiles,& fragiles,vt dicitur:Mulierem fortem quis inueniet? Mollicientes,& comantes se. Transformantes se,dissimulando; Malitiosæ;Infatuantes mentes prudentum. Multos alios defectus sacra scriptura mulieribus attribuit,& sunt quasi generales,quia,vt dicit Salomon: Virũ

Eccles.25 *Eccle.25*

de mille

de mille vnum reperi;mulierem ex omnibus non inueni. Et quare hoc dicit? quia ipsa mulier fuit initium peccati, Illaqueat mentem. A marior morte, perdit animam, iracunda concutit cor, dissentiens rationi, Zelotypa, consolatrix malorum, vana occulta, parata ad malum; irruens. Et sic huiusmodi defectus, & alios scriptura attribuit mulieribus, etsi non omnibus. Quibusdam enim attribuit quasdam virtutes, vt constantiam Iudith, prudentiam Abigail, deuotionem ad sanctos, vt ad Elisæum, patientiam, vt de matre septem fratrum, & sic de aliis. Et sic iam dicta non omnes tangunt mulieres, vt patet; sed tangunt plures. Sed defectus, qui tangunt omnes generaliter mulieres sunt isti, quantum ad corpus. Primus, quia ærumnis, & miseriis est ornata; si concipit, corrupta; si lactat, contaminata; si parit, dolore anxiata. Quantum ad animam, ipsa est inclinabilis ad credendum, debilis ad sustinēdum, est macula vitiata, quia originali peccato, vt ignorantia obcæcata. Quantum ad totum coniunctum, origo culpæ, seminarium concupiscentiæ, initium mortis, & incinerata obit. Sunt isti defectus generales mulierum, prout experientia docet. Ad propositum fructus noster dicit, quod etsi B. Maria sexu mulier fuerit ab his defectibus liberatur, & à præfatis in generali, & à duodecim iam dictis in speciali. Et quod Beata Maria fuerit totaliter libera, & à præfatis defectibus extranea, patet à pirmo defectu, s. seducibilitatis, quia Virgo fuit prudentissima, vt canit ecclesia: Mendicitatis, quia mater veritatis; periculusitatis, quia ipsa liberamur ab ipsis; fictionis, & falsitatis, quia (teste Ambrosio) imago corporis, simulachrum fuit, & mentis; deceptionis, quia ipsas omnes mundi hæreses extirpauit; inductionis ad malum, quia ipsa clamat: Beati, qui custodiunt vias meas; inobedientiæ, quia ancilla Domini dicitur; inuidentiæ, quia mater est misericordiæ; infidelitatis, quia fidē perfectam, ipsa sola passionis tempore habuit. A Deo recessus, quia ipsa (teste Bernardo) est per quam peccatores à Deo elongati habent accessum. Rixæ, & conturbationis, quia mitissima fuit, & benigna, & mansuetudine plena; vagationis, quia, vt vitaret homines, ad montana cum festinatione ascendit. Abdicationis à fide, & à Deo, quia ipsa est, quæ reduxit ad fidem apostatas, & alios fideles ad Deum. Pollutionis, quia ipsa principium fuit ad fidem virginitatis. De qua nec exemplum, nec preceptum, nec consilium ante habuit. Allectionis ad se, & prouocationis ad malum, quia ipsa sui aspectu extinguendo libidinem in alijs intuentibus se, prouocabat ad bonum. Impatientiæ, quia in fuga ad Ægyptum cum filio, & tempore passionis, in qua ostendit suam patientiam. Importunitatis, quia diligentia, & reuerentia de modo quæsiuit. Non retentionis secretorum, quia conseruabat omnia conferens in corde suo. Audaciæ in petendo, quia cum maguo dolore, reuerentia, & admiratione in nuptijs, & in templo locuta est cum filio. Verecun-

Prou. 2. *Eccl. 7.*

Prou. 7 *Luc. 1.*

Luc. 1.

Luc. 2. *Ioan. 19.* *Luc. 2.*

diæ

diæ,& confusionis,quia honorauit,& plurimum dignificauit virum Ioseph suo contubernio,& coniugio. Molitiei, quia ipsa sola fortis est inter mulieres, quæ fortem diabolum vicit, & caput eius contriuit. Superbiæ,& eleuationis, quia humillima præ omnibus fuit. Vindicationis,quia cum ipsa imitatrix fuerit per omnia Christi sui filij, deuotè pro crucifixoribus orauit. Litigationis,quia Maria fuit verbis grauis, anima prudens,& loquendi parcior. Instabilitatis, quia cum habuerit dona Spiritus sancti,quare,& donum fortitudinis; nimiæ suæ adornationis, quia vix vnicam tunicam habentem; Magi eam receperunt. Dissimulationis, nullo enim doli ambitu sincerum adulterauit affectum. Malitiæ,quia ipsa columba, ratione simplicitatis in canticis pluries vocatur. Infatuationis, patet,quia ipsa sapientissima sanctos apostolos docēdo sapientes effecit. Hi sunt triginta defectus mulierum à quibus Virgo glorioſa fuit immunis. Ab alijs verò defectibus supraſcriptis,& succinctè quàm Virgo fuerit elongata ex doctrina Ambrosij,& Damaſceni videri potest. Sed ab illis defectibus,qui generaliter omnes tangunt mulieres,quod Virgo fuerit liberata, apparet. Et primò à miſerijs,& ærumnis,quia ab ipsa sunt resecandæ. A corruptione conceptus,quia Virgo genuit. A lactationis contaminatione,quia vberè de cœlo pleno suum lactauit filium. A doloris parturitione, quia cum gaudio filium enixa est. A defectu facilitatis in credendo, quia mater fidei nostræ. Debilitatis in sufferendo, quia ipsa fuit martyr, & plus in supportando filij passionem. A maculationis contagio, quia ab originali præseruata. Ab ignorantia,quia spiritu sapientiæ,& scientiæ repleta. A defectu originalis culpæ,quia ab ipsa ortus est filius plenus gratiæ,& veritatis. A seminatione concupiscentiæ,quia ipsa fuit purissima super omnem creaturam. Ab immissione mortis,quia Maria vitam peperit. Et à defectu incinerationis,quia in corpore,& anima post triduum suæ mortis ad cœlum est resurgendo leuata. Sic ergo Beata Maria à prauis conditionibus,& defectibus mulierum fuit liberata. Excedit pariter Dei genitrix omnes mulieres in aliis, quoad dona ipsa, generando filiū nobis data,& condonata. Primum donum datū est,qa natura humana in persona Virginis est insolitè ab angelo salutata, q alteri mulieri ab angelo non est factū. Quia Dei pietas ad miserādū inclinata,quia nostra natura deificata,carne assūpta à Dei verbo ex Virgine,& Deo personaliter vnita, qa promissio facta patribus de incarnatione est completa,& terminata, quia pax est inter Deum,& hominem celebrata,quia mulierum maledictio subleuata, quia diaboli potestas est subiugata. Quia natura nostra,& in ipsa ab angelis venerata. Quia æterna est recuperata. Quia Angelica ruina de hominibus reparata, quia nostra oratio est à Deo acceptata. Et tandem quia nostra natura super omnes in cœlo est eleuata tam in Christo,cui data est,omnis po-

testas

testas in cœlo,& in terra,quàm in Maria,quæ imperatrix est cœli, & terræ. Multa alia dona, & beneficia ipsa Maria mediante sunt à Deo nobis data, de quibus in fructibus sequentibus tractabitur. Dicamus ergo nunc,quod B.Maria mulieres excedit,quia ipsa,& nulla alia oberrantes diriguntur luce veriori, discordantes vniuntur pace dulciori, labores subuehũtur pabulo deifico,captiuantes substernuntur sub Domino magnifico,defensantur milites contra diabolum dimicantes,repatriantur exules ad cœlum festinantes, ira abijcitur à mente diuinali,homo diligitur à Deo corde viscerali: precium porrigitur, vt dimittamur,eloquium dirigitur quo instruamur,regnum proponitur, quod ingrediamur: cibus conceditur,quo cælibamur. Hæc omnia quia patebunt fructu 73. & 74. ad præsens dimitto. Et sic ex prædictis apparet quomodo B.Maria,& si sexu mulier,à mulierum prauis conditionibus liberatur. Dicere ergo possumus cum Ioachim summo sacerdote. O benedicta Maria tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi, manus Domini confortauit te, & eris benedicta in æternum. Amen.

FRVCTVS QVINTVS.

Fructus XXVII.

Maria pœna caruit.

EXPOSITIO BREVIS.

DEI filij mater Maria tam plenitudine gratiarum, quàm sui incorruptione,& doloris in partu carentia, ab Heuæ maledictione secluditur,atq; suum filium astruitur præ aliis mulieribus genuisse nouo more.

EXPOSITIO MAIOR.

MINENTIA Dei genitricis Mariæ, & si comparatione ad omnes fructu præcedenti sit, & ad matrem omniũ Heua fructu 16. declarata aliqualiter in speciali, quia verò presens fructus,circa maledictionem versatur,qua omnis mulier pariens filios à Deo ob demerita primæ matris punitur, à qua hic fructus asserit Mariam in partu immunem fuisse, oportet aliquanto sermone retexere quàm differenter ad matrem primam omnium Heuam se habuit Maria,& quomodo, quod inflictũ est pœnæ generantibus ipsa à Dei matre, sicut,& alia sit ablatum. Vt enim Saluator noster Dominus Iesus Mariæ filius secundus Adam fm

Apo

Apostolum per omnia primo Adæ fuit dissimilis moribus, virtutibus, & gratia (& si similis in natura vtpote quod homo) sic ipsa secunda Heua, scilicet Dei genitrix Maria omnium viuẽtium mater, quoad gratiam tàm in præsenti, quàm in patria regnantium, primæ productrici omnium viuentium vita mortali dissimilis reperitur. O quãta est disparitas, dissimilitudo, improportio, & inæqualitas inter primum Adam, & secundum, nouum, & veterem. Adam primus de terra terrenus, secundus Adam Iesus Christus, vt dicit Apostolus, de cœlo cœlestis. Huius primi Adæ delicto peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ
Ioan. 14 mors, sed secundo Adam Christo vita reuenit, cum ipse sit vita. Primo Adam multi sunt facti peccatores: secundo Adam multi iustificantur. Per primum Adam omnes moriuntur, per secundum omnes uiuificabuntur. Primus vetus homo cum suis actibus malus censetur, secundus nouus homo secũdum Deum est creatus. Primus ori diuino inobediẽs, secundus obediens vsq; ad mortem. Primus animalis factus, quia comparatus iumentis insipientibus, & similis factus est illis, secundus diuinalis, quia in eo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, ideſt, verè. Et quia corpori, & animæ deitas coniuncta in eo fuit, & in eo deitas per essentiam, sicut in alijs per gratiam, & ita per modum longitudinis, per gratiam sicut in omnibus sanctis, & sic per modum latitudinis, & per vnionem, & sic per modum profunditatis, & per consequens totus spiritualis fuit. Primo natura humana infecta est vitio carnis & rebellionis, quia eo iustitia originali sumus priuati. Secundo refecta, reparata, & restaurata est, quia ipse factus est nobis à Deo sapientia, san-
1.Cor.1. ctificatio, iustificatio, & redẽptio, vt ait Apostolus. Primo Deo facti sumus inimici, secũdo recõciliati sumus per sanguiné eius. Primo regnũ
Rom.5. cœlorũ adimitur, secundo regnum, & hæreditas obtinetur. Primo sumus subiecti, & creaturarum dominio priuati, secundo omnis potestas
Mat. vl. in cœlo, & in terra in sui persona nobis est collata. Primo diabolo sumus addicti, secundo ab ipso diabolo redempti, liberati, & erepti sumus. Primo prostrata est omnis creatura, secundo nobilitata, exaltata, & restaurata fractura creaturæ. Primo in valle miseriæ sumus positi, vt dolosi, secundo in cœlo adscripti, & glorioſi. Primi vita est erumnosa, exitialis, ac infectiua, secundi est vita virtuosa, diuinalis, & ordinatiua. Primo gratuitis spoliati, & in naturalibus vulnerati, secundo datur gratia, & virtutes, ac in bono roboramur, & consequenter viribus resumptis resurrectionis plenè à peccato reformati. Primo omnibus malis repleti, secundo à malis omnibus liberãti, & bonis ditati, quia in eo diuites facti sumus, in omni scientia, & longanimitate, vt declarat
1.Cor.1. Apostolus. Sic ergo secundus Adam dissimilis in proprietatibus, virtutis, & gratiæ primo inuenitur, nec immerito, quia primus homo purus, sed secundus Adam homo, & Deus verus. Sic reuera Heua secun-

da,

da, scilicet, Dei genitrix Maria Heuæ primæ matri omnium non viuentium, sed morientium, quia ea omnes moriuntur ab ipsa progeniti, per omnia dissimilatur. Heua enim decepta, Maria sapientia diuina perfecta, Heua labilis, Maria stabilis, Heua paruipendens à Deo sibi imperatum, Maria diuinum seruans mandatũ; Heua caput peccati, Maria principium gratiæ; Heua gratuitis priuata, Maria gratia fœcundata; Heua à paradiso expellimur, Maria vt porta cœlum ingredimur; Heua morte destinamur, Maria ad vitam reuocamur; Heua diabolo subiugata, Maria diabolo est prælata; Heua omnia confunduntur, & deteriorantur, Maria omnia reficiuntur, & reparantur; Heua auctrix malorum, Maria datrix bonorum; Heua peccatorum dotrix, virtutũ Maria exemplatrix; Heua quæ praua sunt agit, Maria quæ recta sunt peragit, & facit; Heua à cœlestibus ad terrena deijcimur, Maria à terrenis ad superna prouehimur; Heua mater est perditionis, Maria mater est saluationis; Heua parens peccatorem, Maria gignẽs saluatorem; Heua orbis destructrix, Maria mundi reparatrix; Heua natura humana humiliata, Maria super omnia exaltata; Heua nos à Deo seperauit, Maria Deo copulauit: Heua datur maledictio, Maria benedictio; Heua Deus à nobis elongatur, Maria Deus humanatur; Heua ad infernum nos transmisit, Maria ad cœlum nos transduxit; Heua malis cunctis oneramur, Maria bonis cunctis fœcundamur; Heua primus parens decipitur, Maria veritas in mũdum adducitur; Heua seminarium concupiscentiæ, Maria speculũ mũditiæ; Heua prima nominatur, Maria verso Heuæ nominæ salutatur, & Aue salutata appellatur; Heua serpente incitatur, Maria angelo salutatur; Heua concipit prostrata, Maria est intacta grauidata; Heuæ puer lachrymis rigatur, Mariæ partu cœli collætãtur. Sic ergo si mores ad mores, vita ad vitam comparẽtur; B. Maria per omnia primæ Heuæ, & omnium morientium primæ matri dissimilari videtur. Qua in re cũ contraria modis oppositis habeant fieri si in cunctis (natura duntaxat excepta) B. Maria ab Heuæ malectionibus, condictionibus malis remouetur, & prauitatibus, igitur, & à pœnalibus partus doloribus præsertim, cum illa filios mortis, & luctus, & humanos, Maria hominem Christũ, Deum verum genuit, quare ab omni dolore, vt præsens fructus asserit, elongata fuit, vt maledictio Heuæ in benedictionem versa Mariæ, & q illa in dolore filios peperit, ista cum summa lætitia dominum pareret. Nec mirum hoc debet videri prudentibus Mariam à dolore in suo partu seruari, quia non est impossibile apud Deum omne verbum, vt sicut contra naturæ consueta Deum, & hominem peperit, sic contra naturæ deprauatæ peccato iura ipsa Dei filium sine dolore generaret. Dicit ergo fructus noster, quod B. Maria in partu filij benedicti pœna caruit, vt ipsa mirabilis ĩter mulieres, mirabilis esset eius partus, & stupendus non solũ filio genito, sed, & in modo pariendi tàm virginitate

seruata

seruata, quàm carētia à dolore super omnes mulieres inueniretur. Hoc ergo tàm insolitum, tàm stupendum miraculum, scilicet, præseruationis à dolore decentissimè à Deo fuit in partu Mariæ demonstratum, & patratum. Decebat enim ad virginitatem omnimodam declarandam, vt dolore careret in partu, quæ virginitatis lilium obtinuerat in generatione sui filij benedicti. Dolor enim partus signum est euidens virginitatis amissæ, vel in proximo amittendæ. Cum ergo inuiolata fuerint Marię viscera in partu à dolore consequenter decuit, vt esset immunis. Heuæ, vt dictum est, maledictio, qua dicitur in tristitia paries filios, ad filios propagandos commixtione maris & fœminæ principaliter se extendit, quare ad Beatam Mariam, quæ filium virtute produxit ex alto se illa sententia maledictionis pfata non conuertit; in innocentiæ statu fœtus emissio sine dolore fuisset, quia membra genitalia ad nutum parentum, sine labore, & dolore se dilatando deseruissent. Cur in Maria non creditur doloris absessus, quæ puritate ad innocentiæ statum gratia fuit faciente deducta? Potuit ergo meatu intacto Dei filium sine dolore ex se generare. Ad Mariam sine dolore intrauit Iesus non diminuta integritate, sed consecrata, cur & non sine dolore exire potuit de eius ventre? Sepulchro clauso, & illæso resurgendo exiuit Christus Mariæ filius, sic & ianuis clausis ad discipulos intrauit, & exiuit, nonne etiam ergo potuit, à Maria illæsa exire, & sic absque dolore? Ventus poros corporum sine corporis læsione subintrat, & exit, cur si ponatur Christum vsum dotæ subtilitatis habens corpus sic vento subtilius exire non potuit? Sol intrat lapidem mundissimum, & penetrat sine corruptione, & exit, sic & vitrum intrans sol non lædit, quare & verbum Beatam Mariam ingrediens, nec exiens eius corpus minuit, corrupit, nec penetrauit, sed intacta ingressu, & egressu virgo remansit. Miraculosè Virgo beata concepit, & modo inaudito, quia non humano, sed diuino, sic & superno prodigio absque dolore ipsum emisit de ventre ea intacta, infracta manente. Portauit Maria nouem mensibus Christum sine ponderis dolore, sed cum gaudo, vt dicit Augustinus, quia læta gestabat infantem, quare, & peperit sine dolore cum eius in partu gaudium non fuerit diminutum, sed adauctum. Facilitas pariendi, vt patet experientia dolorem mitigat in fœminis parientibus corruptis, cum Maria summa facilitate genuerit suum filium, caruit omni dolore. A corruptione carnis fuit præseruata, & immunis, quare & à dolore, cum à primo causetur secundum. Maria benedicta in mulieribus ab angelo prædicatur; ab illo ergo debuit eximi, quo mulieres communiter, naturaliter innodantur, partus scilicet dolore. Gratia plena dicitur Maria, & gratia habet mentem lætificare, & præsertim quæ innocentissime confertur, & si gratia semper adfuit Mariæ, præsertim

in par-

in partu, cum iam esset in gratia confirmata. Quare pariendo potius est lætificata, quàm dolore confossa. Quomodo poterat Maria dolore talem habere, tantum filium pariendo, qui est Deus & homo? Abscessit ergo dolor omnis, & gaudium adfuit indicibile. Dolor mortis, partus dolorem excedit, sed à primo Maria est præseruata, cur non à secundo? Spiritus Mariæ exultat, & in Deo sine dolore requiescit salutari suo: cur non salutare à Maria progreditur sine matris dolore? Dolor à Maria non potuit in partu iure exigi, quæ absq; corruptione concepit. In partu ergo omnis dolor abijcitur, vbi omnis corruptionis libido abdicatur. Partus dolor ad obrobrium est mulierum, quia corruptionis signum, & si omnis indecentia, quo admissæ pudicitiæ virginalis verecundiam à Maria est remouenda, quare propositum. Beatus fuit venter Mariæ & si non perfecte, in præsenti habuit tñ aliqua de spectantibus ad beatitudinem, & hoc Christo in eius vtero stante, videlicet, claritatem vultus, quem Ioseph intueri non valebat, agilitatem in ferendo filium. Cur nō debet credi de impassibilitate quantum ad partus dolorem? cū nouū miraculum ibi fuerit quoad hoc Deus operatus, vt dicit doctor subtilis. In pace, & gaudio Simeon ponitur à filio Mariæ, Maria proculdubio in maiori ponitur à filio, dum eum parit: causari dolor vnde poterat in Maria? non ex fractione claustri, & meatus, quia inuiolata peperit. Vnde ergo? Conceptus est supra naturam, similiter, & partus, quare legē naturę sequi in dolore non decuit. Quem genuit B. Maria? Nonne Deum verum, & hominē, qui omnipotens nuncupatur, in quo omne gaudium, & lætitia reperitur, & quomodo? quia incorrupta. Nō dubitetur ergo de dolore, quo caruit, dum Dei filius cogitatur, quem genuit, & modo, quia impolluta. Et si Christus vsus est agilitatis dote in ea stante, quia sine grauamine eum portauit, cur non & subtilitatis de ea egrediente? Christus de omni statu aliquid assumpsit, de innocentiæ statu iustitiam originàlem, de naturæ lapsæ, famem, sitim, & morte, de statu gloriæ dum esset in præsenti habuit beatitudinem perfectam, quoad portionem superiorem animæ, licet non in inferiori, vt pateretur. Sic B. Maria de primo statu perfectam innocentiam, & partus dolorem, de secundo pœnas famis, & sitis, de tertio confirmationem in bono, quare propositum. Maria, dicit Euangelista, cogitabat qualis esset ista salutatio, quare, & modum generandi, quia, & si de corruptione, multo magis, & de partus dolore, sicut per angelum de primo fuit declarata, sic, & de secundo, quia gratiam inuenit in conspectu Domini, in partu Mariæ obstetrix non fuit, vt dicit Hieronymus contra Eluidium; quare nec partus dolor, aut fractio virginitatis. Prædictis igitur inspectis credi debet B. Mariam in partu caruisse omni dolore, quæ totius mundi genuit gaudium, & Saluatorem, & per consequens appareret, quomodo dissimili ab aliis Maria suum filium generauit, tàm virgini-

Gen. 18. Gen. 19. 1. Reg. 2. Exo. 14.

ginitate seruata, quàm amotione omnis doloris. Exultat ergo, & gaudet Maria in Christi conceptu, & ortu, & in illa illud propheticum dictum adimpletur. Germinans germinabit quasi lilium: ecce puritas parientis. Et exultabit lætabunda, & laudans: ecce doloris omnis abscessus quoad propositum. A sententia ergo illa mulierum, in tristitia paries filios, Virgo excipitur, vt dicit August. in sermone de natiuitate Virginis, quia ipsa in lætitia Dominum peperit vitæ. Sed aliam causam assignat in sermone de assumptione dicens, quod à tali sententia Virgo excipitur, quę sine peccati collusione, & sine virilis admixtionis detrimẽto Christum susceptit, sine dolore genuit, sine integritatis violatione, pudore virginitatis integro permansit. Sic ergo apparet ex dictis declaratio istius fructus, scilicet, *Maria pœna caruit*. Hoc est in suo sacro partu. Et consequenter apparet, quomodo debet intelligi, quod pro talis fructus expositione fuit primo notatum.

FRVCTVS SEXTVS.

Fructus xxviij.

Maria theocatur.

EXPOSITIO BREVIS.

SIBILLINIS oraculis dictis propheticis, & miraculis Dei filiũ genuisse Mariam, & consequenter Dei genitricem veracter censeri debere arguitur euidenter. Nullaque laus de ipsa maior ualet effari, quàm Dei mater, & genitrix nuncupetur à cunctis.

EXPOSITIO MAIOR.

NOMEN diuinitus, teste Ambrosio, & Bernardo, vt fructus 8. ostendit impositum B. Mariæ virgini, & si eius excellentiam declaret, vt ibidem extitit declaratum. Eius tñ euidentia, dignitas, gradus, & excellentia veraciter declaratur, cum ipsa mater Dei, & Dei genitrix iuxta statuta in Synodo Ephesina contra Nestorium tempore Cęlestini primi, & in Synodo Constãtinopolitana contra Theodorum dicentem Virginem tantum hominem genuisse tẽpore Papæ Vigilii nuncupatur. Hic ergo fructus dicit: *Maria theocatur*, id est, theotocos uocatur, ſm dicta concilia, & Hieronymum in sermone assumptionis, & incipit. Hodie ac Ioannem Damascenum in suis sententiis excellentiam Virginis Mariæ nititur exprimere, dum uerè ipsam Dei matrem, ac genitricẽ proclamat. Quibus sue Maria ex hoc gaudeat meritorum prærogatiuis, gratię dignitatis, &

premij,

premij, quibusdam pro ipsius expositione declaratis apparebit expresse. Ad cuius fructus declarationem videnda sunt aliqua. Primũ, an veridicè Christum Mariæ filium Deum esse, & hominem conuincatur. Deinde, qualiter Maria Dei genitrix, & mater, & quare censeatur. Vlterius duobus præcedẽtibus visis declarabitur, quibus laudibus ex Dei maternitate Beata Maria extollatur. Pro euidentia primi, ad probandũ Dominum Iesum Christum Beatæ Marię filium fuisse, & esse verum Deum, & hominem sunt plures viæ, quas tangam breuiter, quia diffusius tractatur in fructu præsenti. Ad probandum hoc, prima via est, per sacræ scripturæ de Messia documenta. Vbi tali ratione vtor, vt facit Euangelista Matthæus in suo euangelio: Messias in lege promissus est Deus, & homo. Christus Beatæ Mariæ filius est verus Messias in lege promissus, ergo ipse Iesus Christus est Deus, & homo. Ad ostendendũ maiorem huius rationis, quia unum præsupponitur, videlicet, quod Messias in lege sit promissus, quia hoc Iudæi, & Christiani concedunt, & scriptura in pluribus locis hoc asserit, vt patet Gen. Non auferetur sceptrum. Micheæ: Tu Bethlehem, & sequitur, ex translationem: Ex te egredietur mihi Messias. Aggæi: Ego commonebo. Zachariæ: Ecce rex tuus. Isaiæ: Paruulus filius natus est nobis. Translatio Chaldaica: Deus fortis Messias. Ieremiæ: Ecce dies veniunt, & sequitur: Vocabunt eum Dominum. Translatio Chaldaica habet: Statuam Dauid Messiam. Et sic in pluribus locis ponitur, quod Messias esset venturus, & in lege promissus. Et quia est manifestum, ideò non adduco adhoc alias probationes. Hoc præsuppositio est ostendẽdum, quod secunda pars maioris, scilicet, qd Messias in lege promissus esse deberet Deus, & homo, teste scriptura, quæ dat ei, & tribuit æternitatem generationis, & hoc vbi dicitur de Messia per prophetam: Tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. In qua prophetia ostenditur æternitas generationis, cum ait: Ab initio, à diebus æternitatis, et per consequens deitas, cum nulla creatura sit æterna, sed solus ipse Deus. Sic ergo ostendi potest, quomodo sacra scriptura innuit duodecim quæ Messiæ attribuuntur, inter quæ; cum æternitas generationis, sit primum, sic declaratum, sequuntur alia, quæ ipsa scriptura tribuit Messiæ, nempe: Altitudinem missionis. Ecce ego commouebo cœlum, & terram. Diuinalem productionem: Ego hodie genui te. Veram humiliationem: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem; ecce rex tuus veniet tibi mansuetus, & humilis. Singularem nominationem: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Salutarem liberationem: Deus iudicium tuum regi da. Imperialem dominationem: Dominabitur a mari, vsq; ad mare. Diuinalem præeminentiam vocando eum solum Deum: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Benignam conuersatio-

Gen. 49. *Mich. 5.* *Agg. 2.* *Zach. 3. & 9.* *Isai. 9.* *Iere. 23.* *Mich. 5.* *Agg. 2.* *Psal. 2.* *Zac. 9.* *Isai. 9.* *Isai. 45.*

Baruc. 3. nem. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Generalem benedictionem, dicẽdo. In semine tuo, ecce Dei humanitas, benedicentur omnes gentes, ecce deitas. Internalem purgationem per ipsum faciendam in nos: Ecce ego mitto angelum meum. Et tandem
Mala. 3. dicit: Purgabit filios Leui. Humanalem liberationem, & redemptionẽ, quæ passim habetur in Isaia. Multa alia sacra scriptura tã in dictis prophetarum, quàm in alijs libris legalium, & sapientialium dicit de ipso
Isai. 62. Isai. 63. Messia, quæ ipsius deitatem, simul, & humanitatem demonstrant. Et sic probata est maior nostri argumenti, quod Messias in lege promissus Deus & homo esse debet. Sed minorem nostræ rationis, quæ est ista, videlicet, quod Christus Iesus Beatæ Mariæ filius est verus Messias in lege promissus. Hanc vtiq; probo, quia scripta de Messia sunt in Christo verificata. Et vt hoc videatur est sciendum, quod sacra scriptura ponit totam vitam Messiæ prophetatam, & declaratam, quę ad literam in Christo sunt completa. Vnde sacra scriptura ponit, quod Messias deberet ex patriarchis nasci, scilicet, Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, hoc impletum est in Christo, vt docet Euãgelista, quia fuit filius Abrahę, Isaac & Iacob. Quod ex semine Dauid generari. Hoc impletum est in Christo, qui est filius Dauid secundum carnẽ. Vnde ipse est dictus filius Dauid à cunctis, & etiã a dęmonibus. Quod in Bethlehem nasci. Hoc impletum est in Christo, quiin Bethlehẽ ortus est. Qd in diebus alienigenę prędentis in populo Iudaico. Hoc impletum est in Christo, qui natus est in diebus Herodis regis, qui non fuit Iudęus, sed Idumęus. Quod orietur ex Virgine. Hoc impletum est in Christo, qui natus est de Maria Virgine vitrute Spiritus sancti. Quod in prędepio collocari. Hoc impletum, quando Beata Maria Christum reclinauit in prędepio, quia non erat locus in diuersorio. Quod ab angelis adorari, & laudari. Hoc impletum est in Christi ortu, quãdo facta est cũ angelo multitudo militię cœlestis exercitus laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelsis Deo. Quod stella in suo ortu causari. Hoc impletum est, quando Magi testantur dicentes: Vidimus stellam eius in Oriente. Quod circunci
Gen. 16. Gen. 19. Matt. 1. Isa. 11. Iere. 23. Mich. 5. Matt. 2. Luc, 2. Gen. 49. Isai. 7. Matt. 2. Isai. 1. Luc. 1. Luc. 2. Isai. 49. Luc. 2. Nu. 24. Matt. 2. Gen. 17. di. Hoc impletum est, quando octaua die Christus circũcisus est. Quod
Luc. 2. Isai. 60. Matt. 2, Mala. 3 Luc. 2. Isai. 19. Matt. 2. Osę. 11. Matt. 2. Isa. 7. Isa. 2. Matt. 2. à Magis, & regibus adorari. Hoc impletum est, quando Magi intrantes domum adorauerunt eum. Quod debebat in templo Deo prędentari. Hoc impletum est, quando impleto tempore purgationis Marię tulerunt Iesum in Ierusalem in templo, & Simeon, & Anna de eo prophetauerunt. Quod in Ægyptum ire, & idola suo aduentu corruere. Hoc impletum quando Christus monitu angelico ductus in Ægyptum eius ingressu idola corruerunt. Quod ab Aegypto reuocari. Hoc impletum est, quando Christus monitu angelico venit de Aegypto in terram Israel. Quod in Galilęa, & Nazareth conuersari. Hoc impletum est, quando Iesus iuit in Galilęam, & habitauit in ciuitate Nazareth. Quod do-

cere

cere in templo. Hoc impletum, quando dum esset duodecim annorum, sedit in templo in medio doctorum. Quod per præconem singularem mundo declarari. Hoc impletum est, cum dicitur: Fuit homo missus à Deo. Quod vilis, & pauper esse in vita, & conuersatione sæculari. Hoc impletum est in Christo, quia natus pauper in præsepio. Et in cruce nudus pependit. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum. Quod à diabolo tentari. Hoc impletum est, quando Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Quod per angelos sibi ministrari. Hoc impletum est, quando diabolo expulso, & superato angeli accesserunt, & ministrabant Christo. Quod trans Iordanem in finibus Zabulon, & Nephthali prædicare. Hoc impletum est in Christo, qui audita captione Ioannis Baptistæ secessit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritimam, in finibus Zabulon, & Nephthali. Quod discipulos pauperes, & mendicos eligere. Hoc impletum est, quando apostolos pauperes elegit, quia piscatores, & relinquentes omnia. Quod humiliter viuere, & conuersari pacificè. Hoc impletũ est in Christo, dicente ipso: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quod vias Domini prædicare. Hoc impletum est, quando Saluator incepit prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite. Legẽ euangelicam euangelizare præcipuè discipulis. Hoc impletum est per Christum, quando aperiens os suum, docebat eos. Quod iustitiam exercere. Hoc impletum est in illud: Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo; & etiam: Qui sine peccato est vestrum primò mittat in eam lapidem. Quod prædicationem eius Iudæi non acceptare. Hoc impletum est in Iesu; cui dixerunt Iudæi: Tu de ipso testimonium dicis; testimonium tuum non est verum. Quod per ipsum miracula operari. Hoc impletum est per Iesum, qui suscitauit mortuos, puellã adolescentem, Lazarum, & illuminauit cæcos, vt Celidonium, & Longinũ. Quod populum cibare. Hoc impletum est per Iesum, qui pauit populũ in deserto de panibus. Quod spirituale regnum inchoare. Hoc impletum est in illud: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnũ cælorum. Et alibi: Regnum meum non est de hoc mundo. Quod populũ gentilem sua doctrina conuertere. Hoc impletum est per illud: Multi venient ab oriente, & occidente. Et etiam: Mundus totus post eum vadit. Quod propheta magnus reputari. Hoc impletum est in Iesu, qui fuit propheta magnus, vt etiam duo dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta. Quod sacrificium singulare, & conuiuium, de corpore, & sanguine suo ordinare. Hoc impletum est, quando Christus in cœna corpus, & sanguinem ad sacrificandum instituit. Quod ciuitas Ierusalem propter suam incredulitatem destrui. Hoc impletũ est, quando Christus fleuit super ciuitatem. Quod à principibus sacer

Luc. 2. Mal. vl.
Ioann. 1. Zach. 9.
Matt. 8. Zach. 3. Matt. 4. Pſ. 138.
Matt. 4. Iſai. 9. Matt. 4. Iſai. 8. Mat. 19 Iſai. 42. Pſal. 37. Pſ. 108. Mat. 11 Iſa. 1. Mich. 4. Matt. 4. Iſai. 61. Matt. 5. Iſai. 11. Iere. 23. Mat. 25 Ioann. 9 Iſai. 65. Iſai. 35. Eze. 34. Mat. 14 Iſai. 9. Mat. 18 Ioan. 18 Iſa. 5. Matt. 8. Deut. 18 Matt. 8. Luc. vlt. Iſa. 25. Zach. 9. Mat. 26 Dan. 9. Iſai. 5. Mat. 19 Sap. 2.

dotum persequi. Hoc impletum est in Christo, quando principes, &
Mat. 26 sacerdotes quærebant aduersus eum falsa testimonia. Quod super a-
Zach. 9. sinam ascendere, & pullum habere. Hoc impletum est, quando
ante passionem suam intrauit Ierusalem super asinam, & pullum.
Mat. 19 Quod acerba in sua passione tolerare. Debebat enim multa pati, &
morti tradi. Et vt hoc apertius videatur; quæstio quædam est ante sol-
uenda, sine qua dicendo de passione Messiæ non benè tractarentur: &
quæstio est ista. An Messias in lege promissus mori secundum attesta-
tionem Messiæ deberet? Et licet ista quæstio habeat locum in fru-
ctu, Maria eneruatur, tamen hic est aliqualiter soluenda. Respondetur
ergo ad quæstionē quod sic. Adhoc est scriptura: Oblatus est, quia
ipse voluit. Et infra: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & quod intelligat de Messia patet, quia subditur: Generationem eius quis enarrabit?
Isai. 53. & Ieremiæ: Christus Dominus in peccatis nostris captus est. Et illud:
Thren. 2 Aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum. Et Daniel ponit
Zac. 12. sanctum sanctorum occidendum. Et Dauid: Deus Deus meus respice
Dan. 9. in me. In quibus, & à quibus passio Messiæ declaratur. Istud arguit
Psal. 20. Apostolus per totam epistolam ad Hebræos, quod Messias deberet pati. Et quod scriptura ostendit, quod tradi, quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, & sequitur: Homo pacis meæ. Vendi pro triginta argenteis. Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Consilium
Zac. 11. Iudæorum contra ipsum fieri: Simeon, & Leui vasa iniquitatis. Ligari,
Gen. 49. & duci, & non murmurare: Fili hominis ecce data sunt super te
vincula, ligabunt te in eis, & linguā tuā adhærere faciam palato tuo, &
Ezech. 3 eris mutus non quasi obiurgans. Sponte, & non inuitè tradi: Oblatus
Isai. 53. est quia ipse voluit. In maxillā percuti. In virga percutient maxillā Iudi
Mich. 5. cis Israel. Illudi, & despici à Iudæis, & principibus: Omnes viri fœderis
tui illuserunt tibi, inualuerunt aduersus te viri pacis tuæ. Flagellis ce-
Abdiei 1 di: Vidimus eum. Et Psalmus: Fui flagellatus tota die. Plagari: Quæ
Isai. 53. sunt istæ plagę in medio manuum tuarum? Sequitur: His plagatus sum
Zach. 9. in domo eorum qui diligebant me. Triginta argenteis vendi, & in
contemptu in templo proiici: Dixit Dominus ad me proijce illud ad
Zac. 11. statuarium, de quorum precium, quo appreciatus sum ab eis, & tuli tri
Iere. 13. ginta argenteos, & proieci illos ad statuarium in domo Domini. Quod
dicti triginta argentei dari in emptionem agri in iudicium Israel. Et et
illud: Acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quod appre-
ciauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum, sicut constituit mihi
Isa. 1. Dominus. Blasphemari; Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt
sanctum Israel. A populo suo negari: Post septuagintaduas hebdoma-
Dan. 9. das occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.
Sap. 2. Ad mortem vilem condemnari: Morte turpissima condemnemus eū.
Isai. 53. Ad mortem quasi ouis duci; Sicut ouis ad occisionem ductus est. Cum

latroni.

latronibus in morte iungi. Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. In ligno crucis configi, & poni: Foderunt manus meas, & pedes meos. Pro crucifixoribus orare. Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus exorauit. Peccata nostra portare, & pro peccatoribus mori: Vere languores nostros ipse portauit. Et vltra. Vestimenta eius tolli, & diuidi sorte: Diuiserunt sibi vestimenta mea. Sitire, & aceto, cum felle potari: In siti mea potauerunt me aceto. A populo suo occidi: Occidetur Christus, & non erit. Sua morte nostrã vincere, & limbũ spoliare: De manu mortis liberabo eos. Et alibi: Tu quoque in sanguine testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo nõ erat aqua. Lancea trãsfigi in cruce: Aspicient ad me, quem confixerunt. Sepeliri: Dabit impios pro sepultura. Ad propositum. Cum ergo ista omnia sint prædicta de morte messiæ in scriptura, ergo secundum scripturam mori debebat. Potest etiã probari hoc per dicta sibillarum, & per hoc nomen Thetragrammaton, quod nomẽ secundum Iosephum scriptum erat in lamina põtificis, sed his relictis, probo vnica ratione Messiam debere pati. Deus offensus erat à primo homine, & prima matre, eius præcepta contemnentibus, & consequenter à toto genere humano, & pro tali offensa humanum genus morti fuit adiudicatum, secundum illud Gen. 2. Quacunque die comederitis morte moriemini. At cũ Messias vellet satisfacere pro humano genere debebat se subijcere pœnę, quam genus humanum meruit cum hic sit verus modus satisfaciendi pro alio, igitur debebat pati, & mori. Quare propositum. Sed contra q. messias in lege promissus mori non deberet, quatuor sunt tõnes, scilicet, ratione personæ, quia Messias promittitur, vt rex victoriosissimus, vt propheta omnibus acceptissimus, vt sacerdos in æternum victurus: sed istæ conditiones occisioni repugnãt, igitur. Deinde ratione status, & regiminis, quia sub eo promittitur pax summa, & quod gladius contra proximum non eleuaretur. Sed si esset occidendus gladius eleuaretur, nec esset pax, ergo. Vlterius ex gẽtis conditione: dicitur enim desideratus gentibus, expectatio gentiũ; prælatus, & adoratus ab omnibus, ergo nullo modo occidẽdus ab eis. Postremo ex fine missionis, promittitur enim vẽturus, vt saluet, populum suum à peccatis eorum, à potestate diaboli, & reducat in Deum, sed si occidendus esset, cum iniustè occideretur, non purgat peccata, sed auget, & sic distraheret a Deo, & non reduceret. Ad præfata respondetur; quod sunt intelligenda spiritualiter, quod ipse debebat esse rex victoriosissimus diabolum superando, & expugnando. Propheta Dei secreta sciendo, reuelando, & referando. Et sic patet ad primum. Per ipsum debebat reconciliari homo Deo, & sic pax æterna fieri. Procurare omnium salutem, ideò desideratus ab omnibus, & sic occurrendum est rationibus antedictis, & soluenda argumenta. Postea videndum, an præfata dicta fienda circa mortem Mes-

Isai. 53.
Psal. 20.
Isa. 53.
Psal. 20
Dan. 9.
Ose. 13.
Ezec. 13
Zac. 12.
Isa. 53.

siæ sint cõpleta in Iesu Saluatore,& redemptore nostro. Et dico quod sic. Et primo de eius traditione,& proditione in Iesu impletum est,qui à Iuda Iscariot suo discipulo est proditus. De eius venditione,qui à dicto discipulo promittentibus Iudæis ei triginta argenteos,est venditus.

Mat. 26

Mat. 26 De consilij contra ipsum adunatione,impletum est in Iesu. Nam prin-

Mat. 26. cipes sacerdotum,& Scribæ congregati sunt,consilium fecerunt. Tandem, vt vno discursu, & consideratione singula acta in Christo in sua passione connectar,hæc subsequẽtia proferam. Et primo de ligatione, spontanea ad mortem oblatione,maxillæ percussione,eius illusione, flagellatione,plagatione,denariorũ in templo proiectione, agri ex triginta argenteis emptione,blasphematione, negatione, condemnatione,mansuetudinis ostẽsione,crucifixione cum latronibus,in ligno positione,oratione pro crucifixoribus, peccatorum nostrorũ portatione. vestimentorum diuisione,potatione & cibatione,ipsius occisione,à limbi solutione,lanceatione,tumulatione,à mortuis resurrectione,ascensione, a dextris Dei sessione, vniuersorum subiectione, Spiritus sancti missione,mortuorum resurrectione,ad ipsius fidem gentis aggregatione. Sic ergo dicta de Messia,quoad vitam sunt impleta in Christo, & patet, quod Christus est verus Messias in lege promissus, q̃ prima via est deductum,s.nostra minor rationis. Secunda via ad probãdum dictã minorẽ quod Christus Mariæ filius sit verus Messias in lege promissus est,quia de aduentu Messiæ in Christo sunt tempora prophetarum terminata,quod deduco nõnullis rationibus. Sed antea videndum est, an per sacram scripturam determinatè tempus possit ostẽdi aduentus Messiæ,& dicitur,quod sic. Et primò per dictum Iacob. Non auferetur sceptrũ de Iuda,nec dux de fœmore eius,donec veniat qui mittendus est,

Gen. 49. & ipse erit expectatio gentium,ergo sceptrum,& dominium,ante aduẽtum Messiæ de populo Iuda minimè auferri debebat. At cum sit trãslatum tempore Christi filij Mariæ, iure ergo asserendum est Christum esse verum Messiam. Deinde tempus aduẽtus messiæ ponitur ab Aggeo

Agg. 2. dicente. Adhuc modicum ego mouebo cœlum,& terram, & veniet desideratus cunctis gentibus. Quæ quidem authoritas non potest intelligi veriori modo,quam de Christo filio Virginis. Pariter etiam ostenditur tempus Messiæ a Daniele. Vbi expressè loquitur angelo Gabriele

Dan. 9. sibi dicente. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatę sunt super populum, & super vrbem sanctam,vt consumetur præuaricatio,& finem accipiat peccatum,& deleatur iniquitas,& adducatur iustitia sempiterna,& impleatur visio,& prophetia,& inungatur sanctus sanctorum. Ex hac authoritate clarè concluditur Christum filium Mariæ esse verum Messiã, & redemptorem. Deinde pro clariori veritate omnium eorum, quæ iã deducta sunt,& sparsim a doctoribus de aduentu Messiæ, & præcipuè de hebdomadibus Danielis, quas distinctè recẽsere temporis angustia

non

non permittit, nonnullas in medium afferam dubitationes, quarum prima. Vtrum promissiones factæ de Messia sint potius implendæ spiritualiter, quàm temporaliter, ideſt, cum Messias circa humanum genus multa deberet exercere, an intelligi debeat, quod temporaliter, vel q̃ spiritualiter. Deinde præsuppositio, quod implendæ sint potius spiritualiter, quàm temporaliter, an sint implendæ in filiis secundum carnem, vel secũdum imitationem. Quoad primum respondetur, quod promissiones de Messia in scriptura erant potius implendæ spiritualiter, quã temporaliter, eò quia, si temporaliter multa viderentur absurda in sacra scriptura, & inconsona. Quid absurdius quoad literã, quod Abraham habuit trecentos vernaculos, & aurum, & argentum, & non habuerit, vel nõ potuerit, seu noluerit dare puerum cum asino Agar, & filio suo Ismaeli, sed posuit vtrem aquę in scapulas eius, & emisit eam cum filio? Similiter, quid absurdius est, vt dicatur quod Abraham cum admiratione centenarius genuit filium, & tamen, ipse centum & quadraginta annorum non miratur, & genuit filios? Nonne Isaac benedicens Iacob dixit: Incuruentur ante te filij matris tuæ, & tamen ipse Iacob cũ filiis incuruatus est ante Esau? Nonne Ioseph vidit solem, lunam, & stellas vndecim eum adorantes, & tamen secundum interpretationem Iacob, luna erat mater, vel matertera, & tamen à nulla fuit adoratus, quia mortuæ erant? Nonne Deus promisit filijs Israel, qui egressi sunt de Ægypto, vt introduceret eos ad terram promissionis, & tamen soli duo intrauerunt, scilicet Ioseph & Caleb? Item quomodo secundum literam potest intelligi, quod Libanus conuertatur in Charmel, lupus habitet cum agno, leo cum vitulo, ligna syluarum plaudere manibus, luna lucere sicut sol, filios omnes Israel congregari debere in terrestri Ierusalem, & sic de aliis, quare oportet, quod scriptura sacra alio intellectu, & sensu à literali intelligatur. Secundò notandum, quod in omnibus promissionibus diuinis Deus super omnia intẽdit honorem proprium, deinde postea cõmodum nostrum. Ex his ergo patet, quod promissiones factæ patribus de fiendis per Messiam eisdem non sunt temporales, sed spirituales propter hoc quod aliter scriptura in suis dictis contradiceret. Quomodo starent ista, quod Messias esset pauper, & Dominus omniũ? Esset despectus, & tamen desideratus cunctis gentibus? Quomodo regnabit cum exultatione Iudæorum, & pace, cum Daniel dicat, quod erit desolatio æterna ipsorum? Insuper scriptura dicit, quod venit, vt saluator, non vt regnator, & quod magis commendandus est de sanctitate, quàm de potẽtia. Quomodo erit dominus omnium cum erit panperrimus? Item Messias ex dictis debet esse Deus, & homo, quomodo ergo non quæret honorem suum? Debet etiam Messias operari salutem nostram, ergo cum salus nostra non sit in mundanis, sed in diuinis, non in tẽporalibus, sed in spiritualibus fienda per ipsum cõplen

Gen. 27.

da sunt magis spiritualiter, quàm temporaliter: & sic patet, quid faciat Messias, quomodo debet regnare, & per hoc patet solutio ad primum dubium. Quo verò ad secundum si promissiones implendæ sunt secũdum carnem, vel secundum fidem, & spiritum; conceditur secundum, primò ex parte diuinæ iustitiæ: Deus enim non est acceptor personarũ, ergo bonum essentialiter diligit in quocunque siue Iudæo, sine Gentili, & essentialiter odit malum, sed huiusmodi promissiones non implebũtur nisi in bonis. Deinde ex parte diuinæ amicitię ostenditur. Impossibile enim est, quod Deus creaturam odiat, quam fecit ad se diligendum, dummodo eum diligat, sed Gentiles, & Iudæos fecit ad se diligẽdum, ergo diligit eos, quicunque sint, qui eũ diligant, & in illis promissiones implebuntur, quia per dilectionem datur prẽmium. Hoc asserit etiam Paulus cum dicit: An Deus Iudæorum, nonne & gentilium? Insuper ex iustificatione venatur. Iustificatio non fit ex meritis, vel operibus, quia gratia, iam non esset gratia, ergo non fit ex genere, sed ex fide, & sic tàm gẽtilis, quàm Iudæus. Pariter etiam ex promissione, quæ promissio facta est Abrahæ per fidem in præputio non in circuncisione, quia nõdum erat circuncisus, ergo qui erit particeps fidei, erit particeps promissionis. Tandem ex conditione præcepti. Quia promissio debet impleri in tenentibus prẽceptum, sed prẽcepta moralia æqualiter obligãt, ergo promissio debet in omnibus impleri. Et sic venatur, quod nõ solum Iudæi, sed & gentiles, sunt filij, & debent esse secundum fidem; quod probat Apostolus ex quatuor. Primò ex promissionis modo, quia promittitur quod erit pater multarum gentium. Secundò ex gentium
Isai. 2. desiderio, veniet desideratus cunctis gentibus. Tertiò ex Messiæ dominio, debet enim regnare à mari, vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terrarum; sed illi, super quos dominabitur, erunt promissionis participes. Quartò ex Messiæ magisterio, quia debet omnes gentes docere. Vnde & ambulabunt gentes in lumine suo. Aduertendum pariter, quod non omnes Iudæi erunt filij secundum fidem, quod ostenditur ex quatuor, scilicet, ex rebellione, quã debebant habere ad Chri-
Isai. 53. stum, vt inquit propheta. Nec reputauimus eum. Quia positus est in offensionem; & petram scandali multorũ in Israel, vnde hic est lapis, quẽ reprobauerunt ædificãtes, qui factus est in caput anguli. Ex eius passione, quia non erit eius populus, qui eum negaturus est. Postremo, & vltimo ex eius magnificẽtia. Hodie si vocem eius audieritis. Sic ergo patet solutio secundi dubij. His ergo visis dubijs facilè est obiectis satisfacere, & etiam ostendere excellentiam Messiæ, scilicet, Christi, & primò, q ipse Mariæ filius fuit plusquam homo, & mirabilis potentiæ in miraculis, magnæ veracitatis, quia doctor eorum, qui vera libenter audiunt. Filius Dei, & verus Deus, & verus homo; nõ ex demeritis mortuus, sed

accu-

accusatione. A mortuis resurrexit,& sic Deus. Prophetatus,& ptophetias in eo completas,quo testimonio nihil clarius. A Simeone,& Anna in tẽplo cognitus. A pastoribus,& Magis in præsepio. A Iudæis cõuersis in die sancto Pẽthecostes. A Nicodemo,& Ioseph,q̃ eũ sepelierunt; & tandem ab omnibus vita degentibus,qui fuerunt,& asserunt deitatẽ & humanitatem in Iesu filij Mariæ. Et sic patet quod nostra minor est probata hac via,& methodo. Modo consequenter probãda est,per quar tam viam,s. per gentiles,nempè sybilla Erithrea, pariter & Tiburtina, Balaã,& tres Magi,Centurio in capharnaum,pariter,& alter in morte,Dinoysius Areopagita. His testibus ex ordine gentilium probatur sucinctè, Christum filium B. Virginis esse Messiã in lege promissum. Ideò aggrediamur quintam viam ad probandum minorem de Messia in lege promisso,& est per spiritus intellectuales tàm bonos, quàm malos, inter quos Gabriel angelus vocat eum sanctum sanctorum,pariter *Dan. 9.* & in natiuitate Ioannis Baptistæ, & de nunciando eum Mariæ matri *Luc. 1.* eius,& quàm magnus esset declarando. Quod de Spiritu sancto esset conceptus,& saluum facere populum à peccatis,& Ioseph informando,volentem præ reuerentiam occultè Mariam dimittere admonendo, pariter Ægyptum egredi, mortuoque Herode in terram Iuda reuerti. In cibo præstito pariter dæmone superato,in horto confortato,in resurrectione testificato, & in ascensione apparentes duo angeli tanquã testes dixerunt: Viri Galilæi quid aspicitis in cœlum? Dæmones etiam attestati sunt in obsessis clamando,& testimonium reddendo,& sequacibus suis dedit virtutem calcandi,vt patet, super omnia dæmonia. Pa- *Mar. 16* riter etiam Messias habuit testimonium à cœlo, quãdo pater intonuit: *Luc. 9.* Hic est filius meus. Et Spiritus sanctus in matre,& columba,ac super apostolos descẽdens. Et sic patet minor q̃ probat de Messia in lege promisso hac quinta via; idcircò ad probandum deitatem Christi Iesu filij Mariæ est operum diuinorum patratio,& ostensio,& erit sexta via. Pro qua dilucidanda leguntur tot,& tanta,nihilominus multa sunt à Christo operata,eius diuinitatem ostendentia. Primum est ipsius generatio, *Isai. 7.* quæ facta est signo dato sursum. Informatio Ioseph Mariæ viri, Ioãnis Baptistæ in vtero existentis præsentia Christi,& suę matris visitati exultatio,sanctificatio,& Spiritus sancti repletio. In ortu eius stellę creatio, quia non à natura,sed à Deo condita. Ipsius à Magis adoratio. Simeonis,& Annæ testificatio; absceſsio à matre,& inter doctores sessio; declaratio Ioannis Baptistæ in testimoniũ, Spiritus sancti in baptismo in specie columbæ descensio & patris proclamatio; discipulorum à Christo euocatio,qui solo verbo vocati secuti sunt eum. Isaiæ,& de Isaia in synagoga, lectio. Peccatorum dimissio; & hoc cum operatione miraculi,quod est signum potissimum deitatis. Peccatorum conuersio; vt Matthæum publicannm,Zachæum principem,Magdalenam,& alios,

quos

quos conuertit. Potestatis magnæ discipulis ad prædicandum missis tra ditio, & collatio. Cordium, & intrinsecorum cognitio. Vt cogitationes Pharisæorum, digito scribens in terra. Miraculorum in longè distantes operatio, & prædictio, vt de filio Reguli, & seruo Centurionis Sabathi solutio, licet ipse non soluerit, tamen posito quod soluisset, vt Iudæi ei imponebant, quomodo Deum, se esse non ostendisset? De manibus Iudæorum eum præcipitare volentium recessio. Cum Iudæis, cuius esset filius, & dicentibus, quod Dauid, vera ad probandum suã deitatem disputatio. Ipsius Iesu coràm tribus discipulis in monte Thabor in suam gloriam transfiguratio, & paternæ vocis: Hic est filius meus: tàm mira intonatio. Imperialis illa in die Palmarum, & triumphalis ipsius ab Israelitis susceptio, & veneratio, & puerorum acclamatio. Destructionis Ierusalem, & templi perditionis declaratio. Panis in cœna, & vini in suum corpus verum, & sanguinem transubstantiatio; quæ operatio solius est Dei, & nullatenus creaturæ. Futurorum omnium tàm ante passionem, quàm in passione, & post præuisio, & manifestatio. Petro de negatione, & Iudæ de proditione reseratio, & ipsius Petri post negationem respectio. Miraculorum in natiuitate, vita, morte, & post exhibitio & patratio, Iudæorum eum solo verbo capere volentium prostratio. Suæ animæ cum clamore tàm valido emissio, solis obscuratio. Sanctorum suscitatio. Petrarum diuisio, & terræmotus. Sua à morte resurrectio, & resurrectionis multiplex declaratio. Ipsius Iesu ad cœlum eleuatio, & conscensio cum sanctis omnibus; quos à limbo acceperat, & sua virtute. Et demum est per ipsum & ab ipso iuxta promissum factum apostolis Sancti spiritus super ipsos emissio tàm prodigiosè, & tàm insolitè. Horum quodlibet præfatorũ si diligenter discutiantur Iesu Mariæ filij deitatem declarat, & ostendit, quæ omnia patẽt in sanctis euangeliis. Quocirca iure optimo dicendum iàm probatam esse quinta hac via minorem nostram, quod Iesus Mariæ filius Messias in lege promissus est verus Deus, & homo. Nunc ergo aggredientes sextam viam probemus eundem esse verum Messiam Deum, & hominũ ex miraculorum operatione, & perpetratione. Cum enim solius Dei sit miracula facere. Quæ, & quanta sint miracula, quæ Christus fecit, & facit, quis possit ea non modo scribere, sed effari? Nullus vnquam. Sed vt succinctè aliqua de quàmpluribus, quæ Iesu Christo Mariæ filio sunt facta miracula, tangam. Primò in cœlo. Lux in eius ortu media nocte est monstrata; gloria in altissimis ab angelis est decantata: stella creata, cœlum apertum super ipsum, quando à Ioanne est baptizatus: sol suæ passionis tempore est obscuratus. Secundò in aere. Ventus siluit, quando ventis imperauit, aer factus est tenebrosus à sexta vsque in horam nonam. Tertiò in aqua: aqua enim per ipsum in nuptijs in vinum optimum est commutata, mare turbatum

Luc. 2. *Matt. 2.* *Ioann. 1.* *Mat. 26* *Matt. 9.* *Mat. 27* *Ioann. 2.*

batum ipso imperante est sedatum. Super vndas maris ambulauit. *Matt. 8.*
Et Petro mare calcabile præbuit, à maris periculo Petrum, & alios di- *Mat. 14.*
scipulos exemit. Quarto in terra. In suo ortu templum pacis Romę cor- *Mat. 14.*
ruit. Fons olei de taberna emeritoria erupit. In passione terra mota. Et *Marc. 8.*
in resurrectione eiusdem, corpora suscitata, monumenta aperta, petrę *Mat. 27*
scissę sunt, & velum templi. Quinto in arboribus. Ficum. n. maledicen- *Mat. vl.*
do siccauit. Sexto in piscibus. Petrus Iesu præcepto laxans rete plenũ *Mat. 27.*
cœpit magnis piscibus. Staterem in piscis ore ad soluẽdum tributum *Mat. 21.*
Christo faciente Petrus inuenit. Septimo in dæmonibus, plures dæmo- *Luc. 5.*
niacos liberando, & quod maximum est legionem dæmonum ab vno *Ioan. vlt.*
homine effugauit ore. Discipuli etiam Iesu ipsius nomine ab obsessis
corporibus dæmones expellebant. Octauo, & postremò fecit miracula
in hominibus, leprosos plures sanando, paralyticos curando, aridita-
tem à membris expellendo, cæcos plures, & à natiuitate interius, &
exterius illuminando, surdis auditum præstando, mutis loquelam con
cedendo, lunaticos ad perfectum sensum, & esse conducendo, mulie-
rem à fluxu sanguinis tactu fimbriæ sui vestimenti liberando, mentes
peccatorum mutando, de paucis panibus bis plura millia hominum
satiando, tres mortuos suscitando, panem, & vinum in suum corpus
commutando, & conuertendo, in monte se beatificando, de sepulcro
clauso egrediendo, tertia die à mortuis resurgendo, linguas omnium
nationum per infusionem Sancti spiritus in apostolos eis tribuendo.
Quæ omnia patent in sanctis Euangelijs. Hæc miracula cum sint ex-
cellẽtissima, nec ab aliquo tot, & talia sint operata, & ipse Iesus est om
nium creator, & Deus, cui omnia parẽt ad nutum, & obediunt, nec mi-
racula in alia sunt secta, & fide, præterquàm in fide Iesu Christi, cuius
miracula cũm sint maiora, & potiora quàm Patrum veteris testamenti,
clarè patet nullus alius maiora fecisse. Maius. n. est mortuos imperati-
uè resuscitare, vt fecit Iesus, quàm supplicatiuè, vt Elias, & Eliseus. Ma-
ius super aquas ambulare, & alteri id cõcedere, quàm aquas diuidere,
vt fecit Moyses, & Eliseus. Maius est, aquam in vinum conuertere, quã
in dulcedinem, & de paucis panibus saturare plura millia hominum,
quàm de olla magna centum viros, vt fecit Eliseus. Plus corpus suum
glorioſum ostendere; quã nube filios Israel tegere. Maius se à mortuis
suscitare, quàm virgam in serpentem mutare. Plus fimbria uestimenti,
& vmbra vt fecit Petrus curare infirmos, quàm aliquem sale sanare. Et
sic de alijs. Quare ista cum sint potiora præfatis, non alteri, quàm Deo
attribuenda. Quis enim potest Iesu Christo comparari? Nec non mira
culis, doctrina, vita, & sanctitate æquari, cum in ipsius vita appareat
mundi despectio, paupertatis amor, contemptus pomparum, fuga om-
nis vanæ gloriæ, amor humilium personarum, humilitas profunda, pa-
tientia su m ma, dilectio feruida, pietas viscerosa, ibi fulget virtutum or

natus,

natus,fortitudo in corde,prudentia in fermone,iustitia in operibus,zelus ad Dei cultum,solicitudo in mandatis,feruor ad animas,austeritas in viuendo,mansuetudo in conuersando,clementia in suscipiendo, benignitas in condescendendo. Ibi apparet gratitudo in obsecrando,sanctitudo in proficiendo, veracitas in prædicãdo, efficacia in exhortãdo, affabilitas in proferendo,seueritas in iudicando,misericordia in indulgendo,luciditas in cognoscendo Sapientia in præcipiendo,scientia in prædicendo,bonitas in exaudiendo,liberalitas in conferendo,circumspectio in præcauendo , authoritas in efficiendo,exemplaritas in moriendo,charitas ad hostes, stabilitas in patiendo, assiduitas in orando, disciplina omnium virtutum in terminando. Et vt breuiter dicã, quia Saluator mundi non aliter docuit,quàm vixerit. Ipse est exemplar perfectissimum ad morum directionem, ad operum perfectionem, virtutum susceptionem,sapientiæ diuinæ illuminationem,viam in ipso inuenit,qui eum habet. Hæc omnia patent in seriæ Euangeliorum,vbi vita describitur,pariter, & doctrina eius . Concludendo igitur apparet, quod vita Christi fuit perfectissima,sanctissima,& diuinissima,& ab omni imperfectione totaliter separata. Quare concluditur cum se prædicauerit,& ostenderit signis,& operibus,ac doctrina Deum uerum esse proculdubio,quod ipse sit Deus verus,homo,& verus Messias,in lege promissus,sequitur euidenter,& incunctanter. Resumendo ergo iã dicta,cum Messias debuit iã venisse,imò iam venit, ut dictum est,nullum est exemplum clarius, nec extant testimonia maiora,quàm Iudęorum,& attestationes gentilium,perfectio operum diuinorum,miraculorum multiplicitas,dæmonum professio, inimicorũ Christi deiectio, ipsorum Iudæorum dispersio, infidelium ad fidem conuersio, demum sua sancta vita,& conuersatio . Et hoc erat primum ostendendum pro præsentis fructus expositione. Restat nunc modo videre,quomodo, & qualiter B.Maria sit censenda Dei mater. Quod enim Dei mater sit, & dici debeat,hoc asserit Ioannes Damascenus,libro sententiarum suarum. Hoc statutum est in duobus Synodis. In Ephesina Synodo cõtra Nestorium duas personas dicentem,determinatum est oppositum . Et quod B.Maria Theotecos,idest,Dei mater apdellatur. In Synodo Constantinopolitana contra Theodorum dicentem. Mariam tantum hominem genuisse,determinatum est, ipsam B.Mariam genuisse Deum, & hominem. Prima Synodus fuit tempore Cęlestini primi. Secunda fuit tempore Papæ Vigilij. Habito ergo pro firmo quod B.Maria est mater Dei . Videndum est qualiter debet dici mater Dei,& qnomodo . Circa cuius euidentiam,sunt aliqua pręmittenda. Primum,quod mater se habet actiue in corporis fœtus productione . Non disputo, an se habeat principaliter, vel secundariè, sufficit solum probare, quod non se habeat merè passiuè,sed actiuè, hoc patet,quia vegetatiua , quę est causa

huiusmo-

huiusmodi in viro,& muliere,est eiusdem speciei,quare,quod datur vni,non debet ab altero negari.Pater insuper naturaliter diligit filium, tanquàm opus suum ex 8.& 9. Ethicorum, sed mater plus diligit filiũ quàm pater,ergo aliquo modo erit opus eius. Filius insuper multoties plus assimilatur matri,quàm patri, ex quo sequitur falsitas illius,quod dicitur,quod mater solum passiuè se habet,& non actiuè. Secundum, quod mater non solum se habet actiuè respectu alterationis præuiæ, sed etiam respectu formæ corporeæ vltimò inducendæ, prima pars, & secunda patent ex præcedenti.Da etiam,quod non,ab illo ergo dominabitur generatio,à quo vltima forma datur, & sic si non à matre dare tur,sed ab alio,non posset veraciter dici mater. Similiter forma substãtialis talis,vt tenet communis opinio,non inducitur accidentium, sed virtute alicuius substantiæ. Tertium quod corpus Christi in instanti fuit formatum,& organizatum, & quod Virgo Maria ad ipsius formationem,& organizationem actiuè se habuit Primam partem tenet Ma *dist.2.* gister Sententiarum in 3.Secunda pars patet, quia B.Maria est verè mater Christi,igitur actiuè se habebit ex primo præmisso. Etsi dicatur,ꝙ non est posibile, quia nullum agens citra primum potest agere in instanti.Pro cuius solutione est notandum. Primò quod agens superius, scilicet,Deus à modo,& ordine naturaliter agentium est penitus absolutus.De modo patet,quia agit liberè,& illa naturailter. Patet pariter de ordine,quia illa per media,Deus autem sine mẽdio, & sic Deus per media, & sine,potest agere.Secundò quod,vt dictum est,Deus liberè agit ad extra,quia aliter Deus necessariò produceret. Quo sequit quod cum sibi subsit quodlibet instans,vel temporis mensura, in qualibet se solo,& cum alio potest agere.Tertiò,quod B.Virgo habuit potentiam remotam ad generationem,& productionem corporis Christi,quia nõ fuit naturaliter sterilis;quo sequitur, quod potentia propinqua sibi dari potuit.Dedit enim ei Deus simul potentiam susceptiuam,& generatiuam. Quartò notandum,quod sicut quælibet mater se habet actiuè respectu alterationis præuiæ formationis corporis,sic,& respectu termini,vt dictum est,quo sequitur quinto, quod vbi in tali generatione præuia alteratio non exigeretur, mater se haberet actiuè respectu termini, sicut si alteratio præcessisset. Patet quia alteratio dat facilitatem agenti,non tamen actiuitatem,quare propositum.Sextò notandũ, quod corpus Christi in instanti fuit formatum,patet per Magistrum in *d.2.c.3.* lib.3.vt dictum est. Ex quo sequitur, quod in talis corporis formatione alteratio præuia nulla fuit,patet quia alteratio in tempore ex 5. Physicorum fit.Ex istis apparet, quod quia mater agit respectu termini, & generatio fit in instanti,quare propositum. Maria beata habuit potentiam remotam,& Deus potuerat sibi confetre propinquam,quia omnipotens,& in instanti ex secũdo. Igitur ipsam coagere Spiritusancto in

instanti

instãti formationis corporis non fuit eidem repugnans. Licet enim quę fiũt successiuè Dei influentia generali ab agente, secundo influentia tamen speciali, & virtute in alia possunt fieri mensura ex primo prędmisso, quare propositum. Et sic patet, quod B. Virgo Maria verè fuit mater Christi. Sed hic est dubium, quare dicitur mater Dei, cum ipsa non genuerit Deum, sed hominem? Respondetur breuiter, quod illud attribuitur virtuti, & actiuitati agenti, ad quod ipsius actio terminatur. Quia ergo generatio secundum Aristotelem, & catholicos terminatur ad suppositum, & suppositum in generatione Christi est verbum Dei, vera. n. humanitas non est genita antequam vnita, vt dicit Magister in 3. nec in Christo sunt duo suppositа sed vnum, ideò huiusmodi generatio terminata est ad suppositum diuinum vnitum naturæ humanæ, quod est verbum Dei, & filius Dei: quare B. Maria dicitur mater Dei, & mater fili Dei, genuit enim illum, qui est verus Deus, & verus homo, & hoc est quod dicit Damascenus, & recitat Scotus: Dei genitricẽ veram sanctam virginem prædicamus. Sicut enim Deus est, qui ex ipsa natus est, ita verè Dei genitrix est, quæ verum Deum ex seipsa incarnatum genuit Deum enim ex ipsa natum esse, vt non deitate Verbi principium accipiente existendi ex ipsa, sed vt ipso Dei verbo, quod ante sęcula existit cum patre, & Spiritu sancto in vltimis dierum propter nostram salutem in vtero eius inhabitante, & ex ipsa transmutabiliter incarnato, & nato. Non enim nudum hominem genuit sancta Virgo, sed Deum verum, nõ nudum, sed incarnatum. Et subdit Scotus: Mihi videtur dicere, quod genuit suppositum sicut ipse determinat Damascenus, quod generatio est hypostasis, sed genuit illud suppositum diuinum non secundum naturã diuinam, sed humanam. Et sic patet secundum quod erat videndum. Restat igitur videre tertium, scilicet, quibus laudibus, donis, & priuilegijs ex ista Dei maternitate B. Maria efferatur, quod quidem impossibile reputo posse plenè effari lingua humana, vel angelica. Nã vt cantat ecclesia. Quibus te laudibus efferam nescio, quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Sed balbutiendo potius, quàm loquendo aliqua enarrando mihi videtur, quod ex ista B. Maria ad Dei filium maternitate, multa & maxima obtinuerit priuilegia, quorum primum est. Nempe purior, & mundior omni creatura habet teneri, ipsaq; gratijs, & donis pleniſſima, Deo acceptiſſima, omni laude digniſſima, mente eleuatiſſima, intellectu illuminatiſſima, vita singulariſſima, inter oẽs mulieres excellentiſſima, dignitate prælecta ab ęterno, creaturis omnibus placidiſſima, patribus amãtiſſima, iuſtis deſideratiſſima, peccatoribus pijſſima, dęmonibus infeſtiſsima, angelis iucũdiſſima, ad conferendum copioſiſſima; & in gradu eminentiſſima. Multa alia possent deduci B. Mariam ex Dei maternitate habere, quæ inferius diuersis fructibus exprimentur. Hoc tantũ sufficiat cõcluſiuè ponere,

dist. 2.

videlicet

videlicet, si aliquid est magnum, nihil est quasi, respectiuè ad maternitatem Dei. Si aliquid non est certum, aut determinatum, quod dicitur de ipsa piè potest teneri, & credi, atq; deduci, ipsa Dei maternitate pensata. Si virtuosum sibi perfectè potest attribui. Si laudificum totis viribus, & cum deuotione debet ei impendi, quia ad eius laudem, nulla sufficit lingua creata, cum sit super omnia condita, & exaltata. Si honorificum à fidelibus debet effici, vt eidem in præsenti honorem impendendo, quantum possum, & hic, & in futuro aduocatam habeamus. Qua in re præfatis consideratis ad hanc Virginem Mariam, Dei matrē accedere non titubet humana fragilitas, in aduersitatibus, periculis, præsturis, angustijs, tribulationibus, infirmitatibus, & aliis quibuscūq; negocijs, & necessitatibus. Ipsa enim est mater Dei, & consequenter piissima gratia plenissima, Deo acceptissima, perfectissima, & in donis copiosissima, liberalissima, & pijssima, ipsa Regina cœli, & terræ, & imperatrix cunctorum, ianua cœli, aduocata peccatorum, & misericordię mater. Ex dictis igitur apparet declaratio istius fructus, videlicet, *Maria theocatur*, id est Maria verè mater Dei dicitur, asseritur, & probatur. Et sic finit fructus iste.

FRVCTVS SEPTIMVS.

Fructus xxviiij.

Maria Christum posuit.

EXPOSITIO BREVIS.

PAVPERTATEM virtutum pręcipuam, causam, & decus Iesus, & Maria mundo declarant dum imperator summus in suo ortu cū regina cęlorum tanta inopia laboraverunt, vt eum mater beata pannis inuolueret vilibus, & in præsepio reclinaret, nil in hoc mundo velle huius seculi, tàm exemplo, quàm verbo declarantes.

EXPOSITIO MAIOR.

EXCELLENTIA gloriosæ Virginis Mariæ in præcedēti fructu declarata, de indigentia, & penuria, quam habuit cum filio, dum hic degerent, est in præsenti fructu sermo habendus. Vt altitudine pensata dignitatis Mariæ, & filii sua paupertas, quàm voluntariè assumpserunt à Christi fidelibus assumi non despiciatur. Sed hanc paupertatem Domini nostri, & suę matris benignè dum enarrare exopto, magis flere libet, quàm aliquid dicere. Quis quæso se continere queat à fletu, videre oculis men

lis mentalibus Iesum puerum, nobilissimum, pulcherrimum, paruulũ, regem vniuersorum, & Dominum in suo ortu vagientem, frigore, nuditate, loci incommoditate, rerumq́, omnium penuria afflictum. Quis enim est Iesus? Nonne princeps pacis, dux, & legifer, rex regum, & dominus dominãtium, imperator cœli, & terræ, cuius imperio subsunt omnia, & ipsius moderamine vniuersa reguntur? Hic tam magnus, vtpote Deus in tantum humiliatus est, vt oriens mundo, domum, locum, cęteraq́; sibi necessaria, minimè haberet. Factus est de magno, paruus, de domino, seruus, de imperatore, subiectus, de filio Dei filius hominis. Respice istum puerum Iesum tàm magnũ, quàm humilis sit factus, & imus, puer paruulus, necessitatibus pluribus circumdatus. Quid igitur cor saxeum isti paruulo Iesu non compatiatur? In suo ortu frigore, & nuditate morienti? Incommoditate loci, & aliorum laboranti? Vagit infans inter arcta conditus præsepia, nullo corporali frętus, aut refectus auxilio, vt communiter pueri orientes habent, & obtinent. Regina mundi, & domina cœli, pariens filium suum primogenitum, ante quem nullum, nec post quem alium habuit, ne domum, in qua eum reclinaret? Certè non: quia non erat ei locus in diuersorio. Adeò parentes Iesu pauperes erant, vt locum proprium ad quiescendum minimè haberent, nec inuenirent. In loco communi, scilicet, in diuersorio eum locauit. Sed cum tempus esset algoris intensi, quibus pannis fuit amictus? Nec inquam, magni precij, sed vilis, & modici, qui vario mundũ vestit totum ornatu, pannis vilibus inuoluitur. In quo lecto reclinatur, cui cœlum sedes est? Certè in paleis. Quo in loco parato? Dicitur in præsepio. Ibi non fuerunt obstetrices, vt dicit Hieronymus contra Eluidiũ, non baiulæ, ignis proculdubio aberat, tunica pellicea ad cooperiendũ, culcitra, & quæcunq; alia, quæ hodie communiter, non magnatorum filijs; sed communium exhibentur, vix regina angelorum, filio paruos panniculos dare ad inuoluendum valuit. O domine Iesu, Deus es tu, te enim in tuo ortu creatura omnis Deum proclamat, angeli, aer, terra, homines, & cuncta creata. Si Deus es: Dominus in templo sancto suo. Vbi est, Domine Deus, sanctuarium tuum, templum tuum, altare tuũ, & quæ ad tuum spectant honorem? Est ne templum tuum diuersorium? Tabernaculum tuum præsepe? Altare tuum stabulum, vbi comedebat bos, & asinus? O sapientia summa, qua te humiliasti, qua propensiori consilio hæc omnia egisti, qua omnia attingis fortiter, & cuncta disponis suauiter. Nonne bone Iesu Rex Regum diceris imperatorq; cũctorum clamoribus assiduis comprobaris? Vbi bone & pie Iesu est thronus, aula, corona, sceptrum, domus, familia, obsequium curia, & quæ spectant ad regiam, & imperatoriam maiestatem? Certè hæc omnia Domine contempsisti, ut statum paupertatis prefigens, mundi gloriam contemnendam doceres, regnum tuum ex hoc mundum non esse mõ

strares,

strares,& ad appetendum aterna non temporalia, te sequi optantium corda facto tuo,clementer induceres. O B.Maria quid agis? Nonne times humillima creaturarũ sic regem tractare gloriæ? vbi collocas eũ? Quos adornes pro societate,quos sibi inungis, quos ad obsequendum impendis.Virgo beata non collocas eum in palatiis regum, & principum,sed in diuersorio, vt ad videndum tuum filium aduenientes non impedirent clientes;non turbarent armigeri, aut timorem ingererent satellites fastuosi.Exponitur cunctis tuus filius, qui ad omnium erat directus salutem,nec suus aspectus tolleretur ab vllo, qui se omnibus exponebat ad nutum. Quàm igitur prudenter,quàm veraciter,quàm altissimè factum est diuini consilij,vt filius tuus in diuersorio poneretur, ne si in domo aliena particulari proprium magis, quàm commune se diligere videretur,omnique hora,ac loco pateretur, quos ad adorandũ se ipse adduceret.O felix diuersorium,quo ponitur Christus,visitatur à Magis,& pastoribus,factum es templum Dei, arcaque testamenti continens illum,quem cœlum,terraque,ac mare minimè capere valuit,nec eum Beata Maria indumentis preciosis adornasti,quia tibi facultas nõ aderat,aliud dare,aut tuo sponso. Et certè sciebas,eum matris velle potius adornari virtutibus,quàm preciosis indumentis,gemmis,serico,auroque contextis,seu vestibus. Quorum consortio fruebaris bone Iesu, & Dei mater Maria? Iuge in solatium ei erant,& tibi animalia non rationabilia,sed irrationabilia,vt vestram mansuetudinem omnes aspicerent,& humilium,ac mansuetorum declararetis, consortium vobis placere. Ecce qualis locus eligitur pro Domino mundi,quia diuersoriũ. Qualis lectus,quia præsepe;qualis societas,quia animalium;quales pãni,quia pauperrimi;qualis famulatus,quia Maria, & Ioseph. Habeant ergo domini mundani castra, & loca singularia, lectos,gemmis,auro, & margaritis nitẽtes. Induantur,purpura,& bysso;multitudo obsequẽtium possideant;resideant in thronis eburneis,abundent diuitijs,nunquàm paupertati, & paci poterunt bone Iesu,regis omnium nascentis pauperrime,& cubantis humillime adæquari, ac societati comparari. O felicissime præsepe Domini cibum contingens,non animalium irrationabilium,sed angelorum,& hominum. O fœlices paleæ,seu fœnũ in quibus habitat mundi dominator,granum producentes,& vitę semina.Factum est præsepe,quod erat primò vilissimum cubiculum Assueri, lectus veri Salomonis, ciuitas Dauid, locus sanctificationis, domus Dei,paradisus deliciarum,lignum exhibens cibum veræ vitæ. O præsepe nobile in te iacet longitudo breuis,latitudo angusta, altitudo subdita,profunditas plana,aqua sitiens,panis esuriens, Deus infans in te requiescit,qui cœlum terramque regit. Certè astabant angeli Christo in te residente iam nato.Cantabant archangeli,throni te dignificabant, commendabãt virtutes,potestates te custodiebant,dominationes time-

bant, principatus admirabantur, seraphim tuo se iungebant consortio, ac cherubim sapientiam in te accubantem venerabantur. Et quid mirum? cum viderent regem suum omnia moderantem, sic humiliter in te residere. Quid hoc faciebat eum sustinere? Certè charitas, & dilectio ad genus humanum. Ipsa vicit inuincibilem, traxit, & ligauit omnipotentem. O benedictum præsepe Domini, cathedra Dauid, in quo verbū vitæ virtutum spargit scientiam; docet & porrigit sciētiam. Stans in te docet charitatem, quia hac homo factus humilitatem carnis susceptione, mundi contemptum, pannorum vilium amictu, atque vestitu, austeritatem non in pluma, sed fœno recubando, patientiam tot necessitates & incommoda supportando: mansuetudinem paruus oriendo, ac inter animalia permanendo: taciturnitatem non conquerendo, paupertatem in diuersorio nascendo: puritatem omni peccato carendo, fidelitatem promissa patribus complendo, liberalitatem se Deum nobis tradendo, sapientiam sic se habendo, deitatem, cœlum, terram, homines, & angelos commouēdo, & sic de alijs virtutum perfectionibus. Curramus ad istud præsepe si verba vitæ cupimus audire, si Christum puerum videre, & eum, vt Deum cum Magis, & pastoribus adorare, ac conditori omnium sic humiliter permanenti cum sanctis angelis laudes debitas personare possimus. Sed quid ò beatissima Dei genitrix Maria tuo filio faciebas in frigore, & nuditate, ac pœnalitatibus ab ipso propter nos assumptis vagienti? Certè ipse tuus filius declarabat tibi opere, quod postea populo prædicauit sermone, paupertatem, scilicet, commendando præ cunctis operibus, vt virtutum omnium fulcimentum, viam perueniendi facillimè ad Dei regnum, & aliarum insertiuā, & complantatiuam virtutum. Nonne paupertas ipsa voluntaria, & euangelica valet. Ad altissimam humilitatem; cum Maria omni superbiæ fastus, & elationis, scilicet diuitias resecet, & deponat pomparum omnium adiumēta. Ad rigidissimam sobrietatem, castitatem, & puritatem; ad illibatissimam castitatem; ad legalissimam veritatem; ad perfectissimam liberalitatem, & pietatem; ad pacificam, & pacatissimam conuersationem; ad tranquillissimam mansuedinem, & mititatem; ad constantissimam fortitudinem in pauiditatem, & magnanimitatem; ad solidissimam fidei firmam, & feruidam credulitatem; ad confidentissimam animi securitatem, & certam confidentiam; ad ardentissimam charitatem; ad tenacissimam omnis religionis conseruationem, & puritatem; ad animarum salutem procurandam; ad superandam temationis immanitatem; ac contemplationis sublimitatem. Ex quo cor à terrenis remouetur, ad superna retorquetur, disponitur, & eleuatur. Hæc paupertas voluntaria, & euangelica vitra præfata sui possessorem facit, mundum. Quienim temporalia non diligit immaculatum se ab hoc sæculo custodit.

Matt. 2. Luc. 2. Deò propinquum. Pastores pauperes de prope, sed Magi reges de longinquo

ginquo ad Christum accedunt. Expeditum, qui mihi pondus diuitiarū abstulit, me ad currendum citius expediuit, ait Gregorius. Lætum, læta enim res paupertas; si læta non est, paupertas nō est, ait Senecā: Quietū, quid enim in hac vita laboriosius, quā terrenis desiderijs æstuare? Quid quietius, quàm nihil huius sæculi appetere? Inquit Gregorius. Securū: Magna est securitas cordis nihil habere concupiscentiæ sæcularis, ait Gregorius. Liberum, quia à peccato liberat ambitionis diuitiarum, qua homo seruus efficitur. Acceptū Deo. Pauperes per Nabuchodonosor in terra dimittūtur, diuitibus ab inde remotis. Purum, & nitidum, quia caminus purgans est paupertas; & vt cōcludam. Ipsa reddit hominem virtutibus omnibus adornatum. Sed his dimissis, fuitne saluator vnà cum matre pauper? Verè sic, quod patet inspicienti ipsorum vita, vt pauper, ponitur in stabulo, in diuersorio gignitur, pannis vilibus inuoluitur, in præsepio collocatur, modico lacte nutritur, fœnum ei pro substratorio ponitur, asino, & boui iungitur, ad soluendum tributum æs dene gatur, vbi caput reclinet ab ipso non habetur, pauperibus discipulis, vt pote omnibus dimissis sociatur, in cruce nudus exponitur, moriens in sepulcro alieno locatur. Christi paupertatem ostendunt Bernardus, Hieronymus, Chrysostomus, Beda, pariter, & Bonauentura. O felix paupertas, quam rex Christus sic dilexit, & mater, vt semper cum ipsis incederes, assisteres, ac in cruce cum ipso penderes. Quis hanc virtutem tàm nobilem spernat? Quis quæso paupertatem non diligat? imitetur vestigijs, labijs veneretur, extollat verbo, prosequatur actu, pariter, & affectu, hanc siquidem Deus homo amplexu totius strinxit amoris. Percepit à principio, assciuit è cœlo, mortalibus intulit, lingua extulit, & secum in cruce pependit, ò paupertas dulcissima te non strauit rex cœlestis supernam fore, atq; sublimem, te stricta charitate amplectendam discipulis mandauit, & suscipiendam in cœlorum sedibus declarauit. Quid virtutis ipsa non habetur, largitur, & tenetur, vt superiora demō strant? Hæc est terra viuentium, possessio veri Abrahę, hortus cōclusus, fons signatus à Christo, cuius emissiones sunt paradisi fructus, & virtutum ornatus; hæc est ciuitas, quàm diabolus non expugnat, quæ in se residentes viriliter protegit, & defendit; hæc est pignus, quo ipsum prosequentes hæredes, & reges regni cœlorum fiunt à Christo. Hāc debent Christicolę colere, Christi exemplo, matris, & sanctorum, etsi gentiles hanc amarunt, quanto magis vir Christianus, qui imitator debet esse Christi discipulorum, & aliorum sanctorum, vt ad regna valeat peruenire cœlorum? Ex dictis apparet declaratio huius fructus, scilicet, *Maria Christum posuit*, s. in præsepio, & hæc pro præsenti sufficiant.

FRVCTVS OCTAVVS.

Maria gens vocatur.

EXPOSITIO BREVIS.

SANCTIS Magis arte spectandorum syderum pollentibus stellæ insolitæ visionis apparuit, quæ imaginem Mariæ filij præferens, inquirendum eiusdem filium, adorandumq; eloquio deifico dulciter demandauit.

EXPOSITIO MAIOR.

DEITAS superna humano generi quantum ipsum diligeret, multiplici beneficio declarauerat, sed præcipuè incarnando nostræ carnis assumptione ad diuinum fastigium, quo ostensum est ipsam diuinam essentiam, esse humano generi in promisso fidelem, in expletione veracissimam, in dilectione ardentissimam, & feruentissimam, in procedendo misericordissimam, in dando liberalissimam, in ordinando cuncta ad nostram vtilitatem diligentissimam, prouidentissimam, & prudentissimam, nostramque procurando salutem sapientissimam, & clementissimam. Qua in re dignum erat, & æquum, vt creatori omnium & factori, qui clementiam suam tàm variè ostenderat homini, eidem ab homine propossè pro impensis vicissitudo debitè redderetur. Inde est quod si creaturarum cunctarum ab homine attestatione miranda Dei, & hominis Iesu ortus sit agnitus, dignum erat, vt eius sacra natiuitas, matrisque eius illibata virginitas hominis attestatione probaretur, diuulgaretur, & agnosceretur ab homine, ob suam liberationem, & glorificationem Dei filium vnitum esse nostræ naturæ mortali. Sed quia caliginis internalis oculus tenebræ peccatorum ad originem non attendit hominum, cum omnes æquali surgant ab ortu, sed potius respicit ad fortunam. Hinc est, quod illum proclamat, celsum, fulgidum, sublimem, ac alijs nobiliorem, quem scientia ornat, & regalis celsitudo fastigij prouehit, & exaltat, Dominus igitur noster Iesus Christus, cum sit verus rex, & Dominus dominātiū in suo sacratissimo ortu fuit congruum, vt quia hæc regalis dignitas, quæ in tanta reputatione apud homines celebratur, & sublimissima reputatur, ipse imperator vniuersorū monstraret regibus, agnosceretur à regibus veneraretur à regibus, timeret à regibus, inqraretur à regibus, diuulgaretur à regibus, profiteretur à regibus, cū gaudio videretur à regibus,

& vt generalis princeps, & dominus super omnes homagiaretur à regibus. Et sic Christus ab angelis, vt à creatura suprema, ab infima, & cæteris alijs ab homine, creaturis. Tandem ab homine, vt à media. Ab humilibus hominibus, scilicet, pastoribus, & altis, s. sanctis Magis regibus, est veneratus, & declaratus, vt oium conditorum Deus, & dns veraciter appareat, & existat. Magnum facit Iesum Christum Mariæ filiũ attestari per creaturas insensibiles, sensibiles, & angelos, sed quoad homines, maximum fuit saluatorem nostrum à sanctis Magis testimoniũ accepisse. Et primò, ratione gentis, quia Gentiles, & non Iudæi fuerunt. Officij, & dignitatis, quia erant præditi, quia reges erant, vt docet ecclesia. Intelligentiæ, & sufficientiæ, quia philosophi secundum Chrysostomum; in astrologia peritissimi, licet apud Persas Magi, ideſt sapiẽtes dicerentur. Certificationis Christi, quia stellam, vt ipsi asseruerunt, viderunt. Apparatus, & ostensionis, quia Ierosolymam venerunt non latenter, sed apparenter. Testificationis, quia dixerunt: Vidimus stellam eius in oriente; professionis, quia venimus adorare eum; deuotionis, q adorauerunt eum; deductionis, quia eo adorato diuino monitu per aliã viam in suam regionem sunt reuersi. Sed quia hic fructus dicit, q Maria, ideſt, propter filium genitum à Maria gens vocatur. Quærendũ est, quo motiuo, & quo modo hoc est peractum. Respondetur, quod motiuum stella fuit in puncto natiuitatis Christi apparens istis tribus Magis super montem Victorialem, vt dicunt nonnulli in oriente sito, vbi tales Magi erant istius stellæ ortum expectantes. Sed de modo, dicit Chrysostomus, quod in stella apparuit forma pueri filij Mariæ, qui eos alloquens natum prędixit Iesum Christum, & adorãdum, vt pergerẽt, demandauit. Motiuũ ergo fuit stella. Sed vbi ipsam viderunt? Dicũt Augustinus, & Chrysostomus in regione eorum, hoc est in oriente, vt testatur Euangelium. Hanc itaq; stellam viderunt non in cœlo, vbi sunt aliæ stellæ fixæ, sed in aere: nec cunctis apparuit de regione, sed ipsis, nec de longinquo, sed de propinquo, vt dñt doctores. Sed quid isti Magi tunc agebant? Certè vt dicit Chrysostomus orationi insistebant. Nec aliud est credendum, quia tanta illuminatio potius fit orantibus, quàm aliud facientibus. Sed hac stella visa, ò quanta admiratione sunt perculsi? quanto gaudio repleti? quanta consolatione spirituali perfusi? quanta iucunditate lætificati? quot, & quantas gratias Deo egerunt? quanto etiam amore, & feruore cęperunt iter? Sed aduertendum quod isti Magi non malefici, sed philosophi, non Iudæi, sed Gentiles, non parui homines, sed potẽtes, vtpote, reges. Aliud viderunt oculis corporis, aliud obtutibus mentis. Qui præstitit signum, intellectum dedit eis, vt aliud viderent, aliud intelligerent; viderunt enim oculis corporis stellam, primò quoad causam efficientem, excellentissimam, quia à summo opifice nouiter creatam: deinde quoad materiam, singularissimam, quia si

creata est, nõ ergo de placente materia, quia nec de vlla materia, si creatio propriè accipitur, cum creare sit de nihilo aliquid facere. Si verò creare impropriè accipitur, vt excludat omne aliud agẽs à Deo, sed nõ materiam, sic sicuti stellæ aliæ de nobili materia sunt creatæ, sic & ista stella; cum ad maius ministerium peragendum præ aliis sit formata, videlicet, ortum Dei declarandum. Vlterius, quoad formam fuit hæc stella verissima. Signa enim fidei nostræ sunt verissima, vt dicit Gregorius, sed præ alijs fuit pulchrior in figura, & forma, vt dicit Leo Papa, & Augustinus, & sic non solum habuit stellæ similitudinem, sed vera fuit, stella contra nõnullos dicentes ipsam fuisse angelum. Postremò, quoad refulgentiam, quia fuit radiosissima; cuius radiositas apparet, quia quę in Iudæa fiebant stans in oriente declarauit. In oriente enim vident stellam, & in Iuda natum intelligunt regem. Quia sacramentum natiuitatis Christi Magis declarauit, ipsosque illuminauit, totamque ecclesiam fidelium sua attestatione illuminando in fide solidauit, & ipsos Magos ad fidem induxit. Et tãdem sensum visus, & intellectum sua præsentia, & absentia illuminauit. Quod cæteris stellis non est concessum. Sed hic aduerte mirum in hac stella, quæ, cum esset tàm magna, & tàm clara, solum à fidelibus est visa, & non alijs, vt quid operaretur principaliter, daret tali sui manifestatione intelligi & abscõsione. Præterea quoad influentiam fuit hæc stella efficacissima, etsi non principaliter, saltẽ ministerialiter. Dedit enim sanctis Magis vitam spiritualem per fidem, quàm indidit. Sapientiam, qua Christi mysterium incarnationis quilibet ipsorum cognouit: lætitiam, & amorem videndo eam, & reuidendo: audaciam in profitendo Christum regem coram Iudæis, & Herode. Insuper quoad alias stellas, & ab eis, distinctissimam directione. Primò quoad motum, stellæ aliæ ab ipsa vniformiter ad motus orbium deferuntur, sed hęc non solum ab oriente in occidens, sed, & etiam diformiter ab Arcturo in Austrum, s. à Ierusalem in Bethlehem mouebatur. Secundò quoad fulgorem, hæc stella non solum de nocte, vt aliæ, sed de die sole existẽte in virtute sua apparebat. Tertiò quoad occultationem. Apparuit enim Magis, & occultata est, eis Ierosolymam intrantibus. Quartò quoad apparitionem: solis enim sanctis Magis, & non aliis apparebat. Quintò quoad progressum; nam proprium gressum non habebat, sed stãtibus Magis stabat, & cum ambulantibus pariter incedebat. Sextò quoad situm, quia non sursum manens partum Virginis demonstrabat, sed deorsum descendens hæc referabat. Et ex his concluditur, q ipsa non fuit de stellis firmamenti, & consequenter nec angelus, sed nouiter à Deo creata. Septimò, & vltimò, quoad mira, quæ gessit fuit stupendissima. Mirum certè fuit eius apparitio considerato tempore, quia nec ante Christi ortum apparuit, nec post demonstrationem Christi sanctam.

ctam Magis in Bethlehem. Consideratis personis, quibus apparuit, quia solis Magis: considerato loco in quo apparuit, quia in oriente, & non alibi: pensatis verbis, quæ secundum Chrysostomum expressit Magos alloquendo, & inducēdo ad Iesum adorandum; considerata occultatione, quia ad libitum occultabatur, quasi aliquod esset rationale; pensata eius mansione, quia stetit supra stabulum contra aliarum stellarum cōsuetudinem. Tandem considerata eius operatione inter homines, quia aliquos turbauit; vt Herodem, & Iudæos, alios lætificauit, s. Magos, Mariam, & Ioseph, dæmones exterruit, & à sanctis Magis effugauit, angelis mira demonstrauit, Dei potentiam, & sapientiam, prædicauit, sua institutione, apparitione, & Magorum deductiune, & vt dicetur, Dei Iesu Christi recenter nati, & suæ matris magnalia referauit. Fuit enim mira eius disparitio, completo enim à Magis mysterio adorationis disparuit, & nunquàm comparuit, quod nulli stellæ euenit. Sic ergo apparet qualem stellam intuitu corporali viderunt. Verum licet obtutibus corporis sancti Magi viderint eam. Modo vidēdum est, quid obtutibus mētis cognouerunt, & inspexerunt, sed antea videndum est, & remouēdū quoddā dubium, quod posset oriri in præsenti, s. quare Iesus hoc signo tali voluit demonstrari, & sic consequenter Beata eius mater. Respondetur, quod etsi ratio adhoc non possit assignari necessaria, tamen potest quibusdam congruentiis adhoc responderi. Prima, vt prophetia cōpleta demonstraretur: Orietur stella ex Iacob. Vt per hoc signum ortus Nu. 24
Christi, puritas, & Mariæ virginitas intelligeret, vt sicut stella sine corruptione radium, sic Maria incorrupta ex se emisit filium. Vt signum correspondaret scientiæ Magorum, quibus facta erat reuelatio. Vt hoc signo dato Iesus Mariæ filius non solum terræ Dominus, sed & cœli ostenderetur. Vt declararetur, quod gentes signatæ per Magos accessum ad fidem plus haberent ex alto, quàm ex terra. Et sic hac stella sancti Magi spiritualiter Christum agnouerunt, & eius matrem, qui hac stella spiritualiter designabātur. Nempe primò nouerunt eius natiuitatem, ideò dicunt: Vbi est, qui natus est: Eius dignitatē, quia rex Iudęorum. Eius deitatem, quia Venimus adorare eum. Sed aduertendū, quod stellam viderunt non visione stellæ simpliciter, sed diuina monitione, sicut reuersi sunt in suam regionem, multò fortius monitu, & diuina illustratione ad Iesum adorandum accesserunt. Diuina ergo illuminatione sancti Magi illustrati stellam hanc inspicientes Iesu, & matris, vt præfatum est excellentiam eorundem intellexerunt, & rectè pro stella filius, & mater accipi possunt, & assimilati stellę, quia quoad materiam fuerunt purissimi, hoc est, separati ab omni peccato. Quoad formam stella est pulcherrima, quoad figuram sphęrica, quoad substantiam solida, in superficie plana, in situ altissima, in motu velocissima, in quantitate maxima, in lumine splendidissima, in potestate virtuosa;

quoad officium noctem illuminat, quoad esse, stabilis, & tandem quoad signum est temporum, annorum, mensium, & dierum denũciatiua. Cum ergo significet stella hæc Virginem beatam, pariter, & filium, quid quæso sancti Magi diuina inspiratione, & reuelatione intrantes in domum viderunt, & inspexerunt de hac Beata semperque virgine Dei genitrice Maria? Multa quidem, & præcipuè radios spirituales inspexerunt, & cognouerunt. Primum radium, videlicet, eam esse nobilissimam, & præclarissimam genere, quia filium eius, regem Iudæorum professi sunt, quare, & matrem origine esse insignissimam, quia ex Iacob, patriarchis, & regibus natam. Inspexerunt pariter sanctis prophetis fuisse notissimam, quia Balaam hanc vidit, & filium à Michea prophetatum ex ipsa sola corpulentam substantiam trahendum, mundissimam pariter cognouerunt, pauperrimam, & abiectissimam, professione humillimam, aspectu verecundam, obsequio reuerentissimam, verbis prudentissimam, manibus liberalissimam, donis copiosissimam, super electos sanctissimam, Deo dulcissimam, intellectu illuminatissimã, super omnes mulieres benedictam, præ cunctis eminentissimam, & tandem omnia laude dignissimam. Considera ergo quod sancti Magi hæc apprehendentes de Iesu, quem adorabãt matre, velut, quosdam radios ab ipsa stella Maria egredientes, quàm reuerenter ipsius filio adorato, eam sunt venerati, & ideò viderunt etiam eam imitatricem Patrum, quia à quibus corpoream substãtiam traxit, per gratiam accepit, & virtutes ipsorum, & plenius, & copiosius. Consolatricem parentũ, & aliorum, illuminatricem sanctorum, inspectatricem diuinorum, extirpatricem vitiorum, contentricem omnium benedictionum, dissipatricẽ hęresum, & errorum; exemplatricem omnium rectorum operum, impetratricem petitorum, reseratricem arcanorum, & futurorum, imperatricem cunctorum, dignam omni honore, quia virga est Iesse, altam esse, & non breuem, quia pertingens ad Dei visionem, quia virga Israel est, idest, Deum cernens, & videns. Quare tali spiritu, & talibus vitalib. afflati, & illuminati totis prędcordiis ipsam Dei matrem cum filio videre peroptarunt. Et sic Maria gens vocatur, i. propter filium Mariæ, & operata per Deum magnificè in Maria, & propter inspirationem factam Magis de ijs, quæ erant in Maria, & quid erat: Maria gens vocatur. A quo? à Deo; & propter quid? Maria dico, idest, propter mira in Maria facta, quia ipsa Deum genuit, & mater est Dei. Sic ergo apparet ex prædictis expositio huius trigesimi fructus. Et qualiter dẽt intelligi, quod Maria gens vocatur, & consequenter apparet declaratum, quod pro expositione huius fructus in principio expositionis huius fructus fuit breuiter annotatum.

FRVCTVS

FRVCTVS NONVS.

Fructus XXXI.

Maria Iesum subdidit.

EXPOSITIO BREVIS.

SIMILEM fore per omnia patribus filium suum declarare volens B. Maria die octaua circumcidi placuit, demonstrans in puerili ætate Iesus salutem operari incepisse iàm hominis sui sanguinis effusione, nomenque assumpsisse omnis efficaciæ & gloriæ contentiuum;

EXPOSITIO MAIOR.

IESVS Christus mundi Saluator Beatæ Mariæ Virginis filius, sicut humanæ est vnitus naturæ, vt tali assumptione totius hominis, non solum nos exaltaret, & Deo gratos redderet; sed & quæ sunt pro nostra salute cõsequenda, instituer et, & ordinaret. Et quia ipse Dominus noster Iesus Christus est Dei pàtris sapientia & verbum, quo ipse condidit omnia, gubernat, & disponit. Hinc est, quod ad ostendendum suam sapientiam, sicut varias creaturas produxit, & quoad formas, situm, ordinem, actionem, & modum, diuersimodè distinxit, ac diuersa tempora homini instituit, scilicet, legis naturæ, scriptæ, & gratiæ, sic præfatis temporibus, vt homo Dei propitiationem inuenire valeret diuersa sacramenta ordinauit. Et cum ipse in sui dispositione non fallatur, & agens sit perfectissimum, & agentis perfectissimi est omnem imperfectionem resecare, & omne impertinens contrarium, & indispositionem ab eo, quod intendit efficere totaliter remouere, cum propter nos homines, nostramque salutem descendit de cœlis, vt dicit nostræ fidei articulus: hinc est, quod sicut tempore legis naturæ, & legis scriptæ sacramenta instituit, sic & tempore gratiæ ordinare decebat tempori, & nostræ saluti per omnia conuenientia, & salubria, quare & gratiæ contentiua, & per quæ salutem intentam possemus obtinere. Qua in re, quia veniente veritate figura debebat cessare cum vmbra, sacramenta veteris testamenti figura nouæ legis & sacramentorum cum essent, & imperfecta, ipsis ex se homo iustfiicari non poterat, sed solum per fidem mediatoris Dei, & Iesu Christi venturi, vt docet Apostolus. Talia ergo non valentia nostram salutem operari ab ipsa Dei sapientia omnia debitè per agente, & disponẽte erant abijcienda, & alia instituẽda. Sed p quẽ? Certè per ipsam Dei virtutem, & sapientiam Christum Iesum, vt sicut ipse omnia ordinauit, & cõdidit, sic, & hæc ab ipso fierent, vt idem esset

conditor

conditor vnus, & redemptor, ventura complens, terminans, & abijciens, futura instituens & disponens pro salute, & perficiens. Et quia ipse Deus est idem, qui sacramenta vetera instituit, & idem ipse, qui est incarnatus, noua instituendo, congruum fuit, vt vetera reuocaret; sed quo ordine, & modo? Ea in se suscitando, seruando, & tali susceptione terminando, & terminata fore opere reserando, & abijcienda omnino esse, fidelibus suis notificando. Maria ergo Dei genitrix Virgo perpetuo diuino afflata spiritu, sciens vetera sacramenta terminanda, & non instituenda, & hoc per filium suum in se, & filio, volùit ea suscipere, & seruare. Cuius ratio est, quia cum omnia essent in figura alicuius fiendi per Christum circa nostram salutem, & reparationem, Christus ea in se per obseruantiam suscipiendo, effectum per illa signatum in nobis spiritualiter, & veridicè fecisse, designaret, & demonstraret. Sicut suscipiendo sacramenta circuncisionis, declarãdo quid per dictum sacramentum importaretur, & se id fecisse, quod figurabat, figura abscõderet, terminaretur, & cessaret, & figuratum perpetuo maneret. Sacramentum circuncisionis, quid declarabat principaliter? Certè illud, quod est ad Dei honorem, & nostram salutem, quia adhoc tota scriptura ordinatur. Sed quid sit illud, quod Deus intendebat, & circuncisio exprimebat, ipse Deus declarauit per Ieremiam prophetã dicens: Circuncidamini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum. Et alibi idem: Omnis domus Israel incircuncisi sunt corde. Circuncisio in carne signat circuncisionem in corde. Circuncisio in corde est ablatio omnis superfluitatis à corde. Quia igitur circuncisio hoc significat, & Christus illud in nobis impleuit sanctificans cor nostrum, & omne superfluum vanitatis remouens, & peccati: ideò, quia figuratum actum est, figura merito cessare debuit. Et sicut dictum est de circuncisione, sic dico de aliis sacramentis, quia veritas ipsorum facta est per Christum, ideò Christus suscipere in se talia voluit, vt se tali susceptione declaret significata per talia verè effecisse. Quapropter Virgo Maria hoc sciens, Spiritu sancto, & filio referante, videlicet, quod per Christum sanctificata per legem veterem erant implenda, & susceptio alicuius de præfatis erat signum, quod factum esset per Christum id, quod significabat, & per consequens illud tale, quod erat figura, tanquam nihil amplius repręsentans fieri debere per Christum, cum esset iàm factum, terminaretur, & omnino, nihil significaret. Paruulum filium suum, quem nouiter genuerat, primogenitum sanctissimum, & innocentissimum sacramento subdidit circuncisionis octauo die à Christi ortu. Sed vt præfata euidentia declarentur & dicenda melius intelligantur, est soluendum quoddam dubium, scilicet: cum Virgo Maria esset pijssima, & super omnes mulieres magis filium suum diligens, quare paruulum tanto dolori, & quodammodo

morti

morti exposuit? scilicet, circunciſioni? Multi enim ex tali circunciſione moriebantur. Inſuper cum eſſet Virgo prudentiſſima, & illuminatiſſima, & in omnibus agendis à Deo directa, cur ſubmiſit filium ſuũ circunciſioni, cum non indigeret ea? Et quid talis ſacramenti ſuſceptione nobis præbuit doctrinæ, exempli, & documenti? Pro huius dubij ſolutione, videndum eſt, quare ipſa circunciſio data eſt Abrahæ, & poſtea quare Chriſtus voluit circuncidi. Pro euidentia primi eſt ſciendum, prout dicit Magiſter ſententiarum lib. 4. Circunciſio data eſt Abrahę multis ex cauſis. Ad obedientiæ meritum multiplicandum, meruit. n. diuino præcepto parendo. Ad complacendũ Deo, ſicut Adam per inobedientiam Deo diſplicuerat. Ad magnę fidei Abrahę declarationem. Ad populi Iſraelitici, & ex Abraham orientis à cæteris diſtinctionem. Ad originalis maculæ deletionem, quam ſi non ſuſcepiſſet homo peribat anima eius de populo ſuo. In pactum generationis, quod ex ipſius Abrahæ ſemine Chriſtus naſceretur. Tandem ad exemplum repreſſionis motus concupiſcentialis vigentis plus in membro illo, quàm in aliis, vt dolore aſſiduo motus talis comprimeretur. His ex cauſis data eſt circunciſio ipſi Abrahæ. Sed nunc videndum eſt, quare B. Virgo filium ſuum circũcidi voluit, & ipſe Ieſus Chriſtus. Et ad hoc ſunt plures cauſæ. Vt ipſa legem bonam oſtenderet, & commendaret, & ipſam ſeruãdo, quam dederat, & ſic rectam, & ſanctam depromeret, & à ſe datam contra Manichæos dicentes, totum vetus teſtamentum à diabolo ordinatum. Vt ſe legi ſubiiciẽdo, cui ſubiici ex principali cauſa ſuæ inſtitutionis non tenebatur, obediendi, & obedientiæ virtutem commenda ret. Vt veritatem carnis aſſumptæ oſtenderet contra Manichæos, qui phantaſticam dixerunt: contra Apollinarem, qui corpus Chriſti dixit Deo conſubſtantiale: & contra Valentinum aſſerentem corpus è cœlo adduxiſſe. Omnes hi hoc circunciſionis ſigno, videlicet, carnis inciſione, dolore, & ſanguinis effuſione refelluntur. Vt approbaret ſe eſſe de genere Abrahæ, qui circunciſionis mandatum acceperat in ſignum fidei, quam de ipſo Chriſto promiſſo habuerat. Vt occaſionem ſcandali tolleret à Iudæis, ne ſi diſſimilis inueniretur patribus, quod eum non reciperent, aut in eum crederẽt, & excuſare ſe poſſent. Vt diabolo myſterium incarnationis abſconderet, ne futuram eius paſſionẽ impediret, quem dum eum circuncidi conſpexit, purum hominem peccato originali obnoxium æſtimauit. Vt ſui immenſi amoris beneuolẽtiam ad nos declararet ſui ſanguinis precioſi effuſione, & hic in circũciſione, in horto, in flagellatione, in coronatione, in crucifixione, & in lanceatione. Vt ſe verum lapidem angularem, duorum parietum veteris, videlicet, teſtamenti, & noui, ſe fore reſeraret, dum ſub vtroq; ſtatu voluit eſſe, & inueniri. Vt qui in ſimilitudine carnis peccati uenerat, remedium, quo caro peccati conſueuerat emendari, non deſpiceret.

dist. 1.

Gen. 17.

Poſtre-

Postremò, vt in se legis onus suscipiendo nos à legis onere liberaret. Vbi sciendum est, quod cum per Christum sit facta omnis peccati, & à peccato circuncisio, quod principaliter sacramentum circuncisionis significabat, ipsa circuncisio vt figura, & vmbra fuit ablata. Christus ergo, quia id quod lex figuraliter quoad cerimonialia declarabat re, & opere adimpleuit, quia, vt dicit: Non veni soluere legem, quo ad importata, & designata per legem, sed opere adimplere. Hinc est, quod suscipiendo legalia, factus est sub lege, ut à legis literæ onere nos redimeret, & omnia legis specialiter, quoad cerimonialia cassaret. Verũ, quia non omnia, quæ talia figurabant sunt impleta per Christum Iesum antè mortem suam, ipsa ab ipso non sunt reuocata, & cassata, sed in passione sua alia sacramenta instituendo, & omnia, quæ talia figurabant, adimplendo, dicens: Consummatum est. Ex tunc omnia reuocata, & cassata, licet pro tunc non fuerint, quod cessassent authenticè proclamata, sed post Spiritus sancti missionem, quartodecimo anno à Christi passione, vt dicunt doctores. Licet ergo Saluator noster suscipiendo circũcisionem, opere perficiendo tunc, & postea circa nos, quę ipsa circuncisio designabat, attamen cũ omnis eius actio nostra sit instructio, per hoc dedit nobis exemplum, vt spiritualiter sicut ipse corporaliter in sua carne circuncidi debemus interius resecatione omnis cogitationis, affectionis, & intentionis prauę à corde, & exterius in habitu, in actione, & sermone. Et vt hoc videatur clarius pro nostra instructione videndum est, quo die circuncisio fiebat, pariter & cur tali die. Quo ergo ad diem asserendum est iuxta Euangelii dictum, quod octaua die, & multæ rationes sunt, cur die octauo, nec antè, nec post. Nempè, quia puer ante diem octauum est adeò tener, quod periculum esset vitæ corporalis amittendæ, si tali pœnæ subiiceretur, sed post septimum diẽ sortificari incipit, ideò octauo die fiebat. Et etiam ad præcauendum dãnationis periculum si contingeret mori incircuncisum puerum, ideò prolelari non debebat vltra diem octauum. Fiebat pariter tali die ad mitigandum doloré, quia plus de dolore sentit puer quanto magis crescit, quàm in tali ætate, cum minus percipiat. Vlterius, vt si ex circuncisione contingeret mori sicuti aliquando eueniebat parentibus dolorem minorem ingereret, quam in uigorosiori ætate consistens. Tandem ne si per tempus prolõgaretur, ipsa propter dolorem suscipi omitteretur, nec in hoc filii parentibus contraire præsumerent. Istæ causæ communiter ad hoc assignantur. Verum cum dicat Apostolus. Quod omnia in figura contingebant illis. Circuncisio ista à Iesu Mariæ filio suscepta iuxta dictum Ieremiæ, spiritualem circuncisionem nostram designat, cum omnis Christi actio, nostra sit instructio, quare hæc circuncio, & isti octo dies, potius spiritualiter debent intelligi, quàm literaliter. Vt etsi circuncisio corporalis cessauerit, spiritualis tamen in sempiternũ

maneat

maneat in nobis iuxta Dei prȩcipientis intentionẽ. Si ergo istã circuncisionẽ spiritualiter volumus intelligere, est sciendũ, quod aliter ista circuncisio, & dies sibi octo, significant, & intelliguntur tropologicè, & moraliter, aliter accipiuntur allegoricè, & aliud indicãt anagogicè intellecti. Accipiendo circuncisionẽ & dies hos octo tropologicè, & moraliter, circũcisio separationẽ designat à peccato, & hoc dupliciter, primò à peccato, in quo est recedẽdo, & hæc circũcisio est pȩnitẽtiæ exhibitio. Secundò à peccato se præseruãdo, & custodiendo. Si secundo mõ circuncisio dicat, vt circũcidamur per præseruationẽ ab omni peccato, oportet hoc fieri die octauo, quia talẽ considerare decet, & dẽt habere octo in se ipsum à peccato pseruantia. Primũ est considerare materialẽ originẽ sui, & productionẽ, quia de vili spermate se cernit cõpactum. Secundũ est, considerare humanalẽ rubiginẽ, & infectione, quia nasci tur homo infectus peccato originali, & filius natura est iræ, qa peccato, & concupiscentia est generatus. Tertiũ est considerare primordialẽ exitũ flebilẽ, & deplorationẽ, statim. n. in sui egressu ab vtero primã vocẽ emittit plorãdo, vt consideret se non ad gaudiũ peccati, sed ad luctũ pœnitentiæ esse progressum. Quartũ est cõsiderare statũ mundialẽ nõ habentem firmã permãsionẽ, quia nihil est hic stabile, & quod prȩ omnibus est, hodie sumus, & cras nõ erimus? Quintũ est considerare mortalẽ nostri exitũ, & dissolutionẽ miserabilẽ. Mors. n. cũ nulli parcat, hominẽ dissolutit, animã à corpore seperãdo, pœnis maximis, & deinde ĩ nihilũ, quia in puluerem ipsum resoluit, quoad corpus. Sextũ est considerare insuperabilẽ, & inaduertibilẽ iudicis sententiã æternã, seueritatẽ, iudiciũ, & discussionẽ, quia oportet ante iudicẽ viuorũ, & mortuorũ adducti, vbi oĩa operata præmio, vel pœna digna discutiantur. Septimũ est cõsiderare infernalẽ atrocitatẽ quo ad pȩnas, & perpetuã in eis mansionẽ. Octauum tandẽ, & vltimum, quo super oĩa circuncidimur per præseruationẽ à peccato, idest, quod nos ab omni peccato dẽt retrahere est considerare ȩternalẽ amȩnitatẽ, & cȩlestis ciuitatis permansionẽ, & habitationẽ, vbi nihil coinquinatum intrat, & stat, & possidẽt illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, aut in cor hominis ascẽdit. Vt sic præfatis octo inspectis tàm timore pȩnarũ, & diuini iudicij, quã amore superni prȩmij homo se circuncidat ab omni peccato se prȩseruando, & custodiendo. Sed quia, vt dicit B. Gregorius non sufficit mala non agere, nisi & ẽt quisq; studeat & bonis operibus insudare. Qua re circuncidi, & præseruari à pecato modo iam dicto bonum erit. Sed melius est adhuc, si operibus bonis insistendo à præfatis nos custodiamus, aliter circuncisio præfata non valeret, quare si perfectè cupimus circuncidi à peccato per præseruationem oportet nos alia octo per dies octo significata habere, quæ faciũt hoiem virtuosum, & eum ad virtutes promouent, & inducunt, & ab omni peccato præseruãt, &

custo-

custodiunt,& subsequētia, Fidelis promissio per rectā fidē,sine qua impossibile est placere Deo.Recti operis patratio,quia fides sine operibus mortua est: discretio in operādo, quia sal semper in Dei sacrificio ponebatur:permānsio in austeritate, quia caro cū resistat spiritui,duris est semper subijciēda,& austeris;patiētiæ susceptio, quia patiētia opus perfectū hēt;pietas ad proximum,& cōpassio,quia pietas ad oīa valet; dilectio Dei,& proximi,quia qui diligit proximū legē adimpleuit. Postremo alacritas in suscipiendo incōmoda,& in bono stabilis perseuerātia,& propositū.His octo,vt octo diebus moraliter acceptis homo pfectē à peccato p̄seruatur;& sic verē circūciditur à peccato abstinēdo, & se preseruādo,& custodiendo.Et sic patet,qūo homo tropologicē circuncisionē susciperе dēt. Sed primo mō intelligendo circuncisionē,s. vt peccatū,in quo sumus dimittendo,p̄putiū nostri cordis ritē circūcidamus,si hanc circuncisionē habere optamus.Octo dies debēt p̄mitti,& die octaua circūcidi,quia ad exitū de peccato, & à peccato octo cōcurrere debent.Cognitio peccati cū dolore dicendo . Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco.Huiusmodi cognitionē hēbat ille,qui dixit: Nō sum dignus videre altitudinē cęli,p̄ multitudine iniquitatis meæ. Propositum peccati deserēdi,& boni faciendi sponsio in corde,& promissio,iuxta illud.Surgā,& ibo ad patrē meū.Pudor,& abhominatio de peccato,vt cōsiderata peccati putredine erubescat, & cōfundatur corā Deo apparere velle.Timor,& attētio futuri iudicij,& formidatio, vt semper sonet vox talis in auribus eius. De peccato debita, & recta cōtritio,vt cognoscat se Deū creatorē offendisse doleat, & atterreatur faciēs sibi luctū iuxta Ieremiæ documentū,quasi vnigeniti. Intentio indulgentiæ, spes veniæ,fiducię cōprehēsio,vt de Dei misericordia speret,& de peccato cōsequi veniā non ad instar Cain seu Iudæ . Integra cōfessio dicēdo:Dixi cōfitebor aduersum me in iustitiā meā. Postremo est debita satisfactio.Quib.octo habitis homo à peccati culpa circūciditur tropologicè.Sed accipiēdo circūcisionē,& dies istos allegoricè,Christus circūcidi die octauo voluit, vt declararet, q̄ perfecta à peccato circuncisio nō fiebat in septē diebus primis, i.quinque legalibus libris,prophetalibus,& psalmis,quasi duobus aliis,sed solū in octaua die,i.doctrina euāgelica,q̄ sacra exprimit nouæ legis, facta est, & fit perfecta circūcisio à peccato,quia iustificāt,& emūdāt,& gratiā cōferūt. Anagogicè circūcisio pfecta ab omni pena,& culpa erit p̄ Christū,i.octaua ætate,s.resurrectionis,& vltima,q̄ trāsactis septē mundi ætatib.de quibus tactū est supra.Tādē octaua ętate circūcisa omni pena,& miseria per Christum, ij,q̄ septē misericordiæ operibus dediti fuerunt, septem beatitudinis stolis,quatuor,quoad corp^a,s.subtilitatis,agilitatis,claritatis,& impassibilitatis,& tribus quoad animam, scilicet fruitionis, visionis,& tentionis perceptis,cum octaua, scilicet, omnium bonorum repletione beati-

beatificati, cum Christo diem octauum agent lætitiæ, & perpetuæ consolationis. Sic ergo apparet, quid circuncisione Christi actum est, & intelligi datur, quod B. Virgo non sine causa filium suum puerulum circũcisioni subdidit. Aduerte tñ, quod etsi filius Mariæ Iesus Christus in pueritia in membro genitali fuerit circuncisus, fuit tñ in vita sua in omnibus alijs vulneratus. In manibus, & pedibus clauorum confossione, in capite, spinarum coronatione, in auditu obrobriorũ inectione, in oculis uelatione, & lacrimatione, in gustu aceti, & felis sumptione, & degustatione, & sic de alijs membris, vt suis fidelibus exemplum præberet, qualiter à se superflua resecare, & incommoda supportare deberent. Vlterius, ex præfatis, est aduertendum, quod B. Virgo filium circuncisioni supponendo docuit plura discussione dignissima, & à fidelibus acceptanda, & cum deuotione prosequenda. Primum est, quod filium suum circuncisioni exponẽdo, dum vera caro nostra ab ipso suo filio assumpta probatur, quod caro, & frater noster est, declarat. Quod nostram liberationem ab operibus legis, & oneribus significauit, pariter, quod diuinis mandatis irrefragabiliter est obediendum. Quod etiam, & si durum, & graue, quod iniungitur nobis, ac doloroſum videatur, & sit, nihilominus exequendum. Insuper obligationem nobis ingerit nostrum Maria ad filium, non solum, quia fieri, & propter nos incarnari & nasci, sed quia sanguinẽ suum pro nobis fundere incepit. Compassionem pariter pandit nos ad suum filium habere debere, quia pro nobis tanto dolori supponitur puer paruulus octo dierum. Nec non ingerit quod omnis superstitio, præsumptio, nouitas, & singularitas à fidelibus est resecanda, cum Iesus Mariæ filius non singularis, seu dissimilis, sed cõformis patribus fuerit in circuncisione. Deinde, quod nos iustè ordinamus, non infringere, sed obseruare debemus Mariæ filius legem quam tulit, & dedit de circuncisione obseruauit. Nec pariter pigeat nos superflua, & extrinseca à nobis abdicare, sed imitationẽ, Christi proclamare. Vt propugnaculum diaboli, iugiter Maria filij exẽplo confringere, tandem in circuncisione filii ostendit nobis, & declarat modum fiendi circuncisionem spiritualem in nobis. Patet ergo succinctè de Iesu Mariæ filii circuncisione, & de solutione dubij prælibati. Sed quia consuetudo erat, quod in tali circuncisione nomen puero imponeretur, vt legitur de Abraham, glorioſa Dei genitrix Maria nomen in tali circuncisionis die, & actu filio imposuit, videlicet, Iesus. *Gen. 17.* Pro huius nominis benedicti efficacia explicanda est sciendum, quod vt patet ex Scriptura, & consuetudine, nomen alicui imponitur pluribus de causis. Et primo ratione dignitatis consecutæ, & præeminẽtiæ, sicut de assumptis ad supremam sacerdotii dignitatem, scilicet, Papatus, vbi statim nomẽ mutatur, vt fecit Christus Petro. Et sicut de Iosue. *Mat. 16.* Vlterius ratione posteritatis habendę, vt de Abraham, qui erat futurus

pater

pater multorum. Dispositionis, & qualitatis, vt de Esau, quia ruffus, & pilosus. Actus singularis, sicut patet de Iacob, qui vocatus est Israel,
Gen. 25. quia vidit Deum. Euentus, vt patet de Beniamin, Manasses, & Moyses,
Gen. 41. quia assumptus de aquis, & de eius filiis. Operationis, vt de Ioseph, qui
Exod. 2. eo quod Ægyptum saluauit, Pharao vocauit eũ lingua Ægyptiaca Sal
Gen. 41. uatorem. Acceptationis à Deo, vt Salomon. Temporis, sicut propter festiuitates sanctorum, in quibus aliqui oriuntur talium sanctorum nominibus postea appellantur. Cognationis, sicut aliquando nomen patris, seu aui imponitur, vt de Ioanne Baptista, quẽ patris nomine Zachariam appellari volebant. Loci, vt patet de Dauid, qui vocatus est Bethle
2. Reg. hemita. Parentelæ, & consanguinitatis, sicut patet de Abraham, qui di
Gen. 14. ctus est Hebræus. Imponitur etiam multis aliis de causis, vt patet in sacra scriptura, sed potissima causa est duodecima, & vltima, scilicet ratione proprietatis rei, & sic imposuit Adam rebus nomina iuxta ipsa-
Gen. 2. rum proprietatem. Et huiusmodi frequenter modus habetur in scriptu
Gen. 28. ra, vt dicitur de Iacob Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit. n. me en altera vice. Ratio enim, quam nomen significat teste philosopho, est definitio, quæ designat propriam rei naturam, & de isto modo etiam loquitur Augustinus in libro de doctrina Christiana dicens, quod imponentes nomina studiosè considerant, vt sint similia rebus plus quàm possunt. Res enim (teste Aristotele) non sunt subiectæ nominibus, sed bene nomina rebus, quia à rebus sumuntur. Nomen ergo benedicti Iesu à qua prædictorum causa sumitur? Respondet Euangelium, quod angelus ipsum nomen impositum à Deo reuelãdo Ioseph, vt imponeret ipsi Christo Mariæ filio dixit. Vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sic ergo patet, quod à proprietate nomen Iesus est sumptum. Et licet ex iam dictis causis alia nomina habeat Iesus, hoc est tñ propriè proprium suum nomen, vt vocetur Iesus. Circa cuius nominis euidentiam cum omni reuerentia hoc nomen tractando, & eius magnalia explicando, ante quoddam dubium est remouendũ, scilicet, cum Isaias dicit, loquens de Chri
Isa. 61. sto. Vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominauit. Quomodo hoc nomen Iesus sit nomen nouum, cum plures hoc nomen habuerint,
Zach. 1. scilicet Iosue, qui uocatus est Iesus Naue, ideſt, filius Nun, Iesus filius Iosedech. Et Ecclesiasticus vocatus est Iesus Sirach. Quomodo etiam os Domini nominauit, cum Angelus hoc fecerit? Sed hoc dubium citò dissoluitur, si circunstantia nominis, & personæ multiplex pensetur. Alii qui hoc nomine sunt vocati ab homine eis imposito acceperunt. Christus Mariæ filius impositum accepit à Deo, & hæc est prima differentia. Alia verò est, quia nullus præfatorum fuit generalis & uniuersalis mundi Saluator, vt Iesus Mariæ filius. Nec etiam particularis Saluator ab eo, quo, & cuius gratia hoc nomen est impositum Christo, scili-

cet, ut

cet, vt saluaret populũ à peccatis eorum. A peccatis enim saluare propriè Deo conuenit, & non homini. Quare hoc nomen benedictum IESVS soli Christo conuenit Beatæ Marię filio. Benè ergo dicit euangelium hoc nomen impositum, vt generali mundo saluatori, vt licet ab angelo sit Ioseph, & Mariæ reuelatum, tamen à Deo est impositum, & vocatum, qui omnia scit, & cognoscit. Et sic patet præfati dubij solutio. Videndum est modo de nomine hoc benedicto, quod impositum est à Maria, vt angelus ei dixit. Vbi sciendum, quod hoc nomen IESVS super omnia alia nomina, quæ de ipso dicuntur est nomen. Primò excellétissimum, vt summæ dignitatis; cum enim in Christo filio Marię sint duæ naturæ, scilicet, diuina, & humana, & vna persona, nihil est, quod naturam diuinam, & humanam, & ea, quæ sunt in Christo, exprimat, sicut hoc nomen IESVS. Vnde sanctus pater Antonius de Paduà allegans Innocentium Papam sic inquit: Hoc nomen IESVS duas habet syllabas, quia Christus duas habet naturas diuinam, videlicet, & humanam, diuinam ex patre, ex qua natus est sine matre, humanam de matre, de qua natus est sine patre. Duę sunt ergo syllabæ in hoc vno nomine, quia duæ sunt naturæ in hac vna persona. Habet quinque literas, tres vocales, & duas consonantes. Vocalis est illa, quæ dat vocem per se. Cõsonans, quæ reddit sonum cum alia. Per tres ergo vocales signatur deitas, quæ cum sit vna per se, sonat in tribus personis, nam tres sunt qui testimonium dant in cęlo. Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Per duas cõsonantes signatur humanitas Christi, quæ cum habeat duas substantias, videlicet carnem, & animam non sonat per se, sed magis cum alia cui coniuncta est in vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus. Persona siquidem rationalis substãtia dicitur per se sonans, quę est Christus Deus quidem, & homo. Ex quibus patet quàm præclarum sit hoc excellentissimum nomen propter illa, quæ exprimit. Insuper dicitur hoc nomen singulariſſimum, insolitum, & speciale: nam, vt dictum est, nulli propriè competit, nisi Christo Mariæ filio: attamen, quia cum in Christo sit dignitas regalis, imperialis, & principatus, quia princeps regum terræ, sacerdotalis, quia sacerdos in æternum, & prophetalis, quia propheta magnus esse debebat: hinc est, quod in figura dictorum trium, tres homines soli hoc nomine sunt vocati, scilicet, Iosue, in quo designatur Iesu principatus, quia princeps fuit populi Domini. Filius Iosedech, quia fuit sacerdos magnus. Et sapiens Ecclesiasticus, quia fuit Dei sapientia plenus. Pariter hoc nomen accidentibus dignissimum, & reuerentissimum, vt inquit Paulus: Dedit illi nomen super omne nomen, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Est etiam pœnitentibus gratissimum, ignorantibus efficaciſſimũ, vt in egenis, claudis, cęcis, pugnantib. fortiſſimũ, & validiſſi-

Luc. 1.

Apoc. 1.

Act.21. validissimum, patientibus gratiosissimum, vt in Paulo qui dixit. Ego non solum alligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini Iesu, profitentibus virtuosissimum, quia in speculum, exemplar, & formam omnis perfectionis, vt dicebat Psaltes: Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum. Deficientibus solidissimum, quia in sublevamẽ
Act.3. substẽtationis, vt patet de claudo Iesu nomine per Petrum liberato. Cõfitentibus honorabilissimum, prædicantibus veracissimum, memorantibus deuotissimum, quia in suspirium deuotionis, vt Bernardus ait: Dulcis Iesu memoria dans vera cordis gaudia. Nil canitur suauius, auditur nil iucundius, nil cogitatur dulcius, quàm Iesus Dei filius. Experientibus dulcissimum, quia in gustum, & fructũ declarationis dicitur. Oleũ effusum nomen tuum. Vbi Bernardus: Aridus est omnis cibus, nisi hoc oleo condiatur. Postulantibus acceptissimum, quia quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Perseuerantibus glorisissimum. Ex his ergo apparet, quàm glorioſum est nomẽ hoc. Verum etsi hoc nomen Iesus sit propriè proprium filii Mariæ, sicque nulli alteri conueniat sub ratione, qua sibi, & quod existentia in ipso sic declaret, s. naturam diuinam, & humanam, præter id habet ipse Mariæ filius, & alia nomina, quæ eidem conueniunt diuersis respectibus, seu rationibus. Ipse enim Iesus Mariæ filius, quia Deus est, habet decem nomina, quibus solus Deus vocatur, quæ nomina ei competunt vt Deo, quæ ab Hebræis Deo soli attribuuntur, quæ hac ex causa ipsi Iesu Mariæ filio Deo vero conueniunt. Quia fortissimus ad cuncta perpetranda vocatur, Hel, siue Syros. Quia à cunctis timendus vocatur Heloe. Quia cœli exercitus sunt ei subiecti dicitur Sabaoth, ideſt Deus exercituum. Quia ipse est suum esse, & semper est dicitur: Eelyel. Quia ipse ipse est excelsus Dominus super omnes dicitur Eelyon, siue Ramathel. Quia eius dominationi subijcitur omnis mundus dicitur Adonai, ideſt, Dominus. Quia ipse est Deus spiritus almus, & sanctus, dicitur Ya. Et omnis lingua ab eius laude deficit. Quia ineffabilis, & incomprehensibilis est, dicitur, Thetragrammatõ. Quia omnipotens, & facit quidquid vult, & potest, vocatur Saday, ideſt, omnipotẽs. Quia solus ipse est Deus verus, dicitur Eloi, & est nomẽ Trinitatis omnibus competens personis. Et sic Iesus Mariæ filius, quia Deus est præfatis nominibus nuncupatur, & rationibus assignatis. Deinde, quia Iesus Mariæ filius, & secunda in Trinitate persona alijs nominatur vocabulis. Dicitur enim filius Dei, figura substantiæ, imago patris, primogenitus, homousion, ideſt patri consubstantialis, omnia noscens, & omnia sciens, mentes radians, & illuminans; alijs censetur nominibus. Quia enim de tota memoria, & sciẽtia gignitur patris omnia exprimens dicitur verbum Dei. Quia non est fallẽs, sed vera dicens, dicitur veritas. Idem quia scit cum patre, dicitur sapientia patris: quia ignorantiæ fugat tenebras lux censetur. Nostram men-

tem

tem clarificat dicitur splendor. Quia omnia denudat aperit & publicat dicitur soloriens. Quia protegit nos, manus Dei vocatur. Quia suos premiat, dicitur dextera Dei. Quia non sinit suos cadere, sed colligit, dicitur brachium Dei. Quia fouet, Dei dicitur virtus. Quia defendit, dicitur leo. Quia ducit nos ad Dei contemplationem, dicitur aquila. Quia nostra portat peccata, dicitur agnus, & ouis, scilicet, sacrificatus pro nobis. Saluator etiam noster Iesus Christus beatæ Mariæ filius, cum sit (teste Apostolo, & Ambrosio) omnia nobis factus, & sit ad vtilitatem nostrã; idcircò, quia primò nos dirigit, & direxit vocatur via: panis quia nos corpore, & sanguine suo reficit; vita, quia nos ipso viuimus; hostiũ quia per ipsum in Dei gloriã intramus; flos, quia nos mundos ipse mũdus facit; petra, quia nos sustentat, & firmat; mons, quia nos munit cõtra diabolum; pastor, quia nos sollicitè gubernat; sacerdos, quia pro nobis iugiter exorat; sponsus, quia nostræ carni se coniunxit; paracletus, quia nos in cunctis tribulationibus, & aliis consolatur; salus mundi, quia ad verã salutem nos inducit. Verum quia ipse Iesus Dei filius est excellentissimus, & magnæ dignitatis, dicitur Christus, ideſt vnctus, & denotat ipsum esse regem, sacerdotem, pontificem, prophetam, & messiam. Dicitur mediator, quia pacem fecit, & facit inter Deum, & homines. Dicitur Alpha, & Omega, quia ipse principium, & finis est omnis creaturæ. Ex dictis ergo in hoc fructu appareat Beatæ Mariæ filij Christi Iesu benedicti primo eius vera humanitas, quia circunciſus fuit. Et sic se veram carnem suscepisse monstrauit. Eius humilitas, quia voluit se peccatoribus similem ostendere circunciſionem suscipiendo. Eius perfecta obedientia, quia se legi subdidit, cum non teneretur. Eius pœnalitas, & patientia, quia tali circunciſione, scilicet, maximus, & pœnalis dolor inflictus fuit; eius pœnitentia, carnem suam affligendo in tali membro; eius puritas, & continentia se in tali corporis loco circuncidendo. Et tandem quia nobis veram fiduciam dat, & cõfidentiam, & hoc Beata Maria tale nomen filio suo benedicto imponendo, scilicet, Iesum; cum iam per dicta appareat, quod ipsum est nomen cõfidentię, protectionis, indulgentiæ liberationis à morbis, carne, & dæmone, corroborationis, consolationis, perfectionis, dulcedinis, deuotionis, veneracionis, & glorificationis: meritò quilibet summa fiducia, & confidentia debet vigorari, & stabilari, vt videlicet ad suum filium in omni aduersitate, pressuræ, & vexatione, oriente ex mũdo, carne, vel diabolo accedamus. Quapropter hac confidentia suffulti quantacunque immanitate scelerum confunderis, habe fiduciam, & securè ad Mariæ filium accede; quia filius Dei est, & Iesus, ideſt, Saluator à peccatis. Si ergo ignorantia offuscaris, ad verum Magistrum perge, & te docebit, quia est lux, splendor, sol, lumen, verbum, & sapientia. Vis non timere diabolũ? confidenter ad ipsum recurre: ipse enim est manus Dei, dextera Dei,

brachium Dei, sacerdos, pontifex, pax, & mediator. Si erras, ipse pastor, doctor, via, & veritas est. Si vires deficiunt, ipse panis, vitis, mons, petra, & vita vocatur. Si ad vitam ingredi vis æternam, ipse est ianua, hostiũ, porta cœli, gloria, præmium, & beatitudo nostra. Hoc igitur gaudiũ carissimi roborati, & cõfidentia in nostris necessitatibus, angustiis, tribulationibus, obsecrationibus, & postulationibus, ad Mariæ filium puerũ Iesum saluatorem nostrum, & totius mundi pergere non titubemus, sed cum fiducia accedamus, quia saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Obligamur ergo, vt dixi, genitrici Mariæ, quia octaua die circuncidendum filium, ad operandum salutem nostram tradidit, terminandum vetera, & ordinandum, & qualiter nos circũcidere debemus, declarauit; vt sic à uitiis septem purgati octauo tãdem die transmeato Iordane, omni malo propulso in terra promissionis ingressi per gloriæ adeptionẽ, vt veri Hebræi, & Israelitę perpetuò maneamus. Et hinc aspice Christi, & suæ matris ad nos pietatem, dilectionem, & beneuolentiam, quia omnia tàm in circuncisione peracta, quoad sanguinis effusionem per filium, quàm nominis impositione per matrem ipsorum ad nos amorem intendunt. Quàre B. Maria gauisa est non solum in impositione nominis diuinitus reuelati filij benedicti, qui tunc legaliter habuit esse, sed eiusdem adoratione à Magis, prout sequens fructus euidenter ostendit. Sic ergo ex dictis apparet declaratio huius fructus, scilicet, *Maria Iesum subdidit.*

FRVCTVS DECIMVS.

Maria demonstratur.

EXPOSITIO BREVIS.

VEneratione dignissimum opus edicitur, cũ puer Iesus à matre Magis adorãdus exponitur. Qd Deus sit, & super oĩa colẽdus Mariæ filius Dominus Iesus Christus, singulari ostenditur adoratione Magorũ.

EXPOSITIO MAIOR.

CElsitudo, magnitudo, & gloria filii in nobilitatẽ, lætitiam, & laudem cum suorum redundet progenitorum, prout experientia demonstrat, & sacra scriptura affirmat, altitudo & excellentia boni Iesus ad laudem, decus, & gaudium est Beatæ Mariæ suę matris. Quocirca in prẽsenti fructu hic est insistendum, vt quanta sit excellentia ma-

tia matris Mariæ, quæ hunc genuit, appareat euidenter. Et quia (teste scriptura) dignitas melius, & honorabilius est ab alio, quàm à se laudari: ab extraneis, quàm ab intrinsecis: ab exteris, quàm ab amicis, seu propinquis, quia insuspicatior laus, & honor. Hinc est, quod ad honorificentiam magnam Iesu, & Mariæ, accedit sanctorum Magorum adoratio veneranda, ac professio veridica, & singularis de Christo. Non solũ, quia tanti viri, vt pote reges, sed quia non Iudæi, sed Gentiles, & lumine diuino irradiati fuere. Quis enim non miretur, vt tales Gentiles, sic à Deo illuminati, acceptati, sic roborati, sic instructi de abditis nostræ fidei documentis fuerint, sed illuminatorem inspiciendo mirum esse nõ debet, cum omnia noscens, & potens, nec mora indiget in docendo. Quare cui vult, quantum vult, quando, & quomodo suæ dona illustrationis infundere potest, & præstare. Sed, quid ad Iesum Mariæ filij gloriã sancti Magi attestati sunt de ipso adhuc paruo, & in matris gremio existente? Verè multa, quibus quale lumen, & quantum eis sit datum, patẽter claret, si quæ professi sunt, & viderunt, discutiantur. Viderũt enim, & confessi sunt de Domino Iesu Mariæ filio stella splendida, & matutina ex Iacob orta ipsum esse consolatorem afflictorum, teste angelo loquente pastoribus. Annuncio vobis gaudium magnum; quia natus est ad consolationem afflictorum (teste Isaia) Clamabant ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Pariter viderunt eum terminatorem veridicum promissorum, & præfatorum, dum ad ipsum adorandum venerunt, & natum cognouerunt in diebus regis Herodis. Si vt dicit Leo in sermone Epiphaniæ, qui dedit signum, præstitit Magis intellectum, piè potest credi ipsos eum cognouisse terminatorem illorum, quę de ipso dicta erant: & si ipsi non, saltem nos sic credere, & tenere oportet, Iesum Mariæ filium esse completorem, & terminatorem eorum, quę dicta à prophetis erant, præcipuè à Balaam, & Daniele. Ex dictis quorum, & prophetatis datur intelligi Iesum Mariæ filium non solum esse veridicum de veritate prophetarum mentes radiando, sed & prophetias effectu, & per opera adimplẽdo. Sed attende hic, quod Saluator noster exprimitur in verbis Matthæi homo veraciter, quia natus: Deus euidenter, quia Iesus, & Saluator à peccatis: pauper rebus, sed nos de se reficiens, quia in Bethlehem, quæ domus panis interpretatur, nascitur. Ad laudem Dei nos inuitans, & confessionẽ, quia Iudæ. Sed hostis antiqui est prostrator, quia in diebus Herodis, ideſt, diaboli, regnantis in mundo propter peccata, ad quem prostrandum, & eijciendũ à mundo ipse venit. Vide insuper, quod Iesus Saluator in cordibus humilium, suaque peccata confitentiũ nascitur, quia in Bethlehem Iudæ, sed qualiter nascitur? Certè quia Iesus, ideſt, vt Saluator ipsorum, peccata eorum delẽdo, & gratiam infundendo. Magi etiam professi sunt Mariæ filium esse excitatorẽ deuotorũ,

Isa. 19.

Nu. 24. Dan. 9.

quia inquit Euangelista: Ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymã. Opere designãtes Iesum Christum excitatorem deuotorum. Gratia.n. Dei præuenit voluntatem nostram, vt benè velit, & prosequitur, vt rectè velit. Quis ergo inspirauit, incitauit, & induxit Magos, vt venirent? nisi ipse Iesus in stella signatus? Et hoc rectè exprimitur, cum ab oriente Iesu, & eius gratia commouente venisse perhibentur. Sed quia diuinæ excitationi, & inspirationi, segnis, tardus, aut piger, homo nõ debet esse, sed statim exequi, quod benignè inspiratur; ideò sanctus Euangelista, hoc fecisse declarat, cum de sanctis Magis loquẽs dicit: Ecce Magi, ideſt, statim, iter arripuisse, & Ierosolymam venisse, ad adorandum eũ, qui deuotorum suorum est excitator. Confessi etiam sunt Magi eũ esse corroboratorem, quod ostenditur, cum ait Matthæus: Venerunt Ierosolymam dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum. Herodem non timẽtes, nec Romanos. Et mirum certè, quod cum Magi essent viri prudentes, & circumspecti, & vt homines mortem timere deberent, & scirent, quod professentes alium regem esse in Iudæa, præter Herodem, mortem incurrere tãm per Herodis impietatem inferendam, quàm per Romanos, qui tunc diebus totum orbem censu descripserant, & tamẽ omni timore mortis postposito audacter petũt, & quærunt: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Quis ergo ab eis istum accepit timorem, & audaciam præbuit, nisi is, qui in stella apparuit, Iesus Mariæ filius? Veniũt ergo Ierosolymam, & quærunt: Vbi est, qui natus est, non minimus, sed magnus rex Iudæorũ? Si quæritis ò Magi, vbi est, qui natus est, nunc tẽporaliter, vbi est æternaliter, quia Deus est, & fuit: respondetur, quod in seipso. Si petitis, vbi est generaliter: respondetur, quod vbique per essentiam, potentiam, & sapientiam. Si vbi est, localiter; dicitur, quod est in mundo per incarnationem. Si vbi est singulariter, quod in homine assumpto per vnionem. Si vbi est in suo ortu specialiter: respondetur, quod in Bethlehem, ideſt, in Virgine Maria, quę est, & fuit domus panis vitæ. Si vbi est sacramentaliter, quod in hostia consecrata. Si vbi est humiliter, quod in præsepio. Si vbi est, perfectionaliter, quod in cruce, in qua omnem perfectionem ostendit. Si vbi est victorialiter, quod in inferno, quem expoliauit, & superauit; si vbi est triumphaliter, quod in sepulchro, à quo morte deuicta surrexit, si vbi est alacriter, quod in medio discipulorum, qui gauisi sunt eo viso; si vbi est delectabiliter, quod in suis deuotis, quia in medio eorum stat, qui congregati sunt in nomine eius; si vbi est misericorditer, quod in peccatoribus, quos ad se traxit; si vbi est imperialiter, q̃ in cęlo, in terra, & in toto vniuerso, quia data est sibi omnis potestas; si vbi est passionaliter, quod in suis membris, ipso dicente Paulo: Cur me persequeris? Si vbi est exemplariter, quod in sanctis euãgelijs, vbi est sua vita descripta. Si vbi est figuraliter, quod in figuris veteris testamenti; si vbi est circumfulgentialiter, quod in mentibus

tibus angelorũ,& sanctorum,quos illuminat. Si vbi est beatificè,quod in cœlo empyreo. Tandem si quæratur vbi est fruibiliter. Respondetur, quod in electis, & beatis. Est ergo ò Beati Magi Iesus Mariæ filius non in ciuitate,non in domibus regum,sed in diuersorio,nec in quolibet loco diuersorij,sed in præsepio. Sed hic sunt aliqua dubia. Primum est,cur sancti Magi potius ad ciuitatem Ierusalem accesserunt, quàm ad aliã ciuitatem regni Iudæorum? Respondetur,quod hoc factum est,multiplici de causa. Quia Ierusalem erat ciuitas regalis, idcirco crediderũt, quod talis, & tàm magnus rex non nisi in ciuitate regia nasci deberet. Nec non,vt locum natiuitatis certius discere possent, quia ibi erant doctores,nec dubitauerunt Iesum Mariæ filium, quem adorare cupiebãt esse non solum quoad tempus, sed etiam quoad locum,in quo nasci deberet à prophetis proclamatum. Vlterius quia prophetia erat:De Sion exibit lex,& verbũ Domini de Ierusalem. Ideò vt ipsa,compleretur Ierosolymam venerunt. Postremo,vt studio Magorum pigritia damnaretur Iudæorum,quia cum est prophetis tempus,& locum scirent aduentus Saluatoris,& illis diebus tot signa vidissent,& audiuissent,ad inquirendum,vt Magi fecerant nullatenus sunt commoti. His ergo de causis Ierosolymam venerunt. Aliud dubium est,cur sicut tempus,quare,& locus natiuitatis Iesu non fuit eis ostensus,& reuelatus? Respondetur, quod hoc pariter factum est,multis de causis. Vt ordo diuinarum illuminationum,& donorum ostenderetur. Non enim Deus omnia dona, sua dat simul,nec de cunctis simul notitiam largitur; nec non etiam ad exercendum studium fidelis,ac sollicitè inquisitionis ipsorum. Et simul ad ostendendum,& declarãdum eis multos modos illuminationum de Christo,quia per stellam,per testimonium scripturæ & doctorum in fide sunt confirmati,& solidati. Insuper ad dandam eis vrgentem occasionem Christum,& ea,quæ de Christo nouerant, & viderant publicè prædicandi,& testificandi. Per hæc enim compulsi sunt prædicare Iesu Mariæ filij magnalia. Quo factum est,vt Iudæi de huiusmodi peractis non possent se,ex ignorantia excusare. Vlterius,vt doceret Iesus Mariæ filius fideles Magorum exemplo in arduis consilia sapientum,& præcipuè ecclesiasticorum esse requirenda. Tandem potest esse hoc factum, vt quanta esset cordium istorum Magorum corroboratio ostenderetur, qui contempto Herode,& Romanorum iussu quærebant,& regem Iudæorum natum esse asserebant. Sic ergo apparet,quibus ex causis locus eius non fuit à Deo ostensus. Hilari etiam vultu, & animo sancti Magi viderunt,& confessi sunt Iesum Mariæ filium esse mundanorũ gubernatorem,& doctorem,dicẽtes: Vbi est qui natus est rex? Si rex,ergo gubernans,& regens,quia à regendo rex appellatur. Sed vide,& attende, quod sancti Magi quatuor de Christo fatentur. Nempe humanitatem, quia, Vbi est,qui natus est;dignitatem,quia Rex Iudæorum; potentiã,

quia Stellam eius, non alterius creatione, nec designatione; deitatem, quia vltrò Venimus adorare eum. Sed quærit hic doctor Augustinus, cum multi reges iàm antea in Iudæa nati essent, quarè sancti Magi hûc solum ad adorandum, & non alios, venerunt? Et respondit, quod nullũ alium, testimonio loquéte, nisi istum didicerunt stella enim in nullius ortu, nisi in ipsius est visa. Insuper quia nullum alium Deum esse, nisi Iesum Mariæ filium crediderunt, & salutem propriam se posse obtinere, & in eo nouerunt habitare, (etsi puerum) omnem plenitudinem deitatis, quia ipsum adorauerunt. Ex isto enim passu sancti euangelij, quod Magi Mariæ filium Deum esse agnouerunt, & certi fuerunt de humanitate, & deitate. In isto etiam passu patet dignitas, & excellentia filij, quia rex, & B. Mariæ, quia regina. Quod autem Christus Iesus Mariæ filius fuerit rex, patet ex testimonio angeli dicentis: Regnabit in domo Iacob in æternum. Ex verbis Ieremiæ: Et regnabit rex, & sapiens erit. Ex ore Isaiæ, Zachariæ, Danielis, Iauid, Magorum. Insuper ex testimonio, & dicto Iudæorum, qui obuiantes Iesu Mariæ filio dixerunt: Benedictus rex, qui venit in nomine Domini. Tandem testimonio Pilati dicentis: Ecce rex Iudęorum: Iesus Nazarenus rex Iudęorum. Quo sequitur, quod mater eius Maria regina sit, & Iesus verè rex cum habuerit omnia ea, quæ regibus attribuebantur in sacris literis, & præcipuè rex debet esse humilis, immaculatus, virtuosus, misericors, rectus iustitia, illustratus sapientia, largus munificentia, affabilis beneuolentia, imperturbatus patientia, erectus ad Deum tota fiducia, oratione sedulus, à tyrannide separatus, dominium non ambitiosè petere, & ordinatè præcipere. Quæ omnia in nostro Saluatore sunt, & fuerunt. Quia ergo Mariæ filius rex est humilis, & nõ superbus, largus, & munificus, sapiens, rectus, misericors, & pius, sub eo toto affectu militare debemus, quia ei seruire regnare est, & eius regnum erit in æternum. Sancti ergo Magi scientes hunc, quem quærunt regem, & Deum magno comitatu ad ipsum accesserunt, quia sic decebat eos, quia reges, & quia Deum, & regẽ adorare petebant; idcircò confidenter viderunt eum, & cunctorum fabricatorem, & gubernatorem, & creatorem dicunt. Vidimus stellã eius, id est, ab ipso creatam, & confitentur eum esse omnipotentem. Hoc ergo argumento fide iam certi, quod solus Deus esset adorandus, concludunt, & dicunt: Venimus adorare eum. Non vt regina Saba ad audiendum sapientiam Salomonis, sed ad adorandum Deum regem cœli, & terræ. Viderunt pariter, & Deum confiteri potuerunt Iesum Mariæ filium esse obcæcatorem malignorum, & turbatorem non effectiuè, sed executiuè, quia Herodes rex audiens turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Quid est, quod Herodes, & Iudaei sic de rege orto commouentur? Mercatores de thesauro inuento gaudent; cæci de illuminatione; claudi de subleuatione; captiui de redemptione; obsessi de propugnatione;

Luc. 1. *Iere. 22.* *Isai. 7.* *Zacch. 9* *Dan. 7.* *Matt. 2.* *Luc. 19.* *Ioan. 12* *Mat. 27* *2. Reg 6.* *Deut. 17* *Iudic. 7.* *Esth. 13.* *Prou. 20* *Deut. 17* *Prou. 19* *Rom. 5.* *2. Re. 16* *3. Re. 15* *4. Re. 20* *Iob 25.* *Ioann. 6* *2. Re. 18.*

tione;oppressi de solutione, discipuli,& ignorantes de informatore; inuij de ductore,infirmi de liberatore, subiecti de eorum ereptore, et sic de similibus gaudent. Cum ergo filius Dei sit humani generis illuminator,subleuator,redemptor,propugnator,liberator,ereptor,informator,ductor,& saluator;cur ergo non gaudent,& lætantur hi tales de eius aduentu,cupito à patribus,proclamato à vatibus,optato à regib. desiderato à gentibus,promisso veteribus,figurato ænigmatibus,declarato angelorum agminibus,& cantibus,testato pastoribus,& cunctis creatis entibus.Certè gaudere non poterãt, quia repleti iniquitatibus, partialitatibus,ambitionibus ; & totaliter dediti erant terrenis affectibus . Sed ne aliæ sunt causæ, quare perfidus Herodes,sic contabuit, pariter,& Iudæi?Certè nonnullæ assignari possunt. Vna ex causis est, quia alienigena erat,vtpote Idumæus, & non Iudæus,Iudæorum rege nato dum audit,cum timeret expelli,turbatur. Alia verò ne odium incurreret Romanorum,qui nullum decreuerant regem haberi præsidentem Iudæis,eorum non præhabito assensu,& voluntate,turbatur pariter,(vt tangit Gregorius in Homilia.) Herodes ipse ,quia celsitudo,& altitudo terrena confunditur,cum magnitudo celsitudinis cœlestis aperitur.Iudæi verò turbantur, seu Ierosolyma dicitur turbari;vno modo admiratiuè, quia turbari in scriptura secundum Magistrum Historiarum exponentem illud : Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab,idest,admirata, sic & Iudæi sunt turbati,idest, admirati,videntes dictos reges talia dicentes, & attestantes,sed hic sensus discrepat ab intentione euangelij,quod dicit turbata est cum illo,scilicet Herode, qui verè turbatus fuit. Alio mõ põt intelligi,quod sint turbati non veraciter,sed ostensiuè,palliatiuè, & simulatoriè,ne suspecti haberentur ab Herode, sed secundum Chrysostomum verè sunt turbati,quia in ortu iusti, mali,& impii, vt erant Iudæi,non poterant gaudere. His ergo de causis, tàm Iudæi, quàm Herodes turbati sunt in ortu filij Mariæ . Sed quid ob hanc turbationem est subsecutum, euangelista prodit Matthæus. Primò Herodes consilium congregauit,quo datur intelligi,quod sancti Magi erant homines magni, qui nec tangi,nec despici ab Herode poterant,& cum magna comitiua,& potentia,quia cum thesauris. Sed quorum consilio? Dicitur, quod principum sacerdotum, & doctorum, quod si ex parte Herodis prauo sit factum,diuina tamen prouidentia est ordinatum . Vt sicut ortus Christi ab omni creatura,& ab homine humili, scilicet pastoribus,sic haberet à summis sacerdotibus testimonium,& doctoribus. Deinde Herodes negocium explicauit, scilicet,quare congregauerat eos,quia dicit Euangelista:Sciscitabatur ab eis , vbi Christus nasceretur. Vbi aduerte Herodis nequitiam. Sancti Magi quærunt regem, & dicunt eum,iàm natum:sed ipse non regem,sed Christum,nõ natum,

sed

sed nasciturum proposuit. Neq; n. nomine regis vocare, nec natum pandere voluit, ne ipsi Iudæi sui regis ortu gauderent, ac ipsum exosum, & alienigenã a regno fugarẽt. Insuper Herodes recepit vaticinii eloquiũ, & declarationẽ, & dixerunt ei: In Bethlehem. Vbi isti scribæ, & principes sacerdotum notantur de ignorantia, quia non dixerunt, vt scriptũ est in Michæa, & ét, quia verba mutauerunt, vt patet per dicta Michęæ fructu 28, recitata. Notantur pariter de malitia, quia illud, q̃ est principale in prophetia dimiserunt, s. Egressus eius à diebus æternitatis, per quod innuebatur, q̃ iste rex natus, quem Magi q̃rebãt, erat verus Deus. Vnde si totam dixissent, Herodes ab inquisitione mortis eius cessasset, cum sciret eum esse Deum. Et sic fm Chrysostomum causa ipsi fuerunt interfectionis puerorum. Sed hic oritur dubium. Nunquid isti principes sacerdotum, & doctores talia Herodi debuerunt sic manifestare? Dicit Chrysostomus, & doctores quod non, sed debebant tantum mysterium regi tali celare, ex tali relatione subsecuta est interfectio puerorum, quia Herodes cognouit tempus, s. per Magos, & locum per Iudæos, s. Bethlehem, sed aduerte, q̃ dictam prophetiã, q̃ principes sacerdotum, & scribæ allegauerunt pro Christo, alii Iudæi exponunt de Zorobabel, sed tales faciliter refelluntur, quia Zorobabel non exiuit de Bethlehem, sed de Babilone, nec est natus in Bethlehẽ, sed in Babilone, nec egressus eius est, à diebus æternitatis. Deinde ponit Matthæus Herodis astutiã, & prauam intentionem, quia habito cõsilio, clàm Magos vocauit, quia de Iudæis non confidebat, & de tempore stellæ, q̃ viderãt, interrogauit, vt sciret, quanti tẽporis erat, & quotennos pueros esset occisurus. Vbi aduerte, q̃ callidè interrogat, & astutè se iturũ ad adorãdũ promittit, sed subdolè nomen tacet regis vocando eũ puerũ, ne suũ, alteri à filiis videatur velle præbere. Sed aduerte hic duo mira. Primũ, q̃ non misit cum eis aliquem de suis, qui sibi renunciaret, quia nõ est consilium hominis contra illos, quos Deus protegit. Secundum de Iudæorum doctoribus, & pontificibus, quia ad experiendũ factũ, nec accesserunt, nec miserunt. Quo dat intelligi terrenis deditos ipsos fuisse, & parũ de sua salute curasse. Proinde prosequentes intentũ sancti Magi, non rebelles, vt Herodes, non increduli, vt Iudæi, non defraudatores prophetię, seu mutilatores, vt principes, & sacerdotes, viderũt, & cõfitẽtur Iesum Marię filium, esse ductorem insciorum, & directorem. Inquit enim Euangelista, ut exierunt Hierosolymã apparuit eis stella. Et hic inquirendum, cur in introitu ciuitatis Ierusalẽ stella ab eis est abscondita? Certè dici potest, vt studium magorum inquirendo, & Iudæos eos interrogando confunderet. Nec non etiam, vt videntes stellæ subtractionem hunc regem Mariæ filium in tali ciuitate minime requirerẽt, & expeterent, ac vt dicit Gregorius ideò est actum, vt sancti Magi in fide firmius solidarentur, videlicet, stellæ visione, & sacræ Scripturæ attestatione

Mich. 5.

statione. Potest etiam dici, quod ideò, hoc est gestum, quia ad humanũ confugientes auxilium iustè amittunt diuinum, Stella ergo apparuit eis extra Ierosolymam, qua apparitione, & recuperatione de Iesu B. Mariæ filio viderunt, & perpenderunt ipsius benignitatem, quia suos non deserit ad se confugientes, & se cum recta quærentes intẽtione. Pariter etiam veritatem, quia non fuerunt defraudati à stella. Ex quo concluditur, quod mente viderunt Iesum Mariæ filium esse ductorem, & directorem. Nec in consonum est dicere, quod sancti Magi professi sunt Iesum Mariæ filium esse anxiorum recreatorem, quia dicit Euangelista, quod videntes stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Sed quomodo, & de quo principaliter sancti Magi gauisi sunt? Dicit Euangelista, qđ ostenditur in gaudio habito, quia magno. Licet enim sancti Magi de recuperatione stellæ sint gauisi, non tñ ipsa gaudio magno, sed representato in ipsa, & per ipsam gauisi sunt, nec poterant maiori gaudio gaudere, & exultare, quia de nullo citra Deum, quia nihil tale habet rationem summi boni & per consequẽs plenitudinem gaudii magni. Sancti ergo Magi, vide, quàm iucundè recreantur, quia gaudentes. Quo fine? quia gaudio magno propter Deum, & de magno gaudent, quia de Deo principaliter sempiterno, & ideò merito effectu comprehenderunt Mariæ filium esse anxiorum recreatorem. Viderunt insuper eum, & professi sunt Magi filium Marię esse contemptorem mundanorum, vt Euangelista proclamat dicens: Intrantes domum. Certè intrauerunt domum, non castrum, ciuitatem, vel villam. Nec dicit tuam, quia non erat ibi locus proprius, quia non habebant, sed domum simplicem, & pauperum, nempe diuersorium, in quo post ortum virgo locauerat filium, & inuenerunt puerum, quem videre optabant, amabant, & adorare volebant. Puerum inquam omni puritate decoratum, humilitate, paupertate prostratum, & inclinatum, panniſq; pauperrimis, & paruis & non multiplicatis inuolutum. Sed in quo solio eum sedentem inuenerũt? Certe in fęno, & in pręsepio, & fortasse tunc in Virginis gremio. Sed cum qua comitiua? certè cum Maria matre eius quia tunc vt dicit Hilarius, Ioseph non aderat, quod diuina dispensatione est factum, ne pater eius ab ipsis crederetur. Et quia satis de Iesu, & matris Mariæ paupertate dictum est supra fructu 29. idcirco prosequendo intentum dicimus, quod inuenerunt puerum cum matre eius, gauisiq́, sunt gaudio magno valde. Quemadmodum Moyses iucũdabatur, quia coram Deo gratiam inuenit. Raab coram Booz. Esther coram Assuero. Et beatus censetur vir, qui inuenit sapientiam. Multò magis Iesu Mariæ filio inuento. Quo circa viderunt, & professi sunt eum esse omnium entium eminentissimum. Quia eo inuento (& si paupertimo) statim sine mora ad eius genua prouoluti adorauerunt eum procidentes. Vbi tria vide: Inclinationem subitam, quia procidentes corde, & opere: Veneratio-

Exo. 33. Ruth. 2. Esth. 6. Prou. 3.

nem

tionem debitam, quia adorauerant adoratione latriæ vt decebat confessionem solidam, quia non plures Deos, sed vnum Deum eum esse verum testati sunt, quia textus dicit, Eum. Quibus argumētum accipitur, quod magna fuit fides magorum, quia nulla magnitudo extrinseca, nec quoad pompas, diuitias, apparatum, ornatum, famulatum, nec quoad locum, nec ipsius pueri eloquium extrinsecum, aut miraculum tunc nouiter factum, nisi stellæ iam visæ, & demum recuperatæ coegit eos ipsum adorare, & tū ipsum Deum agnoscentes adorarunt. Quo sequitur, quod per argumentum aliud, & miraculum ii sancti Magi inducebantur ad adorandum. Conspexerant enim (teste Chrysostomo) imaginem pueri in stellā, à quo quidam radius, vt dicit Ieronymus exibat à facie Iesu, quo facillimè omnes ad se attrahere poterat. Sed Iesu à Magis adorato, quid vident sancti Magi, & dicunt de ipso? Certè ipsi confitentur eius generalem imperiositatem, cui ei tanquàm generali Domino, & ut sibi subiecti in signum homagii offerūt munera, aurum, thus, dantes ei, & myrrham. Et si in signum huiusmodi generalis Dominii, hoc sit gestum, specialiter tū intendunt, quæ agnouerunt in ipso esse protestaturi. Cum enim in Iesu Mariæ filio esset naturarum diuersitas cum personæ identitate. Deitatem in thure, Animam in auro, & corpus in myrrha, & sic in dono, Deum uerum sunt professi, & hominem, vt dicit Gregorius. Pandunt etiam proprietatem Iesu nostri Saluatoris. In auro regem, & iudicem. In thure Deum adorandum mortis, & uitæ, sed in myrrha hominem mortalem pro nobis dicūt. Et quia prafata quilibet magorum uidit, & conspexit, & professus est esse in Virginis filio eum adorando, quilibet præfata tria dona singillatim ei in protestationem præfatorum est largitus secundum Gregorium, & Augustinum, omnes simul, & quilibet per se confitente, eum regem, sacerdotem magnum Deum, & mortalem. Sed circa præmissa attendē dum, quod Euangelista nullam fecit mētionem de habitatoribus Bethlehem. An videntes talium regum aduentū, & tot facta esse circa Christi ortum fuerint gauisi, vel turbati, cum tū hoc expresserit de habitatoribus Ierusalem turbatis. Mirum certe est quomodo in dicta ciuitate manentes stupefacti ex talibus non sint. Sed credo in eis completam esse prophetiam prophetæ dicentis. Excæca cor populi huius, ut uidētes non intelligant. Multa viderunt, sed minimè mirifica Christi agnouerunt. Vnde & merito in occisione filiorum per Herodem crudelem puniti, etsi ad bonum redundarit ipsorum occisorum. Deinde prætermittit Euangelista oēm locutionem Mariæ ad Magos, vel è conuerso, & hoc potuit esse, quia parum Magi post adorationem steterunt, vel quia potius lingua mentali q̄ vocali, vel tandem dici pōt, q̄ sancti Magi eloquio Virginis Mariæ, vt fistula Spiritus sancti attracti, refecti, & illuminati sunt de multis, sicut per verbum Mariæ dum in aures instituit Elisabeth

sabeth cognatæ suæ, ipsam immutauit, & filiũ Ioannẽ existentem in vẽ tre matris. Sic & fecit suo dulcifluo eloquio sanctos Magos. Sed quid deinde confessi sunt, & viderunt Magi de Iesu filio Marię? Certè ipsum esse cognitorẽ occultorũ, quia vidit intentionẽ Herodis, iõ sanctis Ma gis q̃rentibus, an deberent redire ad Herodẽ, in somnis responso accepto, certificati fuerunt de eo, q̃ mẽte cogitauerant, & sic cognouerũt eũ esse occultorũ cognitorẽ. Sed hic vide firmã credulitatẽ Magorũ, q̃ responso in somnis eis dato, cõtenti fuerunt: & tñ Iudæi, qui tot signa cõspexerant, ad credẽdũ nullo modo sunt incitati. Vltimò sancti Magi Iesum esse Mariæ filiũ, viderunt, & testati sunt præuisorẽ futurorũ. Et hoc ostendit dũ eos admonuit in somnis, videndo prauã intentionẽ He rodis, & eos per aliã viã ad suã patriã, & regionẽ, q̃ per viã, qua venerãt reducendo. Sed hic est vnum dubiũ: cur ipse Iesus Mariæ filius non est operatus miraculosè, vt Magi ad Herodem redirent, & tñ, q̃ Herodes in se non sęuiret. Rñdetur fm Chrysost. q̃ hoc egit, vt licet Deus esset, & homo, homo veraciter cognosceretur ostendendo quodãmodo impo tentiã. Insuper ad dãdũ exẽplũ humilitatis, patiẽtiæ, cautelæ, & prudẽ tiæ. Tãdẽ, vt non per impotẽtiã, sed per sapientiã, per q̃ Herodes crede bat Magos vincere, ipse à Christo vinceretur. Quo seqtur q̃ sancti Ma gi Christũ agnouerunt esse exauditorẽ dẽuotorũ: ipsi.n. interrogãtes in corde suo, an esset diuinæ voluntatis, vt ad Herodẽ redirent, diuino re sponso in somnis accepto, exauditi fuerunt. Isti sunt quatuordecim ra dij, quos à stella sancti Magi recipientes de ipso Dño nostro Iesu B. Ma riæ filio, attestati sunt. Quibus apparet, quod Magi cognouerunt, & quã altè ab eis ipsa Dei genitrix sit honorata, & venerata. Sed aliter præfata exponendo, sancti Magi de Iesu Mariæ filio cognouerunt eius fidelitatẽ in terminando promissa, quia natus. Virtuositatẽ in roboran do, quia Ierosolymã venerunt. Mirabilẽ humilitatẽ, quia, qui est vbiq; q̃ runt in loco, vbi est determinato. Humanitatẽ, quia vbi natus est. Digni tatẽ, quia Rex Iudæorũ. Potestatẽ, quia vidimus stellã eius; deitatẽ, quia venimus adorare. Cũ patre vnitatẽ in deitate, quia eũ. Eius charitatem, quia ecce stella. Eius veritatem, quia stella stetit supra domum, vbi erat puer. Eius benignitatẽ, & paupertatem in loco, quia intrantes domum. Mundi ab eo abdicationem, quia cũ Maria inuenerũt eũ. Eius maiestatẽ, quia adorauerunt eũ. Eius gratiositatẽ, quia apertis thesauris. Eius sa pientiæ luciditatẽ, quia responso in somnis accepto. His ergo conclu ditur, q̃ altum cognouerunt Mariæ filiũ. Verũ quia hic fructus nõ dẽt dimitti sine nostra consolatione, ex operatis per Magos, circa filiũ fm seriem euangelij, B. Maria pluta documenta nobis valde proficua ostẽ dit. Primũ est, tempus, attẽdendo, quo eius filius natus, quia Herode re gnante super populũ Dñi, i. diabolo pp peccata hoĩum. Nec.n. nostra merita, sed nostra peccata Christũ de cęlo ad terrã traxerunt. Pandit ẽt

diuinæ

diuinæ prouidentiæ veracitatem, ne dubitaremus eius filium in sanctis prophetis locutum in fine prophetiarum sum ipsam taxationem quoad tẽpus voluit incarnari,& nasci:quia,In diebus Herodis regis,q̃ vtique erat sic vaticinatum,quare prophetas veros fuisse declarauit.Dedit pariter documẽtum Christũ filiũ suum ad saluandum oẽs venisse, quia pastores ex Iudęis , Magos ex gentilibus in sui exordio ad se adorandũ elegit,atq; ad adorãdum debitè cognoscendum, & videndum accessus nõ prębetur ex naturalibus,sed ipsius munere.Magi.n.ab oriente,idest, à Deo illuminati venerunt. Cupientesq; inuenire Dñm,cum Magis Ierosolymam properemus,quæ visio pacis interpretatur. Assiduèq; eum quęramus dicentes cum sanctis Magis: Vbi est,qui natus est Rex Iudęorum? Summoq; studio,omnibus alijs omissis,vt pregrini,& aduenę relinquentes propria,vt Magi,omni conatu nostro ei insistamus.Inuenię tes in cunis posito,reuerentiã ei debitè impendentes,quia rex est Iudęorum,i.cõfitentium Domino,& laudantium, vt nos interius, & exterius per inspirationes illuminet,vt gaudium simul cum angelis relicto prauorũ consilio,s.Herodis,qui cõgregat consilium malorum, viuere possimus lęti,deiecto diabolo,eiusq; tentationibus,tanquam parati reddere rationem de ea,quę in nobis est fidẽs:& excitati, quẽadmodũ Magi surgentes à peccato dicente vnusquisq; nostrum illud Apostoli: Surge qui dormis,& illuminabit te Christus. Diuinũ auxilium impetrare non desistamus,agnoscentes proprijs viribus non sufficere ad habendã ęternã uitam.Et tandem cum Maria,atq; eius benedicto filio possidẽtes regnum cœlorũ,hic in via primo,more Magorũ procidentes, adoremus Deum,vicissitudinẽ reddere cupiẽtes,atq; gratitudinẽ de beneficijs acceptis,& animam nostram,quo nihil est nobilius,Deo Saluatori nostro toto corde,& pectore,humilitate,obedientia,paupertate,fide,spe,& charitate ipsi inhærentes, possimus cum sanctis Magis Deũ facie ad faciẽ summo bono frui,& videre. His ergo apparet declaratio prẽsentis fructus ad laudem,& gloriam filij,eiusque Genitricis Mariæ.

FRVCTVS VNDECIMVS.

Fructus xxxiij.

Maria gestis stupuit.

EXPOSITIO BREVIS.

PRVDENTIAE summę Mariam fuisse ostenditur.Cuncta de filio dicta,& circa ipsum patrata scrutinio mirando discutit diligẽter. Cõseruatq; omnia in suæ mentis arcano, vt explicet ea tempore oportuno fidelibus, suisque deuotis.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

TESTAMENTI vtriusque, noui, videlicet, & veteris, sacra pagina edocemur, quod noui effectus mirabiles, & insoliti stuporem in se continent, & percipientes eosdem ad admirationem inducunt. Quibus fit, vt eorum solers attentio cupidinem ingerat perscrutanti, & ad sciendum illorum originem, & causam fortius incitentur. Quod sacræ Scripturæ patet exemplis. Isaac. n. credens se suum primogenitum, scilicet, Esau in propria persona benedixisse, cum aduertisset, quod non, inquit Scriptura: Expauit stupore vehementi, & vltra quã credi potest, admirans ait: Quis ergo ille est, qui dudum captam venationtm &c. Ecce Isaac sanctus de effectu huius sacræ benedictionis erga quem non credebat impenso, admirans de causa, & suscipientem quærit, & interrogat. Iacob, pergens in Haram, & de nocte videns schalam stantem, cęlum tangentem, & angelos ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixũ scha læ, pauens, & surgens à somno ait: Quàm terribilis est locus iste. Sic filii Israel à Ioseph inuitati ad conuiuium, & acceptis partibus, & locatis iuxta ætatem suam mirabantur nimis. In solitudine filii Israel effectum cibi cœlestis vidẽtes, obstupefacti dixerunt, Manhu, ideſt, quid est hoc? De accessu Samuelis ad Bethlehem mirati ciues statim dixerũt ad eum: Pacificus ne est ingressus tuus? Serui Holofernis pulchritudinẽ, & sapientiam Iudith admirantes dixerunt, quis contemnit populũ Hebræorum, & nõ est tàlis mulier super terram? Tempore Machabæorũ, videntes egredi ignem de aqua mirati sunt. Sic, & Satelites Antiochi, & ipse rex mirati sunt constantiam iunioris fratris, quem interficiebãt pro Dei lege, quia pro nobis duceret cruciatus. Mali iustos, quos cruciarunt ipsis existentibus in pęnis, videntes eos in gloria turbabuntur, & mirabuntur dicentes: Ecce qũo computati sunt inter filios Dei. De Christo mirabãtur doctores super doctrina, & responsis eius, & qñ imperauit ventis, dicentes, quis est hic, cui mare, & venti obediunt? Et cũ intrauit Ierosolymam in die Palmarum commota est vniuersa ciuitas dicens: Quis est hic? Et Dauid: Mirabilia opera tua, & anima mea scrutata est nimis. Sic ergo operatione mirabilium effectuum homines nõ solum ad admirandũ, sed inquirendum de talium causa concitantur. Quia igitur patratio mirabilium operum in stuporem mentes conuertit, potest quæri, quis est talium operator, & actor? Respondet Scriptura, quod ipse Deus solus, vt inquit, Dauid, pariter & Iob. Tu es solus Deus qui facis mirabilia. Facit mirabilia absq; numero. Sed qñ hęc opera sic stupenda præ solito ipse Deus est operatus? Respõdetur, quod teste Ecclesiastico, cum opus Domini quodlibet sit admirabile, & gloria

Gen. 27. *Gen. 28.* *Gen. 43.* *1. Re. 16* *Iudi. 31.* *2. Ma. 1* *2. Na. 7.* *Sap. 9.* *Mat. 8.* *Mat. 21* *Psal. 71*

Domi-

Domini plenum, tñ opera facta à Deo mundum fabricando, populum de Ægypto cum tot mirabilibus educendo, inter mirabilia Dei opera sunt censenda, sed inter omnia alia opus incarnationis est præcipuum, quia iuxta dictum sapientis. Innouata sunt signa, & immutata sunt
Eccles. 4. mirabilia. Dataq; sunt prodigia, iuxta Ioelis vaticinium, in cœlo sursũ, & signa in terra deorsum. Qua in re meritò ipsa Dei mater Virgo tot mirabilibus patratis ad admirandum inducebatur, & non solum ipsa, sed & alij mirati sunt, vt præsens fructus ostendit dicens: *Maria gestis stupuit.* ideſt propter gesta in Christi ortu stupuit admirãdo. Et vt istius fructus intelligentia plenior habeatur, videndum est, quæ sunt gesta dicta, & facta in Christi ortu circa ipsum, & matrem, propter quæ B. Maria merito admirari ex his induceretur. Vbi notãdum, quod gesta sunt multa mirabilia, primum est, quod sancti patres in figura uiderunt, fideliter est perpetratum, & operatum. Cernebat enim mater figuras, sub quibus filius eius repræsentabatur, adimpletas. Videbat enim figuram de creatione cœli, & terræ, impletam in filio per cœlum, & in se per terram, vel per cœlum animam Christi, & per terram eius
Gen. 1. *Ioan. 6.* carnem mundissimam. Sic de luce, quia Christus suus filius est lux mũdi. Et de duobus magnis luminaribus, ideſt, Christo, & se, vel anima, & corpore filii. De stellis positis in firmamento, i. in anima Christi, & sua,
Gen. 1. virtutes completas intelligebat. De terra germinante herbam viretem, scilicet, se Christum herbam ratione humilitatis, sed uirentem ratione viuacitatis increatæ intelligebat impletam. De homine creato ad imaginem Dei, ideſt, suo filio, qui est imago patris. De paradito voluptatis, in quo posuit hominem, quem creauerat, ideſt, in se posuit, & suo vtero Christum Deum, & hominem. De ligno posito vitæ in medio paradisi, ideſt, Christo. De fonte irrigante paradisum, ideſt, de plenitudine gratiæ in Christi anima, & creatæ gratiæ in sua anima, qui in quatuor
Gen. 2. capita diuiditur, ideſt, ad quatuor partes mundi, se diffundente. Videbat pariter figuram de Arca saluante genus humanum, & stante super aquas, ideſt de humanitate Christi, & se, sine peccatis existentibus
Gen. 6. intelligendo impletam. De arcu, ideſt, deitate posito in nubibus, ideſt
Gen. 8. coniuncta humanitati Christi. De columba ferente oliuam, ideſt, se generante Christum, qui misericordiam præbuit nobis peccatoribus.
Gen. 7. De Melchisedech sacerdote altissimi Dei, ideſt, Christo, quem genuit,
Gen. 14. quia sacerdos in æternum. De Sara, ob quam Ægyptii bene vsi sunt
Gen. 13. Abraham, ideſt, propter se Mariam Dei matrem, Ægyptii, ideſt, dæmo
Gen. 17. nes, quod non sunt ausi peccatorem, & iustum impetere. De inspectione cœli, & numeratione stellarum, intelligendo de virtutibus existentibus in filio, & ipsa Maria. De semine Abrahæ circuncisso, ideſt, in fi-
Gen. 19. lio Iesu circuncisionem suscipiente. De ciuitate parua, in qua Loth orto solo ingreditur, & saluatur, in se Maria uidebat impletã, quæ saluat

peccato-

peccatores Iesu sole iustitiæ orto in cordibus nostris. De natiuitate Isaac cum gaudio, in filio impletam, qui ortus est gaudio magno cũctarum creaturarum. De iuramẽto facto in femore Abrahæ, quia in lũbis Abrahæ Christus erat secundum corpulentam substantiam. Videbat insuper Virgo glorioſa figuram de Rebecca data, & coniuncta Isaac, quam multum dilexit, ideſt, humanitate deitati vnita, vel ſe, B. Maria ſponſa Dei intelligendo impletam eſſe. De benedictione agri pleni, & eius odore, quia de ſe, & filio intelligitur, odore virtutum reſperſis. De ſcala tangente cœlum, cui Deus ſtabat innixus; quia de filio, cui vnita eſt deitas, ſ. humanitati, cui inſeparabiliter eſt Deus vnitus, vel de Maria, quæ fuit ſcala, in qua ſtetit Deus nouem menſib. De Ioſeph, qui fuit vocatus Saluator mundi, in filio vocato Ieſus, ideſt, Saluator. De ſole, angelis, & luna, ideſt, ſeipſa Maria, & ſtellę, ideſt, ſancti Magi, per ſtellas ſignati adorãt Ioſeph, ideſt, filium ſuum. De miſſione Moyſi in fiſcella, ideſt, deitatis in carne, & mutato à matre. De rubo, ideſt, deitate venien te in Virgine, & non comburente, ideſt, virginitatem ſuam non frangẽte. De mannate dato filijs Iſrael in deſerto in cibum, ideſt in filio pane vitæ dato fidelibus in cibum ſacramentalem. De aqua largiſsimè procedente in petra, ideſt, plenitudine gratiæ procedente à filio, de qua omnes accepimus. De tabernaculo, arca, & candelabro, ideſt, humanitate Chriſti, coniuncta deitati, vel de ſe Maria Dei matre facta. De tabulis ſcriptis digito Dei viui, ideſt, anima, & carne Chriſti, Dei virtute, & Spiritus ſancti operatione; de gloria Domini operiente montem Sinai, & tabernaculo, quia omnis plenitudo deitatis, venit in Chriſtum filiũ ſuũ. Vlterius Virgo Beata videbat figuram de Beſeleel, qui tabernaculum, arcam, & candelabrum fecit, ideſt, Deo patre, qui omnia fecit, in Chriſto impletam; de gloria Domini, quæ apparuit omni multitudini, ideſt, deitas, vel gratia Chriſti toti mundo; de nube ſurgente de tabernaculo, & deducente filios Iſrael, ideſt, de gratia ſurgẽte ab anima, Chriſti, qua ducamur ad terram promiſsionis veræ; de manſuetudine Moyſi; in filio videbat; de virga Aarõ, quæ ſicca floruit, & fructum fecit, intelligendo de ſeipſa, quæ ſicca, ideſt, virginitate integra manente, ſubitò floruit, quia mater Dei facta eſt in inſtanti; de ſpoliatione Aaron à veſtibus, & ſacerdotio, & induitione Eleazar, abditione veteris cultus, quoad cęremonias, & inſtitutione noui teſtamenti in vero Eleazar, ideſt, Chriſto ſuo filio; de Ioſue, vindicante Iſrael de Madianitis, & Moabitis, ideſt, filio dæmones expugnante: de Ioſue populum Dei introducente ad terram, & in terram promiſſionis, ideſt, in filio nobis reſtituente hæreditatem cœleſtem peccato omiſſam: de Axa, & de irriguo dato ſibi ſuperius, & inferius: Quia Virgo Chriſto filio ſeruiendo irriguum habuit inferius, ſed eius deitatem contemplando habuit etiam, & ſuperius: de velle re ſicco, & compluto in Gedeonis dato ſigno, quia vidit ſe compluGen. 21. Gen. 24. Cen. 24. Gen. 27. Gen. 28. Exod. 2. Exod. 3. Eho. 16. Ioann. 1. Exod. 2. Exod. 24. Exod. vl. Exod. 35. Leui. 9. Num. 9. Nu. 12. Nu. 17. Num. 1. Ioſ. 15. Iudic. 2.

Iudic. 6. tam deitate manente virginitate. De Samsone, in quo ab infantia incepit esse spiritus Domini ad liberãdum populum: hoc in filio, qui fuit plenus omnis gratiæ, & veritatis, & ab oneribus legis populum incepit liberare; de Anna Samuelis, quæ habito filio diuino oraculo, canticum exsoluit: hoc in Maria, quæ habito Iesu Spiritu sancto, ceci-
1. Reg. 1. nit Magnificat. De arca posita in ciuitate Dauid, ideſt, deitate in carne
2. Re. 16. tracta ex Dauid in filio: de Salomone dilecto à Domino, hoc de filio
2. Re. 12. suo super omnia à Deo patre adamato videbat: de templo à Salomo
3. Reg. 6. ne Domino ædificato, & nube impleto; tàm de se, quæ gratia plena fuit, & templum; quàm de filio, in quo est omnis plenitudo diuinitatis
4. Re. 20 cernebat. De sole, qui tempore Ezechiæ, decem lineis retrocessit in gradu, Filius in ipsam descendens nouem ordines angelorum dimittendo, & decimam drachmam quærendo; ideſt, naturam humanam videbat. De porta clausa, per quàm intrat Dominus, & egreditur,
Ezec. 43 Maria in se; quàm Dei filius ingressus, virginitate seruata, & egressus vidit. Postremò, de lapide, ideſt, Christo abscisso de montibus, id-
Dan. 2. est, à Virgine ipsa sine manibus, ideſt, nulla operatione humana; videbat figuram completam. Ex his ergo figuris promota Virgo Dei genitrix mirabatur: necnon, & de alijs figuris mentionem de Christi gestis facientibus omitto breuitatis causa. Secundùm considerandum est, quod Virgo Maria ad admirationem inducebatur; quia vaticinium prophetarum videbat impletum in filij ortu, & natiuitate tàm in vtero, quàm ex vtero. Et primo Adæ vaticinium dicentis: Hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Necnon dicta cæterorum, scilicet, Lamech, Abrahæ, Isaac, Iacob, Moysi, Balaam, Dauid, Isaiæ, Ieremię, Salomonis, Baruch, Danielis, Aggæi, Zachariæ, Ioelis, Michęę, Malachiæ, & aliorum prophetarum. Ex his ergo vaticiniis, & dictis Virgo beata ad stupendum, & admirandum inducebatur. Vlterius inducebat B. Virginem ad stupendam destinationem angeli, qui pluries de cœlo descendit, & in quolibet descensu noua mirabilia ostensa sunt. Stupuit ergo primo in angeli missione ad ipsam, quàm insolitè salutauit, & quod Deum conciperet nunciauit, referando etiam illi mysterium de Elisabeth cognata sua, quæ, etsi sterilis, cõcipere, & parere debebat. In Ioseph etiam, cui, quod in ea natum erat, scilicet, quod de Spiritu S. erat, declarauit, nomenque pueri, scilicet, Iesus reuelauit, & quod à peccatis saluum faceret populum suum notificando, vt pergeret in Ægyptũ, deinde reuerteretur in terram Iuda, apparendo Magis etiam ne rediret ad Herodem, pastoribus ortum annunciando, & tandem multitudo angelorum apparentium in ortu, & canentium: Gloria in altissimis Deo. Sic ergo præfatis, prætactis ab angelo, cum quodlibet sit mirabile beata Maria debitè prædicta considerando stupebat, & mirabatur. Et idcirco in sequendo excellentiam Beatæ Mariæ, nec non & stuporem mirabilem

rabilem dicimus, quod inducebat eam ad stuporem incarnatio filii Dei præcipuè ex parte suimet, considerando se vilem, humilem, abiectam, & pauperem, & indignam in Dei matrem prælectam, ab æterno promissam patribus, declaratam à prophetis, præseruatam ab omni labe, cum tanto miraculo natam ad templum ductam, ibidem conseruatã, ab angelo cibatam, & Ioseph desponsatam. Ipsam hæc omnia ad summam admirationem inducebant. Necnon etiam ex parte filij Dei in ipsam descendentis admiratio quàm maxima intuetur, vt tanta celsitudo sic se humiliauerit, vt in vtero vnius puellæ virginis voluerit incarnari, mouemq; mensibus more aliorum clausus stare. Quomodo ergo Maria non poterat mirari, videndo immensum quodammodo vsu humano locundo mensurari, æternum temporari, infinitum breuiari, & terminari? Quare hoc attendendo in summũ rapiebatur mentis stuporem. Præcipuè etiam cõsiderando, quod ex ea carnem sumpsit, ipsa integra manente, spiritu sancto super eam veniente, omnibus donis replente, & gratijs, ac ex ipsa progrediente, clausa perseuerante, quem ante partũ sine grauamine portauerat, & lactauerat, vbere de cœlo pleno. Stupebat insuper, & admirabatur considerando egressum eius ad mundum, paupertate incommoditate, & omnium rerum penuria circundatum. Humilitate, quoad locum, quoad verbum non loquendo, & patientia de afflictionibus, quas patiebatur, nec non mundi abdicatione, quare merito admirari poterat, nec non etiam cogitando ad quos venit, qua ad nos peccatores indignos, in quibus reperit vitia, peccata, cõtemptum Dei, & suorum mandatorum, & errore deceptos. Cogitãdo pariter propter quid venit, quia propter nostram salutem, cum Deus esset, & solo verbo posset nos liberare sua omnipotentia, veniebat tamen, vt pro nobis pœnis innumeris susceptis, & demum morte à peccato, & diabolo nos redimeret, & eriperet. Postremo cogitando, quando venit admirabatur, quia non in principio, nec in medio, sed in fine, scilicet, sexta ætate. In his, & similibus materiam incarnationis tangentibus, beata Maria iugitur meditatione stabat affixa, & præcipuè cogitando suæ cognatę Elisabeth salutationem, in qua multa stupenda, & digna consideratione manifestãtur. Nempe festinus accessus, amplexus mutuus, salutatio quam fecit sorori, gratulatio Ioannis in vtero, repletio Spiritus sancti tàm in matre, quàm in filio, dulcissima Elisabeth exclamatio, profunda humiliatio, prophetici Spiritus in Elisabeth infusio, dulcedo, & consolatio, q̃ recepit, sanctificatio Ioannis, cogitatio de excessu, & declaratio Cantici, Ioannis ante filium præmissio, mutua consolatio, & aperitio linguæ Zachariæ in ortu Ioannis. Et quia in his omnibus Maria affuerat, & omnia in corde conseruabat, ideò cogitando admirabatur. Sicut pariter stupebat de creaturarum in ortu filij attestatione: nam cælũ testimonium dedit stellam emittendo: angeli dulciter laudes præcinen-

do:aer lucidus apparendo:terra balsamum in vinea proferēdo, & oleū à fonte emittendo:sol tripliciter se multiplicando, & deinde ad vnum, vti est, se reducendo. Incitabat ēt B. Mariam ad stupendum pastorū professio. Vbi est sciendum, & meditandum, quod præ aliis, qui primò ad Iesum Christū Mariæ filium venerunt ad adorandū, fuerunt pastores, & hoc angelorū informatione. Et vt videatur, cur hoc fit gestū, quoddā dubiū antea est soluendū. Cū Magi fuerint hoīes excellentes, tā scientia, q̄ dignitate regia, & pastores hoīes idiotæ, & rusticales, cur Magis stella, & pastoribus angelus apparuit: cū oppositum videatur, q̄ debuisset fieri? Occurrit huic dubio Augustinus, pariter & Gregorius, q̄ sancti Magi, etsi post visionem stellæ, & Iesu adorationem fuerunt fideles, primò tū, infideles, & irrationales erant quoad cultum, quia idolatræ. Pastores verò semp fuerūt fideles, & rationales, Dei cultū verè tenētes: quare pastoribus, & verè fidelibus rōnale animal, ideſt, angelus nuncia re debuit, Magis verò tanq̄ infidelibus irrationalis substantia, ideſt, stel
1.Co. v. 9 la iuxta dictum Apostoli. Linguæ signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus. Potest ēt aliā rō dari, quia pastoribus sancti angeli valde familiares antiquitus extitere, vt patet de Abrahā, Isaac, Iacob, Moyse, & aliis, quibus frequenter sancti angeli apparuerūt. Insuper dici pōt, q̄ angeli sunt Dei ministri, & diligentes Deum ipsi diligunt; cū ergo Deus præ cæteris pastores dilexerit, quare & ipsi. Sed quia hæc ratio depēdet ex dubii, q̄ hic oritur solutione, visa dubij solutione, patebit ratio p̄fata. Dubiū aūt hoc est: Cur Deus voluit ortum sui filii, & B. Mariæ potius reuelare pastoribus, q̄ Iudæorum sacerdotibus, pontificibus, & doctoribus? Rn̄deo, q̄ hoc egit, ne acceptor ipse esset personarū, vt potius videretur diligere potentes, q̄ humiles, & pauperes. Nec non quia pauperes Deus diligit, & exal
Mat. 11 tat, sed superbos despicit, & humiliat. Vlterius, vt effectu ostenderet, q̄ postmodū ipse dixit: Cōfiteor tibi pater Dn̄e rex cęli, & terræ, q̄a abscōdisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et fecit,
Ioan. 15 quia pauperes hoīes in apostolos elegit, quibus nota fecit, quæ à patre audiuit. Postremò veniens in mundum, vt ostenderet, quorū consortiū sibi placeret, in ipso natiuitatis suæ exordio voluit demonstrare. Et quia (teste scriptura) humilium, & māsuetorū sibi placet cōuersatio, & sermocinatio, quare ipso nato inter alios hoīes pastores ad videndū se & adorandū primò oium, & inter oēs elegit, vt facto doceret taliū conuersationem sibi fore acceptabilem, & placibilē. Nec in mirū hoc dēt verti, si ipse hoc peregit: de pastoribus enim corpulentā accepit substātiā, vt patet de Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, & Dauid, qui pastores fuerunt, ex quibus carnem assumpsit. Ad pastores primò se venturum, & de eius nasciturum spopondit, patet de præfatis. Cū pastoribus fuit primò amicabilis eius conuersatio, & locutio. Nūquā prioribus patrib. sic

ami-

amicabiliter locutus est Deus, vt ipsi Abrahę, Isaac, Iacob, & Dauid. Pastorum sacrificia acceptauit, vt sacrificia Abel, & Abrahæ. Pastoribus imperium, & dominium sui populi commisit, vt Moysi, & Dauid, ac signa magna faciens legem dedit. Sed quare magis ad hos, quàm ad alios homines est locutus? Certè, quia pastores, communiter humanā fugiunt conuersationem, & societatem, & per consequens citius diuinam inueniunt. Insuper habitant in locis desertis, & remotis, patet de Moyse, & de Dauid. Quare magis dispositi ad illuminationem diuinā, & suam seruandam legem, & quia ipsi fuerunt Deo magis conformes. Abel innocentia, Noe inopia, & Abraham, Moyses reuerens Deo, Dauid diuinam faciens voluntatem, & sic de aliis, quare eos dilexit, & diligendo principatum populi tradidit. & de sua lege instruxit. Quapropter, ex quo sic eos diligere in veteri testamento declarat, in nouo idē vtique ostendere voluit, vt Deum se esse qui locutus est ad pastores, patres, & ad istos, ac se quæ promiserat, demonstraret implesse. Et quia naturaliter homo illos diligit, qui suorum parentum sequuntur vestigia, artē, & mores, Christus Iesus Mariæ filius pastores, quos ad se adorandum adduxit diligere voluit ex præfatis, vtpote patribus pastoribus conformes, & plenos virtutibus; hi enim pastores quos ad se videndum Iesus adduxit habitabant in terra, quam Deus ostendit Abrahæ, & aliis pastoribus. Dicit enim Lucas in euangelio. Quid ipsi erant in regione eadem. Ac per consequens propinquitas loci ad locum, in quo Christus oritur vicinitatem ostendit in conditionibus ipsorum ad Christū. Quis enim sanctus non diligeret tales, vt erant hi benedicti pastores? A peccati somno elongati, quia vigilantes, sensus internos, & externos sollicitè gubernantes. Dei dona considerantes, quia innocentia decorati. Deo accepti notitiam diuinam habentes. Timorati. Contra diabolū securati, ad fidem euocati, lætitia diuina confortati, in fide plenius instructi ab omni hæsitatione, & dubitatione separati, charitate & dilectione Dei feruentes, concentus angelicos audientes, prompti ad Dei misericordiam indagandam. Super terrena eleuati, à Deo præ cunctis regibus acceptati, de promissionibus patribus factis certificati, De ima gnalia prædicantes. Grati de beneficiis impensis, & collatis, quia reuersi sunt laudantes, & glorificātes Deum. Hæc omnia habentur in dictis angelicis, pariter, & sermonibus habitis à pastoribus. Qui talibus conditionibus erant insigniti, idcirco his, & non principibus sacerdotum, nec doctoribus ortus Domini per angelum est veridicè notificatus. Beata igitur Virgo Maria, cogitando super his mirabatur. Sed quid dicunt isti pastores, & quid poterant depromere, nisi id, quod erant experti, scilicet visionem angelorum, cordis roborationem, luminis claritatem, angelicum concentum, humilitatem summam, quam viderant, & dignationem, quia in præsepio eum videbant, & pannis pauperculis inuolu-

Gen. 4. Gen. 21. Exod. 3. 1. Reg.

tum. Ex præfatis vide Iesu Mariæ filii sapiẽtiam, quia claritas eius pastores circumfulsit, angeli lætitiam de Christo incarnato, quia annũcio vobis gaudium magnum, Dei beneuolentiam, & clementissimam condescensionẽ se humilib. pastoribus demonstrando. Sed quid ex istis nobis datur documenti? Quod si volumus cum profectu, & ortu spirituali Christi Mariæ filij natiuitatem cum sanctis pastoribus intueri veluti ipsi simus. Puritate decorati, quia angeli puritate nitentes stant iuxta illos. Humilitate profundati, quia pastores; austeritate subiugati, qa vigilantes; rigiditate regulati, quia custodientes. Dei iussa adimplentes, quia venerunt festinantes. Et tunc quid agit Deus in nobis? Angelum suum destinat, ad informandum: Annũcio. Ad roborandum corda nostra: Nolite timere. Ad illuminandum mentes nostras: Claritas Dei circumfulsit illos. Ad lætificandum, quia gaudium magnum. Ad auxiliũ accipiendum, quia natus est saluator, & ad demõstrandum seipsum. Sic ergo apparet ex his, quomodo B. Virgo Maria ad mirandum inducebatur professionẽ, & dicta à pastoribus de filio cogitando. Eum enim cõmendabant, & prædicabant esse. Incitatorem ad bonum, immissione angeli ad ipsos. Amatorem pauperum, quia iuxta illos angelus stat. Illuminatorem mentium, quia eius claritas circumfulsit illos. Dominatorem omnium, quia timuerunt. Corroboratorem cordium, quia: Nolite timere. Lætificatorem suplicum, ideſt humilium, quia gaudium dat magnum. Informatorem placidum, quia euangelizo vobis. Dilectorẽ hominum, quia natus est. Dilectorem criminum, quia saluator; datorẽ munerum, quia Christus est. Rectorem orbiũ, quia Dominus. Defectorem mentium, quia in Bethlehem nascitur; protectorem iustorum, quia in ciuitate Dauid; despectorem mundanorum, quia pannis inuolutus; ostensorem operum bonorum, quia in præsepio; glorificatorem supernorum, quia sancti angeli, eum laudant; referatorem diuinorum, quia se eis ostendit; in conuersatione placidissimum, quia infans est; in operatione mirabilissimũ, quia de ijs, quæ pastores dicebant, facta mirabantur audientes; in promissione fidelissimum, quia cognouerunt, sicut dictum est ad illos. Omni laudatione dignissimum, quia laudantes, & glorificantes Deum reuersi sunt. Sic ergo non solum Maria, sed, & ipsi pastores videntes tot ei collata per Iesum, & si angelo aliquo mediante in stuporem & admirationem versi ad admirandum, et stupendum ex patratis circa se referendo Mariam, & alios induxerunt. Maria etiam Dei genitrix inducta est ad admirationem, & stuporem propter Magorũ accessionem cum deuotione ad filium suum Iesum pro eius adoratione. Stabat enim ipse in diuersorio Bethlehemitico, & in oriente, prodigia operabatur circa Magos creando stellam. Alloquendo, excitando, incitando, & ad se adorandum commouendo, & vsq; in Iudæam stella præuia eos ducendo. Sed quid agebat in Iudæa puer Iesus? Certè Herodẽ turba-

turbabat,commouebat,angustiabat, eius prudentiam superabat, & ad nihilum reducebat.Hic siquidem sapientes Iudæorum puer, & infans confundebat,veritatem fari cogebat,& minimè eos ad se videndum inducebat,vel trahebat.Sanctis Magis stellam subtractam largiebatur,se eis ostendebat,declarabat Deum cunctorum esse, & humilitatem eius admirandam declarabat.Maria ergo ista cernendo, ruminando,& cogitando,quid videbat?quid intelligebat?quid deuotionis hauriebat?Videbat omnipotentiam filij in stellæ creatione; beneuolentiam in reuelatione sui filij Magis; potentiam in deductione ipsorum; prudentiam in Herodis turbatione;præscientiam in sui ortus,prophetis manifestatione,clementiam in stellæ Magis iterata donatione,misericordiã Magos ad se cõducendo:eminentiam,& deitatem in sui à Magis adoratione, sapientiam in donorum oblatione, vitæ perfectæ scientiam in filii sui tali loco habitu,& actu demõstratione, & prouidentiam cernebat in Magorum per aliam viam ad propriam patriam reductione.Inducebat etiam ad admirationem B.Mariam Virginem filii eius in tali ætatate circunciſio cum pœnali doloris susceptione, ſ. quod nullum habens peccatum peccatorem se ostenderet;quod legis actor,suæ legi se subderet;quod veteris legis cęremonias iàm cessare inciperet; quod tã magnum dolorem paruus filius susciperet; quod precioſum sanguinẽ suum pro nobis iam funderet;quod patribus se beneuolè conformaret; quod hæreticos de se malè sapientes confutaret; ꝙ à suis fidelibus omnia tali circunciſione superflua resecaret,quod tale nomen assumeret, in quo omnis salus,omnis obtentus petitionum, omnis protectio,omnis dulcedo labetur, & consolatio. Euangelium etiam ostendit Mariã in admirationem deuenisse propter dicta Simeonis, & vetulæ mulieris Annæ,qui ambo expectabant maximo desiderio redemptionem fiendam in Israel, præcipuè Simeon, qui tandem deuotissima exclamatione prorupit:Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Hæc,& similia meditando Virgo beata in admirationẽ à spiritu excitabatur.Sed certè maiori stupore implebatur in contemplatione sui vnigeniti filij, aspiciendo illam lucem ineffabilem radios ad se diuinæ maiestatis dirigentem contuendo humanitatem, cernẽdo eius speciositatem,contrectando eum,osculando,lactando,fouendo,cibando,in gremio tenendo, cum sciret eum Deum,& hominem esse, admirabilem hauriebat ex his delectationem,deuotionem,excitationẽ mentis ad diuina,suspensionẽ affectus ad Deũ, quare mouebatur,excitabatur,inflãmabatur, & cum admiratione ad superna vi cõtẽplationis eleuabatur. Postremò,& vltimò stupuit, & stupebat Virgo beata, quia super omnes mulieres,benedicta & exaltata. Quis enim non miraretur hominũ si Deus sibi tanta conferret?vt egit in Virgine. quoad gratiæ plenitudinẽ,mentis illustrationem,& ad hunc apicem subleuãdo,

vt esset Dei mater, quo nil maius ei potuit conferri. Sic ergo apparet re colligendo iàm dicta, quomodo B. Maria gestis, & factis, circa Christi ortum stupuit, quia videbat, & inspexit mysteria reuelata figurarum, Vaticinia adimpleta prophetarum, angelum destinatum ad Christum nunciandum, Spiritum S. super se emissum ad Dei verbum humanandum, Ioāne in vtero filij præsentia exhilaratum; radium diuini spiritus, & prophetici sua voce, & salutatione ad Elisabeth deriuatum, laqueū linguæ Zachariæ solutum, Suum filium Iesum à se esse sine grauamine baiulatum, Deum infinitum in suo vētre esse coangustatum, se filiū peperisse cum virginitatis honore, angelos cecinisse laudes deitati miro tenore, noctem absessisse, & lumen in aere esse resperſum, sydus, ideſt, stella à Deo effectum, reuelatū filium esse pastoribus; adoratum eum à regibus cum miris muneribus; cognitum Dominum vniuersali attestatione creaturarum, expositum circumcisioni pœnali pro nostra liberatione; susceptum à sene cum deuotione, & se exaltatam super omnes creaturas maternitatis Dei promotione. Hæc, & his similia erant illa, quæ Virginem beatam in admirationem maximam deducebāt; nec ista sola intelligebat, sed ex his multa capiebat. Nam ex signo figurarū filium esse veritatem: ex dictis prophetarum locutionē exactam. Ex angeli destinatione Dominum esse, & factorem. Ex Spiritus sancti superuentione Deo patri acceptissimum. Ex Ioannis in vtero exultatione ad ad alium diffusorē. Ex Elisabeth exclamatione, occultorum agnitorē. Ex linguæ solutione, diuinum largitorem. Ex Iesu in vtero coarctatione, diuinam humiliationem. Ex filii sine grauedine baiulatione, beatitudinis glorificationem. Ex virginitatis conseruatione, diuinæ potētiæ altitudinem. Ex angelorum decantatione, gaudium indicibile in cœlo. Ex veris illuminatione Iesum esse lucem intellectualem; ex stellæ formatione eum esse nostrum ducem singularem; ex pastoribus reuelatione humilium amatorem. A Magis adoratione omnium hominum conditorem; ex creaturarum attestatione, omnium promotorem, & honorificatorem; ex circūcisione, legis per imitatorem. A Simeonis susceptione, cordium quietatorem, & consolatorem; ex Virginis tandem exaltatione, dilectorem, & veneratorem suæ matris. Ex his igitur Virgo beata dum talia præmeditabatur ad stupendum inducta fuit, & mirandum de mirabilibus operibus filij sui omnium conditoris, ordinatoris, reformatoris, liberatoris, redemptoris, & glorificatoris. Et sic ista rimando in corporis abscondebat, & recōdebat arcano. Ponamus ergo manum extremam huic fructui, aggrediendo sequentem.

FRVCTVS

FRVCTVS DVODECIMVS.

Fructus xxxiiij.

Maria expurgatur.

EXPOSITIO BREVIS.

TEMPLVM pergit Virgo grata cum filio susceptura secundum legem Moysi purgationem, humiliter suam, & filij humilitatem declarãs, cessationemq; legis, quoad hoc per taliũ cęremoniarum in se, & filio susceptionem demonstrans.

EXPOSITIO MAIOR.

ALTISSIMVS Deus, sicut omnium mentium est ipse actor, & factor, sic omnium donorum, & munerum est ipse largitor. Qui cum sit diues in misericordia, detq; petenti, quæ cupit, nec improperet liberalissimus comprobatur. Sicque creaturam, quam condidit, beneficijs, prosequitur, vt ea ab eisdem nullo pro tempore reddat immunem. Omni tempore, hora: imò, & quolibet minimo temporis instanti creatura cũ indigeat conseruantis ope, & manu. Hinc est, quod iugiter diuini beneficii gratiam, & uicitudinem experitur quodlibet existens in rerum natura. Vt igitur videatur quàm magnum est, quodlibet beneficium diuinũ, & quàm liberalis sit Deus ipse, & an pro impensis, gratiarum actio, seu vicissitudo ad condignum eidem possit persolui, dubium quoddam est persoluẽdum, cuius solutione, propositum patebit expressè. Dubiũ ergo tale est. An ex dante, vel recipiente, vel ex re data beneficii magnitudo quoad bonitatem, & alia quantificetur, & mensuretur? Respondeo, quod ex affectu dantis, & rei datæ valore, & non ex persona suscipiente, beneficium acceptum debet mensurari. Ratio est, quia beneficium, vel debet attendi ex intrinseco esse, scilicet ex valore, & perfectione rei in se, & si sic, secunda pars valet, vel ex extrinseco, & tũc cum beneficium debeat fieri, & gratuitè, & consequenter voluntariè, aliter nõ esset beneficium, quare potius ex conferente, quàm ex recipiente hẽt beneficium mensurari, & attendi: ista est sententia Aristotelis 8. Ethicorum. Senecæ in primo libro de Beneficijs. Ambrosij in primo libro de Officijs: vbi dicit, quod in beneficio plus animus, quàm sensus operatur, magisque præponderat beneuolẽtia, quàm possibilitas muneris. Et alibi dicit: Non solum quæritur quantum, sed de quanto, & quo animo datur. Gregorius pariter inquit: Affectum potius debemus pensare, quàm cẽsum, vt de Vidua, quæ plus posuit in gazophylatio. Quod verò

etiam

etiam ex esse rei datæ beneficium mensuretur patet, quia aliter beneficium secluso affectu dantis sic mensuraretur ex vili, sicut ex charo, sic ex parum, sicut ex multo. Quod experiẽtia patet esse falsum. Nam tũc tàm magnum beneficium esset factum homini à Deo, si daret sibi vnũ panem, scilicet, homini assumpto, sicut cum dedit seipsum eum vniendo sibi. Quo sequitur, quod si ex affectu dantis beneficium principaliter habet mẽsurari, quodlibet à Deo homini collatum, beneficium immensum est, quia ab immẽsa voluntate, & amore diuino, & nulla obligatione antecedente, & summè gratuitè. Et sequitur ẽt, ꝙ Deus cũ in nullo antecedente voluntatem diuinam obligetur creaturæ, quod summè liberalis est. Sequitur etiam, quod nulla creatura pro impenso quantumcunq; modico beneficio, Deo ad condignum vicissitudiné gratiarum reddere valet, quia finiti ad infinitum nulla est proportio. Quo sequitur, ꝙ creatura quælibet est Deo infinitè obligata, ex quo semper recipit, & pro eo, ꝙ in sui principio à Deo accepit. Quo ẽt sequit' impossibile, fore creaturã pro quantumcunq; modico beneficio ad condignũ posse Deo vicissitudines gratiarũ reddere, ex quo ĩfinitè tenet'. Et ꝙ magis est, sequitur, ꝙ creatura quanto magis à Deo conseruatur, tãtò magis ad reddendũ Deo impossibilitatur; quia omni tpe creaturarũ beneficijs prosequitur, cũ oĩ tpe, & hora saltè beneficiũ conseruationis in esse p̃stat. Si verò beneficiũ ad rẽ datã mẽsuretur, se est infinitũ, cũ qui est solus infinitus dederit nobis, cõsequẽter, & oĩ creaturę, quia hoĩs noĩe (teste Georgio) intelligitur oĩs creatura. Si verò ad alia beneficia collata habeamus respectũ, (etsi non sint infinita) excedunt tñ facultatem nostræ vicissitudinis. Quare semp dicere habemus: Quid retribuã Dño pro oĩbus; q̃ retribuit mihi? Quia quidquid hẽmus, à Deo habemus; qd .n. hẽs, ꝙ non accepisti? quia oĩs sufficientia nostra ex Deo est. Et quidquid Deo damus, de manu eius accepimus. Sic ergo apparet ad quid, & quãtũ Deo tenemur, & quantũ pro parte nostra ei exsoluere possumus. Qua in re, cũ quodlibet Dei beneficiũ quãtũlibet minimũ maximum censeri dẽat dãtis persona, & amore pensatis, & gratiarũ deneget posse vicissitudinem rependi ad plenũ. Conari pro modulo quilibet dẽt, vt ꝙ rependere Deo non põt ad plenum, saltẽ persoluat ad modicũ, vt de perceptis Deo gratus exrstat. Beata ergo Dei genitrix Maria à Deo præ omnibus creaturis puris beneficijs præuenta diuinis. Et specialiter hoc beneficio tàm immenso parturitionis filij Dei, qui est verus Deus, & verus homo, & assumptionis ad apicẽ maternitatis Dei, vt grata (iuxta posse) pro impensis existeret ad reddendum Deo gratias quadragesima die ab ortu filij vnà cũ filio pergit ad tẽplũ, vt se diuino p̃sentãdo cõspectui, & se agnoscere, cęleste munus ostẽderet, & Deo pro vicissitudine offerret filium super oĩa ipsi Deo acceptum. Hoc etsi principius fuerit in cã, vt prædicitur: accessit nihilominus die tali alia de causa, vt dicit

Euan.

Euangelium, scilicet, vt purificaretur. Sed, vt hoc plenius, & melius videatur, quoddam dubium est remouendum, videlicet, cum Virgo Maria esset sanctissima, cur voluit purificari ſm legem Moysi, cum ad hoc ipsa lege Moysi non teneretur? Cum filium suum non concepisset iuxta legis tenorem, suscepto semine, sed Dei munere, & virtute? Respondetur, quod hoc Virgo facere voluit multis de causis, vt legem datam veteribus bonam ostenderet, & à Deo datam, videlicet, quod mulier suscepto semine, apposuit legis dator conditionem, scilicet, si mulier suscepto semine. Quo innuit, si alio modo mulier generaret, quàm per cõ mixtionem maris, quod talis, sic pariens filium ad legem, quã ferebat minimè obligaretur, vt nec immunda esset, aut ſm legem dandam purgari teneretur. Innuit etiam alium modũ fore possibilem, scilicet, quod mulier non suscepto semine parere posset aliter conditio apposita nihil esset, sed absolutè dixisset. Omnis mulier, quæ pareret, purgari tenetur, quod tñ nõ fecit. Insuper cum Moyses propheta esset maximus, vt in veteri testamento dicitur, sibi non fuerit similis, nec surrexit, & sciret Christum promissum esse patribus incarnandum, & de Virgine nasci debere, & quod de semine Dauid, & patrum corpulentam substantiam traheret, ac ipsum per Moysen nasciturum fuit prædictum: quare prauidens eum nasciturum sine virili semine conditionem apposuit legi dicens. Si suscepto semine. Qua conditione apposita, & præsuppositio, quod suscepto semine cõciperet, legem dedit, quod septem diebus, vt immunda staret separata, & die octaua tali immunditia consumpta, circuncidebatur puer. Post dies septem præfatos separationis stabat in sanguine suæ purificationis triginta tribus diebus. Et sic perficiebãtur quadraginta dies, in quibus sanctuarium ingredi nõ debebat. Post quadraginta verò dies præfatos ad hostium tabernaculi fœderis, vel ad tẽplum accedere debebat, & offerre se sacerdoti cum filio, & tunc cum omnia primogenita essent Domini si erat dues redimere debebat filium dando vnum agnum anniculum, & pullum columbæ, siue turturem pro sacrificio. Si pauper, ut non posset agnum offerre, par turturũ offerre debebat, aut duos pullos columbæ. Hæc erat lex. Cũ igitur Dei genitrix Maria, quia non suscepto semine, conceperat filium, & per cõsequens ratione modi concipiendi, quia Virgo, vt dixerat Isaias conceperat. Insuper cum non esset immunda, sed mundissima, quia sine macula, purificari non indigebat. Voluit tamen dictam legem seruare, à Christi ergo Iesu natiuitate stetit septem diebus, & octauo die circũcisus est. Stetit postmodum in Bethlehem, ac si more aliarũ peperisset, triginta tribus diebus, & fecit omnia ſm legem Moysi, tandem quadragesimo die cum filio venit ad templum. & vt pauper pro filio, dedit par turturum, aut duos pullos columbarum. Quare prædicta egit B. Maria vt contra futuros hæreticos, vt legem à Deo datam, & pro tunc seruã-

Luc 12.

De ut.

Isai. 7.

dam

dam ostéderet,& hac de causa ipsam seruauit. Deinde fecit hoc Virgo glorioſa in ſignum perfectæ obedientiæ,quia verus obediens plus facit quàm obligatur,vt dicit Bernard. Quare cum ipsa legi,& ratione modi concipiendi,quia Virgo,& quia puriſſima,non teneretur obedire in hoc,vt oſtenderet ſanctæ obedientiæ perfectionem hoc voluit exercere;pariter etiam,vt ſanctæ humilitatis veræ præberet exemplum. Virtus.n.humilitatis cum ſit efficaciſſima,quia ea cęterę virtutes Deo placibiles reddũtur,vt dicit Gregorius. Ac ea in pręſenti homo exaltatur, & in futuro ad regnum cœlorum perducitur B.ergo Maria vnà cum filio virtutem humilitatis exercere voluerunt templo ſe præſentando,& cum hæc virtus excellentiſſima ſit,verbo, & facto declarata eſt mũdo, docuit.n.eã Chriſtus operæ,quia:Humiliauit ſemetipſum,vſq; ad mortem. Docuit eam etiam verbo: Qui ſe humiliauerit,exaltabitur,& qui ſe exaltauerit,humiliabitur. Virgo etiam glorioſa opere compleuit dicendo. Ecce ancilla Domini. Verbo etiã oſtendit,& cõmendauit: quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Sed ipſam ſimul oſtéderunt apertius in purificatione, qñ Virgo oſtendendo ſe ſimilem aliis mulieribus, & Chriſtus alijs hominibus templum adierunt. Cum ergo ſicut experimento didicimus vnus & idem actus humilitatis,qui fieret ab vno vili, & deſpecto non ſic magnum quid reputaretur,ſicut ſi fieret ab vno nobili,vel rege,ſeu imperatore. & fm̃ gradus,ſic talis actus proportionabiliter reputaretur in humilitate ſingularis. Quare ex quo ſic eſt quilibet, quantumcunq; modicus actus humilitatis operatus à Virgine Maria,magnus,imo maximus debet cenſeri,& reputari. Iuit ergo B.Maria ad templum cum filio,oſtendens apparentia extrinſeca ſe vnã eſſe ex cæteris mulieribus pollutam,& immundã,& ſi purificatione nõ indigeret: in ſignum tñ contemptus ſui, & humiliatis. Sed hic dubium ſtatim inſurgit,quod Virgo Maria non prudenter ſe habuerit, ſic ſe oſtendendo,ſicut peccator nullus iuſtũ ſe habet aſſere, ſic nec iuſtus oſtédere ſe peccatorem. Quare B.Maria oſtendens ſe peccatricẽ more aliarum mulierum,non ſine defectu hoc peregiſſe videtur. Reſpondetur, quod aliud eſt oſtendere ſe eſſe,& aliud aſſerere. Iuſtus ſi ſe aſſerat peccatorem,& non ſit,peccat, vt dicit doctor ſubtilis in materia de confeſſione,ſed ſi ſe oſtendat peccatorem ex humilitate,& non ſit,hoc potius eſt imputandum virtuti quàm vitio. Beata Maria ratione ſummę humilitatis,quæ ei inerat,oſtendens ſe ſimilem in purificatione aliis mulieribus,& Chriſtus in circunciſione aliis hominibus non peccarunt. Vbi verò B.Maria ſe peccatricem aſſeruiſſet de facto,cum non eſſet,vtique peccaſſet,vt dicit præfatus doctor,quo cõcludit ipſe,quod Virgo,quia immunis à peccato,de facto ad confeſſionem minimè tenebatur. Sic ergo apparet cauſa quare ipſa Dei genitrix voluit purificari. Aſſignãtur etiam aliæ cauſæ cur acceſſit ad purificationem,& dicitur, vt ſcandalũ

Philip.3.

Mat.23

euitaret,

eustaret, sicut enim filium circuncisioni subiecit, ne dissimilis patribus videretur, & ne scandalum ex hoc Iudæis inesset, sic reuera ipsa hac de cã ne scandalum esset mulieribus, præsertim cũ non esset cõtrarium diuinæ legi. Hinc est, quod ad templum accessit, & aliarum mulierum mores voluit imitari, & gerere in licitis, & honestis, sicut erat accessus ad Domini templum, præcipuè cum filius (teste Malachia) debebat accedere ad templum, & ipsa cum ipso gratias agere Deo de tàm magno beneficio accepto, & vt verificaretur, quod dictum erat Simeoni: Mortem non gustaturo, nisi videret Christum Domini, quem, & vidit in hac templi præsentatione. Et tandem voluit in templo purificari ostendens nobis exemplum, quomodo corda nostra à peccatis debemus abstergere in ingressione templi. Templum ergo Dei materiale erat figura ipsius templi Dei viui, scilicet, Beatæ Mariæ. Ad instar enim illius templi Beata Maria fuit, quia à Salomone non lubrico, & carnali, sed à Christo vero Salomone fuit ædificatum, vt dicitur: Ipse fundauit eam altissimus. Non lapidibus, sed virtutibus, & quia ad Dei in habitaculum fuit condita, vt in ea requiesceret ipse Dei filius, & per carnis assumptionem ex ea nomen suum sanctificaretur, & homo à Deo exaudiretur, vt in templo materiali à Salomone ædificato. Insuper septem annis tardauit eam hæreditare, quia Virgo Maria à mundi exordio, vsque ad septimam ætatem non fabricata, data, nec nata est, sed in septima est ordinata, & mundo nata. Insuper tardauit hoc templum complere septem annis, quia ante per incarnationem inhabitare complacuit, & tunc completum fuit Dei templum Beata Maria, quando septem donis Spiritus sancti fuit perfectè completa. Fuit etiam templum plenum nebula. Sic Maria tota deitate plena, quando verbum Dei ex ea carnem assumpsit. Similiter illud templum materiale pulchrius fuit, in toto mundo nominatum. Sic Maria pulchrior fuit, & est omni pura creatura, vestitur sole iustitiæ. Pariter etiam firmissimè fuit situatum templum, quia in monte, & magnis lapidibus, sic Virgo in gratia confirmata fuit, & quemadmodum templum ab omni gente veneratum, sic beatam Mariam omnes gentes commendant. Et sicut omni gente ad adorandum Deum ordinatum, vt Dei misericordiam, in Deum preces fundendo inuenirent: sic Maria mater omnium est, & ordinata, vt per ipsius preces, & merita Dei gratiã omni tempore inueniamus. Templum etiam Domini statim oriente sole illuminabatur: sic Maria templum Domini facta sole iustitiæ fuit irradiata. Postremo sicut in ciuitate Ierusalem fuit ædificatum, sic Beata Maria ab omni pruritu cuiuscunque rebellionis fuit ad bonum, & incitamenti ad malum præseruata. Quibus apparet quod Maria Dei templum accedit ad templum, quia simile simili iungitur: & per figuram templi materialis, datur intelligi,

3. Reg. Apoc. 12

quod

quod esset ipsa templum Dei viui. Videndum est modo de Beatæ Mariæ ad templum accessu; & primò à quo loco Beata Maria pergens ad templum recessit. Respondetur, quod de Bethlehem, qui locus à ciuitate Ierusalem per quinque milliaria distat. Vbi libet intueri patientiam Virginis, quæ quadraginta diebus stetit, in loco illo diuersorij, vtique fœtido. Vitæ austeritatem, quia in paleis dormiebat. Paupertatem, quia non habuit, vnde aliam domum posset conducere. Prudentiam, quia non querulosa viro, vt domum aliam inueniret. Rerũ penuriam, qualia cibaria ibi comedebat Virgo? Laborẽ itineris peditando vsque ad Ierusalem. Miraculum de baiulatione filii, sine matris grauedine de loco Bethlehem. Consolationem mirabilem, in contemplatione pueri Iesu. Insuper videndum est, quo comitatu Beata Virgo sociata accessit ad templum. Certè non habuit comitatum peccatorum, diuitum, & potentum, quorum consortium Christus spreuit, sed cum suo humili viro, ætate, moribus, & sanctitate præclaro. Quo datur intelligi, quod ad Dei opus perficiendum, consortium plurimorum est vitandum, pariter & comitatus multorum, quemadmodum, conuersatio, & consortium potius est habendum cum antiquis ætate, & moribus, quàm cum potentibus, & peccatoribus. Vlterius videndum est, quo freta dono hæc Virgo beata pergat cum filio. Certè donum filius suus erat, & istud donum super omnia Deo placitum, quia in ipso habitat omnis plenitudo deitatis. Quare, & plus valens, quàm omnis mundus. Sed hic dubium insurgit. Quomodo Beata Maria erat pauperrima, vt agnum pro filio non posset offerre; nonne à sanctis Magis, & à quolibet sigillatim habuit aurum? Respondetur, quod totum Virgo pauperibus dederat, quia talia non appetebat, nec diligebat, sed obtulit duos pullos columbarum, vel par turturum. Nec talium oblatio vacat à mysterio. Per hæc volatilia immolata conditiones exprimuntur Iesu benedicti, & suæ matris, ac etiam nobis exemplum præbetur, vt præfatis conditionibus adornati; nos Deo offeramus cum Christo. Conditiones præfatorum volatilium his versibus exprimuntur.

Alta petit turtur, cantando gemit, veniens ver
Nunciat, & castè viuit soluſque moratur.
Pullos nocte fouet morticinia fugit.

De columba verò,

Grana legit, volitat sociata, cadauera fugit,
Felle caret, plangit, socium per oscula tangit.
Petra dat huic nidum, fugit hostem in flumine mersum.
Rostro non lædit, geminos pullos bene nutrit.

Horum pro Christi redemptione Deo munus est datum, & non sine causa, cum Beata Maria, quod figurabat pro filio

voluit

voluit offerre. Sed quomodo ipse Iesus, & Maria præfatis volatilibus, & eorum conditionibus figurarentur, & designarentur causa breuitatis ad præsens dimitto. Sic ergo B. Maria ad templum perueniens filium Deo patri offerendo, quia immolandus erat in altare crucis, & non in illo materiali templo, facta est à matre pro redemptione præfatorũ volatilium immolatio. Sed aduerte, quod duos pullos, vel par, dedit, & non vnum, ad ostendendum, quod suus filius non erat solus homo, vel solus Deus, sed simul ista duo, scilicet, Deus, & homo. Sic ergo patet, quod B. Maria ad templum perueniens, quid pro sua purgatione adduxerit, & obtulerit Deo. Restat igitur nunc videre, quid ex hoc fructu pro nostra consolatione B. Maria, & filius porrigunt, intuẽda. Et verè sunt multa. Vt sicut filius Mariæ infans in primæuo natiuitatis tẽpore Deo præsentatur, sic nos ante omnia diuino conspectui manè præsentemus. Vt sicut post circuncisionem voluit præsentari, sic nos circũcisos à peccato Deo astare debemus. Vt sicut per alios ad templum deferri voluit, sic nos non proprijs viribus, sed Dei auxilium implorare debemus. Vt sicut solum à Maria voluit ad tẽplum deferri, & in eius brachiis commorari cum esset purissima, sic nos in sanctitate & innocẽtia stare. Vt cum ad templum voluerit adduci, sic nos in templo Dei gratias, de beneficiis collatis ageremus. Vt sicut in duobus volucribus redemptus, & Deo patri pro tunc oblatus, sic nos Deo offeramus corpus per mortificationem, & animam per humiliationem, vel vitam actiuã, & contemplatiuam. Nec non si nostras orationes à Deo acceptari volumus, & quod oratio nostra sit verum laudis sacrificium, sit nobiscum Iesus per fidem rectam, Maria, ideſt, gratia, & Ioseph, ideſt, vera iustitia, quia sic placebit Deo sacrificium Iuda, & cuiuslibet animæ deuotæ.

Finaliter si cum Christo, & B. Virgine purificare mẽtes, & corda nostra optamus, quadraginta diebus manere debemus, antequàm ante cõspectum Domini appareamus. In quibus contemplationes præsentis vitæ pariter, & futuræ diligenti indagine peragamus. Prima die, & cæteris à superba mentis elatione recedamus. Veram suscipiendo humilitatem, à iactantia operatorum, & omnia à Deo habere agnoscamus. Ab hypocrisi, & praua intentione, appetituq; laudis fugiamus. Mundum, & ea quæ mundi sunt, contemnamus. Ab omni arrogantia segregemur. Omnem insolentiam compescamus. Omnem irreuerentiam deponamus. In obedientiam, & vinculum diaboli spernamus. Inanem lætitiam declinemus. Contentiosos, ne amemus. De nobis ipsis nihil præsumamus, animo à nullo bono dissentiamus. Inuidiam procul pellamus. Odium deponamus. A detractione desistamus. Proximum ne lędamus, nulli malum irrogemus. Ocium animæ inimicum deuitemus. Malitiam abiiciamus. Timorem Domini assumamus. Illata à proximo mittamus. Torporem imentis abdicemus. Furorem nobis in hærere

ne per-

ne permittamus. Vocem supprimamus. Dicenti iniurias non respõdea mus: verbis blasphemiæ non intendamus: a cibi superfluitate abstineamus: ebrietatem detestemur: a risu immoderato, & lætitia nos ipsos temperemus: immunditiam vtriusq; hominis non sectemur: à deceptione, & fallacia cor nostrum auferamus: nulli vim inferamus: commissa peccata castigemus: nihil mundi appetamus: corporis appetitus perficere horreamus: cuncta in consideratione deposita iudicio agamus: diffidentiam omnem suppeditemus: delicias carnis refrenemus: omnem amorem à sęculo auferamus: et finaliter semper in bono perseueremus. Sic ergo quadraginta diebus pertransitis, ultimo die Dei Templum adire poterimus purificati modo præfato. Ista purificatio potest etiam fieri hoc modo, vt intelligatur per obseruantiam decẽ præceptorum, cum obseruantia quatuor Euangeliorum, quodlibet decta præcepta continentis est, quare decem per quatuor multiplicata quadraginta reddunt. Verùm ad templum parum accessus esset, si in ipso non staremus. Hinc est, quod cum locus, & locatum debeant proportionari, vt Dei Templum secundum Apostolum veraciter simus, & iugiter stare, in quo non litera, sed spiritu pater adoratur, opere precium est, vt cum Maria, & filio spiritualiter intelligendo, non ad templum Salomonis, sed ad id, in quo spiritualiter habitat Deus, ascendamus, hunc in modum. Primo in monte Moria, ideſt, v sionis situati, lapidibus firmis radicati per constantiam, quadruplici pariete ordinati per virtutum acceptionem, ad Orientem per prudentiam, ad Occidentem per iustitiam, ad meridiem per temperantiam, ad aquilonem per fortitudinem contra nequitias diaboli: altitudine, latitudine, longitudine, & profunditate dilatati per multiplicem consideratione peccatorum. Quo ad altitudinem considerando quid amisimus: quoad latitudinem quid commisimus: quoad longitudinem, quẽ offendimus, quoad profunditatem, quid incurrimus, quia infernum, & diaboli seruitutem. Tecto consumati per perseuerantiæ perceptionem, quia qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Hostio reserati per famæ bonæ diuulgationem, vt dicitur. Luceat lux vestra coram hominibus. Partibus uariati per bonorum exhibitionem. In porticu sta mus operando bonum ad proximum: in sancta operando bonũ ad se, sed in sancta sanctorum operando bonum in respectu ad Deum. Altare dedicati per feruidam orationem: oportet enim semper orare. Figuris adornati per misericordiæ operationem, dicendo cum Apostolo. Omnia omnibus factus sum. Toti inaurati per claritatis feruorem, & verũ ad Deum, & proximum amorem. Distinctis atriis ordinati, quia quinque sensus refrenare debemus sub moderamine rectæ rationis. Gradibus diuersis designati per cœlestium contemplationem, per scalam Iacob, ideſt, per considerationis graduum, creaturarum, diuinarum misẽ cordia-

2. Para.

Matt. 5.

Luc. 18.

ricordiarum,& beneficiorum ad ipsum Deum Templum nostrum, & ciuitatis supernæ perueniamus. Hæc omnia materialiter loquendo erant in templo Salomonis,ad quod B. Maria cum filio ascendit. Anima ergo Dei templum effecta in ipso Dei templo stans, se redimat, idest Deo tradat. Et quid? Duobus volucribus,quia cum nihil habeamus,nisi duo minuta animam scilicet,& corpus,quotidie Deo in templo cordis per bonam voluntatem sunt immolanda,quibus immolatis,tibi datur,& redditur Iesus Mariæ filius. Ecce quomodo homo fidelis cũ Maria purificatur, & qualiter, & quid ex ipsa purificatione nobis confertur,& datur. Ex dictis apparet quomodo intelligitur hic fructus, scilicet, *Maria expurgatur*. quia more aliarum mulierum,cum nõ indigeret, secundum legem purgari voluit.

FRVCTVS TERTIVSDECIMVS. Fructus XXXV.

Maria pacem indidit.

EXPOSITIO BREVIS.

SENEX Simeõ sanctus,& iustus, redemptionẽ pie expectans Israel, quod optarat, scilicet Mariæ filium videre in vlnis suscipiens sibi porrectum à matre intuetur,amplexatur,& stringit,ac consolatione,& pace refectus diuina in laudem pueri Iesu assurgens,matri, & aliis magnalia de ipso deprompsit.

EXPOSITIO MAIOR.

TOTA plena diuina gratia ipsa beata Dei genitrix Maria, & donis affluenter dotata diuinis,vt fons vberrimus,& exuberans gratiarum suarum munera omnibus largitur libenter. Et quamuis in temporalibus bonis sic sit, quod quanto magis de ipsis alijs datur,tanto minus apud dantem remaneat: in bonis spiritualibus & diuinis è contrario fit modo,vt donum, quod quis à meo accepit eo ipso fit copiosius,& validius,quò magis aliis erogatur. Virgo ergo Dei genitrix Maria inter alia à filio tradita eidem indicibilem possidens pacem,lætitiam,& tranquillitatem,& cum ipsa tã ex dono naturæ,quàm gratiæ affluentia liberalis existat. Hinc est,quod super affluentem dulcedinem,quam habuit,aliis placuit elargiri, filiũ suum præbendo,quo nihil maius,melius,& vtilius reperitur,quo habito omnia alia bona obtinentur. Et licet istud donum generi humano dedit mundo,ipsum præbendo,& omnibus,vt liberalissima sit semper parata quantum est ex parte sui,& filii,quibusdam dedit,in speciali, videlicet,pastoribus,& Magis,ad adorandum,videndum, & osculandum

pedes eius beatos. Sed specialiori modo sancto præbuit Simeoni seni, non solum ad videndum, adorandum, osculandum, & tangendum, sed etiã ad tenendum in vlnis, & manibus sacris contrectando, vt præsens fructus eloquitur. Vtpote, præ antedictis maiori deuotione, acceptatione, & gratia à Deo repleto, & fœcũdato. Ad cuius B. Mariæ filii acceptionem secutum est in sancto Simeone, quod optauerat. Pax, videlicet tranquillitas cordis & corporis. Vt igitur videatur, qualiter Dei genitrix Maria iuxta huius fructus intentionem præbendo huic seni Simeoni filium omnia bona, quæ ad pacem sunt mentis, & corporis dedit. Videndum est primo de huiusmodi sene qualis fuerit, vt ipsius sanctitate attenta, cui Maria præstet filium, ex hoc clareat euidenter. Euãgelista Lucas ostendit nobis multa, in quibus, hic sanctus senex Simeon commẽdabilis reperitur. Et precipuè de virtute, & perfectione, quia inquit: Ecce homo. Homo ergo Simeon vocatur hic, ad differentiam aliorum, qui, etsi homines sint natura, vitio tamen per vitam defectibilem, & uitiosam comparantur iumentibus insipiẽtibus, & similes bestiis efficiũtur. Hic ergo homo ratione vocatur, quia rationalis & ratione vtens, & sic perfectione, & virtute, vt vti debet homo rectus. Commendatur etiã de pacifica conuersatione, quia erat, & habitabat in Ierusalem, quę visio pacis interpretatur. Et huiusmodi cõuersatio pacifica ex loco describitur, cum proportio habeat esse inter locatum, & locum, & è conuerso: quare in Ierusalem loco, qui pacem significat huiusmodi pacificam declarat cõuersationem. Cuius oppositum est de quibusdam, qui, & si sint boni, tñ cum scorpionibus habitant, vt dicitur de Ezechiele, sed de isto sene potest dici illud psalmi: Factus est in pace locus eius. Laudatur de instantia in oratione, quia dicitur, huic seni nomẽ erat Simeon, qui exaudabilis interpretatur. Extollitur de operatione, quia hic senis erat iustus. Insimul, & de deuotione ad Deum, quia inquit erat timoratus, quo ostẽditur, quod hic homo sine peccato erat, q. timor Domini expellit peccatũ, & iustus, quia sine timore homo non potest iustificari, celebratur, inquam, de dilectione vera ad proximũ, quia inquit Euangelista; Expectans consolationem in Israel, non solum particularem, sed omnium communem. De intẽtione etiam recta magnificatur, quia inquit, Spiritus S. erat in eo: quare, & rectus intentione, quia Spiritus S. effugit fictum. Ideo non immerito commendatur de intima mẽtis coniunctione cum Deo, quia habuit responsum non visurum se mortem, & in hoc cum Deo arguitur eius amicitia, quorũ est idem velle, & idem nolle, & idcirco de acceptatione à Deo extollitur, quia visio Christi fuit sibi concessa, & promissa ante eius mortem, ita quod id, q. multi prophetæ, & reges videre optarũt, nec fuit eis permissum videre oculis corporalib. huic est ꝓmissum primò, & demũ exhibitũ. Vlterius de cognitione laudatur, qa Euãgelista dicit, q. venit in spiritu in tẽplũ,

scilicet,

scilicet, hora qua Christus à matre ad tẽplũ ferebatur, venit inspiratione diuina, & reuelatione. Sed aduerte hic, q̃ cũ S. Simeon spiritũ haberet sanctũ, & responsũ accepisset de Christo visuro, q̃ Christũ natũ cognouit, & hoc, tã ex Magis inquirentibus in Ierusalẽ, q̃ ex reuelatione diuina, tñ ad ipsum videndũ nõ perrexit, quia sic Deus voluit, & ordinauit, vt Christi ortus debitè annũciaretur, & cognosceret loco, & tpe cõgruenti. Fuit n. primo agnitus in loco vili, s. in præsepio à pastoribus, & Magis: & deinde puer à Simeone, & Anna, in loco solẽni, & celebri. Vt q̃ Iudæi perfidi non agnouerant in humilitate in præsepio, cognoscerẽt saltẽ ex tãtis testimonijs in tẽplo Deũ esse, & hoĩem. Cõmẽdat Euangelista eũ de innocẽtia, & purgatione, quia Iesũ accepit in vlnis, qui cũ sit innocẽtissimus, & inhabitare dedigneturin corpore subdito peccatis, signũ est, (si permisit se à sancto sene in vlnis accipi) suæ innocẽtiæ purgationis à peccato & puritatis, & q̃ Spiritus S. purgauerat eũ. Vlti mò laudatur senex iste de gratitudine, & gratiarũ actione, & prophetiarũ reuelatione, vt dicetur: Ecce qualis fm Euãgelistam erat hic S. Simeon, cui virgo filiũ tradidit ad tenendũ in vlnis suis, & mànib. contrectãdũ. Quo viso vidẽdũ est, quid egit Virgo Maria Dei istinctu, & volũtate in hoc sene. Euãgeliũ dicit, q̃ accepit Iesum in manib. in quo actu libet intueri charitatẽ, & dilectionẽ B. Mariæ ad hoĩes, quia filiũ suum, quo nihil vtilius, dat homini. Et quid mirũ? Cũ ipsa esset tota charitate plena. Vide insuper ipsius liberalitatem, nunquid rogata dedit? Non: sed sponte obtulit filium. Aspice pietatem, quia pijssima nõ est passa, vt ipsa sola hr̃et cõsolationẽ de filio, sed aliis degustãdũ ipsa porrexit. Inspice misericordiã, quia hic senex angustiabatur videre Iesũ, Virgo Maria, vt misericordissima cõpatiẽs desiderio suo p̃buit ei filiũ. Vide prudẽtiã, quia soli dat Simeoni in vlnis, & nõ alijs, indicãs se agnoscere quid esset in sene. Attẽde Mariæ discretionẽ dato filio nõ statim reaccepit, sed vt discretissima tenẽdũ filiũ per tps ei benignè cõcessit. Respice B. Mariæ gaudiũ, lætitiã, & cõsolationẽ, cũ vir sanctus tñ de bono proximi gaudeat, vt de proprio. Maria spiritu cognoscẽs cõsolationẽ mirabilẽ, q̃ filius suus ingerebat S. Simeoni de hac gaudẽbat, lætabatur, & cõsolabatur. Quid ergo egit Maria benignissima? Inquit sacer Euãgelista dedit illũ Simeoni in vlnas suas. Vbi est reuerẽtia tua? vbi timor? vbi iustitia? vbi deniq; humilitas ò senex sancte? Cẽturio clamat se indignũ, vt intret sub tecto eius. Petrus, vt discedat ab eo, quia peccator est, & tñ tãta cõfidẽtia Dñm Iesũ in vlnis accipis? Accepit ergo puerũ Simeon in manib. & benedixit. Vbi vide, quid Iesus in hoc S. sene egerit. Et primo, purgatũ ab omni macula reddidit, & fortè in sua gr̃a cõfirmauit. Gratũ Dei exhibuit. Miracula, q̃ gesserat ipse Iesus in sene, & humano generi ab ispo pãdi, & fateri voluit, & idcirco, senex sanctus, iure dicere poterat, q̃a me creauit, sanctificauit, & gubernauit, iõ eũ dico Dñm.

Quia quietauit meũ desideriũ,& terminauit, quo appetebã ipsũ videre, tenere,& habere,iõ dico:Nũc dimittis,quia verificauit,q̃ ꝓmiserat mihi,& patrib.a lijs oriens ex alto,iõ dico: Secundũ verbũ tuũ. Quia fęderauit,ſ.Deo,nõ solũ me ipsũ,sed genꝰ humanũ,assumẽdo naturã humanã,iõ dico in pace. Quia illuminauit oculos meos, & ad quid?Certè Iesũ suscipiẽdo,iõ dico:Viderũt oculi mei.Quia liberauit à morte peccati,redimẽdo,iõ voco Iesũ:Salutare tuũ. Quia indicauit,vt ipsũ ꝓsequi deberẽ vnà cũ sanctis alijs,& iustis,idcirco dico: Quod parasti.Quia facilitauit me ad Dei magnalia indagãda,& speculãda,iõ est lumẽ reuelationẽ gentiũ,vt Dei magnalia possent cõtẽplari,& intueri.Quia glorificauit spe nõ solũ in sene,sed in plebe Israel. Ecce quid Maria egit in hoc S.sene.Ecce quid Maria agit in suis deuotis suũ dãdo filiũ, qui eos purgat,reddit gratos,Dei magnalia facit perorare,gubernat, & sanctificat,quietat,uiuificat,Deo fęderat,illuminat,liberat à peccato,& p̃bet eũ tibi in exẽplar oĩs perfectionis,infundit lumẽ, vt videat semitã diuinorũ mãdatorũ;demũ fiducia firma glorificat. Sic ergo apparet, q̃ hic senex,qui expectabat cõsolationẽ Israel,ipsam percepit, ac qualis esset ista cõsolatio ĩ se experiẽdo,declarauit. Quid ergo de Iesu,quẽ manib. tractabat cognoscẽdo eũ cõsolationẽ esse Israel,ex his, q̃ ĩ se de eo erat expertꝰ,& diuina reuelatione agnouerat,quid pãdidit, & quid dixit eũ esse?Certè pãdit,& dicit eũ esse cõfortatorẽ afflictorũ, quia ipse consolatio Israel,q̃ ipse expectabat.Excitatorẽ deuotorũ,quia ipsum ad bene dicẽdũ Deõ incitauit,& induxit.Generalẽ mundi imperatorẽ,factorẽ, & gubernatorẽ,quia Dñm eũ vocat. Veridicũ,impletorẽ,& terminatorẽ,quia ſm verbũ tuũ,inquit,ſ.egisti,& mihi,& aliis patrib. Mirificũ fęderatorẽ Dei,& hoium,quia in pace,ſ.nos posuisti. Gratificũ cordium cõsolatorẽ,& quietatorẽ,quia dimittis,ſ.me cõsolatũ,& quietatẽ.Deificũ illuminatorẽ,quia oculi mei,per te,aperti,ſiderunt tua deifica.Humani generis redẽptorẽ,& liberatorẽ,quia salutare est Dei nostri;nã ipse Iesus est saluator mundi.Reseratorẽ almificũ,quia in se dictã declarat perfectionẽ,veluti ĩ exẽplari perfectiſſimo, p̃parato ante faciẽ oĩum populorũ.Doctorẽ clarificũ, quia lumen est ad reuelationẽ gẽtiũ.Glorificatorẽ perfectiſſimũ,quia ad gloriã est datus plebi suæ Israel. Malorũ punitorẽ,quia positus est in ruinã.|Suorũ fidelium sublimatorẽ,quia in resurrectionẽ multorũ in Israel. Detestatorẽ omnis prauitatis, quia in signum,cui contradicetur. Viuificatorem nostræ mortalitatis,q̃ tuã eius animam pertransibit gladius.Fidei inspiratorem, & supernalium morituru erat,vt reuelentur multis cordibus cogitationes.Ecce qualẽ p̃dicat Iesum Mariæ filium S.Simeon. Pandit ergo hic sanctus mira de Mariæ filio,& ad Deũ laudãdũ oẽs inducit,nec nõ ad accedẽdũ eũ. Vis exaltari?Accede ad Christũ,quia Dñs,& quia ei seruire regnare est.Vis diabolicas insidias euadere perge ad eũ,quia ipse, quies est, & dimittit.

Totam

Totam fiduciam pone in eum, quia ipse te enutriet: faciet enim secundum verbum suum. Angustat te mundus? Ad Iesum, vt ad portum festina, quia te constituet in pace. Grauaris peccatis, & Deum offendisti? recurre ad Iesum, qui te in pace cum Deo patre ponet. Vis sapientiam æternam addiscere? Iesum roga, quia illuminator, facit te videre quæ cupis. Pœnitentiam habes exercere, & non vales? Iesum deprecare, vt dimittat, quia salutare tuum est. Viam rectam petis adire? Iesum quære, quem præparauit Deus pater ductorem tuum, & aliorum, quia ante faciem omnium populorum. De supernis quæris informari? pete Iesum, quia lumen est ad reuelationem gentium. In cœlesti gloria coronari? ama Iesum, quia gloria est plebis Israel. Malum agere non præsumas, quia Iesus est positus in ruinam multorum. Si cadas in peccatum ne diffidas, quia Iesus est positus in resurrectionem multorum. Tota mente prosequaris Iesum, quia tibi datur retributio multa. Aduersa patienter tolera, si tuam animam passionis Christi gladius pertranseat. Si scire optas, an Deum diligas, vide si Christum diligis, quia ipso reuelantur cogitationes de cordibus, an sint placitæ, vel acceptæ Deo. Sic ergo patet canticum, & verba Simeonis sancti. Vide insuper, quã magnum donum Maria huic sancto seni dederit. Si vis videre quàm sit magnum, cogita, quid egit hoc donum in ipsum Simeonem, quàm multipliciter commẽdauit, & quàm bonum est. Nota etiam, quod quia Beata Maria in pace erat, pacemque gerebat in manibus pacem triplicem huic venerando seni tribuit, videlicet, pectoris, temporis, & æternitatis. Nunc autem vidẽdum est, quid ex isto fructu à Virgine Maria nobis detur documenti; quæ sunt plura. Et primò, si cupimus Iesum ad nostrum mentis templum venire, eidem obuiam pergamus, vt S. Simeon fecit, præcipuè cum erimus expurgati à scelere fœdæ contagionis; vt Moyses purgato populo ascendit in montem obuiam Domino. Vigorati robore miræ perfectionis; vt Tobias. Illustrati lumine diuinæ sapientiæ: Viri sensati obuiabunt illi, Regulati tramite veræ iustitiæ; Qui timet Deũ faciet bona: Vsque: Obuiabit illi. Adornati opere castæ pudicitiæ: Prudentes virgines exierunt obuiam sponso. Fœderati munere sãctæ lætitiæ: vt turba, quæ vadit obuiam Christo. Et sic euntes obuiam, cum sit Iesus puer & infans, nec propriis gressibus feratur, seu pergat, eum portare debemus cum Maria, quæ dicitur amaritudo, & Simeone, qui audiens mœrorem interpretatur. Et in templo inueniemus non solum semel ibi accedendo, sed toto itinere vitæ præsentis in nostris brachiis eum feramus fide feruida, spe viua, charitateque perfecta. Et sic habitabimus in Ierusalem, quæ visio pacis nũcupatur, quam pacem angeli nunciarunt (Christo nato) Iesus dedit in vita discipulis, & post resurrectionem. Sancti nos habere exoptant. Qua specialis sit locus Dei. Ad quam hortatur Apostolus dicens: Quæ pacis sunt sectamini. Et insuper

Tob. 11. *Eccle. 20* *Eccle. 15.* *Mat. 25* *Ioan. 12*

Luc. 2. *Ioan. 15.* *Ioan. 20* *2. Ma. 1* *3. Reg. 5.* *Rom. 14.*

quæ sunt pacis inductiua, teneamus; quæ quidem in sancto fuerunt Si-
Isai. 48. meone, videlicet, vt diligat. A peccato abscedat, non est pax impijs. Di-
Iob. 9. uinæ voluntati per oīa se conformet, & subijciat: Quis resistit ei, & pa-
Isa. 47. cem habuit? Confessioni peccatorum insistat: Creaui fructū labiorū pa-
cē. Iustitiam teneat: Erit opus iustitiæ pax. Mundum despiciat, & cōtē-
Isai. 42. nat: Israel in deserto accepit sabathum, sed Ægyptij muscarū multitu-
dine affliguntur. Mansuetus consistat: Mansueti aūt hereditabunt terrā,
& delectabuntur in multitudine pacis. Ociū pro posse fugiat, & labori
Luc. 10. instet moderatè, quia aliter aufert pacē, quia Martha circa multa occu-
Prou. 18 patur. Occupationes inutiles à se remoueat: Qui se iactat, & dilatat iur-
gia concitat. Sensus proprios diligēter custodiat: Discipuli ostia habe-
Ioan. 20 bant clausa, qñ pax eis à Dño impartitur. Orationi assiduè instat, & in-
tendat: Si diluculo consurrexeris ad Deū, & omnipotentē fueris depre-
Iob. 8. catus, mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatū red-
det habitaculū iustitiæ tuæ. Postremò studiū scripturæ libēter accipiat:
Pax multa diligentibus legē tuā. Sed non tm prodest obuiam ei occur-
rere, quantū eū in vlnis recipere, & tenere, videlicet, amore, & timore,
ista sunt duo brachia. Vel intētione sancta, & operatione recta. Et dū in-
sistimus, vt Deū habeamus, non ab alio quæramus, quā à sola B. Virgi-
ne, q̄ eū in brachiis tenet. Et sic cū habuerimus à Virgine beata Dñm
Iesum, tūc oriet in nobis, & in aīa nostra pax pectoris, quia Deo semp
iniungitur. Tpis, quia nullis aduersitatibus concutitur. Æternitatis, qa
pro certo promittitur, & cōceditur. Et tunc valebit vnusquisq; nostrum
dicere. Inueni quē diligit aīa mea, & cū Simeone: Nunc dimittis seruū
tuū in pace. Qua pace existente in aīa, ipsa tranquillatur, ordinatur, di-
uinæ legi subordinatur, recreatur, roboratur, adiuuatur à Deo, opera-
tur recta, visitatur cōsolationib. diuinis, illuminatur, & quietatur, & sub
arrhatur de pace futura æternitatis. Sed p̄ cūctis irradiatur, patet in isto
S. Simeone, cuius oculos internos illuminauit, vt Dñi mirabilia cogno-
sceret, facta nō tm in profundo, i. in seipso, sed ēt in supremo, s. Iesu, cu-
ius deitatē agnouit. Et ēt in medio, i. Dei genitrice Maria, q̄ agnouit es-
se Dei matrē, qa Iesu, dominā mūdi, quia eius filius Dñs est. Oī pace trā-
quillatā, quia q̄ Iesus fecit in ipso, egit, & in matre. Illustratā, multo for-
tius, q̄ ipsemet. Iucundatā pace, & lætitia tāti filii. Ab oī creatura ada-
matū, quia peperit saluatorē. Iesu summè cōiūctā, quia aīam Marię gla-
dius passionis pertransijt, q̄ ex copulatione intima euenit. Iesum imita-
tā, quia Christus est positus, Mariæ, & fidelibus in signū imitationis, sed
nō reprobis, quib. contradicetur. Spiritu prophetico verē fęcundatā, nā
q̄ ipsa cecinit filiū deposuisse potentes de sede, & exaltasse humiles. Si
meō dicit esse verū, quia positus est Iesus suus filius in ruinā. Ecce depo
suit. Et in resurrectionē multorū. Ecce exaltauit humiles. Colūnā nāæ
fidei firmatā, qa etsi gladius passionis aīam ptrāsijt ī morte filii, sola in

fide

fide permãsit. Aureolę pręmio coronatã, cum pręmiũ sit aureola, & ipsa plus passa quàm alij consequenter sequitur, quod pulchrior, preciosior, & excellentior sit eius aureola præ omnibus aliis. Sed circa B. Mariam pandit hic inter alia, esse habituram magnum dolorem, & dicit Damascenus, quod dolor, qui in partu abfuit à Maria sibi in passione infuit. Quo datur intelligi, quod quandiu in præsenti vita sumus gaudia doloribus immiscentur. Ex dictis ergo in hoc fructu apparet, quomodo intelligitur hic fructus: *Maria pacem indidit.* Ipsa enim filium dãdo, qui est pax vera, pacẽ indidit sancto seni Simeoni, cui ipsã dedit. Et tandem documentum habemus si cantica sanctorum velimus piè persoluere, primo eos imitari conemur, vt ipse Deus ex eorum imitatione nobis sensum canticorum aperiat, quem ipse talibus infudit præfatis concinentibus.

FRVCTVS QVARTVSDECIMVS.

Fructus xxxviij.

Maria Anna fatur.

EXPOSITIO BREVIS.

OMNIS ætas, & creaturę conditio, sicut Christo nascenti testimonium perhibet, sic & sexus. Anna, Iesu & Mariæ aduentu diuino spiritu afflata præ solito Iesum esse Christum Messiam, & Redemptorem Israel piè declarando, Mariam matrem, & filium dignificè extollit, & laudat.

EXPOSITIO MAIOR.

VIS, & efficacia diuina, sicut in condendo genus humanũ vtrunque sexum faciendo se bene diffudit, etsi masculum perfectiorem creauerit fœmina. Sic & in reparando, cũ vtrunque peccasset ad vtrunque bona sua transmisit virtutis. Cum enim ipse personarũ acceptor non sit, & creaturam rationalem ab ipso conditam ad beatitudinem, diligat, naturã humanam assumendo, etsi in sexu virili, de muliere tamen ipsam suscepit, vt vterq; sexus dignificetur, & nobilitetur homo in Christo, & mulier in B. Maria. Et quia pro amborum salute carnem nostram assumpserat, vt vtrumque redimeret, & vtrumque suã incarnatione exaltaret, erat decens, & dignum, vt ab utroq; sexu de descensu ad nos benigno carnis assumptione testimonium ad nos haberet, vt ab vtroq; saluator,

redemptor,& liberator Mariæ filius esset,& censeretur. A viro in persona pastorum,& Magorum, ac sancti senis Simeonis habuerat testimonium de sua humanitate,& deitate. Voluit etiam habere hoc idem,& à muliere. Erat quippe dignum,vt sicut creaturæ intellectuales,& naturæ sensibiles, & insensibiles sua acclamatione Deum ipsum attestatæ sunt,sic homo in vtroque degens sexu. Sed quia testimonium mulierũ non multum efficax in iure habetur, nisi talis,vt eius sanctitas singularis appareat apud omnes,quare sicut Iesus pro suo tabernaculo sanctiorem in incarnatione habere inter mulieres voluit B.Maria, de qua carnem assumeret : sic ad testimonium sibi redddendum, quod esset verus Deus,& homo magis probatam, & sanctam, ex omnibus filiabus elegit Israel,videlicet Annã filiam Phanuelis, ætate maturam,gratia plenam,Deo acceptam,& virtutibus decoratam. Cuius insignia,Lucas euangelista narrans commendat multipliciter ipsam, eamque dicit acceptam Deo,quia Anna,quæ gratia interpretatur, & quia Deus nouit creaturam suam,& quid ei debet pro futuro conferre,qui hanc sibi placitam gratiam iufundendo facturus erat; ideò nomen sibi voluit imponi,vt ex consideratione nominis,quid esset,declararetur, & per consequens,quantum ei accepta. Ideò tanquam gratam Deo de impẽsis extollit. Ex quo enim non discedebat de templo signum erat, quod Deo de collatis beneficiis quantum posset gratias ageret, ideò Anna adhoc ostendendum,respondens interpretatur. Laudat pariter tanquam prõptam ad Deo parendum. Seruiebat(dicit euangelium) Deo,quare prõpta ad exequendum,sibi à Deo iniuncta,vt Abraham. Magnificat etiã ipsam tanquam largam;eleemosynis,& probatam, etsi decimas,& primitias daret cum Tobia templo,aliis verò pauperibus pia erat, & larga. Vnde in huius signum donans,& largiens interpretatur. Pariter etiam præuentam à Deo pluribus gratijs, quod declarat nominis interpretatio,quia Anna donatio à Deo facta est,& de suis domis,& muneribus ipsa interpretatur. Quemadmodum etiam contemplantem,& motus sensuales coercẽtem, tanquam à Deo de futuris illuminatam,quia prophetissa;de qua in sacro eloquio fit mentio sicut,& de aliis,nempe prophetissa fuit soror Moysi,Debbora, Anna mater Samuelis, Holda, Elisabeth mater Ioannis,& hæc sancta mulier. Quo datur intelligi, quod ad instar præcedentium hæc Anna à Deo fuit illuminata,quia ab Euangelista prophetissa appellatur. Quam etiam commendando appellat visitatam à Deo,visitationibus,& consolationibus,quia erat de tribu Aser,qui diuitie,vel beatitudo interpretatur,vt declaret,quod diuinæ consolationis diuitiæ, & beatitudo, quoad consolationem in ea fuerunt. Nominat etiam ipsam Euangelista vero coniugio matrimonij alligatam, quia stetit in sacramento matrimoni septem annis cum suo viro:deinde, vita famosam, & diuulgatam propter antiquam canitiem

1.Reg.2.
2.Re.22
Luc.2.

sanctis

ſanctis operibus,& moribus regulatam,quia in diebus multis proceſſe rat.Commendatur etiam tanquam Deo dicatam,& carnem macerantem,vt ſubderet eam ſpiritui,& rationi,quia dicit: Vacabat ieiuniis. Et vt intentam aſſiduis deprecationibus,quia dicit, & orationibus, vt vellet eũs viſitare incarnando plebem ſuam. Poſtremò commendatam facit tanquam diuinis præceptis,& voluntati per omnia mancipatam, quia inquit Deo ſeruiebat,non die ſolo,vel nocte,ſed die ac nocte. Ecce qualis fuit hæc Anna à Deo electa, & ordinata, & ſpiritu prophetico imbuta,vt Ieſu filio Mariæ,& matri teſtimonium daret, quæ omnia in ſuo euangelio Lucas euangeliſta recitat,Spiritu ſancto plenus. In ipſa denique hora,qua puer Ieſus ductus ad templum offerebatur à matre, ſuperuenit hæc ſancta mulier. Vbi libet intueri,quod non caſu,vel fortuitu ad templum acceſſit,ſed à Deo inducta, & impulſa Spiritu ſancto,vt Chriſtum videret,& matrem,& teſtimonium dignum daret. Si enim Simeon in ſpiritu venit in tẽplum, pariter,& hæc ſancta mulier. Inſuper cũ hæc eſſet prophetiſſa proculdubio hoc,reuelatione cognouit diuina. Sed cur Simeon,& hæc ſancta mulier ſuperuenerunt in tẽplum? Certè vt Deum viderent incarnatum, & per cõſequens ſumma conſolatione lætificarentur;nec nõ, vt ipſi Deo de tanto beneficio gratias agerẽt,& vt cunctis quid eſſet Ieſus infans, & paruus Mariæ filius, in templo præſentatus per ipſos declararetur. Et inſuper ſicut Chriſtus in vita habuit teſtimonium de ſuo ortu ab aliis creaturis ſic & ab homine, & hoc in omni conditione: quia à pauperibus, & ſimplicibus paſtoribus:à prudentibus,& diuitibus Magis:ſic & ab omni ætate,à pueris innocentibus pro eo gladio nequiſſimi Herodis morientibus:ab hominib. mediæ ætatis, vt à paſtoribus,demũ à ſenibus,ſcilicet Simeone, & Anna, quæ nec ante, nec poſt ductu Spiritus ſancti venit in templum in illa hora, vt ſuſciperetur Chriſtus ab his duobus ſenibus,& ipſi teſtimonium daretur:quia credendum eſt, quod ſtatim facta Chriſti præſentatione Maria cũ filio propter Herodem de templo deceſſit,quare ſi poſt veniſſet forte eum non inueniſſet. Dum ergo actualiter puer Ieſus à parentibus induceretur,vt facerent ſecundum legem pro eo,tàm à Simeone, quàm ab Anna præſentialiter exiſtentibus teſtimoniũ de ſua deitate datum fuit,vt in ore duarum famoſarum perſonarum antiquarum Simeonis,& Annæ, ſtaret omne verbum veritatis. Et ob hoc ſuperuenit in illa hora. Et ſubdit Euangeliſta, quod ipſa nõ tardauit,ſed ſtatim in laudem prorupit,vt quod mente perceperat,& affectu guſtauerat,verbo depromeret,& voce cantaret. Ideò inquit Euangeliſta:Confitebatur Domino,videlicet,confeſſione clara,aperta,& veriſſima laudes Domino depromebat,deitatem Ieſu Mariæ filij,& matris ſuæ excellentiam prædicabat,& referebat toto corde, pleno ore,& deuotione feruida,& dicit Euangeliſta, quod loquebatur de illo, ſcilicet Ieſu,

cet Iesu, non vni soli, sed omnibus, quo innuitur, ad quem amor istius sanctæ vetulæ iam accesserat. Certè ad Iesum: quia amans de amato, & dilecto libenter loquitur. Loquuntur mundani de mundialibus Philosophi de scientialibus, causidici de legalibus, artistæ de agibilibus, sed certè hæc sancta vetula, nihil aliud promebat (teste Euangelista) nisi hoc verbum Iesus Mariæ filius, per quē facta sunt omnia. Quo illustrati sunt prophetæ, patriarchæ consolati, discipuli inferuorati, angeli illuminati, pastores informati, reges subiugati, praui confusi, dæmones effugati, martyres coronati, & fideles pro via ad patriam declarati. Talibus ergo hæc sancta mulier proferebat de Saluatore, nec omnibus loquebatur, quia non lubricis, & carnalibus, non ambitiosis, & superbis, non crudelibus, non iracundis, non mundo deditis, quia tales non quę runt redemptorem, sed expectantibus salutem Israel, quia hic Dominus noster, Deus noster, legifer noster, rex noster, saluator noster, & redemptor Israel Ipse est Dominus virtutum, & rex gloriæ, quare non cō temnendus, sed honorandus, non odiendus, sed amandus, non spernendus, sed imitandus, non despiciendus, sed venerandus, adorandus, prædicandus, laudandus, & super omnia exaltandus; ratio quia redemptor est Israel. Quo verbo hæc sancta mulier mira exprimit de Iesu B. Marię filio non à se loquens, sed à Spiritu sancto mota. Et quę sunt ista mira? Dico, quod Iesum dicit esse Deum verum, & hominem, & eius confitetur deitatem, & humanitatem redemptorem nominando. Ratio quia talē redemptionem non poterat facere nisi Deus, nec debebat nisi homo, Iesus ergo faciendo nostram redemptionem Deus fuit, & est, & verus homo. Insuper omnipotentissimum, coniungendo infinitum finito, & se faciendo hominem, qui effectus solius Dei omnipotētiæ attribui debet. Dicit etiam eum sufficiētissimum, quia precium exsoluit infinitum ratione offensæ generis humani. Appellat eum beneuolentissimum, quia non nostris meritis, sed demeritis, & sua beneuolētia sola, pietate, & clementia redemit nos à maledicto legis. Vocat eum veracissimum, quia quod sanctis Patribus promiserat se redempturum Israel opere adimpleuit. Declarat eum esse iustissimum, quia cum verbo solo, & potentia absoluta peccatum posset dimittere, verum vt iustissimus cum satisfactione hoc exercere voluit. Dicit eum humillimum, quia in tantum est humiliatus, & inclinatus, vt in carcerem carnis nostræ descenderet, & nostram salutem, & redemptionem operaretur. Prędicat sanctissimum: ex quo enim fecit nostram redemptionem Deo fuit gratissimus, & acceptissimus; nec immerito, cum ex primo esse habuerit omnem plenitudinem deitatis. Extollit eum tanquam prudentissimum, & sapientissimum, cum tanta sapientia peregerit nostram redemptionem, si consideretur initium, medium, & finis talis salutis, & redemptionis. Nominat eum vigorosissimum: talem enim redemptionem exequendo à diabolo

solo genus humanum liberauit,& redemit,qui nos captiuos detinebat ex peccato Magnificat eum efficaciſſimum,& viuaciſſimum, quia redemit nos mortuos à morte peccati redimendo, & reducendo ad ſtatum, & vitam gloriæ. Tandem pandit eum glorioſiſſimum; ipſe enim ſolus victor,& glorioſus de noſtra redemptione triumphum habuit,& reportauit,ac generis humani redemptione facta, deinde ad gloriam electos euexit, & conduxit. Sic ergo pia vetula prophetando nominat redemptorem Ieſum filium Mariæ. Sed nunquid hæc ſancta mulier in laudē prorupit B.Mariæ? Reſpondetur quod ſic. Etſi Euangeliſta non dicat. Ratio huius eſt,quia ſi ante, iſta Spiritū ſanctum habebat quoad dona credendum eſt interceſſione Mariæ aſſiſtentis,à filio ſuo fuiſſe vlteriori modo gratificatam. Quod patet,quia præ ſolito fuit illuminata,cum cognouerit filiū Virginis verum Deum eſſe, quare & gratia ampliori cumulata. Quo poſito dicēdum proculdubio dixiſſe Mariam omni gratia repletam,ſuper omnes a Deo amatam,quæ talem, ac tātum genuit redemptorem,ideò dicit Euangeliſta. Confitebatur Domino. Aduertēdum tamen,quod etſi Anna Samuelis,& Anna Tobiæ fuerint ſingulares,iſta gratia,vita,& prophetia eas exceſſit. Commendatur de viduitate Iudith,ſed hæc ſanctior apparet ex dictis. Sed quomodo intelligitur quod dicit hic fructus. *Maria Anna fatur?* Reſpondetur,quod ſicut voce Mariæ Eliſabeth percepta exclamauit, ſic & hæc ſancta Anna præſentia Ieſu,& Mariæ habita,& viſa,fatur,& loquitur. Inſuper,quia Maria tulit Ieſum ad templum,& ipſa loquebatur de illo, Maria pergens, aſſiſtens,& tenens Ieſum corā ea poteſt dici cauſa talis locutionis. Nec non etiam,quia ipſa locuta eſt de filio Mariæ explicitè, & implicitè; de Maria implicitè per iam dicta eſt mirabiliter effata. In interceſſione enim & meritis Mariæ ſpiritus ampliatus eſt in ea,quo plena locuta eſt,quare propter merita Mariæ,& interceſſionem Anna fatur. Sed quod documentum præbetur a Maria, & filio ex geſtis in hac ſancta vetula nobis ad ſpeculandum? Certè multa. Primò, quod Deo ſeruire libenter debemus, ſi cum ſancta hac vidua Ieſum,& Mariam videre deſideramus. Et Deo grati eſſe debemus cum ſancta vetula,cui præter gratiam primo datam Maria præbet & filium. Quod caro eſt maceranda,vt ieiuniis affligebat ſe filia Phanuelis,& in hac deuotione perſeuerare libēter ad templum Dei accidendo: cum duo vitam reddant laudabilem, & Deo acceptam, carnis maceratio, & oratio, vt angelus oſtendit Tobiæ: & hæc ſancta vidua fecit, quæ ieiuniis, & obſecrationibus occupabatur. Et ſi tuti eſſe cupimus a iaculis tentationum diaboli remedia ſunt hæc,oratio,maceratio carnis,& non diſcedere a templo, vt Anna faciebat, imò in opere bono incepto perſeuerare die, ac nocte, & hoc ſignum erit aduentus Ieſu in anima noſtra, quando laudes perſoluerimus diuinas, mente, corde, & voce magnificando

Deum

Deum, vt hæc sancta vetula faciebat, cuius vestigia imitari debemus, quia sic erimus filii Phanuelis, ideſt, videntes Iesum Mariæ filium excolendum a nobis summa deuotione, vt Magi, & pastores in præsepio: & Simeon, & Anna in templo. Et sic videbimus Deum Saluatorem nostrum hic in via per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

Finis tertij libri.

DE VITA B. MARIAE VIRGINIS DEIPARÆ Liber Quartus.

IN QVO EAM, IVXTA QVARTAM eius nominis interpretationem, mare amarum fuisse demonstratur.

FRVCTVS IN HOC QVARTO Libro contenti.

Maria prauos timuit.
Maria regnum petiit.
Maria Iesum detulit.
Maria Iesum reperit.
Maria mira respicit.
Maria Christo paruit.
Maria pati conspicit.
Maria verbum accipit.
Maria Iesum recipit.
Maria gens mulctatur.
Maria nutrix datur.
Maria conturbatur.
Maria dominatur.
Maria nuptiatur.
Maria commendatur.
Mariæ dolor datur.
Maria eneruatur.
Maria tumulatur.
Maria turbam conuenit.

FRVCTVS PRIMVS

Fructus xxxix.

Maria prauos timuit.

EXPOSITIO BREVIS.

PERSECVTIONEM Iesu parante Herode, Ioseph nutu præmonitus in somnis diuino, puerum Iesum cum matre eius Maria ad Ægyptum deducit. Patientiæ fructum plurimum esse in persecutione indebita, Iesus, Maria, & Ioseph concorditer acclamantes.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

IESV Redemptore nostro in templum præsentato à matre, & à senibus, Simeone, & Anna deuotissimè collaudato, ac ritè, quæ secundum legem erãt fienda peractis, Lucas Euangelista testatur ipsos in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth reuersos. At quæ scribit Euangelista, q̃ puer Iesus crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat cum illo, de quo est sermo fructu 40. & quomodo gratia, & sapientia creseceret, ibi declarabitur. Sed pro materia fructus præsentis videnda, est sciendum, quod veri magistri, cum sit prius facere, quàm docere, quia non auditores legis, sed factores iustificabuntur, hinc est, quod Iesus Mariæ filius, omni sapientia plenus, & supremus magister, ac doctor, vt virtutem patientiæ vnà cum matre fidelibus ad imitationem ingereret, ipsam statim post præsentationem in templo, & eorum ad Nazareth persecutionem diri Herodis, & ad Ægyptũ accessu sumentes, accipiendam ab omnibus fore ostendit. Persecutio enim diaboli instituta ab iniquo Herode regnante pro tunc in Iudæa, puero Iesu, & matri intendente neci, ad nihil vacat aliud, quàm vt eum inuentum extinguat. Idcircò exarsit ira ipsius Herodis, & pectus apprehendit inuidiæ liuor, & nihil eum sinit cogitare, nisi, vt morti tradat Dominũ natum. Quid fecit tibi miserrime hominum, impiè crudelis, & dire tyranne, Herodes inique, puer Iesus? Accepit ne tuum regnum? Non, quia regnum suum non est de hoc mundo. Lacessiuit ne te verbis? operibus ne offendit? Cur ergo ad ipsum persequẽdum sic incitaris? Non aliud fuit certè in causa, nisi quia iniustus, immitis, superbus, iniquus, corã Deo, & hominibus esses, cum de ortu mansueti, & humilis, ac sancti sanctorum, minimè poteras lætari. Quomodo poteras tu scelestissime de ortu Iesu gaudere? Non enim contraria simul iunguntur, aut dissimile, simili; idemque iustus non censetur, & impius peccator. Non vis in tuo regno temporali residere eum? in suo te non permittet manere æterno. Quid ergo ò beate euangelista dicis? & ad quid contemplandum inducis, nisi Herodem, & Iudæos nobis obiicis? Peractis circa Iesum adoratione Magorum, & in templo à Maria præsentatione, dum essent in Galilæa angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Accipe puerum, & matrem eius. Vide quis mittitur? quia angelus Domini, vt qui fuerat nuncius incarnationis eius ad Virginem declaratione virginitatis Mariæ ad Ioseph, annunciationis natiuitatis pastoribus, ipse fieret euasionis ipsius de manu impijssimi Herodis. Angelus Domini bonus, licet etiam angeli mali sint Domini effectiuè, creatiuè & possessiuè, quia,

uè, quia creaturæ Dei, non tamen sunt Domini subiectiuè, & gratiuè. angelus Domini mittitur, vt qualis sit declaretur. Angelus Domini apparuit; vt ex eo quod Domini, quod panderet verissimè crederetur, & certum. Sed quomodo apparuit? Inquit: In somnis. Non vbi vires corporeæ supprimuntur, & animæ potentiæ ligantur, & consequenter inhabiles ad affatus angelicos reddũtur: sed in somnis, vbi etsi corpus quiescit, anima tamen in suo intellectu, & mente viget. Non apparuit in vigilia, sed in somno, quia in vigilia animæ, & corporis vires, dum circa sensibilia occupantur, ad percipiendum diuina inhabiles reddũtur. Quo datur intelligi, quod reuelationes diuinæ fiunt magis hominibus separatis à sensibilibus, quàm circa talia intentis. Moyses diuinam intrans caliginem, Elias in mõte Horeb, Ezechiel electus, Paulus raptus, Ioannes Euangelista in spiritu audiunt, & vident arcana, & visiones Dei. Sic & in somnis sequestrato à sensibus, & sopito Ioseph angelus apparet, & Dei reserat voluntatem. Sed cui angelus apparet? Certè Ioseph, cui fit sermo Domini, quia Ioseph, qui quotidie crescit de bono in melius, de virtute in virtutẽ, qui iust⁹, sanctus est, & rectus, & diuinæ voluntati per omnia concors, conformis, & subiectus. Quo datur intelligi, quod iustis, & Mariæ sponsis, ideſt, per omnia conformibus fiũt reuelationes diuinæ, & angelici affatus, & consortio fruuntur angelico. Sed magnæ fidei signum in Ioseph ostenditur, quia vt fidelis, contẽtus est de affatu angelico sibi in somnis solum facto, & non in vigilia, à cõditionibus Iudæorum recedens, qui signa exteriora petebant, interiora non acceptando. Quid huic iusto, & sancto loquitur angelus? Surge, inquit, accipe puerum. Aduerte verba singula, & attentè cogita in eis contenta. Surge. Hoc idem dixit Danieli, & Petro, & à te somnum disijce, torporis, & omnis ignauiæ, & pigritiæ. Surge, dispositione, præpara te ad diuina mandata intelligenda, & perficienda. Surge noli timere exequi, quæ tibi iniungam. Surge, quia sic est Dei voluntas. Sed quid surgendo accipere debes? Accipe puerum, & matrem eius. Puerum omni munditia, & puritate pleniſſimũ. Accipe puerum, cuius puritas te purificet, & adornet. Accipe puerũ filium altissimi Spiritusancto natum, & ex tua coniuge, & tot miris Deũ esse mundo, & tibi manifestum. Accipe puerum à Deo Israel promissum, & destinatum. Accipe puerum non dicit filium tuum, quia de ipso non fuerat, sed de Spiritu sancto natus. Non solum hoc agas, vt accipias puerum, sed, & matrẽ eius Dei genitricem. Accipe matrem, quia ipsa sine filio non vult esse, nec filius sine ea. Puer præmittitur matri, quia Herodes puerum quærebat, non matrem, & ratione pueri præceptum fiebat Ioseph. Præponitur puer matri, & præmittitur, quia Deus creaturam præcedit. Insuper non puer propter matrem, sed mater propter puerum magna facta est, & salutem obtinuit. Nec vocat B. Mariã, vt ante partum vocarat, sed cõ-

iugem

iugem suam, sed pueri matrem, vt virginitas Mariæ declaretur, quæ, etsi viro sit coniuncta matrimonio, & mente, non tamen carne, ad ostendendum verum matrimonium inter Ioseph, & Mariam, vocauerat angelus Mariam ante coniugem ipsius, nunc verò ad ostendendum eius illibatissimam virginitatem, & nihil habuisse carnalis commixtionis cũ ea, nec aliquid in generatione Iesu, se habuisse Ioseph, non coniugem dicit suam, sed pueri matrem. O quale munus tibi confero, quia tibi Iesum puerum accipiendum impero, & matrem, sanctiores, & meliores omnibus aliis, & Deo gratiores, & acceptatiores. O qualem societatẽ tibi assigno. Accipe puerum, vt te lætificet, sustenter, & tuam senectutẽ gratificet, & conseruet, cuius aspectus tibi sit ad gaudium, eius coniuctus ad solamen, & eius famulatus ad tuum magnum sit cumulum meritorum. Accipe etiam matrem mansuetissimam, humillimam, & gratiosissimam, tibi per omnia parentem, te sua loquela instruentem, reficientem, & de cœlestibus informantem. Quod tibi mando proficiendum his, & ipsorum consortio, omnia iniungũtur agmina Deo famulantia, & hostiles insultus Dæmonum ab his proculdubio fugiũt. Sed hic oritur dubiũ, cur potius mittitur Ioseph cũ puero, & matre in Ægyptum, quàm in alias partes? Respondetur, vt cultum idolorum diuinitati contrarium, qui in Ægypto maximè increuerat, extirparet, vt dictum Prophetæ, in ipso completum ostenderet: Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur simulachra à facie eius Fertur enim ea nocte, quo puer cum matre Ægyptum intrauit, ea Dei præcepto, & auxilio Israel populus electus exiuit de Ægypto. Et sicut in exitu populi non fuit domus in Ægypto, in qua primogenitus non iaceret angelo percutiente mortuus, sic puero cum matre in Ægyptum ingrediente non fuit templum, in quo idolum non corruerit. Et hoc præsagio idolorum cultum remouẽdum fore in posterum à terra ipsa Ægypti, vt terram Ægypti sua medicina sanaret. Prædixerat enim Isaias Dominum percussurum Aegyptum, ac postmodum medelam illaturum dicens: Percussit Dominus Aegyptũ plagis multis: vt habetur Exodi pluribus capitulis, ante egressum, & in egressu populi Israel de Aegypto. Quare secundum Chrysostomum recordatus Dominus plagarum illarum, misit illuc filium suum, vt dictas plagas vna medicina sanaret. Sed quomodo, ostendit Augustinus in quodam sermone dicens: Moyses aliquãdo in Aegypto perfidis clausserat diem, illuc Christus aduenies sedentibus in tenebris, reddidit clarissimam lucem. Fugit in Aegyptum vt illuminaret, non vt timeret, fugit non formidine, sed pietate. Nam occultatur infans, vt in Aegypto sancta maiestas regnet in mũdo. Vt suã misericordiam declararet, nam eius inimicos non abijcit, sed ad misericordiam suscipit, quin sua, & matris vi sitatione requirit. Aegyptus Domino rebellis cultu, & moribus,

Isai. 19.

Isai. 19.

à Chri-

à Christo tamen non respuitur, imò sua grata præsentia pariter & matris visitatur. Fugit in Aegyptum, vt quid agere velit in posterũ, demõstraret, Iudæam deserendo, & se ad gentes, ad quas ingreditur conuertendo, pariter in Aegypto fugit, vt quid esset futurum sua prouidentia referaret: plus enim in Aegypto Christiana viguit religio, quàm alibi. Chrysostomus dici, si quid nunc ad Aegypti veniat solitudines, paradisus prorsus omnem videbit eremũ digniorem, quia Aegyptum Anachoritis, veluti cœli astris furit adornata. Postremo fugit potius in Aegyptum, vt peregrinatione pueri Iesu, & matris Mariæ in Aegypto patesceret nos quandiu in tenebris huius incolatus vitæ miserrimæ peregrinamur, donec ad lucem veram, & Israeliticam terram paradisum reuertamur. Voluit etiam diuina maiestas quod ambo simul mater & filius illuc accederent, nec vnum sine alio, hac, reor, ex causa, quia filius puer erat, & matris auxilio indigebat, cum esset verus homo nobis per omnia similis, vt similitudinem perfectam inter filium, & matrem foret, quia similia, similibus gàudent, ac etiam vt ostenderet, quod Maria genuit Iesum Christum, ideſt præsentia Mariæ gentes per Aegyptum, & peccatores signati, qui per Iesum salutem consequũtur. Quid etiam in nobis vellet, quia nihil aliud à nobis petit, nisi duo. Vt agnoscamus nostra delicta cum amaritudine in Maria, & deposcamus nostram salutẽ in Dominum Iesum. Et hoc etiam, quod sine matre filius nõ habetur, sic salus sine Iesu non habetur, nec obtinetur. Sed cur de fuga eum inire voluisti? Hoc petimus à tua nobis prouidentia declarari. Hoc inquã factum est, vt eo vera humanitas, inquam, hoc fieri voluit; puerũ Iesum fugam inire, cunctis hominibus ostenderetur. Quo enim ad diuinã naturam fugere non poterat, quia vbique est, fugiendo ergo se habere humanam naturam euidenter ostendit. Deinde, vt eius sapientia approbaretur. Multoties quis fugere simulat, vt hostem facilius vincat, vt patet de Iosue, & de filiis Israel, qui hoc modo hostes prostrarũt. Sic, & Iesus fugit, vt fugiendo Herodem vinceret, & milites acquireret. Vlterius, vt eius fuga nobis exemplum fugiendi præberet, aliquando enim fugere est prudentiæ, vt admonet saluator: Cum persequentur vos in vna ciuitate, fugite ad aliam. Aliquando est cautelæ. Sunt enim vitia, quæ fuga amouentur. Fugite fornicationem, inquit Apostolus. Aliquando est cõpassionis, sicut dum fugimus à facie malorum, ne occasionem præbeamus eis peccandi. Sic Elias fugit à facie Iezabel. Aliquando est dispensationis, vt dum sentit se infirmum declinat pericula. Astutus vidẽs malum absconditus est. Insuper fugit, vt officium redemptionis nostræ in eius exordio iàm inciperet, hoc actu exteriori persecutionis ab iniquo Herode immissæ, quæ ad nostram redeptionem plurimum profecit. Fugit etiam, vt hac fides, & patientia Mariæ matris Iesu, & Ioseph

Iudic. 20

1. Cor. 6.

3. Reg. 19.

continentia excitaretur. Postremò, vt documentum nobis ex fuga Iesu, & matris daretur; quod si fugamur ab aduersariis, non turbemur. Christus quasi adhuc in cunabulis fugit hostis sæuitiam, & exulat, & tamen contra Herodem sæuientem in iram non exardescit. His ergo causis voluit Deus, cuius prouidentia cuncta gubernantur, Iesum & matrem fugere in Aegyptum. Sed cur Domine voluisti puerum tolli à Ioseph, & ad Aegyptum cum matre duci? Hic Deum agnoscere futura certissimum accipitur argumentum. Vidit enim, quod futurum erat, ac de opportuno remedio prouidit. Simulque, quod mundus diuina prouidentia regatur, ac sancti à malitia hostium custodiantur. Hinc Iesus, & mater à manibus reseruantur impii Herodis. O quanta differentia est inter quærere Magorum, & Herodis. Illi quærebant, vt adorarent, Herodes, vt perderet, & necaret. Illi inuentum adorarunt, hic diu quæsiuit, nec vnquàm inuenit, nec neci, vt optabat suppositi. Fugit ergo Ioseph cum Iesu ad Aegyptum, vt cunctis clareat eum venisse ad repellendas tenebras peccatorum. Ad Aegyptum pergit miseratus Aegyptiis, & quos aquis olim obruit, nũc aqua suæ gratiæ perfundat, vt mortui peccato, sint in ipso per gratiam viuentes. Terra olim promissionis vocata à Christo Iesu repudiatur, & Aegyptus eligitur, quia vetera proiicienda, nouis superuenientib. & quæ primò proxima erant facta sunt Christo aduenìente à salute longinqua, & quæ a longe facta sunt propinqua. Aegyptus olim repudiatus, nunc eligitur, & Iudæa electa nunc despicitur, quia in ruinam venit Iesus plebis Iudaicè, & gentium, vt dicit Simeon. Quid igitur sequitur videamus. Qui consurgens accepit puerum, & matrem. Vbi vide præparatam obedientiam. Primò Ioseph, qui in parendo non traxit moram, nec cũctatur de aliquo, sed verbis credens angelicis ad obediendum se parat. Cerne insuper obedientiam Mariæ fidem dictis sui sponsi adhibendo, & ad parendum se parat cum obedientia, & humilitate, O Ioseph, & Virgo beata; nunquid vos ab obedientia exequenda summi Dei retraxit tempus, nox, vestra quies, somnus, impreparatio ad iter, incommoditas omnium, et quod maius omnibus his est, teneritudo infantis, & vestra? Non inquam, vt in præceptis diuinis explendis, mora, nec vllo vnquàm tempore ab aliquo præfigatur. Prudentiam etiam inspice Ioseph, qui nocte tulit puerum, & matrem, ne à conuicinis sciretur, & suus abscessus aliquo modo panderetur Herodi. Sed circa istam partem occurrunt aliqua meditatione digna. Timor nempe eos inuasit scientes Herodem quærere puerum. Si Anna ab excessu Tobiæ irremediabilibus plangebat lachrymis, & mulieris meretricis coràm Salomone stantis commota sunt viscera super filio suo, & Iacob morte ei de Ioseph nunciata. Quid ergo timoris in mente Mariæ inhæserat, quæ tantum

tum diligebat filium? Insuper dolor erat causatus ex compassione Mariæ ad Iesum, & Ioseph ad vtrunque; quia considerata ipsorum ætate, paupertate, & bonitate quando debebant quiescere, vtpote molles, & delicati fugam arripere oportebat. Vlterius propriæ patriæ affectus, quam derelinquebant, & dolor maximus de recessu, horrorque deserti per tot dies; nec non, & indigentia rerum familiarium, quia pauperrimi erant. Nec eos retrahit ab itinere patriæ amor, non asperitas viæ, non indigentia rerum, non longitudo itineris, aut cuiuscunque rei. Non afflictio incommoditatis, non algor tempotis, quia de mense Februarii, non labor itineris multarum dietarum, non parcitas, pœnuriave rerum ad victus recreationem spectantium, non desertum arenosum, aqua omni carens, non locus, ad quem accedunt, in quo nunquã fuerunt, idolis plenus, & Deo ex hoc odiosus, non diuturnitas temporis, quia multis annis stare debebant, non denique incommoditas hospitii. Et sic accipit Ioseph puerum, & matrem eius. Sed cur non de die, sed de nocte pergunt? Quia certè sciebant angelum ante effatum pro consortio Mariæ destinatum, vt duceret, & viam ostenderet, nec tenebris possunt inuolui, qui cum lumine pergunt. Nocte recesserunt, tenebras dimittunt, eundo in lumine ad effugandum idola ex Ægypto. Sed quo iuerunt? Inquit Euangelista: Secessit in Ægyptum. Vbi sciendum secundum quod dicunt doctores per desertum filiorum Israel, Ioseph, Maria, & Iesus Ægyptum perrexerunt. Ecce societas singularis, & indiuidua, non sequestrantur hi ad inuicem siue maneant in Bethlehem, siue vadant Ægyptum, siue redeant. Hi tres Trinitatis mysterium repræsentant, ac tria in nobis nos oi concomitari debere. Per hos signata, videlicet, amaritudo pœnitentiue in Maria, puritas conscientiæ in Iesu, & augmentum virtutis, & gratiæ in Ioseph. Sed ò Domine Deus hi congregati sunt in nomine tuo, tuo iussu, & voluntate. Quod fecisti filiis Israel, nunquid exhibuisti istis, scilicet, columnam ignis ad ducatum, & lumen de nocte, nubis ad refrigerium per diem, cœlicum manna ad edendum, aquam de petra, ad bibendum, te eis in monte Syna manifestasti, & quæ filiis Israel ingratissimis dedisti, his ne fecisti? Piè credendum est, quod angelus incedens eis erat dux vtroque tempore, panis vitæ ad vescẽdum, & aqua gratiæ in vitam salientis æternam ad potandum Deum humanatum cernebant assiduè, cuius fauore, contemplatione, & consortio illud iter asperrimum, læti peragebant. Diffidentia omnis abscedat ab his, qui cum Christo assiduè pergunt de cunctis incommoditatibus cuiuscunque rei, quia Iesus est via, cibus, potus, salus, requies, omne bonum, & summum bonum, quare cum ipso pergentes, nullo incommodo possunt laborare. Secessit ergo in Ægyptum. In hoc progressu itineris, & deserti sunt ne facta

miracula per Iesum? Respondetur, quod de palma, quia eidem inclinauit, & reuerentiam exhibuit, vt inquit Cassiodorus. Et impletum est illud: Exultabunt ligna syluarum ante faciem Domini, quoniam venit. Secessit ergo in Ægyptum, & ibi fuit, vsque ad obitum Herodis, & fuit per septem annos. Ex isto fructu præsenti, multa nobis documenta traduntur operata in filio, & Maria, quorum, primum est. Quod diuinæ prouidentiæ totam spem, & fiduciam liberè committere debemus, quia ei cura est de omnibus. Scit futura, & quæ nobis expediunt. Maria, Iesus, & Ioseph diuinæ prouidentiæ se committentes à Deo protegunturꝰ. Quod Deus siue vigilando siue dormiendo nobis salutem nostram referat diuinis inspirationibus, vt Ioseph fecit in somnis. Quod si cum Ioseph, & Maria colloquium cupimus habere angelicũ dormiamus peccato, & gratiæ vigilemus. Quod quæ Deus iniũgit prõ ptè sunt perficienda; in cuius signum angelus Domini surgere Ioseph mandat, & omnia sunt dimittenda, vt Dei iussum adimpleatur, vt Maria, & Ioseph, qui patriam, & oĩa dimittunt. Quod sobriè viuere quoad potum, cibum, & somnum debemus, ne totus homo dormiat exemplo Ioseph, & gratiæ ponat obicem, imò in incolatu vitæ p̃sentis societatẽ horum trium habere debemus, videlicet, pœnitentiam veram, doctrinam rectam, & iustitiam perfectam, per Mariam primum, per Iesum secundum, per Ioseph tertium signatã. Et sic labor pro Dei honore non debet abiici, vt Maria, & Ioseph laborant propter Dei iussa exequẽda. Quod Christi imitatoribus de patria cura esse non debet, quia forti viro omne solum patria est. Christus de sua non curando, pergit ad alienam. Et sic à nostris oculis omnis torporis, & peccati somnus debemus remouere, vt mortem euadamus æternam. Maria, & Ioseph surgunt à somno, vt à facie Herodis fugiant. Quod gaudia huius mundi vitare debemus, & semper esse in dolore, quia vita ista non est gaudium, sed mœroris. Maria, Iesus, & Ioseph, à se excutiunt somnum, & omne gaudiũ, & dolorem plurimum habent. Quod vitam Christi sequi volentes omnia iuxta eius mandata sunt deserenda. Et in statu pœnitentiæ, & austeritatis esse, loca semota præ cunctis amantes, & diligentes, etsi quantumcunque sint nobis necessaria subtrahantur non debemus turbari, sicut fecerunt multoties filii Israel in deserto, sed in Domino spem habere, sicut Elias, quem pascebant corui, & sicut Maria, & Ioseph, qui non habentes necessaria non conqueruntur de Deo. Quod quandiu in bono opere pueri, & nouitij sumus, potius in alienaq̃ in propria cõsistẽdũ patria. Perfecti verò a propria possumus remeare, si volumus. Maria puerũ Iesũ ad extraneã ducit, grandęuũ ad propria reducit. Qđ si à Deo q; cupim⁹, statim obtinere nõ possumus, ne deficiam⁹ corde, necdũ sum⁹ in p̃senti vita⁹ pacẽ, & cõuersationẽ cũ Herode hẽam⁹, sed exẽplo Mariç,

& Io-

& Ioseph ab eius facit semper fugiamus. Et ad Ægyptũ pergamus. Et consideremus quantum vita sit ęrumnosa, plena miserijs, quàm calamitosa plena suspirijs, dolorosa, & luctui apta, & lachrymis, caliginosa vera non cernens, tediosa stabilitatem non habens, angustiosa subiecta tentationibus, contagiosa, & terminata mortis squaloribus, & de ipsa corde recedamus. Quod hominibus, quos virtuosos experimur, & scimus credere debemus, & de prosperis si nobis eueniant non multũ extolli. Ratio, quia communiter post gaudium luctus cõsequitur. Adam primo habuit gaudium paradisi, & deinde in miseriæ valle: Noe euadit à diluuio, sed inebrietatem deinde cadit: Abrahæ terra promittitur, sed adiicit statim peregrinationem lõginquã: Isaac locuples est, sed cæcus. Iacob benedicitur, sed faciem fratris fugit: Ioseph à patre diligitur, sed oditur à fratribus: Dauid inungitur, sed persecutione Saulis postmodũ agitatur: Maria gaudet Iesu ortu, & factis in eo, sed nunc peregrinatione longa facta dolet. Insuper documentum habemus quod obedientia non est respuenda, sed viriliter sumenda Christi exemplo, & B. Mariæ, & Ioseph, qui cum tot laboribus Dei iussum impleuerant, deinde non dolendum siquid nobis arduum proponitur, quia Ioseph reuelationibus præponitur Mariæ, sed quare hoc factum est? Dicendum, ad exemplum nostrum, quia vir, quia datus erat in nutritiũ, quia homo melius talia poterat facere quàm mulier, & vt obediendi marito, & credendi à sponsa detur documentum. Deinde cuncta aduersa sunt patienter ferenda, Christus enim, vt nobis Maria, & Ioseph patientiæ virtutem ostẽderet, persecutionem pati ab Herode voluit, vide quot laboribus, doloribus, tribulationibus, & angustiis subiiciuntur, & tamen omnia sufferunt patienter, vt nobis præbeant documentum similia peragẽdi, & huiusmodi virtutem nobis necessariam pro præsenti vita accipiendi. Ipsa enim patientiæ virtus est, qua homo vincit seipsum. Multi sunt, qui vrbes in sua potestate habuerant, sed pauci, qui se vincant, vt dicit Seneca: Facilius est gentem vnam, quàm vnum hominem vincere Diabolus patientia superatur. In vitis patrum dæmoniacus cum percussisset Senem in maxilla, cum ille alteram præberet, diabolus victus abscessit. Facit hominem possessorem: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iram Dei mitigat: Patientia linietur Princeps. Et Dauid: Patientia Deum placat. Vicem hic Deo reddit homo. Christus passus est. Sequitur, sequamini vestigia eius: Christus piscem assum comedendo reliquias dedit discipulis. Et Paulus: Adimpleo ea, quę desunt passioni Christi in carne mea. Hominem martyrem facit. Gregorius sine ferro vel flammis martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter conseruemus. Mira agit, teste Gregorio. Virtutem patientiæ signis, & miraculis, maiorem puto. Rubus ardet, & non comburitur, sic, & vir patiens, & si malè pulsetur, non tamen deiicitur. Sapientiã inducit,

Luc. 21. Pro. 25. 2. Re. 15 1. Pet. 2. Coloss. 1. 1. Dial. Pro. 14.

Pro. 19. qui patiens est multa gubernatur sapientia. Et alibi: Doctrina viri per
Iacob. 1. patientiam agnoscitur. Animam perficit. Patientia opus perfectum habet. Magnitudinem animi ostendit. Magnanimi est iniurias in summa patientia pati. Postremò cœlum acquirit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Quia ergo hæc virtus tã nobilis in psenti statu nobis est necessaria, & exẽplo Ioseph, & Marię ac aliorum sanctorum est sustinenda, tenenda, & commendanda. Christus fugit à facie Herodis, quem solo verbo interficere poterat, vt patientiam ostenderet præcipuam sibi placitam inter virtutes. Tandem vltimum documentum nobis præstitum in prẹsenti fructu est, vt Iesu Marię ac eius sponso ad compatiendum iuducamur, qui non solum recedendo à Iudæa, & eundo per desertum indicibilia mala sunt perpessi, sed etiam, in Aegypto, & sic recogitare debemus, quod aduenæ erant, pauperrimi, & hospitium non habentes, & ibi permanserunt vsq; ad obitum Herodis per septennium. Quibus diligenter discussis, & meditatione debita cogitatis ad compatiendum Iesu, & Mariæ tota mẽte, & corde inducimur. Ex his ergo apparet expositio huius fructus, videlicet: *Maria prauos timuit*, &c.

Fructus XXXX.

FRVCTVS SECVNDVS.

Maria gens mulctatur.

EXPOSITIO BREVIS.

AD Aegyptum pergens Maria cum filio, insani regis dolor sæuit, & prauitas, optansq; Christum Iesum necare in suspectam sibi æternam sententiam dictans iniquam, eum occidere credidit, innocentes puerulos gladio puniendo.

EXPOSITIO MAIOR.

NOSTER Saluator, & redemptor Dominus B. Mariæ filius cum sit lux mundum illuminans pax, & concordia, corda fœderans, & quietans lex omnis iustitię perfectionis totius, & virtutis norma pergens cum Maria matre sua ad Aegyptum, quia lucis abscessu tenebra inducitur, remotione pacis, & concordiæ perturbatio gignitur, iustitia semota, iniquitas viget, & omnis perfectionis modus, & ordo protinus abdicatur: hinc est, quod Dominus Iesus cum sua matre Iudæam relinquẽs,

& in

& in Aegypto dum manet Herodis regis iniqui plus solito mentē per turbatio augit, ira dissipat, corrodit liuor, ac torquet mœstitia: quia quē putabat superare malitia, ac gladio necare à suis manibus cognoscit subtractum, quare vt leo rapidus, & rugiens, canis crudelis, & ferox, vrsa perturbata, filius iniquitatis, omnisque iustitiæ persecutor, & hostis sententiam dictat; iubetque ab imatu, & infra pueros in Bethlehē. & in finibus neci dari, & quia nescit, quem propriè feriat, vltionem in suspectam sibi mandat ætatem. O quale pectus est istud profani Herodis omni misericordia, & pietate nudatum. Nam blanditur pueris, ac ferocia infantili cedunt ætati, parcuntq; innocentiæ, & cum talibus ludum capiunt cum amore. Humanum tamen pectus, & cor ferale non attendit ætatem, non parcit puritiæ, non mouetur ad fletum, haut lactentium, & infantium attendit dolores. O impie, & crudelis tyranne, non percipis legem Dei, quæ mandat innocentem non interfici, naturæ iura, quæ percipiunt infantili ætati compati amore parentum ad filios, qui omnia superat, & vincit. Ecce miser, legē Dei spernis, iura naturæ confundis, patres orbas filiis, ac matres luctuoso carmine non vereris impleri. Sed quid mirum si talia peragis? talia præcipis? talia cogitas, & disponis? Persecutor enim es lucis, fugator es pacis, æquitatē, & iudicium odis, & incentiuo patris tui dæmonis te subdis per omnia, & supponis. Si te reputas delusum à Magis, quia ad te iuxta tuum beneplacitum non sunt reuersi, cogita, quod is, qui eis mandauit, vt ad te non redirent, ipse Deus est, quem quæsierunt consultoribus tuis attestātibus, & ipsis Magis. Nunquid Deum vinces, aut tua malitia superabis? Sed quid verbis immoror? Non sapit quæ Dei sunt homo passionibus deditus, nec percipit iustitię cōfinia mens iniqua. Quid agit hic miser, & miserandus Herodes filius mortis, mancipium diaboli, & pabulum ignis æterni? Inquit Euangelista: Videns autem Herodes, quod illusus esset à Magis. Vbi licet inquirere cur turbatus fuerit ipse Herodes iniquus? Respondit Euangelista, quia illusus est à Magis. Si Magi illuserunt, quid tibi Deus Herodes faciet, quem persequeris, & occidere appetis. Iratus est ergo propter regni zelū. Chrysostomus: Si ex aliis causis irascuntur reges, citò placantur. Illa ira inextinguibilis est, quam regni zelus accendit, quia timebat regnum amittere, irascebatur. Tū propter sui contemptum, & hanc tangit Euangelista dicens: Quod videns se illusum à Magis iratus est valde. Et quia superbissimus erat videns sē despici, & contemni, ideò irascitur. Tum etiam ratione Romanorum, & propter Cæsaris metum, qui præceperat, vt nullus sine suo imperio rex diceretur, vel esset. In Actibus dicitur contra apostolos: Hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt regem alium dicentes Iesum. Aliis etiā ex causis turbatus fuit, vt dictum est supra fructu 32. Et quia bonus homo de bono thesauro sui cordis profert bona; sic & malus mala. Hero- *Act. 7.*

des cum pacem non haberet ex ira ostendebat exterius. Quid ergo ò Euãgelista Herodes iratus peregit? Inquit: Misit, vel mittens occidit omnes pueros. O quã diabolica fuit ira huius prauissimi Herodis, ad quã tàm nefandissimum scelus est secutum, scilicet, mors tot innocentum puerorum. Irati plurimi in sacro reperiuntur eloquio; etsi multa commiserint scelera, non similia Herodi. Hic superexcessit cunctos. Quia, vt dicit Euangelista: Iratus est valde. Superlatiuè loquitur. Cain iratus, etsi occidit fratrem, & nequiter. Esau iratus contra Iacob propter benedictionem, quam tulit etsi mortem ipsius meditaretur, non tamẽ occidit. Antiochus prefatis deterius agens, etsi multos occiderit ex Israel. Daman, vt disperdere omnes Iudæos vellet. Sic & Senacherib, & sic de aliis, nullus tamen sic excanduit ira, vt tot pueros innocentes voluerit iugulare, vel occiderit, vt hic Herodes insanus. Iratus valde mittens occidit pueros. Sed nũquid statim post recessum Magorum miserit ad necandum pueros innocentes? Respondeo quod non. Nam vt dicit Glossa: Anno reuoluto, & quatuor diebus post adorationem Magorum hoc iussit fieri. Distulit enim hoc exequi, etsi in cordis semper haberet proposito occidẽdi eos. Præsertim propter discredentiã secundum Glossam: Putauit enim primò Magos delusos, & hæc de causa ad se non redijsse. Deinde, etsi certificatus fuerit sic esse, vt Magi dixerant, per prophetiam Simeonis, & Annæ, distulit, & dissimulauit nescire, vt puer ad publicum deduceretur, & sic inueniretur. Tandem quia necesse fuit quod Romam pergeret, vt coram Cesare obiectionibus filiorum respõderet. Et sic fuit hac de causa per annum impeditus. Vnde quod propo fuerat, pro tunc exercere non potuit. Sic ergo non statim eos iussit occidi. Sed cum Deus voluntatem respiciat. Potest dici, quod insanus Herodes iratus valde statim misit eos occidi voluntate, licet opere post id effecerit. Quale effecerit facinus hic rex iniquus, ò Euangelista? Inquit: Mittens occidi omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius a bimatu, & infra, secũdum tempus, quod exquisierat à Magis. O rabies, ò sęuitia, ò dura crudelitas, & iniquitas. Inquit Euangelista: Mittens. Non excusatur Herodes à nece, si non egerit hoc ipse manu. Quia qui per alium facit per se agere dicitur. Mittendo ergo peregit ipse quod iubendo est peractum. Sed quanta est sæuitia huius Herodis, quanta crudelitas, patet ex multis, videlicet, ex sententia, quam protulit, vbi sciendum, vt habetur in Decretis sententia est iniusta tripliciter. Primò ex animo, quando non ex amore iustitiæ, sed ex ira, vel turbatione profertur, & hæc extitit in hoc iniquissimo Herode, qui nulla lacesitus iniuria, vel iustitia motus, sed ex ira, vt dicit Euangelista ad mortem puerorum processit. Secundò ex ordine quando iuris ordo omittitur, debet enim causa, & alia, examinari, & diligenter quæri, prout iura mandant. Hic autẽ totum omisit. Licet enim quę-

Gen. 4. *Gen 27.* *1. Mac.* *Esth. 7.* *Tob. 1.*

sita

sita de puero, quoad tempus quærendo à Magis de stella, & inquiri fecerit de puero, & finxit se velle eum adorare. Quia tamen non per se quæsiuit, vt debebat, ordine prætermisso omnes occidit. Tertiò ex causa, quando certa, & sufficiens causa eidem non suffragatur. Huic enim hosti sæuissimo nulla iusta extitit causa, vt pueros necaret. Quia ergo iniustam sententiam protulit, apparet ex hoc eius crudelitas, & sęuitia. Verùm, quia nihil occultũ, q̃ non reueletur contra istum Herodem, & eius iniustam sententiam clamat. Terra, quæ sanguinem ipsorum absorbuit. Reuelabit terra sanguinem suum. Clamat sanguis ipse eorum effusus. Vox sanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra. Tota cœlestis curia. Clamabant dicentes: Quare non vindicas sanguinẽ nostrũ. Ipsa diuina iustitia, quæ sanguinem innocentum requirit de manu crudelis Herodis: Sanguinem de manu tua requiram. Hoc accusant huius sententiam velut quatuor testes. Ex mandato quod fecit, & exequentiũ crudelitate. Mittens, inquit: occidit, mandatum præcesit, & actio crudelis perimẽtiũ est secuta. O lingua nequam, & cor diabolicum. Quo modo potuisti scelestissime hominum talia cogitare, & meditari in corde tuo tantam videlicet crudelitatem, vt deliberares, & velles occisionem tot innocentum puerorum, ac lingua, & sermone exteriori depromere, quæ cogitaras, & mandare? Certè bene apparet, quod cor tuũ ab omni erat pietate nudatum, omni timore diuino vacuum, & omni malitia plena. Sed quia qualis rex, tales, & ministri, huius sæuissimę sententiæ suæ Herodes executores inuenit, qui, iussum tàm innaturale, vtpote contra naturam, irrationale contra rationem, & scripturam, & omnium gentium iura exequeretur. Occidit inquit Euangelista, quo datur intelligi, quod per alios fieri fecit, & per consequens suæ voluntatis iniquæ habuit paritores, & seruatores. Sed quid agitis ò lictores miseri? Nonne timetis Deum plus quàm regem? Diuinum iudicium, quàm mundanum dominium? Infernum acquirere, quã regi iniquo placere? A cordibus vestris vtique timor abscesserat Dei, diuini iudicij, & pœnarum inferni. Occidit ergo ipse Herodes voluntate cordis, affectu, & mãdato. Sed satellites sui eo nequiores mandatum prosequentes occiderunt manu, odio, & voluntate consentiendo, scilicet mandato Herodis. Tertiò patet ex multitudine, quos occidit, quia non vnum, aut duos occidit, vt ait, euangelium, omnes occidit. Vnũ appetebat morti tradere, & omnes alios occidit. O qualis est hæc iustitia, vt ratione vnius, qui contra omne fas ad mortem requiritur, omnes alii morti dentur. Sed quot fuerint hi; si ad Ioannis visionem habitam aspicimus centum quadraginta fuisse reperitur, quoad numerum. Multi fuerunt, nec mirum, quia terra ista, scilicet Bethlehem, etsi parua esset. Quia in ea, & in finibus mandauit pueros occidi, potest credi ad dictum numerum ascendisse. Multitudine ergo pensata sęuitia astruitur

Isai. 26. Gen. 4. Apoc. 6. Ezec. 3.

huius

huius praui Herodis. Ex ætate, quia dicit euãgelium, quod occidit pueros, si pueri sunt occisi quotennes? Respondit, quod ab imatu, & infra, i. à puero duorum annorum, vsque ad puerum vnius noctis. Vel secundũ Chrysostomum: A tempore duorum annorum, vsque ad quintũ. Timebat enim, ne puer, quem quærebat, cui cognouerat astra famulari supra ætatem, vel infra, faciem commutasset. Ecce quali ætate occiduntur hi, quia pueri. Quare puritate adornati, sine macula, sine iniuria, offensione, & culpa erant, & innocentes, neminẽ læserant in substantia, vel persona, nullum oderant, nullum verbis lacesserãt, nec seipsos aliqua macula infecerant. Quare cum essent innocentissimi, mori nec debebant. Aggrauatur ergo prauitas Herodis puerorum occisorum considerata ætate, contra Domini facta præceptum: Innocentem, & iustum non interficies. Ex loco, quia inquit euãgelium: In Bethlehem, & in omnibus finibus eius. Vnde cum deberet solum Bethlehemitas occidere, eius tamen fines inuasit. Sed cur plus Bethlehemitas, quàm alias ciuitates? Respondetur, quia dicto sacerdotum, & scribarum, & prophetæ Isaiæ, ibi erat natus. Insuper, cum sciret, quod si aliquis esset vere rex Iudæorum de stirpe Dauid debebat esse, cui Deus in perpetuum regnum promiserat, & ipse fuerit de Bethlehem. Hinc est, quod pueros Bethlehemites potius occidit. Et non solum hos, sed habitantes in omnibus finibus, vt scilicet tàm in ciuitate, quàm in comitatu, quia nesciebat certè locum, vbi natus esset, occidendo pueros, & ipse, quem quærebat, necaretur. O Bethlehem ciuitas honorata, regibus declarata à prophetis ortu Iesu illustrata. Quid feciſti impio Herodi, vt te sic tractaret? Posteritatem filiorum in te extingueret, & puerorum tuorum sanguinem in poculo suæ crudelitatis absorberet? Qui te honorare debebat tãti regis ortu, nunc te amaritudine repleuit, & occidendo posteros tuos te quantum in se est ad terram prostrauit. Sed qui in te natus est, sicut te exaltauit suo in terris ortu, sic & tuos filios honorabit in suo regno in cœlis. Insuper ex causa, qua de causa ò rex impie mandasti pueros occidi? Causa fuit Iesus Christus natus, & suus ortus, qui natus erat rex Iudæorum. O qualis causa est ista, quæ te sic commouerit, vt tam execrabile facinus perpetrares. Quia Iesus Marię filius est natus, quem sub dolo ostendebas te cũ Magis velle adorare, iõ misisti pueros occidi, Iesus Mariæ filius non te offendit verbo, vel facto, nec accepturus tua venit. sed tua tibi traditurus si velis. Quid ergo causæ extitit, vt tunc contra eum exardesceres, & tuam tanto tempore necem exquireres? Diabolus cuius seruus eras adhoc te inducebat, vt redemptorem interficeres mũdi, & sui regni destructorem. Cur non inclines suggestionibus inimici, ne te, sicut torquet ira, & inuidia, sic postmodum vexet, & pœna. O Domine Iesu Christe propter te hi pueri innocẽtes, & recti patiuntur. Da eis pro talibus æterna, pro morte vitam, & vindica super crudelem

1. Reg.

Hero-

Herodem,& suum germen. Aliquando quæ tàm impiè contra te agit. Ex conditione, hi pueri non erant extra, vel de extra regnum Herodis, imò de regno eius. Etsi non origine cum nõ esset Iudæus, sed Idumęus, quare, cum quilibet debet diligere suos subditos potius quàm extraneos, hos miser Herodes reseruare potius debebat, quàm perdere. Pharao iussit necari pueros Hebræorum, quia etsi in suo essent orti regno, non tamen suos de regno iussit occidi. Et tu miser Herodes de tuo regno, & compatriotas iubes, & mandas occidi. Plus nequam, quàm Pharao inueniris: quare, & acrius punieris. Quod vno hi pueri essent de eius regno pro tunc, patet, quia Bethlehem ad quinque milliaria est propè Ierusalem. Herodis crudelitas declaratur, est ex pœna ipsorum puerorum, quia, etsi gladio sint omnes trucidati: tamen aliqui in capite, aliqui in pectore, alii in ventre, & sic de aliis; nec statim aliqui mortui sunt, sed per spatium steterunt, & sic arguitur, quod pœnam habuerunt magnam, & si paruuli, tamen natura magis exercebat vigorem ad seruandum, sicut videmus, & aliis fieri. Quia ergo mors extitit violéta, nec præuia in his pręcesserant ad mortem, proculdubio pęnam habuerunt magnam. Ex dolore parentum: Cum enim aliqui, de his essent primogeniti, aliqui vnici parentibus, omnes tamen chari, & accepti, maximum dolorẽ habuerũt. Nec immeritò, quia patres feruidius, & intensius diligunt filios, quàm matres. Si patres dolebant, æstimãdũ est de matribus eorundem, de quibus dicit in persona Rachelis euangelium, significãs dolorem matrum, quod vox earum in Rama, idest, in excelso audita est. Matres enim eos nutrierant cum tot laboribus, & doloribus; nunc verò videbant eos sibi subtrahi, quasi in momento, & tali modo, scilicet, per occisionẽ, & sine causa, & ante oculos proprios. Et quia sunt magis passibiles, & molles quàm viri, magis dolent de malo filii, quàm pater, licet pater plus de bono gaudeat; & quia magis communicat, cum filiis de substãtia sua, & cum eis stant, laborant multum in educatione puerorum; & certiores sunt de filiis, quàm patres irremediabilibus lachrymis plorabant. Sic ergo, vsque in excelsum rugitus dabant, & vlulatus, vidẽdo se filii priuatas tali modo, & sine causa. Denique ex ipsius Herodis ad pueros in compassione. Nõne homo commouetur dum videt alios affligi, & specialiter super mortem filiorum? Hic autem Herodes contra iura agit naturæ, alteri faciẽs, quod sibi nolebat inferri. Contra scripturam, quæ innocentem vetat perimi: contra Deum, cuius iussa contemnebat, nulla misericordia est inflexus ad compatiendum ipsis pueris, & patribus, matribus, & parentibus. Quod signum erat animi pluries iàm imbuti sanguinis, à dæmone possessi, & ab omni miseratione semoti. His igitur apparet crudelitas, impietas, et sæuitia huius Herodis. Pharao si iussit necari pueros, respectu Herodis potest excusari, quia extranei erant, non Aegyptii, sed Ebionitæ. *Exod. 2.*

nitæ. Antiochus, qui nulli iussit parci ætati, quia gentilis, & paganus, & sic de similibus, sed hic, quos occidi imperat de suo erant regno, nec sibi hostes erant parentes eorum. Quare sic iniustè peragendo, etsi non ad pueros ad parentes tamen attendere debuisset, & è conuerso his ex causis vna crudelitas maior hac in veteri testamento, vel nouo patrata reperitur. Horum ergo martyrum ecclesia recolit solenniter. Quia primo pro Christo occisi. Hi empti sunt ex omnib primitiis Deo, & agno, quia ipsorum culpa nō sunt mortui. Cum essent mundi, & innocentes, sine macula enim sunt. Ex persona, pro qua passi sunt. Quia, & pro nomine Domini Iesu, & in persona ipsius passi sunt, quia in quolibet credebatur extingui: quod sic non fuit in aliis martyribus, quos hostes occidendo nequaquam Christum, sed imitatorem Christi credebant occidere. Multitudo etiam ad martyriū eorum suffragatur; cum multi fuerint numero, nec aliquis exemptus. Quia ergo his de causis martyriū eorum fuit glorioſum, recolitur, & solennizatur ab ecclesia. His ergo pueris patientibus in Ægypto degens B. Maria, cum filio, nunquid eorum exterminium videbant? Respōdetur, quod creditur indubitanter, quod sic. De Iesu non est dubiū, qui omnia nouerat. Sed de B. Maria credendum est etiam, quod habuit diuina inspiratione, licet enim in euangelio non ponatur, quod angelus fuerit ei locutus de progressu & fuga ad Aegyptum cum puero, potuit tamen credi, quod etiam ipsa hoc habuit, & tunc angelus referādo, vel Deus inspirando, quid facturus esset Herodes, indicauerit eidem Maria etiam spiritū propheticum habuit, quare, & in iis, quæ pertinebant ad filium, si essent distantia, ponēdum est eam cognitionem habuisse. Habuit etiam hoc, Iesu referante, & verbo interiori, & exteriori, qui iam inceperat loqui. Potuit etiam esse, quod angelus, qui ad Aegyptum, pergere eos docuit, insinuauit eidē. Sed nunquid Christus, & ipsa hoc sciens, & audiens dolebat, & doluit? Veraciter credendum est, quod sic. Iesus enim, cum in quolibet patiente pro se, & ipse patiatur, & persecuto ipso, ipse persequatur, dicens ipsi Paulo: Quid me persequeris? Qui non ipsum, sed eius fideles, qui eius sunt membra persequebatur. Ptoculdubio in quolibet horum patiente patiebatur, & ipse. Quare magnus dolor inerat ei, videndo eos pro se pati. Quid insuper doloris aculeus ipsius piissimæ matris Mariæ pectus, cor, & viscera penetrauerat talia attendendo, & cernendo in spiritu fieri istis innocentibus propter personam filii sui. Nōdum ipsam intēsissimum habuisse dolorem ipsorum pœnam cogitando, & dolorem ipsisque, & parentibus compatiendo. Pietate enim cum esset plena in quolibet dolente, dolebat, & pro suo filio patienti compassionis teneritudine se iungebat. Stabat ergo filius, & mater mente suspensi, doloris aculeo in corde percussi, Nec à lachrymis abstinebāt morte tā iniusta puerorum cum pœna pensata. Non enim erant Iesus, & Maria

Apoc. 4.

mater,

mater, vt Herodes, & sui satellites miseratione spoliati. Sed misericordes, & pii ad ipsos summa pietate inclinati. Pia est Maria, clemens, dulcis, benigna, compassiua super afflictos. Quare pueris, & matribus compatiendo dolebat. Et tanto magis dolebat, quanto ipsos, & pro nomine Iesu, & in persoua Iesu sui filij videbat pati. Et Iesum in quolibet moriente pro se, & ipse patiebatur. Istud est, quod hic fructus ostendit, videlicet Maria, ideſt, propter filium Mariæ, gens, & plebs tantorum puerorum mulctatur, & occiditur, quare ipsa sic cogitando in quolibet passo, & ipsa compassione est passa. Sed quid dicit B. Maria de hoc, & super hoc Deo patri, & filio suo, nisi quod cum isti Innocentes prius essent à vita excerpti, quàm macula inquinarentur, mortui pro filio suo, priusquam aliquis alius? Sanguine, & si non lingua Deum eum profitentes, essentq; martyrum flores, & primæ erumpentes de Ecclesia gemmæ, quod his, quos impius Herodes exemerat mundi, ipse Deus eos inferret cœlo? Et pro vita corruptibili, incorruptam, pro mundo cœlum, pro pœna, æternum gaudium, pro luctu, lætitiam, pro amissione temporalium, se thesaurum eis daret æternum? Ac in impium retorqueret Herodem, quod in alijs peragebat. Matris Marię precibus nõ defuit Deus, & si pro tunc regnum cœlorum non dederit, quia nondum ianua cœli erat aperta passione Iesu non dum exhibita, spe tñ, & postmodum re eis pro se, sic patientibus prȩmium, & beatitudinem est largitus. Sed quod præmium habẽt hi paruuli beati, & innocentes? Certè maximum, quod ex pluribus integratur. Videlicet ex nobili associatione. Stans igitur cũ agno vt dicitur, ideſt, Iesu Christo, qui est agnus Dei. Stat cum eis liben ter Christus sicut cum suis conciuibus, quia, vt ipse de Bethlehem, fuerunt. Cum ioculatoribus suis, & isti sunt ioculatores Christi. Nã voces eorum sunt sicut Citharædorum Citharizantium in citharis suis. Cum sibi similibus in virginitate: Virgines enim sunt. In martyrio idem: Hi empti sunt. In innocentia: Innocentes, & recti adhæserunt mihi. Cum seruitoribus suis: Stant. n. ante thronum Dei. Ex gloriosa nominis inscri ptione. Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Nomen Patris est Deus, nomen Christi est Iesus. Habent. n. & nomen ciuitatis, scilicet, Ierusalem scriptum in frontibus, vt denotetur, quod ipsi ardent summa dilectione Dei. Ideò habent nomen Patris, qui est Deus, quod ab ardore dicitur ſm Damascenum, gaudent plena saluatione, quod notatur in nomine Iesu. Habent plenam Dei fruitionem, quod ostenditur, in nomine ciuitatis Ierusalem, quę vnio pacis interpretatur. Quia habent Dei visionem, cum perfecta fruitione. Ex iucunda iubilatione, quia dicitur, quod cantabant canticum nouum. Nouum canticum, secundum Aimonem est gaudium de perfecta corporis, & animæ integritate. Et iis, ideò, subditur, in eodem capitulo. Hi sunt, qui cum mulieribus. Ex primordiali passione, quia hi habent aureolam virgini-

Apoc. 14 *Ioan. 1.* *Apoc. 14* *Apoc. 14* *Apoc. 14* *Apoc. 14*

ginitatis, & martyrii præ aliis sanctis, quia primo in persona Christi, &
Apoc. 14 pro Christo passi, & sanguine proprio baptizati. Ideò dicitur: Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo, & agno, ideſt, patri, & filio, hoc est primum munus primitiarum, quod Ecclesia obtulit Christo, & ipse Iesus patri suo. Ex Dei perfecta visione, & omnium beatorū adoptione, quia dicitur in dicto capitulo, quod sine macula sunt ante thronum Dei. Quo sequitur, ex quo stant ante thronum Dei ipsum semper vident, eo gaudent, quo habito omnia alia habentur. Sic ergo hi martyres iuxta quod mater Maria optabat pro eis à Deo filio suo perceperunt præmiū, & mercedē. Sed quid datum est, pessimo Herodi? Magister ponit in historia scholastica, quod ipse tres filios suos ante mortem interfecit, scilicet, Aristobolum, Alexandrum, & Antipatrum. Interfecit vxorem propriam Mariannem, & multos alios Iudæorum. Postmodū totus corruptus, & præcipuè in genitalibus, ita vt uermes scaterent, ac flatu pessimo, & anhelitu, vt se ferre ipse non posset, gladio se propria manu percussus miser expirauit, sociatus diabolo, & angelis eius. Sic qui multos priuauerat filiis, ipse suis priuatus est. Ecce quid habent pro Christo Iesu morientes, quia vitam æternam. Et quid Iesum Christum, & sanctos persequentes, quia ignem inferni. Ex isto fructu nobis salubria exhibentur documenta. Videlicet. Quod summa compassione ad istos beatos pueros debemus inclinari, considerata pœna, quam sustinuerunt pro nomine Iesu pueri Innocentes. Quo sequitur, quod si flagellamur, nō debemus mirari, nec turbari, quia cum macula sumus. Quare iustè affligimur. Hi Innocētes, tot sunt passi. Quod magna deuotione debemus ad ipsos affici, quia propter Dominum in pueritiæ statu tale martyrium acceperunt. Quo sequitur, quod ad omnia mala perferenda pro Iesu debemus animari, istorum infantia cōsiderata, qui tot, & talia pro Iesu acceperunt tormenta, cum magna veneratione eorum memoria debet, a nobis peragi. Hi enim primi fuerunt fundatores nostræ fidei, qui Ecclesiam sanguine proprio fundauerunt. Et primo Christum morte confessi sunt, & quos pruina persecutionis decoquens in Sanctorum Rosario Christus inuexit. Ac vicissitudinem Christum pro sanguine semel compassione sparso, & demum in cruce spargendo reddiderunt. Itaq; summo desiderio optare debemus, vt Christus Iesus sit semper nobiscum, & beata sua genitrix Maria, quia ipsis stantibus nobiscum custodimur à malis, & periculis. Si verò nobiscum nō essent, in omne facinus facillime prorumperemus. Ecce de hoc nobis exemplum pro præsenti ingeritur, qualia agunt à quibus Christus, & Virgo Maria abscedunt. Herodes in poculo crudelitatis sanguinem innoxium bibit, & contra Deum præsumere agit, quod nemo sanæ mentis audet vel cogitare. Quid incurrit miser à quo abest Christus? Certe vermibus corroditur, vt hic Herodes etiam in præsenti patitur, quod in inferno miserisà

ris à Deo est promissum filios alienos, & proprios trucidat,& ꝙ pater dextera fouere solet,impietas crudelis prosternit. Hinc discamus,ꝙ p̄ omnibus vitanda à nobis est ira, ne cum Herode ex iracundia infanda committamus. Quia ira displicet Deo, cum eius hospitium perturbat. Et ira(teste Gregorio)dum animum pulsat,Spiritui S.habitationē perturbat. Pariter etiam ira turpat eius imaginem,& dissipat ipsam,q̄ etiā multis virtutibus priuat,templum Dei incendit,contemnit Deum,dominium Dei usurpat,Deum se faciēdo. Insuper ira placet diabolo,reddit hoīem cæcum ad omnia,proximo multum nocet,suscitat rixas,malū incitat in supportabilem hoīem reddit proximo,vt dicitur: Graue est saxum,& onerosa est arena,sed ira stulti vtraq; grauior. Amicitiā oēm frāgit: Noli esse amicus homini iracundo. *Pro. 26.* Proprio subiecto,in quo est, obest;quia vitā corporalem diminuit. *Pro. 22.* Possessiones,& temporalia bona annichilat. *Eccl.30.* Oculos cordis obcęcat: Caligauit oculos meos ad ignem. *Eccl.20.* Et illud: Supercecidit ignis,& non viderunt solem. *Iob. 17.* Tandem ab anima multa bona aufert,s.misericordiam,veritatem, iustitiā,tranquillitatem animi,patientiā expellit,& oīa uitia inducit,vt patet de prauissimo Herode,quē ira ad oīa facinora præcipitans, tandē ad ignē inferni perduxit. Hinc pietas à nobis iugiter est habenda, cōpatiendo afflictis,impietas.n.& crudelitas Phataonem submersit cū suis,Aman ligno suspendit,Antiochū ad terrā prostrauit, ac impios de terra euulsit, Herodes impius manu propria extinguitur, vt dicit Remigius, qui eodē gladio interfecerat suos,& alienos. *Exo.14. Esth.7. 1.Ma.8* Quocirca iudiciū diuinum est formidandū,Herodē pmisit pueros occidere,vt eos coronaret,sed impunè eū nō pmisit abire;cum proprio gladio,voluit vitā terminare. Hinc animaduertendū, ꝙ imitari debemus iuxta posse hos paruulos quoad innocentiā,& quoad martyrii tollerātiā, & dispositionē,vt nos nō terreat pęna taliū,seu labor, quibus promissum est pro talib. regnū æternū. Et ꝙ in oībus agendis spectantib.ad iudicium,est iustè procedendū, vt ibi plus adsit amor iustitiæ,non odium,aut ira,& quæ sunt iuris seruentur,causaq; debitè examinetur,vt non cum Herode, sed cum iusto Domino, qui iustitiam diligit,deputemur: studeamusq; pro posse appetere æterna,non temporalia. Herodes pro temporalibus laborando,temporalia in morte perdidit,& æterna amisit. Debemusq; consortium habere cū Iesū,& matre,qui exemplis nos prouocāt, verbis inducunt ad bonū,& deinde tribuūt. Et Herodes, & satellitum spernendum consortiū, quia & ipsos ira obcæcat,& pronos ad omne malum reddunt. Postremò documentum datur nobis,ꝙ sicut beati pueri per baptismum sanguinis, gloriam sunt adepti æternam,sic nos baptismo pęnitentiæ lauantes, & sine macula simus,& tandem ad regnum cœlorū, ꝙ mundis corde promittitur,& penitentibus peruenire possimus. Ex dictis apparet declaratio præsentis fructus. Maria plebs innocentum mulctatur.

FRVCTVS

Fructus XLI.

FRVCTVS TERTIVS.

Maria regnum petijt.

EXPOSITIO BREVIS.

IMPIO defuncto Herode Ioseph oraculo præuentus diuino per angelum, Mariam tollens, & filium ex Ægypto in Nazareth deducit, vt flos puritatis, & sanctimoniæ Maria & Christus ibi præcipuè odorem sanctitatis emitterent, vbi non sine causa floris nomen ciuitatis retinebit.

EXPOSITIO MAIOR.

MARIA, & Iesu ad Ægypti partes accessus, etsi contemplatione sit dignissimus status, tamen ipsorum ibidem, & inde recessus deuotionem cum admiratione ingerũt pericru tanti. Cogitanti enim residentiæ tempus, & septẽnium, in quo imperauit Herodes, meditari oportet qd laboris habuit Virgo ipsa tanto tempore ibidem residendo, vt filium nutriret se cum suo sponso, in laboribus erat pluribus, suendo, nendo, texendo, & alia faciendo, vt se pasceret, & mundi saluatorem. Vix enim trium mensium erat ipse Iesus quando Ægyptum intrauit, quare indigebat fomento suæ benignissimæ matris. O Ægypte olim terra reprobata, diuina vltione punita, & tenebra nuncupata. A modo dilecta à Domino, tenebris obumbrata misericordiæ visitata, illustrata, & sua permansione consecrata, dilecta, & amata. Elegit Iesus pro incarnatione sua Nazareth, pro suo ortu Bethlehem, sed Aegyptum septennem temporibus in habitando ad explendum tempus infantiæ elegit. Abraham ad te accessit cum coniuge, vt peregrinaretur in te figurans Iesum, & matrem ad te peregrinos peruenire debere. Quid tibi contulit patriarcha hic primus cum vxore? nunquid te illuminauit? vita, & verbo te dedicauit? & sanctificauit? Deo gratificauit, & mundo? vt esses terra benedicta, gens sancta, & populus acquisitionis Domini, & pascuæ eius? Cũ sancti essent ambo, vir, & vxor, etsi vita essent spectabiles, ac ipse patriarcha verbo tibi tradiderit mathematicas sciẽtias, vt vult Iosephus, tamẽ sua conuersatione te non sic sanctificauit, & Deo acceptum reddidit, vt Iesus, & Maria. Descẽdit ad te Ieremias & multi Iudæorum, Ieroboã nequam, qui prius rex fuit Israel ad te confugit, nõ tamen te erexit ad fidem, dedit lumẽ, quo tenebras abiiceres, altare Deo ædificares, Deũ verum coleres, iuxta Isaiæ vaticinium. Et eum dignis hostiis, & muneribus

Isai. 19.

tibus honorates. In te stando, & permanendo luminare maius, Iesus, & luminare minus, Maria, te illuminarunt, te adornarunt, & te firmamẽtum cœlicum facientes per fidem filios tuos, vt stellas in firmamento cœli, per sanctitatem posuerunt, quam habuerunt sancti Patres, Ægypto iam conuerso ad fidem. Sed quale erat lumen, quod hæc duo luminaria tibi præbebant? Certè erat lumen vitæ ipsorum, arctæ paupertatis, miseriæ austeritatis, feruidæ charitatis, profundæ humilitatis, patientiæ, clementiæ, iustitiæ, sapientiæ, prudentiæ, concordiæ, veritatis, & sanctimoniæ, & sic de aliis virtutibus, quæ in ipsorum relucebat vita, quæ velut radij, ab istis luminaribus progredientes eam in posteris saltem clarificè radiarunt. Non fecit taliter omni nationi, vt tibi, & vt piè in te staret, mitè conuersaretur, & te sua gratia adimpleret. Morabantur ergo hi tres Iesus, Maria, & Ioseph pauperes rebus, sed virtutibus pleni: & in labore, & sudore suo pane vescebãtur. Et licet essent sanctissimi vita laborabant manibus, vt se, & alios alerent. Stans ergo Iesus in Ægyptum quid agebat? Certè orabat, & subditus erat suis parentibus. Sed quid conferebat spiritualiter Ægyptijs sub ad ipsos accessu, & permansione? Ioseph intrans Aegyptum multa intulit bona Aegyptiis, vt vocaret eum Pharao lingua Aegyptiaca Saluatorem mundi. Sed quid verè Saluator egit. habetur in Isaia vbi supra, *Isa 19.* præmissis malis, quæ Aegyptus passa erat ante Christi aduentum ad ipsam Aegyptum, quæ maximè sunt impleta tempore Antonii, & Cleopatræ, ac Octauiani Augusti loquens de aduentu Domini ad ipsos dicit: In die illa erunt quinque ciuitates, & clamabunt ad Dominũ à facie tribulantis. Vbi innuit Iesum eis directum, & ad eos accessisse, quia ipsi diabolica superstitione idolorum, illaqueabantur, ideò venit vt Saluator ad eos. Quia à diabolo peccatis oppugnabantur, venit, vt propugnator. Quia malis, & peccatis inficiebantur, venit, vt liberaret eos. Quia verò lucem veram prius non agnoscebant, & in tenebris erant, veniendo ad eos Deum cognouerunt, & corruerunt omnia simulachra à facie eius. Quia extra uiam veræ salutis erãt, & Deum colere nesciebant, veniente Domino, colunt eum in hostiis, & munerib. Quia difformes erant à Deo facti sunt concordes vota vouentes, & voluntates suas diuinæ conformantes. Quia peccata erant magna, & pœna tẽporali, & æternali digna, ipsis per contritionem, & confessionem ad Dominum reuertentibus, percutit plaga temporali, sed sanat ab æternali gratiam largiendo. Quia in discordia erant Aegyptij cum Assirijs, & è conuerso; cum Iesus fide eos strinxerit, & vnierit, ideo facta est via, quia primò prædicata est fides in Aegypto, & tunc per deriuationem fidei ab Aegyptiis in Assirios, quia Iesu aduentu, & morte, quæ est à peccati liberatio data est generaliter toti mundo attamen prius

notificata in terra Israel postmodum in Aegypto, & demũ in Assyria, ideò benedictio in medio terræ Ierusalem per Christum data, & facta, & sic benedictus fuit Aegyptus, Assur, & Israel. Quia verò Agyptii Iesu aduentu ad ipsorum corda dedicati fuerunt Domino, altare factum est in medio terræ Aegypti, & titulus triumphalis. Iesus, Nazarenus, Rex Iudæorum per fidei susceptionem, & operationem est eis infixus, vt esset in signum, & testimonium verę fidei ipsorum apud Deum, & homines. Et hæc quæ Iesus operatus est suo accessu, declarata sunt postea per apostolos, qui linguis omnibus loquentes vnam fidem veram, & rectam docuerunt Aegyptios, & totum orbẽ, & tũc tota Aegyptus per vnionem, & concordiam in vna fide facta est ciuitas solis Christi Iesu, qui est sol iustitiæ, & quinque ciuitates aliæ sunt præ aliis electæ, quia efficacia passionis suæ declarata per quinque plagas lingua Chananæa, & Hebraica, ideſt, Iesu fides, qui ex Hebræis natus est secundũ corpulentam substantiam est ad eos introducta. Si comparantur beneficia à Iesu filio Mariæ suo accessu cum matre ad beneficia exhibita per Ioseph apparebit vndequaque discrimen, & differentia. Ille Aegyptum à fame temporali liberauit, & dictus est ex hoc Saluator, sed libe rãdo totam Aegyptum tradidit seruituti. Iesus liberauit à fame, quam habebant respectu Dei, quam naturaliter scientiæ famescebant, & propriæ salutis, eis se manifestando Deum, & salutem eorum, nec eos seruituti Pharaonis, sed eos à seruitute peccati, & diaboli, clementer eripuit, & liberauit. O quàm dissimilis descensus Ioseph, & etiam Iacob cum sua posteritate in Aegyptum ad descensum Iesu & suæ matris, & quàm dissimilis operatio vtrorunque. Stetit ergo Dominus Iesus, & Maria cũ ipsis Agyptiis, vt se ostẽderet propter peccatores principaliter venisse, & cum eis fideliter, & amicabiliter morari placere, non vno tempore, sed septem annis, vt longiturnitas temporis affectũ eis ad peccatores maximè declararet, sed stando erat exemplar omnis religionis, morum, & perfectionis, & præcipuè humilitatis, & paupertatis. Stabat Maria in Agypto, non elata, superba, sed super omnes humillima, non vaniloqua, sed omni prudentia, & virtute, ordinata. Abraham cum substãtia multa, sic & Iacob ad Aegyptum perrexit, & Iesus, cuius est terra, & plenitudo eius, cum summa paupertate accessit, & stetit, vt despectum diuitiarum & mundi sanctis patribus in Agypto futuris ostenderet exemplo & operibus. Stetit ergo Dominus in Aegypto, vt sua permanentia lætificaret eos, ac roboraret in bono, & obediendi per omnia patri, cui sic placebat, exemplum daret. Cõplето in Aegypto annorum septennio cum rerum penuria, omnium incommoditate, quid actum est? Inquit Euangelista: Defuncto Herode ecce angelus Domini. Vbi vide, q Deus malos per tempora seruat, vt

videlicet,

videlicet per eos,& mali puniantur, & dilatio temporis det eis cõuertendi materiam ad Dominum, ac excusationem apud Dominum non inueniant,cum iudicantur, quod tempus ad pœnitendum non sit eis datum.Herodi tempus septenne est datum,vt resipiscat à malo, & ad Dominum conuertatur,sed obstinatus in malo, nec ad Deum rediit, & peiora post Christi ortum,quàm antea,commisit.Quia verò Deus, iudex iustus est,quia pro malis,quæ fecerat Herodes,& in præsenti puniuit,& post mortem ad Tartara ipsum torquendum transmisit. Ecce ergo angelus Domini apparuit in somnis Ioseph: Magna est fidelitas, & credulitas ipsius Ioseph,cui iam tertio angelus apparens in somnis, & loquens,assensum præbens reuelationi,& dictis,quod mandat,fideliter exequitur.Loquitur Ioseph causis superius dictis,& nõ matri Mariæ.Quamuis non dubitem & Mariam hoc habuisse diuina reuelatione,licet non modo,quo habuit ipse Ioseph.Ecce angelus Domini, vide quàm promptè angelus Domini assistit regi vniuersorum, & suæ matri,eo defuncto Herode,statim affuit,vt se paratum ad obedientiam Mariæ,& filii semper declaret.Cerne quàm sollicitus est Deus de suis, statim defuncto Herode hoste,ad dilecto s suos angelum transmisit. Non dirigit prophetam,nec homines,sed angelum:tùm quia prophetæ cessarant,tum quia Ioseph firmius adhærebat dictis angelorum,vt iàm assuetus,quàm hominum. Quomodo apparet in somnis,inquit, vt sensibus sopitis,& anima existens in suo vigore perciperet diuinas illuminationes. Et ideò Euangelista innuens locum, in quo apparuit, inquit,in Aegypto. Mirum quomodo in Aegypto tenebroso apparet illuminatio Dei ,nisi quia,etsi alii Agyptii tenebrosi fuerunt,superue niẽte luce mundi,illuminati fuerũt,quare angelus ad terram Aegypti descẽdit,ad referãdũ quid De⁹ mãdet fieri.Sed quid dicit angelus? Surge,inquit,& præpara te ad quę pandam,exequenda.Accipe puerum, non dicendo tuum filium,sed puerum omni puritate adornatum,quia tu eius non es pater,sed nutritius.Accipe,& matrem eius Maria,nõ dicit coniugem,vt nihil carnale post traductionem Mariæ à Ioseph ipsum habuisse cum ea cogitetur.Accipe ergo puerum,& matrem eius. Sed quò debent ire? In terram Israel.Et reddit rationem de reuersione dicens:Defuncti sunt enim,qui quærebant animam pueri. Sed cur potius defuncto Herode, quàm antea angelus pro parte Dei mandat Iesum duci ab Aegypto? Respondetur,quod si ratio assignetur in textu,quia, quærebant animam pueri, & potuisset stare,& redire viuente Herode, voluit tamen eum fugere & eo mortuo redire propter causas superius positas. Alia tamen causa potest assignari, ne homo sponte tentando Deum exponat se periculo, sed spiritualis causa, & moralis est ad ostendendum,quod Herode in Iudæa,

& terra Israel regnante signato per diabolum in anima, quæ Iudæa debet esse per confessionem laudis, & Israel per incessum perfectæ fidei assiduum, diabolus per Herodem denotatur, qui glorians in pellibus interpretatur, quia diabolus de se glorians superbiuit, & nunc in hypocritis, & carnalibus regnat. Hoc Herode sic præsidente in anima, Christus ab eo recedit, & fugit, sed eo mortuo, totaliter repulso, & eiecto ab anima. Christus Iesus cum Maria reuertitur expulsis duobus vitiis, specialiter, scilicet, hypocrisis, & carnalitatis. Insuper, cur non exprimit Ioseph locum, ad quem debet ire in particulari, sed in generali? Respondetur, vt Ioseph de hoc dubitanti iterum appareat, & certum locum sibi ostendat. Potest etiam dici ad ostendendum originem diuinarum illuminationum, quia non omnia simul Deus reuelat, sed vnum vni, & aliud alteri, & sic eidem tamen vnum referat post aliud. Sed hic aduerte, Ioseph mandatur quod Iesum, & matrem ad terram Israel reducat, quia, etsi ad omnes, specialiter ad oues, quę perierant domus Israel (vt ipse dixit) est directus. Terram vide Israel nunc, ad quam pergit Iesus, Maria, & Ioseph simul, qa puritas in Iesu ostensa, & sanctitas in Maria, & iustitia in Ioseph faciunt Deum videre, & per consequens, quod anima sit verè terra Israel. Sed hic oritur dubitatio: quid intelligitur nomine animæ, quia dicit: Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Respondetur, quod in scriptura nomine animæ aliquando vita ipsa corporalis intelligitur, vt patet Iob: Omnia in manu tua sunt, veruntamen animam illius serua. Nemine ergo animæ vita corporalis intelligitur; deinde cum Herodes, vt dicit euangelium, quærat puerum ad perdendū eum, cur dicit in plurali, si solus Herodes, quærebat, & defunctus erat: Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri? Respondetur, q̄ non solum Herodes, sed multi alij Iudæorū Christi Iesu mortē sunt meditati. Nonne in necem paruulorum consentientes, seu ipsos occidentes pueri animam quærebant? Multi ergo erant. Sed qūo in tā parno tempore oēs mortui sunt? Respondet Remigius, q̄ Herodes sciens se odiri à Iudæis, & de sua morte gauisuros, oēs principes capi fecit, & ipso mortuo, vt oibus Iudæis esset fletus, oēs p sororē iussit occidi, & factū, vt dicit ipse. Licet Magister in Hist. Scholastica dicat, q̄ fuerunt dimissi. Potuit tñ esse, q̄ vltione diuina in 7. annos omnes in morte consentientes sint defuncti. Dicit ergo angelus: Surge, & accipe puerū, & matrē eius, & reuertere in terrā Israel: defuncti sunt. n. qui q̄rebāt animā pueri. Non dicit: Accipe matrē solā, vel filiū solū, sed vtrunq; ad redeundum in terrā Israel. Dans documentum, q̄ ad verā terrā viuentiū Dñm hi duo sunt necessarii, vt accipiat, imitetur, & stringat Saluatorē, & Mariā, & surgat ab omni peccato se excutiendo, & custodiēdo. Attē

de,

de hic,quod etsi propter peccata præsidentis Deus puniat populum, vt Dauid,quando numerauit populum, a populo tamen propter peccata sola præsidentis non recessissent,nisi plures assensissent Herodi in Iesu necem . Insuper considera, quod si vnus est malus , & multi sunt boni,non est recedendum ab illis,sed benè,quando multi,aut omnes mali. Vlterius intellige,quod etsi Christus,quia in Iudæis Herodes adhuc regnat propter infidelitatem ipsorum , septimo autem tempore ante iudicium finale,Christus reuertetur ad eos,quia ipsi ad fidem perfectam conuertentur. Apparet in istis consentientibus Herodi verificari illud,quod peccatores,& viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Infra septē annos defunctus est Herodes,&qui sibi fuerunt assentiētes, quare qui vult videre dies bonos,& longæuos Iesum,qui est vita,à se nō repellat,sed ipsum,qui est pax,mētis,& corporis inquirat, & sequatur. Claret etiam , quod Deus cum inimicis suis , vindicat se de inimicis suis. Herodes hostis Dei sibi consentientes in necem Domini omnes occidit,& sic per id,quod homo peccat, torquetur. Exprimitur etiā ex prædictis, quod, etsi Deus sit misericors , est tamen iustus , & quod diu ad misericordiam expectat,nec pœnitentem interficit,sed flagellat. Patet in morte istorum Iesum persequentium,qui oēs sunt mala morte trucidati. Ioseph verò obedientiæ filius,& cunctorum obedire optātium magister iàm factus,& norma talibus sibi iniunctis ab angelo,qd egit?Inquit Euangelista:Surgens accepit puerum,& matrem eius. Præmittitur filius matri secūdum Chrysostomum , quia bonitas matris nō fuit principalis causa incarnationis,sed bonitas Dei patris. Et ad quem locum eos duxit?Inquit:Et venit in terram Israel . Sed hic libet parum perfigere considerationis nostræ gradum ad compatiendum Iesu , & matri Mariæ. Virgo Maria pergens ad Ægyptum,Iesus cum esset puer in vlnis est portatus.Hunc verò regrediendo,cum esset septem annorum quot labores,quot incommoditates Dominus mundi,& regina cœli in tali via sustinuit,quis sufficit cogitare?Peragrato ergo tanta difficultate deserto,& perueniens in tetram Israel, cum sibi locus ad quem accederet,non esset inditum,quid reperit?Dicitur in euangelio:Audiens quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo,timuit illò ire.Quod datur intelligi,quod intētio erat Ioseph in Iudæā Dominum Iesum,& matrem deducere,& fortè ratio, vt iret Ierusalem ad tēplum ad reddendum gratias Domino de protectione , & aliis beneficiis perceptis ineundo,stando,& redeundo. Insuper cum Ioseph sciret excellentiam pueri,& suæ matris , videbatur eidem,quod deducandus potius esset in Iudæa,quàm alibi,& disposuerat ibi accedere.Sed attēde diligenter quæ dicuntur.Timuit illo ire:Non sis securus,sed time, quandiu per potestatem in manibus positus es Archelai . Si etiā iustus es multo fortius debes timere, ne in Iudæa, hoc est, in anima tua, quæ 2.Re.vl.

semper lingua,& vita debet Deum laudare Archelaus pro diabolo regnet,quia miserrima est sine Deo duce,& anima relinquitur, dum in manu Archelai est. Ipsa.n.in imagine deformatur, Dei inimica efficitur,consortio angelico priuatur,gratia ab ea subtrahitur,in opere mortificatur, captiuatur à diabolo, in intellectu obcæcatur, omnis dulcedo,& consolatio ab ipsa diripitur,miseria omnis inducitur,ab hæreditate cœlesti secernitur, in affectu obliquatur,& ad perpetuam pœnam misera deputatur. Sollicitus ergo sis,ne in te,& tuo corpore regnet peccatum. Stipendia enim peccati,mors. Vide prudentiam Ioseph;qui nõ præcipitanter procedit, sed cautè, nec immittit se periculo,sed timet. Sed cur times ò beate senex Archelaum,& in Iudæam Iesum,& matrẽ non deducis? Credo,quod timebas,idcirco quod sicut tibi fuerat prẽceptum propter patrẽ eius Herodem fugere in Ægyptum,sic cognoscente te ibi Archelaum regnare,quem credebas paterni sceleris imitatorẽ, illuc adire formidasti. Dat' pariter intelligi per Ioseph, q̃ nullus in p̃senti vita in sua virtute debet cõfidere,nisi in Domino, ac se tutum putare,cũ mundus in maligno sit positus,& infinitis periculis circũdatus. Sed quia prudens erat,nec suæ innitebatur prudentiæ, sed Dei consilio quomodo à Deo dirigatur in agendis,& sit directus,audi: Admonitus in somnis. Ecce quarta vice admonetur,& semper more solito,vt ex ipso certitudinem accipiat veritatis, quò ire deberet admonitus,noluit accedere,vbi filius iniquitatis regnabat; sed secessit in partes Galileæ. Vbi innuitur,nunquam manendum,vbi sunt mali. Ac filii Israel Aegyptiaca conuersatione turpati, in montem Sina cum Moyse ascendere ad Deum videndum non valuerunt. Sed in passu isto quærendum est, cum in Iudæa regnaret frater Archelai, quare non timuit illò ire. Respondetur,quod melius potuit esse cum puero in Nazareth ire, quàm in Ierusalem,vbi erat caput regni, & assiduus Archelaus sed venit in Nazareth adimplẽdum de hoc vaticinia prophetarum,in Nazareth verò voluit concipi,& nutriri, sed nõ ibi nasci,sed in Bethlehem,vt diuersas prophetias de eo factas, quoad loca prædicta concordaret,& adimpleret;nec non etiam,vt per eam se indignis,& emulis occultaret,& vt nulli se habere proprium locum in mundo demonstraret: Vt sui p̃sentia diuersas terras,& plebes gratificaret,& illuminaret, & vt de humili loco ad ciuitatem regiam se venturum ostenderet,& tandem propter diuersa mysteria de se panderet, quia per primum locum Nazareth ostendit se in flore puritatis cõceptum. Per Bethlehem se esse panem domus Dei,& populi regem,pro quibus mysteriijs declarandis,est sciendum, quod cum tenebræ Aegypti essent,nulla mũdi luce pro parte amotæ. Quia ad congregandas Israeliticas oues erat ipse Iesus principaliter in mundum directus,monitu angelico facto Ioseph. Aegyptũ corporali præsentia deserens regnum repetit Iudæorum cum matre,

& Iesu

& Iesu, cuius (teste Pilato) dux erat, rex, & monarcha. Quo in loco Archelaum, ideſt, diabolum, eo ſignatum, qui leo interpretatur, peccatis exigentibus Iudæorum, audiens præſidere, illò ire ad principem mundi ras eijciendum, pro tunc diſtulit, quia nondum venerat hora eius. Sed quò abijt cum Maria? Certè Nazareth. Ciuitatem, quam conceptu ſuo ſacrauerat, vt eam ſua cõuerſatione illuſtraret. Nec decebat alibi Chriſtum concipi, quàm in Nazareth, vt virginei partus flore in fructũ prorumpente, virginitate integra permanente, aut alibi permanere. Non erat dignum florem virginitatis, ſanctum ſanctorum templum Dei viuum, diuinitatem totam in ſe continentem, gratia inuentum præ participibus ſuis, vt rex, ſacerdos, & propheta, puritatis ſpeculum, à peccato per omnia ſeparatũ, quàm in ciuitate florida, ſanctitate plena, Deo conſecrata, Spiritu ſancto inuncta, & gratia, munditia adornata, præcepta cuſtodiente à peccatis ſeparata, videlicet Nazareth. Sic enim ipſa interpretatur, quod ſibi non conuenit ratione loci, cum talis ciuitas, quoad locum aliis nõ eſſet melior, ſed ſibi à contentis in loco, ſcilicet, Ieſu, & Maria, præfatis eſt declarata, & interpretata myſterijs. Maria ergo, & Ieſus eius filius ad inſtar florum ſunt. Colore, ex diuerſitate virtutum, viſum interiorem ſecundum omnem actum vitæ allicientes, vt potealbi ſunt flores ex puritate, crocei, ex vitæ auſteritate, virides operum virtuoſitate, & viuacitate, rubei charitate, & ſic de aliis. Sunt odore ſuauitatis ad ſui ſequelam mundum attrahentes, & ſuauitate replentes. Sunt ſaporis dulcedinis diuinæ ad mundi contemptum guſtum cordis imitantes, ſeu lenitate humilitatis, & mitiſſimæ conuerſationis, tactum experientiæ demulcentes. Non minus virtute peccatorum, corporum, & animarum morbos ſanãtes. Puritate generati, ad omnes charitate, & pietate inclinati. Suis deuotis operibus, arbores celſos reges, herbas, humiles perſonas, campos mundanos, hortos, clauſtrales, ſyluas, videlicet, pœnitentiam homines exercentes ſunt decorãtes, ſuauitate doctrinæ, mel ſapientiæ irrorãtes, informatione aſſidua, cordis ſtatum renouantes. Fructum nobis æternæ ſalutis promittentes, pinguedine gratiæ, & humore non deficiẽtes. Stipitem, à quo progreſſi ſunt, non lædentes, exemplis, & ſciẽtia, vt ſol, ſe aperientes, occaſu tamen peccatorum, omnibus à gratiis, & pietate ſe claudentes, producẽtes fructum æternæ ſalutis, non in locis mundanis compoſitis, aut carnalibus delectationibus impinguati creſcentes. Hæ ſunt florum conditiones inſignes, quibus inſigniti Ieſus, & Maria flores veraciter ſpirituales dicuntur. Simile, ergo cum naturaliter ſimili iniungatur, in flore ciuitate florida Nazareth hi flores ſpirituales ſunt commorati, ſicq; in loco præfato conſiſtentes, quanta fuerit vtriuſque ſanctitas, Deo acceptabilitas, gratiarum plenitudo, puritatis munditia, diuinæ legis per eos obſeruantia, ne affectu, & effectu, ſeparatio, à mundanis talis loci

in habitatione Nazarethoibus demonstretur. Sed quid ex isto fructu accipitur documentipro nostra informatione? Respõdetur, quod multa. Primum, quod stare cum peccatoribus non dedig nemur, vbi ex nostra mora sumitur eorum correctio, vt Maria, & Iesus st ant per septem annos cum Aegyptiis. Quod confidentes de diuino auxilio à Deo regun rur, & ordinantur, sicut Maria Ioseph, statim mortuo Herode ab angelo diriguntur. Quod confessione, & contritione conemur in nobis occidere Herodem, & sua opera, quia eo extincto ad nos benignus Deus accedit. Insuper, quod ex quo tàm dulciter, vt Ioseph, quilibet nostrum ad accipiendum Iesum puerum, & eius matrem inuitamur à Deo per dilectionem ipsorum, vtique faciamus: quia ipsis nobiscum stantibus nullis poterimus aduersitatibus concuti, & bonis replebimur optatis, præcipuè si in terram Israel ibimus, quia cœlestem patriam, meditatione inquiramus, & vitam bonam, & longæuam habere optamus, & ab omni peccato pro posse nos custodiamus: & tunc Herodes, & sui sequaces in breue tempus, vt peccatores à Deo occidentur. Non simus ergo sicut Herodes, & sui sequaces, quærentes Iesum non ad imitandum, sed ad occidendum: non superbi vt Achab, qui Eliam quærebat; non inuidi vt Saul, qui inuidebat Dauid; non lasciui qui in lectulo quærunt quem diligunt; non cupidi, qui semper sunt pauperes; non maliuoli, & pacem odientes, quibus ait Dominus: Quæritis me, & non inuenietis; non perfidi Deum contemnentes, vt Herodes; non obstinati Iesum occidere quærentes, vt Iudæi. Sed qualiter, & eum inuenire possumus? Certè quęrere eum debemus amaritudine compunctionis, sicut Beata Virgo in triduo; gratitudine deuotionis, sicut Magi; magnitudine dilectionis, vt Nathanael; amplitudine zelationis, vt Zacchæus; pulchritudine conditionis, vt mater, & frater; rectitudine intentionis, vt iusti; sanctitate operationis, vt sanctæ mulieres: & plenitudine consumationis, vt Magdalena, quæ perseuerando inuenit, quem quærebat. Postremò vt iugiter habitet in nobis Maria, & Iesus, simus Nazareth per flores, & floridi ad instar florum spiritualium. Colore virtutum insignes; odore famæ suaues; sapore conuersationis dulces; tactu mites, & lenes, fructum afferentes salutis perpetuæ. Ex his ergo patet huius fructus expositio. Maria regnum petijt.

Luc 2. *Matt.2.* *Ioann.1.* *Luc. 19.* *Mat. 12* *Sap. 1.* *Mat. 28* *Ioann.1.*

FRVCTVS QVARTVS.

Fructus XL.

Maria nutrix datur.

EXPOSITIO BREVIS.

REGINA Maria Iesum nutrit, ac Iesus obedientiæ iugo susceptomatris Mariæ, & cunctis obsecundat mandatis, sitq; Saluator exéplar virtutum, dum obedit, & sua facta sub educatione existens matris voluit ab euangelistis silentio pertransisse.

EXPOSITIO MAIOR.

VIRGO Dei genitrix Maria, & si ex gignitione Dei filii super omnes creaturas sit exaltata, ac per hoc indicibili gaudio lætificata: quia tamen ipsa sola, quem genuit nutriuit, & educauit, sancta super omnes ostenditur, ac tali educatione inter aduersa, & incommoda quæ habuit, cõsolatione multiplici est refecta. Præ cunctis enim vitam eius, quamuis multis incommodis agitatam gaudiosam reddidit filij sui Iesu præsentia grata, vita singularis ad ipsam reuerentia obsequiosa. Vt igitur videantur prædicta, & quid hic fructus exprimere de B. Virgine nititur, quia dicit: *Maria nutrix datur*: duo sunt breuiter videnda, quæ iã tacta sunt. Primũ est, quid consolationis Maria habuit, & gaudij, ex Iesu grata nutritione. Secundum, quid clarificauit Mariam fuisse quoad sanctitatem, dũ Iesus sub sua ponitur cura, magisterio, & informatione. Pro prima euidentia est sciendum. Quod cũ præsens vita tota sit plena doloribus, angustiis, tentationib. oppressionibus, miseriis, laboribus, & incõmodis, vtpote vallis lachrymarũ, vlulatus, & gemitus. Quare ad lẽti ficãdum gloriosam Dei matrẽ, solatiũ sibi pro huiusmodi incõmoditat bus supportandis dedit Deus, & quid inq̃ dãdo sibi filiũ suũ ex ea incarnatũ ad nutriendũ, & secũ cõmorandũ? Nã ex permansione tali Iesu cum Maria ip um educantem Virgini proueniebat gaudium, & lætitia indicibilis: & hoc ex multis. Præcipuè considerando Iesum ex se natum esse verum Deum, & ex eius purissimis sanguinibus sine sui corruptione genitum, ac ipsum suum filium præ omnibus cernẽdo sibi in oĩbus obediẽtem, & parentem. Nõ dubium quod pp hæc magna exultaret lætitia, benedicta prędicaretur à cunctis, venerabilis esset orbi, ac ipsius fama per mundum se diffunderet vniuersum. Quare hæc pia Dei genitrix considerando, dum Christũ nutriret, lætitia ineffabili, & gaudio replebatur. Cõsiderabat q̃ cõplacenter Deus ipsam accceptaret in matrem,

matrem, perfuderat gratia, & super oẽs ꝓnexerat. Si Simeoni parũ per Iesum tenens in vlnis tanta data est consolatio, quid Mariæ ipsum amplexans, osculans, tangens, dans mammas, pannis inuoluens, fascians, in gremio tenens, lauans, abstergens, vestiens, & nutriens, & hoc per tã tum tempus Isaac suo ortu, & educatione Sarhæ matri gaudiũ præbuit; vt patet: Et Samuel Annę matri, vt exultaret in Domino. Obed, quem genuit Ruth, lætitiam intulit Noemi; Ioannes Baptista parentibus, & aliis gaudium intulit. Quid Dominus B. Mariæ matri, cum Dominus, & verus Deus, & homo totus esset? Moyses stans cum Domino, & Elias pariter obliti sunt cibi corporalis, & omniũ miseriarum, sic & Petrus stans in monte. Quid Maria tanto tempore conuersando cum Iesu, & ipsum nutriendo? Certè omnium erat oblita, quæ mũdi sunt, & in solo filio iucundabatur, & lætabatur dicẽs: Adimplesti me lætitia cũ vultu tuo, quia delectationes sunt in dextera tua vsq; in finem. Sic ergo dum Maria Iesum nutrit gaudio indicibili, & consolatione replebatur, quẽ admodum ẽt attendendo eũ quotidie crescere, quoad staturã corporalẽ licet. n. Dñs Iesus fuerit quoad corpus ei⁹ in instãti organizatũ, tñ adeò parua erant eius mẽbra, ꝙ vix discernebãtur, processu tñ temporis crescebant, & proportionabiliter ſm staturã corporis, & sic Virgo lætabatur, sicut ẽt conspiciendo eũ moribus, gratia, & sapientia adornatũ cõtinuè declarari. Ideò ad ostendendũ qũo cresceret præcipuè in gratia est considerandum. Ideò Iesus ab instãti conceptionis suæ tantã gratiã habuit, ꝙ Deus ei plus conferre non posset. Similiter ẽt anima Christi ab instanti incarnationis fuit omnisciens: qũo ergo dr̃, ꝙ proficiebat sapientia? Est sciendum igitur pro euidentia prædictorum, ꝙ in Dño Iesu Christo est ponenda duplex gratia, increata, & creata; nam cum in Christo sit triplex gratia, s. vnionis, ſm quam est caput, & gratia singularis personæ, gratia vnionis est duplex, creata est disponens, & increata, est complens, idest, ipsum Verbum seipsum vniens. Similiter ẽt duplex est gratia ſm quam est caput nostrum, s. creata, & increata, quia ipse est mediator Dei, & hoĩum, quare, & creatã gratiam oportuit eũ habere ad influendum in nos membra eius, cæteros fideles, quàm influit nobis, vt dr̃: De plenitudine eius oẽs accepimus. Sed qũo gratia datur à Christo dicendum, ꝙ immediatè per modum efficientis: & mediatè ſm quod homo per modum fidei, fides, quæ de Christo est, disponit immediatè animam ad gratiam. Datur ẽt per modũ meriti, quia per passionem suã meruit à patre, vt gratia daretur nobis. Pariter ẽt per modũ desiderii, & orationis, quia ipse est aduocatus noster orans pro nobis, vt dicit Apostolus. Sic etiam & per modum dispositionis, quia mediante assumptione humanæ naturæ à Dei verbo disposita est dispositione congruitatis, siue dignitatis ad iustificationem, vt dicit Apostolus. Gratia etiam singularis personæ est duplex increata, scilicet, quia

Gen. 20. 1. Reg. 2. Ruth. 3. Ioann. 1. m.

Deus

quia Deus concurrit immediatè ad gratificationem hominis. Similiter & creata, qua vt homo singularis sanctitatis fuit. Sed sciendum secundum Alexandrum, quod etsi triplex gratia increata dicatur in Christo, videlicet, vnionis, & secundum, quod est caput Ecclesiæ, & singularis personæ: similiter triplex gratia creata, quæ est vnionis dispositiua, & quam influit, vt est caput, & vt singularis persona est ponenda, in eo tñ eadem gratia est increa secundum essentiam in Christo, sic & de creata: tamé, vt dicit, non est vna, considerando operationem, vel actum, quia alius actus est vnire humanitatem deitati, & alius actus est, influere gratiam, & esse exemplar ad omnes alios sanctos, & sanctas per Spiritum sanctum. Similiter etiam sua anima poterat cogitare de summa bonitate sibi ostensa, & eam amare, & est alius actus à prædictis, & sic secundū primum actum est gratia vnionis, & secundum secundam est gratia secundum quod est caput Ecclesiæ, sed secundum tertium est gratia singularis sanctitatis, & personæ. Vlterius sciendum, quod quælibet dictarum gratiarum fuerit summa, patet de increata per verbum Augustini de Trinitate. In rebus per tempus ortis ista est summa gratia, quod in vnitate diuini suppositi, sit homo assumptus. Sed de creata quod fuerit summa potest dici vno modo positiuè per excellentiam ad aliam, & isto modo, tenet Scotus, quod Deus non potuit dare Christi animæ summam gratiam possibilem per excedétia ad alia, quia potest creare æqualem. Potuit. n. & potest aliam naturam æqualem isti assumere, & æqualem sibi gratiam dare. Alio modo potest intelligi negatiuè pro non excedi, & tunc concedit ipse doctor loco allegato, quod data est de facto animæ Christi, & alij doctores, quia nulla creatura habet tantum de gratia, quod charitatem ipsius excedat. Sed vlterius pro magnitudine huius gratiæ creatæ, quæ fuit in Christo exprimenda est sciendū, quod vt dicit Alexander, vtrum gratia animæ Christi secundū, quod est quidam homo singularis, sit gratia plenitudinis. In Christo fuit gratia vnionis, & secŭdum quod est caput Ecclesiæ, & vt quidam homo singularis. Ista gratia triplex dicta in Christo potest dici gratia plenitudinis, primo modo secundum rationem causæ finalis, gratia vnionis, est gratia plenitudinis, quia summa, & perfectissima est in ipso. Nam vltimus effectus gratiæ & perfectior est nos vnire Deo: sed in aliis à Christo non vnit, nisi per cognitionem, & amorem: in Christo vero non solum secundum cognitionem, & amoré, sed etiam in vnitate personæ, ut sit idem filius hominis, qui, & filius Dei, & hæc est maior vnio, quæ possit esse, vel excogitari vnde iste est effectus plenissimus gratiæ, quæ possit esse. Sāctus Thomas dicit sic ad propositum quod, licet virtus diuina posset facere aliquid maius, & melius, quàm sit habitualis gratia Christi, non tamen posset facere, quod ordinaretur ad aliquid maius, quàm sit vnio personalis, ad filium vnigenitum à patre, cui vnioni sufficienter concedit ta-

Cap. 19.

lis men-

lis mensura gratiæ secundum diffinitionem diuinæ sapientiæ. Et in solutione quæstionis dicit sic: Finis autem gratiæ est vnio creaturæ rationalis ad Deum. Non potuit autem esse, nec intelligi maior vnio creaturæ rationalis ad Deum, quàm, quæ est in persona. Ideo gratia Christi, pertingit vsq; ad summam mensuram gratiæ. Secundo modo secundũ rationem causæ efficiẽtis, gratia Christi secundum quam, est caput, est gratia plenitudinis. Rationẽ assignat, quia etsi in aliis sanctis sit gratia perficiens ipsorum animas, non habent tñ potestatem ipsam in aliis influendi. Sed gratiam Christus influit in alios, & sic in Christo est gratia plena, sed in aliis est semiplena: & ideo anima Christi gratiam recipiebat, vt ex ea quodam modo transfunderetur in alios, & ideo oportuit, quod haberet maximam gratiam, sicut inquit: Ignis, qui est causa caloris in omnibus creandis est maximè calidus. Tertiò vero secundum rationem causæ formalis dicitur gratia singularis Christi, gratia plenitudinis, quia plenè informans animam Christi, & omnes vires quoad omnes actus ipsarum, quia in ea est gratia cognitionis veritatis omniũ, & hoc perficit, quantum ad actum rationis, & sic de aliis. In aliis verò sanctis non, & si ad vnum actũ, non tñ ad omnes. Sed in Christo est præeminentia respectu omnium, quia non habet gratiam ad vnum actum gratiæ tantum, sed ad omnes. Et hoc est, quod dicit Augustinus, quod accepit gratiam totaliter, & vniuersaliter, & subdit Alexander: Vnde cõparatio gratiæ Christi ad gratias aliorum Sanctorum secundum plenitudinem, & perfectionem est secundum, quod comparatur figura circuli ad alias figuras angulares. Circulus enim est capacissima figura respectu aliarum. Ita gratia Christi capacissima est omnis actus cuiuslibet virtutis, quod non est in aliis gratiis Sanctorum. Ideò dicitur quod Christus quantum ad quantitatem intensissimam habet plenitudinem gratiæ, quia habuit eam in summo secũdum perfectissimum modum, qui potest haberi, & quantum ad virtutem gratiæ plenè habuit, quia eam ad omnes operationes, vel effectus gratiæ habuit. Et hoc ideò, quia cõferebatur ei, tanquam cuidam vniuersali principio in genere habentiũ gratias. Vnde eius gratia se extendit ad omnes gratiæ effectus, qui sunt virtutes, & dona, & alia huiusmodi. Et intellige quod habuit actus omnium virtutum (imperfectionibus seclusis) & hoc vt dicit, propter fidẽ, & spem: sed quæ perfectiones sunt in fide, & spe, habuit, & sic de aliis. Sic ergo patet quàm magna est gratia Christi. Sed hic sũt aliqua dubia. Primum quia dicit Euangelista: quod Iesus proficiebat gratia, & per consequens augebatur, & sic nõ erat summa, vt dicitur. Potest ergo quęri: Nunquid gratia Iesu posset augeri? Et si dicatur, quod non, an concedendum sit, quod sit finita, vel infinita. Deinde, an in Christo solo fuerit plena, cum etiam in aliis dicatur fuisse, scilicet Stephano, et Virgine Maria. Vlterius quomodo intelligitur illud quod Spiritus S. non est ei

datus

datus ad mẽnſuram. Poſtremo quomodo intelligitur, quod Ieſus proficiebat gratia, & ætate. Ad primum iſtorum, cum dictum ſit, quod in Chriſto, eſt gratia increata iſta augeri non poteſt, quare ſumma eſt. Alia autem eſt gratia creata, ſiue ſit vnionis, ſiue ſecundum, quod eſt caput, vel ſingularis perſonæ. Si de iſta loquamur, vel poteſt intelligi, quod in ſe poſſit augeri, & tunc cum gratia ſit, qua forma poteſt intendi, quod eadem remanente poſſit augeri forma ipſa gratiæ dicendũ ꝙ non, quia quolibet gradu addito variatur, & non eſt iſta, quæ præfuit, ideſt, quoad formam: quia formæ ſunt ſicut numeri, ſed bene eſt eadem, quantũ ad latitudinem. Latitudo benè poteſt augeri formæ, & ſi non forma. Sic & latitudo ipſa gratiæ animæ Chriſti, quia infinita non eſt in ſe, & Deus quolibet finito dato poteſt maius facere, & ſimiliter ſi Deus poteſt in eodem loco ponere duo corpora, & tria, & ſic in infinitum, non video cur, & in anima Domini Ieſu Chriſti. Similiter Deus poteſt facere ſpeciem perfectiorem quacunq; data, & dare tantundem de gratia creata, & pluſquam animæ Chriſti. Iſta eſt opinio doctoris ſubtilis, & Thomæ, Parte tertia. Attamen ſi loquamur de ipſa gratia quãtum ad vnionem, & ſecundum rationem cauſæ finalis, non poteſt augeri, quia pertingit ad ſummam menſuram gratiæ, quæ eſt vnire Deum homini, & hominẽ Deo hypoſtaticè. Si verò loquamur de ipſa gratia ſecundum rationem formalem, & virtutem, & ſi ſit etiam ſingularis perſonæ, non poteſt augeri, quia de facto habet omnes actus virtutum dictorum. Si autem loquamur de ipſa gratia ſecundum rationem cauſæ efficientis, & ut eſt Ieſu, vt caput Eccleſiæ, ſic poteſt in infinitum augeri, quod nõ eſt aliud dictũ, niſi quod participabiliter à pluribus, quàm ſit nunc participata, quia ab omnibus ſaluandis, & poteſt etiam participari. Et ſi dicatur cõtra id, quod dictum eſt, quod gratia in ſe conſiderata non ſecundum eſſe formæ, ſed ſecundum latitudinem, quod poſſit augeri, vt recitat magiſter in tertio. Deus tantam gratiam animæ Chriſti dedit, quod ei plenius conferre non poſſet. Quare videtur contra dicta. Reſpõdetur, quod noĩe gratiæ non intelligitur præcisè gratia creata, quæ eſt à Deo, ſecũdum illud ſapientiæ: Sicut & cætera creata facta eſt in numero, ponderе, & menſura, ſed nomine gratiæ intelligitur omne, quod gratuitè collatum eſt animæ Chriſti, quare, & gratia increata: & ſic intelligendo, cum ſummè gratuitum fuerit ipſa vnio humanę naturę Deo, ad Deum: Deus plenius conferre non potuit, quia ſe ipſum in proprio eſſe dedit. Aliter poteſt dici, ſi intelligatur præcipuè de gratia creata, quod & ſi ipſa conferreretur, non in ſe, ſed ſecundum rationem cauſæ finalis, vel etiam formalis, modo prędicto poſito Deus ei plenius conferre non potuit, quia nec ad maiorem vnionem, ordinari, nec plures actus virtutum tribuere, quàm dederit. Aliter poteſt dici, quod quia Chriſtus in inſtanti cõceptionis fuit perfectè beatus, & hoc fuit ſummè gratuitũ, quia nulli

diſt. 13.

Sap. 11.

creaturæ

creaturæ intellectuali, vel rationali est concessum: Et hoc fuit maximè facere eum statim beatum, quare maius hoc ei cõferre non potuit. Vel potest dici, vt dicit Scot. q. summa gratia non positiue, sed negatiue est ei collata. Vel potest dici, si intelligatur positiuè, quod licet de potentia absoluta posset conferri æqualis gratia naturæ alicui, siue assumptæ, siue non assumptæ, fortè non de potentia ordinata, quia secundum leges iam positas à sapientia diuina non est nisi vnum caput in Ecclesia, à quo fit gratiarum influentia in membris. Aliter potest dici, quod Deus tantam gratiam contulit animę Christi, quod ei plenius, Ly, plenius, vel potest referri ad modum agendi, nunc dictum, sic est verum, quia maiorẽ, nec pleniorem nunc, vel ante alicui contulit. Vel potest referri plenius ad modum agendi gratiæ, quod est Deo vnire, & sic est etiam uerum. Vel ad modum agendi gratiæ quod est habere omnes actus ad gratiam pertinentes: et sic etiam est verum. Vel ad modũ quod est influere, quia influendo semper remanent plena, sic etiam est verum, & si non omnibus, quibus debet conferri, collatum sit de facto, quia non omnes beatificandi sunt nunc beati. Vel plenius potest referri ad gratiæ consummationem, & perfectionem: quia. n. in instanti conceptionis fuit sibi omnis gratia conferenda, data, & summa beatitudo, nec in gratia profecerit, quia fuit in termino, vt sunt modo beati, sic etiã est verum. Accipiatur quod placet. Ad secundum dubium de summa gratia finita, vel infinita. Respondet Alexander, quod gratia unionis est duplex, scilicet, increata, & ista est infinita, & sine mensura, & est Spiritus sanctus, vel ipsa persona vnita, & de hac intelligit Ioannes. Quod non est ei datus spiritus ad mensuràm. Alia est gratia creata, & ista est finita, & mensurata. Vlterius dicitur quod gratia in Christo potest dupliciter considerari, vno modo pro gratia vnionis, hoc est pro persona vnita. Et sic est infinita, alio modo, ut est gratia habitualis, & tunc vel est, quoddam ens, & sic est finita, quare, & anima Christi finita est. Vel potest cõsiderari secundum rationem propriam gratiæ, & sic potest dici infinita quodammodo, eo quod non limitatur, quia habet, quidquid pertinet ad rationem gratiæ. Vlterius respondet Bonauentura, et dicit quod gratia Christi potest cõsiderari, vt est singularis personæ, & absolutè considerata ipsa est finita, sed in comparatione ad gratiam aliorum, est improportionalis, et quãtum ad habitum, quia nulla creatura habet tam nobilem habitum, et quantum ad vsum, quia omnes uirtutes, et dona fuerunt in ipso perfectè, quantum ad vsus perfectos, & quantum ad meritum, quod pensatur secundum dignitatem personæ, sic quantum ad sufficientiam est infinitum, ualens ad infinita millia hominum liberanda à peccato, & sic excedit merita omnium sanctorum. Sic potest dici infinita, quia ad infinita se potest extendere. Sed hic est dubium, si gratia creata Christi fuit finita, nunquid posset attingi ab aliqua creatura rationali, uel intellectuali,

tuali, sic quod merendo ad illum gradum perueniret. Respondetur quod non ex dictis: & ratio est secundum Diuum Thomam, quia & si verum sit, quod minus per augmentum potest peruenire ad quantitatem maioris, hoc tantum verum est in his, quæ habent quantitatem vnius rationis. Hinc fit quod, cum in gratia Christi, & cæterorum hominum non sit quantitas secũdum eandem rationem, quia alterius hominis gratia comparatur ad gratiam Christi, sicut quædam virtus particularis ad vniuersalem, nunquam poterit gratia alicuius alterius hominis quantumcunq; crescat adæquare gratiam Christi, sicuti nec virtus ignis quantumcunq; crescat potes adęquare virtutem solis. Ad tertium dubium, an in solo Christo fuerit plenitudo grariæ dicitur, quod omnis plenitudo in instanti conceptionis collata est Christo quo ad gratiam singularis personæ: non. n. decebat verbum increatum vniri animæ perfectissima vnione, qualis est vnio in vnitatem personæ, quin anima esset Dei formis secundum quod erat possibile, sic haberet plenitudinem gratiæ, & gloriæ: quapropter cum sit quædam plenitudo sufficiẽtiæ, quæ sufficit ad obtinendũ salutem, & ista fuit in Stephano, qui fuit plenus gratia, & fortitudine, & est etiam in sanctis; quædam plenitudo numerositatis, & copiæ, sicut est in tota Ecclesia, de qua dicitur: Ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia; quædam est plenitudo prærogatiuæ gratiæ singularis, & hæc fuit in Virgine, de qua dicitur: Aue gratia plena, quædam est plenitudo superabundantiæ, redundantiæ, & influentiæ, Christus non solum habuit præfatas plenitudines, sufficientiæ, copiæ, & prærogatiuæ, sed hanc vltimam, de qua dicitur: Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. Sic ergo patet, quod in solo Christo, est omnis gratiæ plenitudo, & quoad habitum, & quoad vsum; & si virgo habuerit quoad habitum ipsi possibilem, qui intensiuè fuit minor, quàm Christi, non tñ habuit plenitudinem, quo ad omnes gratiæ actus. Ad quartum dubium, quomodo intelligitur illud: Spiritus non est datus ei ad mensuram: patet per Alexandrum ex dictis, quod intelligitur de Spiritu sancto, & gratia increata. Doctor sanctus exponens dicit, quod pater non dat filio spiritum ad mensuram. Loquitur de dono, quod Deus Pater ab æterno dedit filio, scilicet, diuinam naturam, quæ est donum infinitum, vt tantus sit filius, quãtus & pater: Alio modo potest referri ad donum, quod datum est humanæ naturæ, vt vniatur diuinæ personæ, quod est donum infinitum, vt sicut pater plenum, & perfectum genuit verbum, sic plenum, & perfectum vnitum est humanæ naturæ. Potest etiam referri ad gratiam habitualem, in quantum gratia Christi se extendit ad omnia, quæ sunt gratiæ, vnde Augustinus hoc exponens dicit: Mensura, quæ diuinorum donorum est, alij enim datur per spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, sed Christus, qui dat, non ad mensuram accepit. Ex dictis ergo apparet quomodo intelligitur il-

tur illud: Iesus proficiebat gratia, & ætate. Secundum Magistrum in tertio hoc non erat, quod habitus sapientiæ infusus, & gratiæ augeretur, sed hoc erat secundum euentus, in quantum Christus proficiendo ætate, & secundum processum ætatis sapientiora, & virtuosiora opera, ac perfectiora faciebat, vt se verum hominem demonstraret, & Deũ in ijs, quę sunt ad Deum, & in ijs quæ sunt ad hominem, vel proficiebat in nobis modo iam dicto, & tacto. Sed aduertendum pro euidentia iam dictorum, quod in Christo secundum essentiam in instanti conceptionis fuit omnis gratiæ perfectio. Secundum apparentiam in descensu Spiritus sancti in specie columbæ, & tũc habuit testimonium de superius, quod esset vnicus filius Dei, & quod per opera exteriora ante apparebat proficere, tunc apparuit omni bono repletus essentiæ. Sed secundum redũdantiam apparuit ex tunc, & deinceps, quia ex tunc aliquos sanctificauit, & verba vitę disseminauit, & sic possunt solui plures cõtrarietates. Hæc ex Bonauentura. Sic ergo apparet, quomodo Dominus noster Beatę Marię filius in ętate, & gratia crescebat. Videndum est nunc, quomodo in sapientia, quia dicit Lucas: Quod Iesus proficiebat sapientia. Et quia magister dicit, quod anima Christi scit omnia, quę Deus in verbo, & hoc idem asserit Vgo de sancto Victore, iure optimo iuxta prędictorum opinionem sunt aliqua notanda, & presupponenda. Primũ quod anima Christi non prius temporis, vel instantis prioritate fuit creata quàm assumpta, seu beata, sed simul creata, vnita, & beata fuit. Quo sequitur, quod non plus talis temporis prioritate habuit cognitionẽ creatam, quàm increatam. Secundum, quod diuina essentia est communicata animę Christi secundum totam plenitudinem diuinitatis, & secundum plenitudinem immutationis quoad intellectum. Prima pars est Apostoli. In Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Secunda etiam pars patet. Intelligendo eam sic, quod Deus secundũ plenitudinem intellectum immutat, ideſt tantum quoad speciem, sicut est ipse Deus, & quoad gradum immutationis, sicut est anima Christi capax. Ista sic intellecta patet, quia anima Christi in eodem instanti, quo creata, assumpta fuit, & beata, quare & verbum vidit, & omnia. Item si facta fuisset vnio talis absq; immutatione intellectus, talis anima non fuisset beata, nec tali animę talis assumptio eius à verbo nihil ei profuisset. Patet etiam, quia dicit Apostolus, quod in Christo sunt omnes thesauri sapientię, & scientię Dei abscõditi. Quo sequitur, quod anima Christi habuit plenissimè iuxta modum expositum visionem Dei intuitiuam, & facialem iuxta dictum Apostoli: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie, ad faciem. Et Ioannes: Videbimus eum sicuti est. Tertium, quod in diuina essentia omnia relucent prętérita prę sentia, necessaria, possibilia, complexa, & incomplexa. Et sic sequitur, quod videns diuinam essentiam omnia in ipsa videt, ipsa de se immutatiuè

Dist. 13. & 18.

Luc. 1.

Coloss. 1.

2. Cor. 13 Canon. 1.

tine volente communicare: quare, & si sit speculum, omnia repræsentans, voluntariè tamen se repræsentat, cum liberè agat ad extra. Quartum pra suppositum est, quod possibile est, creatam intelligentiam videre diuinam essentiam, & quemlibet in ea relucentem, vel relucibile creatum. Prima pars patet, quia est determinatio Ecclesiæ facta per Dominum Benedictum duodecimum. Quod sancti in patria vident diuinam essentiam, & omnes beati visione non ænigmatica, sed intuitiua, & faciali. Secunda pars patet per Gregorium, qui dicit, quomodo omnis mundus sub vno solis radio à beato Benedicto fuit visus. Sic fir miter tene, quia animæ videnti Deum angusta est omnis creatura: quilibet enim parum de luce creatoris aspexerit, breue fit ei omne, quod creatum est. Quia ipsa luce visionis intimę mentis laxatur sinus, tantumq; expanditur in Deum, vt superiori existat mundo, quia videre in Deum raptus sine difficultate potuit quidquid intra Deum est, quo processu videtur secunda pars sic. Si ipsa non sit vna, hoc ideo est, quia non est possibile intellectũ creatum simul videre diuinam essentiam secundum infinitas species rerum in diuina essentia relucentes: sed hoc est contra dictã authoritatem: nam raptus in Deum sine difficultate videre potuit quidquid intra Deũ est. Item si non sit vera, quæro vnde ista impossibilitas proueniat, nó ex parte diuinę essentiæ, quia ipsa est repræsentatiua sui secundum omnem rationem intelligibilé in ipsa, sic etiam naturaliter repræsentat intellectui proprio, vel ex parte intellectus creati propter limitationem, quia non potest simul, & distinctè clarè cognoscere diuinam essentiam secundum infinitas rationes intelligibiles: sed hoc est falsum. Primò, si istud haberet colorem, ex eo esset, quia intellectus, vt potentia actiua est limitatus, & ideò non potest simul causare diuersos actus intelligendi: sed hoc in proposito non impedit: nam in notitia, quam habet intellectus in verbo, non se habet actiuè, vt in summa deductum est fructu 1. nec passiuè, sed tantum perceptiuè. Deinde si ista limitatio proueniret ab intellectu creato, cum intellectus creatus non dilatetur substantialiter, nec magis sit capax in lumine increato quam creato, sequitur, quod si ex sua natura limitetur ad intelligẽdum simul diuersa intelligibilia, sub ĩcerto finito numero, nullo modo posset cognoscere plura in qualicunq; lumine diuino. Sed hoc est contra processum Gregorij allegatum; dicit.n. quilibet parũ de luce creatoris aspexit breue fit ei omne, quod creatum est, & per consequens in lumine superiori plura potest simul videre intellectus creatus. Dicit etiã Gregorius, quod radius superior puta diuinus, potest mentem dilatare; vnde dicit, quod cœlum, & terra non sunt contracta, sed videntis animus dilatatus. Sic ergo ista animi dilatatio est eius dilatio substãtialis, & hic non. Nam per nullam mutationem accidentalem in mente, mens substantialiter variatur.

tur. Ergo ista dilatatio est per hoc, quod radius superior plura ostēdit, & in plura facit intellectū tendere per actum intellectiuum, quàm radius inferior manente eadem capacitate essentiali potentiæ perceptiuæ, & per cōsequens intellectus creatus non est ex se limitatus ad certum numerum intelligibilium, quæ simul possit cognoscere, sed limitatur, & illimitatur per radium secundū quod plura, vel pauciora pōt in sua luce ostendere. Sed radius diuinæ essentię, quantum est ex se, potest ostendere diuinam essentiam secundum omnem rationem ipsius intelligibilem. Sequitur quod intellectus creatus, omnia, quæ diuina essentia potest ex se simul ostendere, simul potest simplici cōceptu, & intuitu videre, & hæc est intētio Gregorii, & sic patet quartum prēsuppositum. Sed hic sunt aliqua dubia. Primum, quale est tale lumen, quo diuina essentia, sic videtur; an creatum, vel increatum? Respondeo, q̄ est lumen increatum, & hoc lumine fit anima superior mundo, & seipsa, & omne q̄ creatū est fit ei breue. Oportet ergo, q̄ sit lumen increatum. Deus.n. est lumen gloriæ eleuans intelligentiā creatam in patria ad Deum beatè videndum; licet enim ad hoc, q̄ creata intelligentia in Deum feratur sit necessarium lumen creatum, vt dicit Decretalis, tū ad hoc vt Deus videatur ex parte ipsius Dei, nullum aliud lumen creatum exigitur. Ratio, quia Deus secundum Apostolum lucem habitat inaccessibilem. Quomodo fiet accessibilis per aliquod creatum, cum quodlibet creatum infinitè distet ab ipso? Præterea si per lumen creatum Deus sit accessibilis, ergo si tale lumen esset intelligentia cognitiua Deus esset sibi accessibilis ex puris naturalibus, quod est, hæreticum: & quia ista materia est tractata fructu 1. in summa, et de ipsa ēt infra qñ de gloria Virginis dicetur, ad præsens dimitto. Secundū dubium, quia vr̄, si præfatum quartum suppositū sit verū, q̄ possibile est Deum à creatura comprehendi, ex quo possibile est intellectū omnia videre. Respondetur, quod ad concludendum Deum comprehendi, requiritur Deum immensè, & quoad gradum, & quoad speciem cōprehēdi, quorum primū creaturæ repugnat, vnde intellectus creatus si est semp gradu, vt quatuor non percipit nisi vt quatuor, licet plura simul possit intelligere sub tali gradu; & ideò si percipit rationem vitæ, non percipit sub immenso gradu, sed sub gradu vt quatuor, etsi sapientiā sub gradu vt quatuor, & sic de aliis: licet simul percipere possit oīa ista. Tertium dubium, quia vr̄, q̄ sit infinitè beatus, quia videns Deum sub pluribus rationibus est magis beatus. Rñdetur, q̄ solum finitè est beatus, quia, vt perceptiuus, nec talis est magis beatus intensiuè, sed extensiuè, quia plures videt. Quartum dubium, quia talis notitia vr̄ esse infinita, quia infinitorū repræsentatiua. Rñdetur, q̄ est infinita quoad speciē, & non quoad gradum. Diuina ēt essentia non est perfectior intensiuè ex repræsentatione multarum creaturarū, simul q̄ vnius, licet

sit

sit extensiuè, idest, numerosè. Quintum dubium, quia vr q; intellectus talis, sit infinitus, patet, quia si esset actus infinitorum actuum, sic dicetur infinitus, ergo non minus est censendus infinitus ex perceptione infinitorũ. Rndetur, q; non sequitur, quia si esset actus infinitorum actuũ infinitæ rationes causales sibi correspondèrent, sed non sic est de actu perceptiuo, quia sub vnica ratione omnia apprehendit, & intelligit, quę intelligit, & apprehẽdit. Ex quatuor præmissis patet qd respõdendum, videlicet, anima Christi diuinam essentiam in instanti assũptionis à verbo, & ipsi glorificationis videt, & quamlibet in ea relucẽtem intelligibilem creaturam factam vel factibilẽ. Patet hoc, quia anima Christi per sapientiam gratis datã in verbo Dei, cui vnita est perfectè intelligit oĩa, & scit, quæ Deus scit, scit igitur anima Christi oĩa, quæ Deus in verbo Dei, limpidiusq; & præsentialius omni creatura alia contemplatur: quod & vr dicere Magister in 3. d. 14. Sed hic sunt aliqua dubia. Primum, an in anima Christi, vltra præfatam notitiam, quam habet in verbo, sit alia ponenda. Respondent doctores antiqui, Alexander, Bonauentura, & Thomas, quod præter cognitionem, q̃ habuit, & habet in verbo anima Christi tã de verbo, q̃ de relucentib. est ponenda cognitio alia à verbo data animæ Christi gratis, & est rerum in proprio genere, per species ei inditas à conditionis primordio sicut fuit in intellectu Adæ, & istæ species, vt dicit Bonauẽtura in plenitudine fuerunt ei infusæ in primordio. Et ista à dictis doctorib. vocatur cognitio simplicis notitiæ, & in hac nullo modo proficere potuit. Quia verò sensus exterior in Christo ad aliud conuertebatur de nouo ad quod prius non fuerat; hinc est, q; cognitione, vt dñt, experientiæ proficiebat, & quod ante cognoscebat intellectu, videbat postmodum, & sensu, nec erat propriè profectus, vt esset de ignoto ad notum, sed noto vno modo, ad notum alio modo. Ita quod nulla fuit ignorantia. Insuper nõ erat profectus fm existentiã sicut in nobis, sed solum secundum apparentiam, & mansionem, quia prudentiora, & sapientiora ostendebat ætate crescendo. Ista non infusa ponenda est secundum dictos doctores in instanti ei communicata, quo creata, & vnita est, etsi pro tunc ea non est vsus. Secundum dubium est, quia dictum est in quarto supposito, quod possibile est intelligentiam creatã videre diuinam essentiam. Ponatur ergo quod alicui concedatur beato alio à Christo; tunc talis erit essentialiter beatus cum Christo. Respondetur, vt dictum est, quod videre plura non facit aliquem beatiorem alio non vidente, sic nec essentiale, sed intellectus videre quod vtique in nullo alio à Christo potest esse, quia nulli se sic communicat intensè, immutatinè sicut facit animæ Christi, & ita intensior visio datur iuxta proportionem meritorum, cum in ea sit tota merces. Attẽditur etiam non ex obiectb immutante, sed ex gradu potentiæ percipientis. Ac etiam Deus ipse cum liberè agat ad extra potest intensius

& remissius potentiam immutare, magis, minusque ipsam intensiuam ad se conuertendo. Quare non sequitur conformitas, & æqualitas in Christo, & alijs beatis: Ex his ergo apparet, & quanta fuerit gratia, & sapientia animæ Christi, & quomodo in eis Iesus B. Mariæ filius proficiebat. Non quod scientia, gratia, & sapientia augerentur, sed quod prius sciebat verbo, vel habitu vidit postmodum rerum experientia, & documento. Proficiebat in sapientia, quia quanto maiora faciebat, tãto maiorẽ sapientiã se habere declarabat, & sic de operib. virtuosis, & alijs ptinentibus ad gratiã, quibus ab eis operatis, magis, & magis erat acceptus Deo, & p cõsequẽs in gra Dei magis esse, & magis eã à Deo hre, & possidere. Quia ergo B. Maria filiũ suũ benedictũ crescere, & proficere cernebat, maior lætitia, & gaudiũ continuè sibi de eo proueniebat: idcircò his phabitis redeundo ad eius lætitiã dr, q. B. Virgo lætabatur verba dulcia, & blãda audiẽdo ab ipso perorare. Si.n. ipsi beati spiritus suis verbis consolatoriis in aduersis hoibus impendunt lætitiam sicut patet de angelo Raphaele loquente Tobiæ, & de angelo Gabriele erigente Danielem, & de aliis, multò magis puer Iesus suis eloquiis inter aduersa, iucundam matris mentem reddebat. Insuper Virgo beata magnũ gaudium habebat, dum à filio, quem nutriebat verbo interno, & eloquio externo, quotidie informabatur. Auidus existit omnis homo occulta diuinæ sapientiæ scire. Moyses Deum vi-
4. Reg. 3. dere cupiebat, Dauid audire, Sponsa vocem sentire, Magdalena ad pedes eius stare, turbæ in ipsum irruebant, vt audirent, & Saba regina à finibus terræ venit audire sapiẽtiam Salomonis. Quod Maria ergo faciebat audiendo filium, verba vitæ, primò intrinsecus, deinde voce exteriori suæ diuinitatis patefaciendo, liquefiebat eius anima, & ad instar Danielis super pedes suos stare non poterit, sed velut Ezechiel ad ad contemplandum diuina rapiebatur, & in talium cogitatione non solum Maria gaudebat, sed super pectus Domini Iesu assiduè incumbebat, vt verbum Dei filij sui in ea fructum centesimum in patiẽtia afferret. Inerat etiam gaudium Virgini, dum de nostra salute fienda per filium, & modo ab ipso gratificè certificabatur, nec verba Simeonis abscedebant à corde Mariæ, videlicet, Tuam ipsius animam pertransibit gladius: & dulcia membra pertractando filii, manus, pedes, & alia, cum sciret ea, clauis aperienda, & cruci affigenda, tota mentes naturali compassione ad filium mouebatur, & quia erat diuinæ conformis per omnia voluntati, etsi volebat filij passionem cum Deo patre, affectu tamen materno non minus ad ipsam, compassiuè inclinabatur. Gaudebat etiam pia mater inspiciendo eum gratificè conuersari, & pacificè non lacessebat iniurijs, non percutiebat, non aliquẽ deridebat, sed prudentia, & moribus ornatus conuersationem placidam inter hoies deducebat, cuius cõuersationẽ

B. Ma-

B.Maria attendens gaudio vtiq; magno replebatur,& eo amplius lęta tabatur,videndo filium,quæ ad patris erant honorem quærere, & ope rari. Hinc ergo visitabat loca Deo dicata, synagogam adibat,legẽ au diebat,orabat corde, psallebat ore,persoluebat gratias, & ad simile fideles inuitabat. Hinc etiam Virgo promota lætabatur nutriendo permittendo se à filio manibus contrectari, eum amplexabatur, dulciter osculabatur,& sic Deo dicata,sanctificata,& cõiuncta erat,& gratificè multas consolationes sibi mutuò inferebát, velut altera Anna in filio Tobia,omnia habebat,lumen oculorum erat, baculus senectutis, *Tob.10.* solatium vitæ,& spes posteritatis. Quid ergo erat Iesus Mariæ matri? lux,& vita,& conditor mundi, nec immeritò. Etiam lætabatur videndo se à filio in omnibus venerari, quia sic eam honorauit præ aliis eligendo ab æterno,ab omni peccato præseruando,omni gratia fœcundando,& super omnes mulieres exaltando. Vlterius ingens gaudium Virgo beata in se sentiebat,cernendo se beatã ex tali filio à gentibus prædicari;cum.n.ipsa de se cecinerit, ꝙ ex factis à Deo in ipsa, ꝑcipuè *Luc.1.* filii Dei incarnatione beatã eã dicerent oẽs generationes,congratulabatur,vt Elisabeth vicini super Ioanne filio habito. Heli Annę super *1.Reg.1.* *Ruth.3.* Samuelé, mulieres Noemi. Lia de se beatã ꝑdicari. Multò fortius hoc *Gen.30.* in Maria factum erat. Angelis pastoribus Christo orto à Simeone,Magis,& Anna Iesu præsentato;ab Ægyptiis 7.annis cum Maria cõmorato,& ipsa lætificabatur. Postremò indicibile gaudiũ ĩgerebatur Mariæ videndo mira fieri à paruulo,& perpetrari,nępè, draconem subiecit, palmã ad ima inclinauit;fonté scaturire fecit;feras,& leones perire iussit,vulnera sanauit, ordanẽ aperuit, & verbo multos informauit. Talia hæc,& multa alia virginẽ consolabantur,& cũ propheta Abacuch dicere quibus.Ego aũt in Dño gaudebo,& exultabo ĩ Deo Iesu meo, ipsũ nutriẽdo,& fruẽdo.Etsi Samuel desuper datus matrip matré Deo fuit traditus,vt non sęculi,sed Dei manciparetur obsequiis:nõ dubiũ, ꝙ Iesus humanis,non mundanis implicabatur actibus, sed quæ circa patris erant occupabatur.Habitabat B.Maria cũ filio in Nazareth nõ querula,vaniloqua,girouaga, aut suos in aliquo offendẽs vicinos,sed erat humilitate, & reuerentia ad oẽs prædita, cunctis ad obsequendũ prompta,mansuetudine insignis,ac specie oĩum decorata virtutũ. Data ergo fuit B.Maria Christo gubernatrix, & nutrix, vt Iesum pascàt, gubernet ad Ægyptũ ducat,reducat,aspiciat,tãgat,amplexetur,& strĩgat,vitã consideret,& doctrinã,consortio, & nutritione iucũdetur,lætetur,& gaudeat,& sic patet primũ,ꝙ erat videndum pro præsentis fructus expositione.Modo considerandum est, quid ostendebatur, Mariæ quoad sanctitatem,& perfectionẽ filij.Circa ꝙ sciendum est,ꝙ B.Maria ex eo ꝙ nõ solum Christum genuit,sed ẽt ex hoc ꝙ nutriuit apparet ipsam esse,& fuisse in plurib.singularissimã. Primò ĩ puritate:quia

enim Deus est purissimus, vult sibi à mũdis ministrari, vt patet de Aaron, & filiis, qui non nisi mundi, & loti ad sacrificandũ volebat eos accedere: q; patet ét in rebus mũdanis, vt de Nabuchodonosor, qui pueros, in quibus nulla esset macula, voluit in suo conspectu stare. Cũ igitur Virgo gloriosa Christo ministrarit, & ipsum in tẽplo sui vteri tãto tempore habuerit, ac eum nutrierit argumentum sumitur ipsam fuisse singularis puritatis, & munditiæ. Fuit etiã singularissima in iustitia, & æquitate. Deus loquebatur cum Noe, & stabat cum eo, quia inuenit eũ solum iustum coram se, nam Deus iustum non derelinquit, sed in vinculis cũ eo descendit, vt scribitur de Ioseph. Cum ergo Virgo gloriosa fuerit cum Ioseph iusto, & nutrierit filium sanctitate purissimũ; iure optimo nuncupanda est iustitia, & æquitate singularissima, sicuti ét in humilitate, qua tantum l eo placuit. Pariter etiam in simplicitate cordis, vt Iob, qui simplex erat, & Moyses mãsuetissimus, qui loquebatur cum Deo facie ad faciem. Fuit etiã singularissima, in feruore, & charitate, in obedientiæ gratiositate, in vitæ perfectione, in sanctitate, & in acceptabilitate, plusquam Esther Assuero, Iudith Holoferni, regina Sabba Salomoni, & Abigail in conspectu Dauid. Fuit ét plusquàm Adam, & Heua, Abraham, & Noe, & cæteri patres quoad obedientiam, & plusquam Elias in zelo charitatis. Vt igitur cunctis ostenderet, quantum Iesus Mariam acceptam haberet, & diligeret, hanc potius elegit in matrem, nutricem, ancillã, baiulã, & magistram. Plura ét possent dici de lætitia B. Virginis, sed sufficiant præfata. Sancti Apostoli gauisi sunt viso Domino, Zacchæus quærebat eũ videre, Matthæus reliquit theloniũ, Quid igitur de Virgine Beata, ex qua filius Dei carnem assumpsit dicendum est? Profectò mallem potius corde contemplare, quã voce, & sermone proferre. Ex dictis ergo apparet pro nostra informatione, & documento, quod Iesus nutritur, non à quolibet, sed solum à B. Maria, per quam misercordes, pœnitentes, innocentes, fideles, charitate, gratia, & perfectionibus pleni, & fœcundati intelliguntur. A talibus enim conspicitur, tangitur, inter brachia cordis nutritur, fouetur, in sinu tenetur, & cũ talibus sermocinatur de regno Dei. Apparet etiam, quales gratias infundit mentibus eum susçipientibus. Quia puritatem, charitatem, humilitatem, sanctitatem, & alias perfectiones. Teneamus ergo eum ad nutriendum inter vbera cordis, vt fasciculus myrrhæ, & replebimur ab vberibus consolationis diuinæ, & Deo accepti erimus pro præsenti, & futuro. Ex iam præmissis apparet quid gaudij, & quid perfectionis Maria habuit, vt præsens fructus declarauit, videlicet, *Maria nutrix datur*.

FRVCTVS

FRVCTVS QVINTVS.

Fructus XLI.

Maria Christum detulit.

EXPOSITIO BREVIS.

COELORVM Rex Christus, & Dominus voluntatem per omnia subiiciens Deo Patri vnà cum parentibus duodennis existens se templo præsentant, ad quod ascendendum, & standum, tàm exemplo sui, quàm suæ dignissimæ matris cũctos inducit sanguine pretioso redemptos.

EXPOSITIO MAIOR.

REGIS diuinæ zelator præcipuus, redemptor humani generis, Dominus noster Iesus Christus B. Mariæ filius, etsi verus Deus, & homo, & vt Deus non sub lege, sed supra legem existeret, iuxta ceremonias legis templo, vt homo, (etsi infans) à matre voluit præsentari, iuxta mandatum Domini, & dum puer esset duodẽnis vnà cum matre ascendit, vt præsens fructus dicit pro parte, & Lucas euangelista præ alijs hoc astruit euidenter. In perfectionis apice cum essent Iesus, & Maria, vt viã perfectionis, & virtutis, quæ in obseruantia mandatorum consistit perfectè docerent, se templo repræsentant iuxta Domini præceptum in obedientia, humilitate, & sollicitudine, implerionis voluntatis diuinę stare, perfectionem declarantes. Ante omnia hic attendendum, q. Maria post infantiæ tempus Iesum duodennem ducit ad templum, aliud speciale ex hoc innuens fidelibus ad considerandum, & feruidè imitãdum, cum omnis eius, & filij actio nostra facta sit instructio. Vt igitur videatur, quid innuant ex huiusmodi ascensu Maria & filius ad templum illud, quod adhuc erat in figura, uidẽda sunt aliqua: nempe quo tempore Iesus à Maria ad templum ducitur. Quid templo, & Ierosolymæ loco nobis exprimitur. Quid præsens fructus innuit singulare, & loquitur. Pro euidentia horum, incipit Euangelista & dicit: Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Ecce tempus. A tempore quo Iesus est reuersus de Aegypto, nihil dicit de Iesu aliud Euangelista, nisi quod puer crescebat, & cõfortabatur plenus sapientia, & gratia, & subdit: Quod ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solenni Paschæ. Paucis verbis de filio, ac matre mira dicit. Multi quærũt cur opera filii Mariæ facta intra quinque annos ab Euangelistis nõ referatur, quia de Aegypto reuersus stetit in Nazareth, & postmodum

Luc. 2.

iuit ad templum Ierosolymam;pro magno facto, & omnibus miraculis,potiori est istud,quod Lucas dicit: Iesus B. Mariæ filius crescebat, erat plenus sapientia,& gratia Dei erat cum illo. Si de corporalibus gestis Iesu loquimur, hac de causa omissa sunt aliqua facta,quia nihil fecit sic exercens,vt istud,quod narrat declarans Iesu deitatem. Potest etiam dici,quod quia ipse Euãgelista dixerat, voluit exemplo docere, dum subdidit, de gratia,quod ascendit,& de sapientia, quia in medio doctorum sedit. Vnum,vt diximus satis fuit Euangelistæ dixisse Iesum crescere ad plenum esse sapientiæ,& gratiam Dei esse cum illo. Ex plenitudine sapientiæ,aliud vltra hominem esse Iesum Mariæ filium ostendit,& consequenter Deum,quia angelus non erat. Insuper dum dicit eum plenum sapientia,declarauit illum scire mira facere,sed cum dicit,quod gratia Dei erat cum illo,ideò operari mira ostendit. Si ergo miracula non egit,quæ recitent Euãgelistæ, ex impotentia non processit,quia gratia Dei erat cum illo,tàm creata, & increata,diuina,& humana,satis ergo dixit Euangelista de miraculis Domini cum eum plenum sapientia esse,& cum illo gratia Dei prædixit. Ad magnum miraculum est, vt puer duodennis plenus esset sapientia,similiter eũ esse plenum omnibus virtutibus:quia gratia Dei erat cum illo. Hoc sufficere debet cuilibet fideli,& pro summis miraculorum Saluatorem nostrum se ostendisse plenum sapientia, ac Deo patri summè acceptum, vt sic in processu vitæ de eius doctrina nulla esset, quin esset verissima hæsitatio;& de miraculis nulla admiratio, ex quo gratia Dei erat cum illo. Sed quid paudis, & dicis de Maria,& Ioseph? Ibãt parentes. Commendat eos à laboris tollerantia, quia ibant de Nazareth vsque Ierusalem,& sunt milliaria septuagintaquatuor. De iustitia,quia ibãt ad reddendum Deo quod erat suum;de obseruãtia diuinæ legis, quia in die solenni; de perseuerantia in bono,quia nõ in vno anno sed per omnes;de singulari gratia,quia parentes eius;de virtutũ efficacia, quia in Ierusalem,ideſt ad pacem ibant,in pace iam existentes. Sed de totali à mundo auertentia,quia paschæ tempore,vt transitus eorum de mũdo per paschæ transitum referaretur. Dicit ergo S. Euangelista, quod Iesus Mariæ filius plenus sapientia,& gratia fretus, & concomitatus cum parentibus ibat in Ierusalem,Non licet ire Ierusalem ad templũ Domini,nisi fretus,& ordinatus,vita,intentione,& moribus, & sic sapientia plenus, dilectione, affectu, & desiderio ad Deum totaliter,& tunc cum gratia pergit,imò gratia Dei cum illo. Mariam ergo Iesum, & Ioseph non retardant à perficiendo mandata diuina, non laboritineris,nec longitudinitas viæ, sed per omnes annos per tantum viæ spatium,& si pauperes pergunt Ierosolymam,scientes,quod in custodiendis illis retributio multa,& simile faciendi aliis exemplum præbẽtes. Pergit ergo Iesus ad suum materiale tẽplum vnà cũ matre & nutriti

uo pa-

uo patre. Sed quo tempore ducit Maria filium ad templum? Respõdetur, quod in die solenni Paschæ, & qua pueri ætate? Respondet, cum esset annorum duodecim. Vbi datur documentum, quod si omni tempore debeamus ad ecclesiã nos præsentare, præcipuè diebus solennibus, & Deo dicatis, specialiter tamen Paschæ, quando agnus immolabatur. Maria ergo die solenni se offert templo, & cum filio, vt hoc agens, quid agere nos oporteat innotesceret. Ipse enim Iesus in prima ætate præsentatur à matre, nunc in secunda pueritia, scilicet, & ipse in iuuentute præsentabat se primum agens ante omnia, scilicet, diluculo ad templum iens. Sed quantę ætatis est Iesus cum à matre Maria in Ierusalem adducitur? Inquit duodecim annorum. Quid per hos annos exprimitur, quid ipsis innuitur, & intelligitur? Non sine mysterio Iesum fuisse duodecim annorum quando iuit cum matre Ierusalem, esse perhibetur. Per hos annos, etsi literaliter intelligendo dici possit, quod Dominus Iesus exemplum præbuit dum puer tempus incipit attingere discretionis Deum incipere cognoscere, in suum creatorem, & redemptorem, quod vtique ætate duodecim annorum incipit, & quindecim terminatur. Vt non sit tunc sic sub cura, quem se libere valeat voto ligare. Sed exponendo ad nostrum profectum. Maria ducit Iesum Ierusalem duodecim annorum, vt ipsi det intelligere genus humanum non peruenisse ad pacem, nisi quando Iesus Ierosolymam ascendit, quando humanam naturam induit, & mũdo per natiuitatem ortus fuit; tunc gloria dicta est, hominibus in terra pronunciata est bonæ voluntatis pax. Sed quando? Nõ antequam Iesus esset annorũ duodecim, ideſt, post duodecim singulares actus, & demonstrationes, modos, varietates, & ætates, decursus mundialis à principio creationis primi hominis decidentis in culpam, vsque ad ipsum Iesum ad pacem veram reducentem ex perfecta satisfactione pro homine. Primus annus est à principio creationis primi hominis, vsque ad eius casum per culpam Deus pacem, quoad mẽtem, tempus, locum, & corpus? Primò dedit parenti, sed paruipensione diuini mandati hostis effectus, pacem amisit, & à Ierusalem descendit, nec reuersus est suo anno. Secundus annus incepit ab Abel, qui quęrens pacem est interfectus iniustè. Tertius annus est sub Noe, quo, etsi ipse pacem Deo habuerit cũ filiis totum autem genus humanum recessit à Ierusalem, & diluuio est necatum. Quartus annus à patriarca Abraham habuit exordium, quo tẽpore, etsi ipse regi Salem decimas dederit, nihilominus peccatis sic exigentibus à Ierusalem multi corruerunt. Quintus annus sub Isaac describitur, qui oculis orbatus, & inimicitia ad inuicem filiorum angustatus, etsi sanctus in Ierusalem non perfectè venit. Sextus annus à Iacob incepit, quo plura sunt facta potius digna discordia, quàm pace. Sicut cum in Dina à Sichem opprimi. A Ruben Bala concubina Iacob

Gen. 24.
Gen. 35.

Gen.5. Gen.37. Gen.41. Iacob cognoscitur. Thamar à socero supponitur. Ioseph à fratribus vē ditur, & fame vehementi terra affligitur, & ob hoc in Ierusalem non ascenditur. Septimus annus sub patriarchis in Aegypto ducitur, nec sic ad Ierusalem per Iesum ascenditur, filii enim Israel sub luto, palea, & latere, affliguntur, & innocentes pueri submerguntur, & sic non pax, sed afflictio in populo attenditur. Octauus annus sub Moyse, nec sic pax à plebe Israelitica habetur, nam vitulo adorato occiditur, itinere affligitur, & pluribus peccatis in deserto prosternitur. Nonus annus sub Iosue, & Iudicibus cōputatur, quorum tempore exteris non est pax, cum multipliciter occidantur: nec filiis Israel, cum sub pluribus Dominis eorum peccatis, vt serui mancipentur. Decimus annus sub Dauid, & regibus declaratur, quo anno, etsi sub Salomone aliqua liter pax sit data, persecutione tamen Dauid multis peccatis regum, & regnorum Israel, & Iuda destructione multipliciter inquietatur. Vndecimus annus sub ducibus, & sacerdotibus post transmigrationē Babylonis peragitur; quo in tempore populo Dei nō pax, sed gladius imminet, vt patuit tempore Esther, Iudith, & Machabæorum, nec tunc templum in Ierusalem Christus cum Maria ascendit. Duodecimo tandem anno veniente tempore miserationum Domini Iesus carnem induens humanam ascendit Ierusalem, quia pacem dedit, prædicauit, & ad veram Ierusalem pacis visionem, scilicet, cœlestem gloriam cum Maria fideles perduxit. Sed data pace per Iesum mundo sua sacra incarnatione, & passione, & facto in Ierusalem, etsi per tempus steterit turbator pacis diabolus, & zizaniæ seminator, peccatis multiplicibus de Ierusalem, & pace vera ad peccatorum cœnum homines deducens, pacem amouit, & sub suę ditionis vinculo genus nunc prostrauit humanum, cuius habenas crudelis dominii si volumus effugere, duodecim annis pertransitis eruſalem ascendamus, & à peccato surgere, & pacem inuenire omni studio quęramus, Primus annus erit peccatorum cognitio, vt cognoscamus ipsum peccatum fore offensiuum diuinitatis, destructiuum gratiæ, & charitatis, amotiuum societatis, scilicet, angelicæ ad dominium peruersitatis, scilicet, dominij diaboli, inductiuum miseriæ, & calamitatis, quia peccato, mors, & aliæ pœnæ sunt indictæ, priuatiuum misericordiæ amœnitatis, scilicet, cœlestis gloriæ, obcæcatiuum nostræ luciditatis, s. rationis, contentiuum fœditatis, infectiuum nostræ nobilitatis, ideſt animæ, inquinatiuum, & obliquatiuum affectus, & effectus, conductiuū pęnalitatis mortis, et dispensatiuum nostrę dispositionis, ac elōgatiuū à perpertua cœlestis gloriæ hæreditare. Iste est annus Saulis, quo incepit regnare; sed hic annus, nisi ad alium protēdatur, talis regnatio non sufficit, & cito terminatur, oportet enim aliud haberi à peccatore, vt primus annus sit vtilis ad ascensum Ierusalem cum Iesu

1.Re.10

duo·

duodecimo anno. Transeat ergo ad secundum annum, qui est commissorum contritio, in quo anno oportet nos esse, quia parum valeret cognitio peccatorum, nisi esset contritio de ipsis, ad quam habendam sit planctus vnigeniti in nobis, dolor nempè, vt non sit similis, pudor vt erubescamus, timor cum tremore, horror cum detestatione, clamor ad Deum cordialis, feruor ad dimittendum singularis, stupor de supportatione nostri à Deo, squalor sit in apparentia, amor ad mala dimittenda cum diligentia, sapientia, & prudentia incauendo, & tandem in proposito sit clangor in confitendo: quia propositum confitendi ad contritionem hoc anno secundo, Ezechiæ dicitur, vt comedat præfata, quæ spõte nascuntur. *4. Re. 19*

Ad præfata, tertium, quod est necessarium debet sequi, & est tertius annus præfatorum confessio. Ex quo enim peccatũ agnoscit, & de eo dolet, & conteritur, sequitur, vt dicamus cum Dauide: Dixi cõfitebor aduersum me iniustitias meas, vt nobis Deus remittat impietatẽ peccati. Quam confessionem faciamus sponte, & voluntarie. Volũtariè sacrificabo tibi. Accellerate, & indilate, ne obliuiscamur peccatorum, humiliter, ante præsbyterum humilia animam tuam. Verecundè, vt cũ publicano non audeamus oculos ad cœlum leuare, sed pectus percutere. Amare cũ Ezechia dicendo: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meę. Discretè. In omni sacrificio sal iubetur poni. Integrè totum vni dicatur. Propriè, ut non aliena, sed sua peccata. Vere, vt nullum mendacium, aut falsum qualicunq; de causa dicatur. Nudè, & non palliatè. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei. Frequenter, vt quàm frequenter peccamus, frequenter, & confiteamur. Fideliter, vt iniuncta pro peccatis exequamur. Iste est annus, qui iubetur prædicari, placabilis Domino. Confessione enim placatur Dominus. Et in hoc anno, Dominus dabit placationem suam, quia Deus confessione primo offensus reconciliatur, æternam pœnam in temporalem commutat, sententiam datam mutat, iugum diaboli disoluit, gratiam infusam auget, & ad gratiam restituit primam, imaginẽ renouat, opera placidat, & acceptat, coercet, ne prolabamur vlterius in peccatũ, voluntatem dirigit, & rectificat, instruit intellectum in agẽdis, vires ad benè operandum subministrat, & paternam hæreditatem nobis promittit liberaliter. Et hoc anno benignitatis diuinæ surgit homo à peccato, sed in Ierusalem adhuc cum Domino Iesu non ascendit, vt pacem optatam à vitijs quærat. Restant modo anni quinque, vt pro hac Rachele cũ Iacob liberemur, & seruiamus Domino, vt in figura habetur. Et idẽò ad prædictos annos sequitur quartus annus, qui est mundanorum abiectio, materia peccati est affectio, & dilectio ad mundana, sed eius odiũ, est à peccato præseruatio. Idcirco dicitur: Nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo, omne enim, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ. Si volumus in hoc anno

Ioh 7. *Isa. 61.* *Gen. 29.* *Can. 1.*

vera-

veraciter viuere, vnuſquiſq; noſtrum debet mundum perfectè abiicere, vt ſit in nobis, Cordialis humiliatio, contemptus omnium mundanorum, vilitas in cultu, mititas in verbo, & conuictu carnis afflictio, delectationis abiectio, diſplicentia laudis, ſubiectionis ardor, deſpectio diuitiarum, dilectio humilium perſonarum, præ cunctis voluntatis propriæ abnegatio, aliorum ſupra nos reputatio. Iſte annus eſt, in quo eſt lætitia tribus uicibus cum præfatis tribus præmiſſis, vt habetur. Quintus annus, operum bonorum patratio. Non ſufficit enim abſtinere à malo ſecundum Gregorium, niſi bonum peragatur, qua operatione, dū homo rite operatur à mali, & peccati exhibitione præſeruatur, & quia operatio bona cenſetur ex fide, & obſeruantia diuinorum mandatorū. Hinc eſt, quod ritè operari cupiens, oportet eum duodecim articulos vēræ fidei indubitanter credere, ac mandata decem in duabus contenta tabulis cum duabus aliis Euangelicis perficere, vt placeamus coram Deo in lumine viuentium, & tunc ſi ſemel oramus in hoc anno exaudiemur. Vel annus prefatus accipitur, vt quis opera pia exerceat, & Deo placita, videlicet, protegat afflictos, defendat pupillos, oppreſſos liberet, nudos operiat, infirmos viſitet, egenos reficiat, ſitibūdos refocillet, colligat peregrinos, ſepeliat mortuos, inſtruat inſcios, corrigat delinquētes, captiuos redimat, ac inimicis indulgeat: & ſic cum in anno hoc claruerit, Dominus exaudiet. Verum quia, vt homo peragit recta, & dū eſt in præſenti, à diabolo impetitur, vt probetur tentationibus, & afflictionibus, velut lapis in ciuitate ſuperna ponendus cōquadretur. Hinc eſt, quod datur annus ei ad probandum eum. Sextus annus, qui eſt tentationum expugnatio, & ſuperatio, nam contra hoſtes malignos eum diuerſis tentationibus impetentes, ſtat in acie, & Dei frœtus virtute virili terere debet, ac in Domino confortari. Cōtra eum dimicat lucifer, vt Dei paruipendat mandata, ſui exemplo nihil obſernādo. Leuiathan, vt non mente ſupina, ſed erecta, & ſuperba incedat, ſua facta referādo, Satan, vt mundana diligat, eis cor infigendo. Aſmodæus, vt humana non ſpernat, ab eis viſum remouendo. Labadon, ut illata non ſufferat, offendentibus non indulgendo. Beemoth, vt carnis incendiū non ſuperet, ſed perficiat conſentiendo. Princeps mundi, vt falſas diuitias appetat, eas iugiter inquirendo. Belial, vt mendacia, & falſa loquatur veritatem non dicendo. Beelzebub, vt pacem abdicet, diſcordiam diligendo. Legio, vt vocem cordis non ſubleuet Dei miſericordiam expoſcendo. Diabolus, vt carni ſit deditus cibis, & voracitati. Dæmon, vt deceptioni ſtudeat proximi, & falſitati, ac mundi ſagacitati. Hi principes ſunt, qui hoſtes infernales ſignantes iuxta nominum interpretationem, & Scripturæ authoritatem varie, occurrunt bonum agenti ad ipſum decipiendum. Sed homo bonum exercens, de ſe diffidens, confidat in Domino, & in protectione Dei commoretur, qui ſibi ſuos angelos mittet. Seraph

contra

contra Inciferi suasionem, vt doceat Deum amare, & eius mandata seruare, Cherub vt eum instruat sua facta diligenter indagare contra Leuiathan inductionem. Thronum contra Satan malitiam, doceat eum mundi fluidam instabilitatem. Dominationē cōtra Asmodeum, vt cūcta caduca spernat, & eorum malignitatem. Principatum contra Labadon, vt doceat patientiā in aduersis, & inimici dilectionem. Potestatem contra Beemoth, vt continentiam doceat, & puritatis susceptionem. Virtutem contra principem mundi, vt temperantiam, quæ replet mentem, virtutibus instruat. Archangelum contra Belial, vt veritatē dicamus, quæ Deo placet, & hominibus. Archangelorum ordo, quia habet præclaros tres in scriptura nominatos. Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem hos dirigit Deus, Michaelem contra Beelzebub, vt iniuriam doceat esse dimittendam Dei amore. Gabrielem contra legionem, vt doceat Dei misericordiā deposcendam omni vigore. Raphaelem contra diabolum ad abstinentiam tenendam cum rigore. Angelum verò contra dæmonem ad exercendam iustitiam, cum recto tenore. Et sic per ordinem Seraphim docet in se sperantem Dominus Iesus obseruantiam mandatorum contra luciferum. Aduertentiam suorū factorum contra Leuiathan per Cherubim. Instabilitatem contra mūdanarum rerum contra Satan per Thronos. Malignitatem humanarum contra Asmodeum per Dominationes. Iniurias dimittere contra Labadon per Principatus. Continentiam diligere cōtra Beemoth per Potestates. Virtutum temperantiam in omnibus contra principē mūdi per Virtutes. Veritatis eloquentiam contra Belial per Archangelos. Amicitiam, & concordiam cōtra Beelzebub per Michaelem. Dei potentiam contra legionem per Gabrielem. Pœnitentiæ efficaciam contra diabolum per Raphaelem. Scripturæ sapientiam, & scientiam cōtra dæmonem per angelos. Non dubites ergo, qui bonum peragis de istis inferorum principibus. Nam pater Deus mittit in auxilium tui plusquam duodecim legiones angelorum. Hic annus, etsi sit in gemitibus, iuxta psalmum in est consolationis vltimate. Hic annus apponit pacem. Septimus annus est dictorum diuinorum susceptio, ex quo fuit in anno probationis, & fidelis inuentus; tunc Deus sua dona elargitur. Nam tunc Deus animam sibi intimat & coniungit, inflammat, & incendit, valetudine roborat, rectitudine ordinat, sustollit, & subleuat, sustentat, & reficit, acceptat, & exaudit, gratificat, & dilatat, vitam dat spiritualem, munit contra insultum criminalem, fomitem remittit concupiscentialem, & sanctitatem parat singularem. Hic est annus septimus, in quo fit sabbathismus, idest, animæ requies à laboribus, vt scribitur: Octauus annus est in bono stabilitas, quia peccatis dimissis, in primo, secundo, tertio, annis, & occasionibus in quarto, ac deuictis hostibus in sexto, & datus sanctis ope

Psal. 3. *Prou. 3.* *Leu. 25.*

ctis operibus in quinto, ac multis proſtratis deorum muneribus in ſeptimo; in hoc octauo animam Deus ſtabilitat in bono, & conſolidat, & hic hominem per antedicta probatum, in annis præcedentibus, faciendo validum indifficillimorum aggreſſione. Sedulum in inceptorum perfectione, & completo; intrepidum ad aduerſorum expugnationem; inclitum in ſtrenuorum, & arduorum operatione, prouidum in diſponendo, ſolidum omnia æquanimiter ſuſtinendo; ſtrenuum aduerſa deſpiciendo, rigidum carnis luxum contemnendo; feruidum pro premio Deum requirendo, placidum cuncta cum gaudio peragendo, arduum mortem non timendo, optimum incæpta confirmando, & perficiendo. Sic ergo ſolidatus homo dicere valet cum Iſaia. Annus retributionis meæ venit, quia per data indubitanter ſperat futura ex præfatis. Nonus annus totius hominis ad recta ordinando. Quia enim ſtabilitur in bono, proculdubio talis debet eſſe ordinatus in omnibus per iuſtitiam; ritè in hoc anno iuſtitia ordinatur, quod alta, ſcilicet, Deum per reuerentiam. Quoad data per gratitudinem, quoad extra per miſericordiam, quoad intra per pietatem, quoad mentem per puritatem, quoad fratrem per æquitatem, quoad verbum per veritatem, quod actum per religionem, quoad corpus per ſeueritatem, quoad mores, & geſtus per diſciplinam, quoad conuerſationem per concordiam, quoad cultum per fidelitatem. His ergo duodecim iuſtitiæ ſpeciebus totus debet eſſe homo ordinatus. Hic eſt annus qui ſuperat annum quintum,
Eccl.33. ideſt aliarum virtutum, & lux lucem, & iuſtitia, reliquas virtutes, vt ſcribitur. Decimus annus eſt mentis præſeruatio; nam cum Deus nihil à nobis depoſcat niſi cor, & mentem noſtram ipſam præſeruare ab omni prauitate debemus; quare eſſe debet in nobis pudicitia vt cohibeat fœda, continentia, quæ reprimat illecebrem delectationem; caſtitas, quæ refrenet impetum libidinis, ſobrietas quæ aſtringat guloſam voraginem, parcitas, quæ abdicet omnem ſuperfluitatem, temperantia, quæ ſenſus retrahat à noxiis exceſſibus. Moderantia, quæ appetitum dirigat, abſtinentia, quæ præſeruet à cordis grauamine, verecundia, quæ peccata agi non permittat, honeſtas, quæ aſpectum vanum procul pellat, aſperitas ſit in cultu, & fuga ſit ab omni
Eccl.26. prauo actu. Quibus habitis annos vitæ in pace implebit. Quia talia pacem cordis ſubminiſtrant. Vndecimus annus eſt, ſupernorum conſideratio, & contemplatio. Quilibet dum eſt in præſenti vita, cum patriam non habeat, ſed illa, quæ ſurſum eſt Ieruſalem, ſit noſtra permanſio, domus, & ciuitas, ad hanc ſuſpirare, conſideratione aſſidua debemus, & quæ ibi ſint, pia contemplatione penſare. Cum glorioſa ſint illa, quæ de ipſa dicantur, eleuet mentem à terrenis, & dirigat ad ſuperna: non reptet, vt coluber, affectum,

fectum,& intentionem in mundanis & caducis ponendo,sed sursum ascendat,vt aquila,& in arduis ponat nidum suum,iugis,& fixæ considerationis,plebem,& populum,affectuum omnium, & desideriorum carnalium,ad radicem montis Sina derelinquat,& cum Moyse ab aquis leuatus,ideſt à terrenis inficientibus animam expertus,& liber, montem Sina contemplatiuè ad videndum Deum ascendat,& tũc incipiet degustare quàm suauis est Dominus. Segregabitur à puluere mundanorum,eleuabitur ad apicem diuinorum,voluntas in Dei amore firmabitur,oculus interior illuminabitur,amor suus ferueſcet,& vigorabitur,cor ad faciendum cum voluntate,Dei iussa,ordinabitur, anima,& quatenus,etiam corpus per amorem exceſſu subleuabitur, si Deus non habeatur,mens inquietabitur,sed habito amore transformabitur,tunc se offeret Deo holocaustum immaculatũ,& verè purificabitur, tenebra resoluto lumine,effugabitur,& assidua meditatione Deus videbitur,& expectabitur, & tunc fiet in pace locus eius & habitatio eius in Sion, & annos vitæ,& pacem apponet Deus sibi.Duodecimus annus est veri Iubilæi, quo omni seruitute dimissa terrena perfectiſſimum omnium contentum,desiderio insatiabili in præsenti cum Iesu,& Maria Ierusalem hoc duodecimo anno veram non manufactam,sed cœlestẽ ascendit,tunc rimando omnia liqueſcit anima,& cor ad se reuertens, in cœlesti Ierusalem cum Maria,& Iesu meditatiuè conuersatur, quæ pensatis ibidem contentis, & existentibus, clamat cum Dauid:Glorioſa dicta sunt de te ciuitas Dei.Et ratio est,quia ibi est esca indefectibilis,vita interminabilis,dulcor insastidibilis,lux,& splendor inoffuscabilis,ardor de Deo inextinguibilis, honor incomparabilis,decor incontaminabilis,amor inseparabilis,vigor insuperabilis,timor inadmissibilis,valor impreciabilis, fauor inæstimabilis propter throni residentiam beatorum. Hic est annus,in quo inuenit centuplum quam vtiq; cogitare potuit,& dimisit Dei reuerentia,& amore,quia centuplum accipit,& vitam possidebit æternam.Anni igitur isti sint nobis menti iugiter per susceptionem,meditationem,operationem,& recogitationem,vt cum Pontifice Iesu,& Maria ad veram Ierusalem ascendere possimus ciuitatem Dei viuentis.Non ergo absq; misterio sacer Euãgelista ponit quod Maria, & Ioseph cum puer Iesus esset annorum duodecim Ierusalem est deductus,vt quo tempore ascenderemus demonstraret.Duodecimo anno Ierusalem ascendit,qui duodecim Apostoli fides vera,qua obtinetur cœlestis Ierusalem,erat mundo prædicata,vt dicit Ambrosius.Sensatus,& prudens ascendit, quia duodecimo anno plenus sapientia, & gratia.Et sic patet primum, quo tempore Iesus cum Maria Ierusalem ascendit. Videndum est modo, quid hac Ierusalem nobis exprimitur, ad quam Iesus,& Maria ascendit.Vbi sciendum,quod Ierusalem materialiter loquendo,ciuitas erat,vbi templum.Vt hſ 1.Reg. spiritualiter

Gen.26.

Hebr.13

est no-

est nostra anima, cui dicitur à Deo per prophetam: Erudite Ierusalem,
Hier.6. ne forte anima mea discedat à te. Sed tropologice est ciuitas ipsa beata,
& superna, de qua dicit Apostolus, quod illa, quæ sursum est Ierusalem
Gal.4. libera est. Ad primam ciuitatem ascendendo exemplo inducimur Iesu,
& matris, & si non eisdem de causis, Iesus, & Maria templum & Ieru-
salem ascendebant, vt se ostenderent diuinę legis amatores, & seruatores,
Exo. 23. quæ hoc mandabat. Zelatores Dei summi super omnia dilectores gra-
ti exhibitores, veri adoratores, & terminatores cerimoniarum, his præ
cipuè de causis ascenderunt. Sed nos alijs inducimur de causis, vt Deo
de perceptis gratias agamus exemplo Ezechiæ, qui templum adijt hac
4 Re. 20. de causa. Vt eius voluntatem oratione inquiramus cum Petro, & Ioan
Act. 10. ne. Vt iuxta documentum Christi ante omnia regnum Dei quæramus
dicentes cum Dauide: Vnam petii à Domino, hanc requiram. Vt Dei au
2. Paral. xilium contra hostes dæmones cum Iosaphat deposcamus. Vt in manibus eius animam nostram commẽdemus, & corpus nostrum ponamus, vt nos præseruet à peccato, dirigat in agendis, casto corpore, & munda mente nos conseruet, & velle nos faciat, ac operari, quod est ad salutẽ, & vẽram pacem. Surgamus ergo diluculo cum Maria, & Iesu, & veniamus Ierusalem in templum. Sed quomodo Ierusalem, & templum istud ascendere debemus, via Deo exaudiamur, & acceptemur. Certè debemus esse, à scelere emundati, quia peccatores Deus non exaudit, opere iustitiæ approbati, quia in conspectu Dei vacuus nullus debet appa
Exo. 23. rere, intentione regulati, quia in simplicitate cordis (dicit Sapiens)
Sap. 1. quærite Iesum. Verbo moderati, quia non in multiloquio nos exaudiri
Eccles. 1. sciamus, quia breuis oratio penetrat cœlum, in Christi amore fundati, quia in nomine Christi, pater cœlestis orationes suscipit, & exaudit: à diaboli operibus elongati, de templo Iesus expellit opera diaboli fa-
Ioan. 3. cientes, timore diuino ordinati vt Anna, Christo in actibus conforma-
1. Reg. 1. & 2. ti: Postulet in fide. Ad miserendum parati: dimitte nocenti tibi, & de-
Matt. 5. precanti peccata soluentur. Ad iudicium exercendum cum discretione
1. Para. limitati. In Ierusalem enim stat Dauid, ideſt, debet in Ecclesia, & Dei templo stare fidelis Christianus, qui fortis contra diabolum, qui faciebat iudicium, & iustitiam omni populo, qui reddere debet. Quæ sunt
Mat. 20. Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. His freti ascendere debemus, vt Maria, & Iesus in montem Domini, ideſt, Ecclesiam, & templum Dei. Sed cum simus in Ierusalem, & templo, ideſt, Dei Ecclesia, quid agere debemus? Caput inclinemus ad Dei reuerẽtiam, os aperiamus ad Dei laudem, aures ad ipsius instructionem, oculos ad considerandũ Dei miracula, nostra peccata, Dei iudicia, pœnam peccatoribus, et gloriam părată iustis. Nasum, ut non fœtidi, sed odoriferi simus virtutibus, manus ad misericordiam, cor ad Dei dilectionem, pectus ad dimittendum offensam proximo, brachia ad Crucis iugem amplexum, renes ad

Dei

Dei iugum, & onus portandum; pedes ad exequendum à Deo iniuncta. Quæ omnia in Domino Iesu, & sua matre fuerunt, vt superiora declarat. Isto modo in templum ire, & Ierusalem debemus, & stare cũ Iesu, Maria, & Ioseph. Sed spiritualiter loquendo Ierusalem est ipsa anima, & templum Domini, quæ verè per participationẽ spiritualem, & similitudinem ad temporalem dẽt esse in idipsum, vt dicit psalmus. Pro quo aduertendum, quod ciuitas terrestris Ierusalem tria habebat, quæ ipsam singularem inter ciuitates reddebat. Primum spectat ad ciuitatis ipsius constructionem & firmitatem. Ipsa enim, & in ea, vt patet ex scriptura, fuit situs altitudo, nã in mõte fuit fundata: murorum grossitudo, qua roborabatur: turris fortitudo, qua defendebatur: arcis, & Castri vallitudo, qua vigorabatur, quia ciuitas Dauid: fouearum latitudo, qua contuebatur: victualium magnitudo, qua sustentebatur: plebis multitudo, qua habitabatur: principis celsitudo, qua exultabatur. Fuerunt in ea reges singulares, & insignes, sicut Dauid, Salomon, & alii. Secundum declarat eius amœnitatem, & iucunditatem. Eius iucunditas erat in palatiis, quæ habebat, in planitiis de prope fontibus fructibus, viridarijs, fluuijs, pascuis, & corporis delicijs. Adeò enim delicioſa fuit hęc ciuitas, vt nulli vnquam, vt dicunt Iudæi, tædio fuerit eius habitatio. Quod declaratur ex eo, quod in ea stare reddebat iucũdum, & placidum, ciuium generositas, & nobilitas opum, & diuitiarum multiplicitas, legum virtuositas, pacis, & cõcordię, commoditas, omnium æquè tractabilitas, operum, & artificum varietas, scientiæ luciditas, diuini cultus sinceritas, & singularitas. His donis Ierusalem adornabatur terrena. Ad instar ergo Ierusalem terrestris, spiritualiter intelligendo, vt ad ipsam ascẽdat anima, debet esse quoad constructionem firmata, & fundata fide, muro spei roborata in Deum spem ponendo: turre fortitudinis defensata: radiata arcis limpitudine: profunda fouea humilitatis: fœcundata virtualibus: declarata varietate operum: regulata sanctæ conscientiæ ratione, vt faciat iudicium, & iustitiam in omni tempore. Hæc faciunt animam firmam situatione in Dei timore, quia timor Domini fiducia fortitudinis. Insuper quoad delectationem, vt in ea habitare Deo complaceat. Sit structuris, & ædificiis pulchrè ædificata per donorum Spiritussancti susceptionem; planitiis vberrimis dilatata per factorum diuinorum considerationẽ, fontibus saluberrimis informata per scientiæ sanctæ adeptionẽ: aqua sapientiæ sit potata, & tunc in ea erit fons hortorum, & puteus aquarum viuẽtium: fructibus salutiferis impinguata per charitatis fructus degustationẽ: viridarijs odoriferis, & fructuosis adoptata per vitę sanctæ ostẽsionẽ: fluuiis irrigata deiferis per specialẽ deuotionem: pascuis recreata gratificis interna spiritus consolatione: deificis deliciis subleuata per mentis ad Deum totam intentionem. Hæc omnia animam Prou. 14.

Deo iucundam reddunt quoad delectationem. Vlterius consideranda est, quoad habitationé, vt complaceat Christo & Mariæ habitare in ea, ideò oportet quod sit. Operationibus declarata variis, & virtutibus ciues enim animæ sunt virtutes, & operationes sanctæ; affectionibus sanctis regulata, & desideriis, affectiones sanctæ sunt diuitiæ, quæ nun quàm deficiunt: præceptis approbata, & diuinis legibus: regulis limitata, & sanctis moribus: perfectione iustitiæ ligata, & sacris actibus: exẽplo sanctimoniæ demonstrata, & amoris, gratis nexibus; supernis sapientiæ irradiata fulgoribus; æternis dedicata valoribus, quia debet esse templum Dei. Ecce qualis Ierusalem spiritualis, vt ad ipsam ascẽdat Dominus Iesus, cum Maria. Sed heu proh dolor facta est meretrix, quæ erat ciuitas fidelis, & quæ ante erat Ierusalem, facta est Babylon, misera, nec ad ipsam ascendunt Iesus & Maria, quia habitaculum non Dei, sed diaboli. Ad hanc siquidẽ capiendã, imò q̃ deterius est eam capiunt Sesach rex Ægypti, qui manus sacci interpretatur: Ioab, qui inimicitia, vel inimicus interpretatur: Absalon, qui patris amaricatio dicitur: Philisthijm, & Arabes, qui cadẽtis interpretantur: per Asaelem capitur regem Syriæ: per Ioas regem Israel: per Rasen regẽ Syriæ: per Phacee filiũ Romelię: per Theglathphalasar regẽ Assyriorũ: per Nechao regẽ Ægypti: per Nabuchodonosor: per Antiochũ. Hi sunt duo decim reges signantes diabolũ hanc Ierusalẽ capientes habitantes, & destruentes, q̃n à Deo recessit cor eius, tũc quasi polluta, & ciuitas re bellis. Sed quid agere dẽt? Certè vt habitaculũ cordis nostri euacuet vitiis, & virtutibus repleatur, claudatur diabolo, & aperiatur Christo, tunc Ierusalé vocabitur ciuitas veritatis, & ad ipsã accedet Dñs Iesus, sed qũo? Certè duodecim annorũ, & puer, duodecim singulares gr̃as animæ faciendo signatas per annos duodecim. Nẽpè dãdo animæ, securitatẽ, tranquillitatẽ, ad suã informationẽ disponendo. Puritatẽ vtriusque hominis, impassibilitatem contra conuitia, integritatẽ præseruãdo à peccato, preces acceptãdo, voluntatẽ animæ suæ per oĩa cõfirmãdo, à terrenis remouendo, & sibi vniendo, ipsam illuminando, diuinas consolationes imittendo, & eis ipsam reficiendo, in se eã per amorẽ, & dilectionẽ transformando. Et sic Dñs Iesus, & Maria ascendunt, nõ solũ in Ierusalem, sed, & remanent, vt hic dr̃ in Euangelio. Sic ergo patet de secunda Ierusalé spirituali. Ad q̃ ascendit Dñs, & Maria. Tertia Ierusalé, vt dictum est, est ciuitas superna, ad q̃ ascendunt, & ascenderunt beati ad confitendũ nomini Dñi. Ad hanc Ierusalẽ gloriæ ascendit Iesus, & Maria, quia ibi sunt, & regnãt, de quo figuraliter est illud: Et in Ierusalem potestas mea. Et ad hanc ascẽdere debemus. Sed qũo? Exẽplo Iesu, & Mariæ, qui ascenderunt, iter pandũt nobis sua vita. Sed per quos gradus? Certè per istos, per quos ipsi ascẽderunt. Abdicatio

2. Pa. 12
2. Reg 5.
2. Re. 16.
2. Pa. 21
2. Pa. 24
2. Re. 12.
2. Pa. 25
2. Pa. 28
4 Re. 24
4. Re. vl.
2. Mac. 1

mundi,

mũdi: abnegatio sui: parcitas in cibo, & potu: rigiditas in cultu, patiẽtia in verbis, & illatis: assiduũ exercitiũ operando: obedientia própta: humilitas profunda: sensuũ tẽperantia: constantia in proposito: circũspectio in gerendis: æquitas in dãdis Deo, & proximo: oratio cũ deuotione: sinceritas fidei, & spei in Deũ positio, & ad ipsũ summa cordis deuotio, & dilectio. Isti sunt quindecim gradus, per quos itur, velut per scalã, Ierusalẽ cęlestem, per quos etiam ascendere voluerunt Iesus, & Maria, quare charissimi, si illuc ascendere optamus, quia naturali desiderio beatitudinẽ appetimus, per dictos ascẽdamus gradus, alioquin nunq̃ peruenimus. Balaã desiderat nouissima fieri his similia, sed qa non habuit principia, nec media ad nouissima nõ peruenit. In hac cę lesti Ierusalẽ stant Iesus, & Maria eleuati super oẽs ordines angelorũ, patriarcharũ, prophetarũ, apostolorũ, martyrũ, cõfessorũ, virginum, & oĩum aliorũ beatorũ, ad quorum gradus si pertingere non possumus, conemur saltẽ in aliquo aliorũ esse, quia in quolibet ipsi videntur, & beatificatur homo illuc ascẽdens. Ex dictis ergo apparet, quid tali ascẽsu nobis ostenditur, & innuitur, ꝙ erat fm vidẽdum pro istius fructus expositione. Nunc restat declarare vnũ dubiũ. Cum Iesus ad legẽ non astringeretur, & difficultas esset tanta in itinere à Nazareth in Ierusalẽ, cur cum matre Ierusalem adire voluit? Rñdeo, etsi patet ex dictis, vt Dei legẽ obseruaret, alia ex cã accessit, vt qd esset ipsa, & Iesus demonstraret. Vbi sciendum, ꝙ, vt dicit Philosophus, naturaliter vnumquodq; tetendit ad locũ non prohibitũ, & vnaquæq; res locũ propriũ petit, & proportio, & similitudo inter locũ, & locatum dẽt esse. Locus ad quẽ pergit Maria cum filio, est Ierusalẽ, & dictũ locum frequẽtat. Quid interpretatur Ierusalẽ fm Hieronymum de Interpretatione Hebraicorũ nominũ. Dr̃ pacis visio, vel timor perfectus, aut timebit perfectè. Vt igitur videatur, locum conueniisse locato, & è conuerso, Videnda sunt duo, primum, an Maria cum Iesu fuerit vere visio pacis, & in pace collocata. Secũdum, an timore Domini perfectio fuerit recta Quoad primum respondetur, ꝙ Maria vere fuit in pace posita, & locata, quia pacem impediunt, odium Dei, qui author est pacis, peccatorũ patratio, difformitas ad Dei voluntatem, obduratio, & cordis impœnitentia, abiectio veræ iustitiæ, amor mundi, & ambitio, immitis conuersatio, occupationes variæ, distractio sensuum, & sine custodia, ocii dilectio, & insectatio, iniuriarũ persecutio, & quod omnia perficit, nullo modo mentis perorationem eleuatio. His. n. duodecim omnis pax perturbatur, vt patet ex experientia, discordia gignitur, & anima misera velut mare turbatur, & angustiatur. Et quia ista est vera, ꝙ contraria modis fieri habent contrariis. Præfatorum ergo oppositа pacem, & tranquillitatem habemus, quę plenissimè in Iesu fuerunt, & sua matre Maria. Quis dilexit Deum feruidius, cum essent gratia pleni, etsi

differenter, cuius gratiæ actus est Deum super omnia amare? A quo oĩa peccata, actu, & potentia sunt amota, nisi à Iesu, & sua matre Maria? In quibus vnquàm fuit maior conformitas voluntatum ad Deũ, quàm in Maria? Iustitia in quibus habuit perfectius locum, quam in Iesu, & Maria? A quibus magis temporalia, & mundialia sunt remota, quàm a Virgine, & Christo? Quorum cor fuit melius dulcoratum, & Deo humiliatum, & diuina pietate scissum, quàm Iesu, & Mariæ? Cõ-
Mat. 11. uersatio mitior Domini Iesu, & Mariæ? Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ab his cura prorsus omnis aberat mũdialis, & ad id intendebant solum, vt Dei facerent voluntatem dicente Iesu: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Nonne pacem Maria omnium Christum genuit, & ima sumis reconciliauit? Vis ergo pacẽ videre? Mariam respicias in pace fundatam, pace vallatam, ad pacem inclinatam, pro pace præparatam, & cum pace copulatam. Ipsa ergo est veraciter Ierusalem, pacis visio, possessio, & distributio, vnde ipsa poterat dicere. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Sed quid dicã de timore perfecto? fuit ne in Iesu, & Virgine? Certè sic. Timor Domini sanctus, qui permanet in sæculum sæculi; cum ipsi sint sancti sanctorum. Sed quid intelligitur nomine perfecti timoris? Non vtique seruilis, qui non stat cum perfecta charitate, non mundialis, qui timet damnum rerum temporalium, non carnalis, qui temporalem fugit pœnam, non initialis, quo timetur damnum æternale, sed fuit in Christo timor naturalis, subiacens tamen per oĩa rationi, & iste etiam in Virgine, & specialiter tẽpore passionis. Sed timoris perfecti nomine intelligitur, timor filialis reuerentiæ ad Deum, vt eum timeat, & ab omni offensione sui se custodit, & Dei iussa perficiat. Hic timor perfectus fuit in Virgine, & filio, patet timoris huius euentu. Vis enim videre, quod timor hic fuerit in Virgine? argumentum est dilectio Dei ad Mariam, & filium: Oculi Domini super timentes eum. Odium mali: Timor Domini odit malum. Constantia, quæ infuit in eis contra mala præsentis
Prou. 8. vitæ: Qui timet Deum nihil trepidabit. Sapientia, quæ in eis exiſtit, eu
Eccl. 34. Eccl. 1. ius initium est timor Domini. Fortitudo contra aduersa: In timore Do
Prouer. 2 mini fiducia fortitudinis. mandatorum diuinorum obsecuantra. Exal-
Prou. 13. tatio eorum in præsenti per gratiam, & gloriam. Timor Domini glo-
Eccle. 1. ria, & gloriatio. Et beatus, cui datum est habere timorem Dei. Ex prę-
Eccl. 25. fatis ergo sumitur, quod in Virgine, & filio timor Domini sanctus, & perfectus fuit. Et sic conformitas, & similitudo Mariæ, & Iesu ad Ierusalem spiritualiter est intellecta. Et hæc pro præsentis fructus expositione sufficiant.

FRVCTVS

FRVCTVS SEXTVS.

Fructus XLII.

Maria conturbatur.

EXPOSITIO BREVIS.

DOLOR pueri tangit pectus Mariæ, dum filium deprehendit suo receſſiſſe à latere. Quærit diligenter,& anxiè humanæ auida ſalutis,quem tamen erraſſe credere nullo modo volebat.

EXPOSITIO MAIOR.

IN Ieruſalem pergens Dominus Ieſus cum parentibus, vt ſua præſentia patris,& ſuam ſolennitatem honoraret,ac quæ erant ad honorem debitè exerceret, diebus ſolennitatis iàm expletis, dum ad propria redit Virgo cum ſpõſo vtriſque ignorantibus,vt ſacer docet Euangeliſta, puer Ieſus in Ieruſalem remanſit.Cuius permanſio qualem dolorem, & quantum immiſerit pectori ſuæ pijſſimæ matris,ac quanta amaritudine fuerit eius anima reſperſa,dum deprehendit ſuum filium ab eius latere deceſſiſſe hic fructus demonſtrare conatur. Cuius expoſitioni dum curo inſiſtere,quæ occurrunt admirationem ingerentia cum dubitatione,quæ in primis ſoluenda ſunt,& declarãda ; quibus ſolutis patebit quid hic fructus de glorioſa Dei genitrice Maria exprimere ad ſui laudem intendat.Primum quod admirationem,& ſtuporem inducit, & hæſitationem facit in propoſito eſt,quia euangeliſta Lucas refert,quod conſumatis diebus feſti,remanſit puer Ieſus in Ieruſalé,& non cognouerũt parentes eius.Cum V. Maria omni diligentia filium cuſtodiret, & ſeruaret,quomodo tantus,ac talis theſaurus à ſui , ſponſiq; conſpectibus pro tempore ſic abſconditus fuerit,& amotus? Cuius dubij ſolutio,ſtatim patet,ſi verba venerabilis Bedæ propoſito debitè notentur. Dicit enim,quod ſi viri, & mulieres ad templum in Ieruſalem accedere tenentur ex iuſſione diuina,ſeorſum viri à mulieribus incedebant,& per aliam viam, pueri verò eum vtroque parentum pergere conſueuerant,& quemadmodum ibant pergendo Ieruſalem,ad templum ſeparati,ſic & per ſpatium reuertebantur. Quare Maria credens puerum Ieſum cum Ioſeph eſſe,& Ioſeph cum matre Maria,neutro cognoſcẽte,puer ipſe Ieſus in Ieruſalem remãſit.Quo datur intelligi,quod ſpatio magno viri à mulieribus ſeparabantur, & è conuerſo in eundo, & redeundo,quod patet ex euangelio,quia dicit Euangeliſta:Exiſtimantes,ſ.Maria quod eſſet cum Ioſeph in comitatu,& è conuerſo, dicit,ꝙ ante-

antequàm perpenderent, venerũt iter diei vnius. Quare videtur, quod per tantum spatium viri separarentur à mulieribus, & mulieres à viris. Hoc, vt puto, fiebat ratione maioris honestatis, & ob reuerentiam solennitatis, vt castitas integra in coniugatis talibus seruaretur, & præcipuè dũ appropinquarent templo, ne carnales, sed spirituales potius, & mundi solennitatẽ Domini celebrarent. Sed quomodo remãsit puer Iesus, vt incognitũ esset Ioseph, & matri? Respondetur. Sicut quando ei insidiabãtur Iudæi elapsus est de medio eorum, & non apparuit, sic & nunc puto puerum Iesum remansisse, & parentes eius, vbi remansit, ignorasse. Quo dicto concluditur, etsi Virgo eum omni diligentia seruaret, & custodiret, erat tñ in eius potestate se ostendere, & celare, quare talis subtractio, & remansio parentum incautæ custodiæ attribui non debet. Secundum, quod hæsitationem cum admiratione inducit, est, quomodo in ciuitate Ierusalẽ Maria potuerit amittere Iesum, quẽ ab ipsa deserti solitudo, & vastitas in nullo valuit separare. Respondetur, q̃ in ciuitate Ierusalem tali, ac tanta populi habitantis, & aduenientis, multitudine copiosa latere citius voluit Dominus Iesus, quã in deserto, vbi minimẽ taliũ copia aderat. Sed si ad vim spiritualem pro cã accedimus. Iesus in Ierusalem amittitur, & non in deserto, quia ipse pœnitentibus mundum abdicantibus adest, nec ab ipsis sequestratur vllatenus. In delicijs verò residentibus, & vana sectantibus adesse spiritualiter non placet eidem. Vel potest dici, quod adiutorio relictis humano Deus adest, frœtis verò non. Hic etiam aliud innuit, vt non in vrbe, sed in deserto Dominus Iesus inuenitur. Magi in Ierusalem lumẽ stellæ amittunt, sed extra positi inueniunt, sic & in deserto Iesus, videtur, & non ciuitate, sic, & Moyses, quem Æhyptijs prius nõ concesserat videre Deum, loci deserti vastitat præparauit. Tertium quod facit dubitationem cum stupore est, cum in creatis à Deo (humanitate assumpta) nil gratiosius, perfectius, & acceptius Deo fuerit sua matre Maria, cur eius consortium, sic latenter dimittit, & fugit? Respõdetur, quod fecit hoc, pluribus de causis. Ne, videlicet in disputatione fienda parentes essent ei in detrimentum, & impedimentum; ne si parẽtes scirent, & oppositum vellent, aliud peragendo, inobediens videretur. Ideò ne retrahatur, aut inobediens censeatur, inscijs parentibus remansit in Ierusalem. Insuper, cum Christi actio nostra sit instructio, vt daret exemplum, quod potius obediendum est Deo, quàm parẽtibus, cũ hoc ipse non egerit nisi summa sapientia præuolente, & acceptatione diuina. Postremò, vt quod Deus inspirat benignè, non propaletur parẽtib. quia multa Deus interius inspirat, q̃ si parẽtibus referarentur non permitterent ea fieri; quia non crederent aliquando à Deo esse. Et licet Beata Maria Christo in cunctis fidem indubitabilem exhiberet, &

daret,

daret, tamen ad euitandum hoc, ne filii nisi beneplacito parentũ, quę Dei sunt agerent, ignorante matre in Ierusalem remansit. Non spreuit Iurisconsortium matris, & Ioseph, sed declarauit, quod, quæ nobis Deus peragendo iniungit, non semper sunt parentibus, vel exterius reseranda. Sed quia præfati dubii solutio, ex quo nunc persoluendo dependet, relinquitur hoc modo. Oritur dubium in proposito, & facit difficultatem, & admiratione pro quarto loco. Debuit ne summa sapientia Iesus Christus inscia matre, si latere, ac dolorem inesse ei permittere ex sui absentia: Non videtur, quod decenter se habuerit, tum quia ipsa sciendo quod agere vellet impedimentum nullum dedisset, cũ Dei patris, quæ ipsam in sponsam acceperat diligeret super omnia, tum quia, pueris exemplum dedit in consultis parentibus multa agendi, & si pro libito regendi, tum quia sanctiorem societatem pro minus sancta reliquit, scilicet Mariam pro doctoribus, quare non decenter videtur se habuisse. Respondetur, quod Dominus Iesus, sapientia Dei Patris, sicut in quolibet actu prudẽtissimè se habuit, sic, & decentissimè, quæ fecit, exhibuit in hoc actu. Et primò respectu sui, & hoc considerato tempore. Statim enim, quod homo incipit vti libero arbitrio dẽt, quæ sunt ad Dei cultum inchoare, inquirere, & tenere exemplo Tobiæ, qui filium suum ab infantia docuit Deum timere, & mãdata eius seruare. *Tob. 1.* Loco etiam pensato. Locus aptior præ aliis ad honorandum Deum est templum. Societate cogitata, vt puer societatem deuitet, & cum probis hominibus conuersetur, vt sunt doctores, & rectores cultus diuini. Modo habito competenti, vt sit cautus ad impedimenta vitanda, & præcauenda, quæ vt plurimum dantur in bene agendo à parentibus, quare eos vitet, & iuxta propheticum dictum: Inimici hominis domestici eius. Quæ quatuor prædicta fuerunt in Iesu. Tempus, quia cum esset annorum duodecim, tempestiuè cœpit Deum honorare. Locus, quia Dei templum. Societas, quia doctorum, & modus, parentes vitando velut impedimentum. Quare decenter se habuit respectu sui inchoando quæ sunt Dei, & incipiendo quæ sunt Dei. Quia ad incipiendũ quatuor præfata requirunt, tẽpus, locus, societas, & modus. Se habuit ẽt Dñs Iesus decenter, quia constanter, & impauidè incedit nullius faciẽ timendo, nec desolationẽ parentũ, vel amicorũ attendendo, sed sicut Dñs decenter se habuit in incipiendo, sic & in processu in percurrẽdo, & inquirendo, ac prosequendo incepta. Debet. n. quilibet Dei honorẽ inuestigare, & q̃rere, qualiter hẽat fieri, & exhiberi à peritis scientib. & tales scientes libenter audire per ipsos, vbi hæsitat per interrogationẽ ad veritatẽ venire. Si interrogetur quid sentiat, prudẽter respondere, & demũ perseueranter in præfatis se habere. Iste est ordo naturæ addiscẽdi, quid homo cupit. Ista quatuor effecit Iesus nã in medio doctorũ stetit, audiens illos quoad primũ, & interrogans

quoad secundum: rñdebat ad interrogata, vnde mirabãtur super prudentia, & respõsis eius quoad tertium: & perseueranter hoc egit, quia sedebat, & hoc quoad quartũ. Sic ergo decẽter se habuit in inchoando in principio, in inquirendo in medio, sed ẽt in terminando, q̃ iã incępit, & cognouit. Homo, qui incepit velle facere, q̃ Dei sunt ẽt cognouit qũo dẽt perficere, & in perficiendo se habere nõ dẽt dolori parẽtũ cõpati, nec eorũ conquestui aures præbere, vel in modico à proposito retrahi, & retardari, Deũ præferre cunctis amicis, quia oĩum pater, factor, & gubernator: verũ in iis, q̃ nõ sunt cõtra Deũ aliis obedire dẽt, decet, & põt. Sic egit Dñs Iesus, q̃ sunt ad patris sui honorẽ cõplens. Nõ dolorẽ parẽtũ respexit, fili quid fecisti nobis sic? Inuectiuè quodãmodo eos redarguit. Quid me q̃rebatis? Prætulit Deũ, & p̃posuit oĩb. inquiens: In his q̃ patris mei sunt oportet me esse. Et deinde in alijs, q̃ Dei honori nõ obsistũt, humiliter obediebat, quia descẽdens erat subditus illis. Sic ergo patet, ꝙ decẽter in hoc actu Dñs Iesus se habuit respectu sui. Deinde decẽtissimè se habuit respectu matris. Maria ergo mater dolẽter q̃rendo filiũ amorẽ intensissimũ, quẽ hẽbat ad ipsũ reserauit, & se in oĩ casu de ipsa confidẽtiã securè accipere demõstrauit tanq̃ sciẽs, ꝙ mater eius in nullo, ꝙ ãgeret, deficeret, aut cõtradiceret. Quare ea inscia absentatur, & sic respectu matris decẽtissimè se ostendit; insuper ẽt decentissimè se habuit, quoad nos; innuit. n. nobis, vt dictũ est, vt paternitatẽ Dei, paternitati carnali anteponamus, ne parẽtũ dolore, vel querimonia ab ijs, q̃ ad Dei seruitiũ spectãt, desistamus. Et ꝙ parentib. in ijs, q̃ cõtra Deũ nõ sunt, obediamus. Etsi aliqñ à nostris absentamus parentibus eis insciis, nõ pergamus ad loca, quorũ accessu nobis sit cã lasciuiendi, vel aliud nõ debitè peragendi, qđ ad nostrorũ verecũdiã redundet parentũ. Quintũ, ꝙ maximè stuporẽ inducit ex parte Virginis, cur inesse tãtus dolor potuerit Virgini, & tãtũ dolorẽ ipse acceperit, cũ sciret filiũ suũ verũ Deũ, & hoĩem esse, & ꝑ cõsequẽs nullo mõ posse errare. Et cũ esset prudẽtissima de tali absentatione ꝓ tpe Iesu à se dolorẽ suscipere, vt vr̃, non debebat. Rñdetur, ꝙ licet Virgo Maria non dubitaret filiũ errasse, cũ sciret eum veraciter esse Deũ, tñ pluribus aliis de causis de Iesu absentatione tali modo facta dolebat, & dolorẽ habuit, quas oẽs recensere longum esset. Nihilominus pro nunc, ꝙ dolor Mariæ inerat ex affectu cõpassiuo ad filiũ, ne sicut Ioseph regrediens de Ægypto dubitauit in Iudæã ire propter Archelaũ, sic mõ timebat vnà cũ sponso ne ab ipso aliud circa ipsum dñm Iesum fieret, & ideò cũ corpulentã substantiam ab ipsa traxisset, non mirum si dolebat, etsi prudentissima fuerit, quia amor, & affectus erat naturalis ipsius ad filium, quem supercrescere faciebat magnitudo perfectionis, bonitatis, & deitatis Iesu. Sed hic est vnum dubium, quàm vehemens, & quantus fuerit iste dolor B. Mariæ. Respondetur

quod

quod dolor iste de absentatione considerando tempus, quia durauit per triduum laborem, inquietem, proprietatem filij, & circumstãtias concurrentes. Experientia certè apparet, quod ex amissione viæ dolét peregrinantes, thesauri mercatores, magistri discipuli, medici infirmi, Patris filii, sponsi vxor, filiorum parentes, lucis affliguntur cęci, ducis concutitur exercitus, panis famelici, & vitæ homines ingemiscunt. Cur ergo Maria dolere non debebat ex subtractione boni Iesu? Qui est via vitæ, thesaurus Dei, magister veritatis, salus cunctorũ, filius vnicus ipsius Mariæ, lux vera, panis viuus, & Angelorum, vita nostra. Et quia specialiter hæc omnia erant in Iesu, idcirco virgo beata maximo dolore angebatur. Doluit Iacob ex subtractione Ioseph, nec potuit consolationem recipere. Dauid de morte Absalon, Sunamitis fuit posita in amaritudine ex filii amissione, & Anna sic affligebatur lachrymis ex dilectione sui filii Tobiæ, credendum ergo B. Mariam indicibilem habuisse dolorem. Istis ergo præmissis, quid ò sancte Euangelista dicis circa hunc fructum, & B. Mariæ dolorem, quid causauit istum dolorem? Certè pietas materna. Et inuenit eum in Templo, quo in loco ostenditur in Christo diligentia in exequendo, quę patris sunt, fidelitas in seruando, probitas & virtus patrem honorando. Ostéditur pariter sapientia, quia parentes eius non cognouerũt, quod quidem potest iudicari, si quoddam dubium prius, quod in proposito gerit difficultatéremoueat: iõ merito dubitari põt, cur Iesus nõ reuelauerit istam suam permansionem verbo, nec etiam interiori reuelatione. Respondetur quod hoc egit Dominus Iesus ad ostendendum virginis patientiam, & probandam ipsam. Deus Tobiam permisit cœcitatem incurrere, vt posteris daretur exemplum patientiæ suæ, sicut & Iob. Similiter, & à prophetis subtrahebat actum prophetandi, vt de Eliseo, sic fecit in Virgine, subtraxit hãc cognitionem, vt daret ipsam in exemplum aliis. Deinde, vt solertiorem inquirédo filium redderet, & ad commendandum zelum deuotionem, & dilectionem Mariæ tãdem ad ostendendum, quod & si virgo sanctissima esset mater, tamen erat Iesu inferior ad cognitionem. Quare his patet, quod Deus, & Dominus Iesus de sua in Ierusalem remansione nulli reuelauit, quod vtique fuit suæ sapientiæ declaratiuum. Quid ergo Euangelista inquit? Remansit puer Iesus in Ierusalem. Remansisti ergo puer benedicte in Ierusalem, & tui parentes non agnouerũt. Et hoc quare? Vt doctores te videntes sic prudentissimè interrogantem, & respondentem, Deum agnoscerent, & hominem, sed non puerum. Remansisti in Ierusalem puer sanctissime, & mater tua ignorauit, sed quare? vt magis te curaret videre sub spirituali affectu, quàm intuitu corporali. Etiã, vt informares ipsam, vt docuisti tuos Apostolos te sensibiliter videre non oportere, quia intuitus corporalis non sinit sensum ad superna subleuare

Gen. 37. *2. Reg.* *Tob. 5.*

men-

mentem. Remansit puer Iesus in Ierusalem, vt doceret liberè eum, & absq; matre à mundo debere incedere, remansit puer Iesus & parentes non cognouerunt eum, quia plerunq; Deus venit in animam, & tñ non recedit, licet non percipiatur ab anima, sed adest. Remansio pueri Iesu cum ad summum doloris fuerit matris, inducit nos tanto affectu ad compatiendum B. Virgini, quæ tanto dolore plena fuit. Dat etiam documentum, vt si qñ nostris peccatis Ie us à nobis abscedat, quod de eius recessu doleamus, & cum dolore quæramus, donec eum reperiamus. Ex dictis ergo apparet quomodo præsens intelligitur fructus. *Maria conturbatur.* id est, in triduo perditum & non inuentũ ipsa turbata fuit. Sed videndum est nunc, quid documenti nobis ex hoc fructu exhibetur, & ad speculandum conferatur. Et si documenta sint plurima, nihilominus pressius loquendo, dicamus primum documentum esse, vt omnem carnalem affectionẽ pro Deo relinquamus. Quod operis virtualis, intenti orationi iugiter esse debemus. Quod tempus in vacuum non amittamus, quod nunquam à Ierusalem recedamus. Quod in agendis potius à Deo consilium, & auxilium requiramus, quod parentibus obedire tenemur. Quod omnem verecundiam pro Christo abijciamus, paupertatem eius sectantes, in amara pœnitẽtia pro peccatis viuentes, vitaq; nostra præsens sit doloribus, & erumnis plena, vt cum B. Virgine dolentes, & quærentes Dominum Iesum, eũ post triduũ inuenire possimus. Sic ergo ex supra dictis apparet, quali tex ex subtractione dulcissimæ præsentiæ Saluatoris, Virgo piissima est rationabiliter turbata.

Fructus XLIII.

FRVCTVS SEPTIMVS.

Maria Christum reperit.

EXPOSITIO BREVIS.

GAVDIO repletur B. Maria post triduum, Iesu reperto inter doctores verba proferente diuina, miraq; alacritate perfunditur, dum filii diuinitatem tanto stupore attendit propalari iam docentis.

EXPOSITIO MAIOR.

EXCELSVS Dominus, & fontalis radius deitatis, ac consolationis totius Dominus noster Iesus Christus B. Marię filius, & si permittat animæ deuotæ ad probationem, & meritum tribulationes, & desolationes ad tempus in esse,

quia

quia diligentes se diligit, nec deserit, & cum tentatione facit etiam prouentum. Post laborem quietem, post dolorem dulcedinem, consolationem alacritatem immittit, & gaudiũ. Quod in serie patet scripturæ. De Iacob propter filium Ioseph afflicto, de Dauid à Saule persecuto, de Tobia oculis orbato, Iob facultate, & sanitate priuato, & sic de alijs, hoc contemplandum, & discutiendum facer Euangelista ostendit in Virgine glorioſa Maria, vt præsens fructus eloquitur, cui post triduum vehementis doloris, quo extitit agitata Iesus apparuit ad consolationem gaudium, & dulcedinem, circa quam materiam de notissimam speculandam, & contemplandam occurrunt plura Matrem Mariam tangentia, & filium: considerari enim libet, primo, à quibus ipse Iesus puer benedictus quæritur: & respondet Euãgelista, quod quæritur à Maria, & Ioseph. Et si iuxta literã Mariæ, & Ioseph affectio ostendatur ad ipsum Iesum, quia cum statim eum non inuenissent, nulla posita mora, aut facta, cum tot doloribus, laboribus, & anxietatibus ipsum puerum Iesum quærere ceperunt in omni loco, & cum quibus personis eum credebant fuisse, vel esse posse. Attamen iuxta sensum spiritualem declaratur à quibus personis dignè quæritur, & inuenitur. Multi quærunt Dominum, & nunquam eum reperiunt, quia non bene quarunt: superbi, inuidi, lasciui, maleuoli, ostinati perfidi, & consimiles, non inueniunt sed qui eum bene quærunt signantur in his duobus, Maria, & Ioseph: per Mariam pœnitentes, amaritudine pleni, ex peccati recordatione, contritione, confessione, satisfactione. Per Ioseph, qui iustus fuit, & accrescens in gratia iustificati opere per gratiam denotantur. Primi Iesum post tres actus veræ pœnitentiæ, scilicet, contritionis, confessionis, satisfactionis inueniũt. Sed quomodo? Misericordissimum eis omnia peccata indulgendo. Secundi vero, hoc est iustificati, post tres actus verè iustitiæ, reddentis Deo, proximo, & sibi ipsi, quod suum est, Iesum reperiunt, triduo præfato iã transacto gratiosissime in acceptando opera, & gratiam augendo, & dona multiplicando. Per primos, qui per Mariam designantur, superbi qnærentes Dominum refelluntur lasciui, & maleuoli, per secundos per Ioseph signatos, detestantur inuidi, perfidi, & obstinati, quærentes Dominum, sed non inuenientes. Per Mariam declaratur, quod quærentes Dominum, ipsum quærant lachrymosè, & cum dolore. Deotè, vt Magi: dilectione, vt Nathanael. *Matt. 2* Per Ioseph demonstratur, quod Dominum Iesum inquirentes, quærãt auidè, vt Zachæus: recta intentione: In simplicitate cordis, quærite illum. Sancta operatione cum aromatibus & perseueranter, vt Magdalena. Et sic quærentes, eum inueniunt. Sed aduerte, quod Ioseph, & Maria dolentes quærunt Dominum Iesum, quia semper in hac vita triplici dicta distincta, inceptionis, medii, & finis, absentiam patriæ cœle-

Ioan. 1
Luc. 19
Sap. 2.
Mat. 28

cœlestis, vbi stat bonus Iesus quærendo dolere debemus dicẽtes cum propheta:Heu mihi,quia incolatus meus prolongatus est.Sic ergo apparet à quibus quæritur Iesus.Secundo oportet videre,quo in loco Iesus benedictus quæritur.Dicit Euangelista,quod existimãtes eum esse in comitatu,quærebant inter cognatos,& notos.Quo'ad literam Euãgelista debitum modum Mariæ & Ioseph tenendo inquirunt,vbi ipse ab Ierusalem abscessisse,quia in comitatu se posuisse, non inter ignotos,sed inter propinquos,qui Ierusalem vnà cum ipsis adierãt.Requirebant etiam eum prius in locis propinquioribus,qui prius & facilius occurrebant,ne ipsis omissis,iterum redire conarentur. Sed spiritualiter loquendo B.Virgo Iesum quærit inter propinquos,& notos, nec reperit.Et per propinquos,& notos duo genera hominum intelliguntur, qui Deo summè displicent, nec vnquam Iesum inuenient, primi sunt homines dediti carnalitati, & isti sunt propinqui , alii verò sunt hypocritæ absconsi sua fictione in cordibus talium non reperitur,qđ, vt dicitur Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Ecce secundum genus.Et auferet se à cogitationibus , quæ sunt sine intellectu, ecce primum genus hominum.In Comitatu horum Dominus Iesus nõ inuenitur,sed bene,cum Abel innocente,Noe iusto,Abraham obediente,Isaac contemplatiuo,Iacob rectè operante,Ioseph casto,& pudico, Moyse mansueto, auid humili,Salomone prudenti,Iosaphat deuoto,Iosia eius voluntatem facienti.Et sic de similibus.Nam est cum abstinentibus,vt Daniel,cum Dei honorẽ quærentibus,vt Esdra,& Neemias. Pro fide pugnantibus,vt Machabæi . Sic ergo quis cupit Deum inuenire,non pergat ad superbos,quos à mente cordis reiecit,vt Saulem,& Achab.Insuper oportet videre, quãto tempore Iesus quæritur, & dicit Euangelista, quod post triduum inuenerunt eum. Quo datur intelligi,quod tribus diebus eum quæsierunt,sed spiritualiter loquẽdo Iesum solum post triduum inuenitur, quod triduum multipliciter exponitur.Primò,vt istud ad tria tempora referatur. Iesus enim nõ est repertus,& si quæsitus in omni tempore auidè fuerit.Prima dies est legis naturæ,secunda legis scriptæ,tertia legis gratiæ,quo tempore carnem assumendo in terris visus est, & cum hominibus conuersatus . In hac tertia solum modo die reperitur . Pariter istud triduum potest referri,ad lectionem,meditationem,& perfectam Christi imitationẽ. In lectione,& meditatione non reperitur, nisi ęnigmaticè,quia auditores legis solum non sunt iusti,nec Iesus ab eis reperitur, vt vera salus,sed factores,& imitatores iustificantur . Vis inuenire Iesum condona prima die iniurias proximo, secunda die distribue propria pauperibus, tertia die te totum seruituti submitte:& tunc,quia vt iumentum factus es,à te inuenitur Iesus, quia Dominus semper erit tecum. Aduerte insuper,quod Iesus post triduum inuenitur, quia non primo

Sap 1.

di

die visione corporali, nec secunda visione imaginaria, sed tertia visione intellectuali in cœlesti patria. Potest etiam hoc ad triduum, quo Maria fuit in dolore passionis, & Iesum non reperit, sed tertia die, dū surrexit perfectè à mortuis. Ad tres annos etiam Christi prædicationis potest referri, quo tempore non fuit Iesus repertus à Iudæis, vel ab aliquo perfectè (Virgine excepta) cognitus, sed in tertia die, idest, missiones Spiritus sancti, eum veraciter reperierunt, & cognouerunt. Vel triduum referendo ad Virginem Mariam suæ illibatissimæ castitatis, suæ illustrissimæ nobilitatis non fecerunt Iesum ab ea reperiri, hoc est, incarnari in ea, sed die tertia suæ profundissimæ humilitatis dicendo ipsa: Ecce ancilla Domini. Sic ergo patet quanto tẽpore Iesus quæritur, & post triduum inuenitur, quarto videre libet, quo in loco Iesus reperitur. Respondet Euangelista, quod in Ierusalem, & in templo, vbi libet intueri, quod B. Maria eum inter cognatos, & notos non inuenit, nec in turba reperit, nec in via, nec in lectulo. Oportet enim hæc omnia pertransiri, nam turba cogitationum debet dimitti, via sensualis relinqui, lectulus torporis, & ignauiæ abiici, vici ciuitatis hoc est diuersi ordines mundanorum despici, custodes murorum sapiẽtię mundanæ dimitti, sed hos oportet pertrãsire, & tunc inueniemus quẽ diligit anima nostra. Et vbi quæso? In Ierusalem, & in templo. Per Ierusalem timor perfectus exprimitur, & per templum mentis dedicatio, quia timore Domini fit accessus veræ sapientiæ, quæ Christus est, ad animam, sed sanctificatio mentis ipsum sustinet, & retinet. In templo Maria Iesum reperit. Nunquam bonus Iesus ab anima reperitur, nisi ipsa Dei templum efficiatur, & sit in Ierusalem in pace, & Dei timore. In templo ergo eum reperit Maria, in templo enim est Dominus sancto suo, tàm cœlestis patriæ, quàm Ecclesiæ sacrosanctæ, ac fidelis animæ. In templo ergo stantem, Maria Iesum reperit, vt suos fideles doceat in templo stare, quia non sufficit cum Ezechia, Tobia, Salomone, Esdra, Zorobabel, Machabęis, Petro, Ioanne, & Paulo, ascẽdere templum Domini, sed oportet in ipso stare, quia qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Sed sequitur Euangelista: Reuersi sunt in Ierusalem, & quo vlterius iuerunt? Certè ad templum, et inuenerunt eum, dolorq; abscessit. Inuenerunt eum. Ecce gaudium. Sedentem in medio doctorum. Ecce admiratio. Non reperiunt eum iuxta, vel extra, seu supra doctores, sed in medio doctorum sedentem. In sessione authoritas Magistralis, sed in medio stare dignitas, & proprietas Iesu exprimitur singularis. Sedebat Dominus Iesus, ut ostenderet in se omnia sopita titillantia mentem, & inducentia ad malum esse, ideò sedebat à passionibus, ambitu, & strepitu pacatus, & defecatus. Sed vbi hic bonus Iesus sedebat? In medio inquit Euangelista, nõ quorumlibet, sed doctorum, & licet Dominus noster Iesus ratione

suæ

siuæ diuinitatis, vbiq; sit, specialiter tamen stare in medio reperitur. Locus enim ipsius in medio est, & in medio semper stat, & inuenitur. Si enim attendatur eius diuinitas, media in Trinitate persona est, si incarnatio, in medio est vteri virginalis, si natiuitas in medio duorũ animalium, si doctrinam in medio doctorum, vt hic, si persecutio, per medium illorum transit, & in medio maris, si ministerium, in medio est sicut ministrans, si habitatio spiritualis, in medio est de se loquentiũ, si crucifixio in medio latronum, si resurrectio in medio discipulorũ, si gubernatio vniuersalis Ecclesiæ, in medio septem candelabrorum, si pax facta est, mediator est Dei, & hominum, si gloria, in medio est beatorum, & Dei. Quapropter, sicut locus Christi materialis erat in templo materiali in medio doctorum, sic reuera in templo animæ, & in medio est iuxta illud, quod dixit filiis Israel: Facite mihi habitaculum, & habitabo in medio vestri. Sedentẽ ergo nõ vagabundum, nec hinc inde pergentem, aut vaniloquio occupatum Maria, & Ioseph inueniunt. Quo datur intelligi prudentia Iesu, grauitas in moribus, & maturitas. Stabat reuerenter ad auscultandum doctorum verba. Ex sessione & loci dignitate, & singularitate pueri Iesu datur intelligi, quod non est contemnenda doctrina, cum super ipsam ipsi doctores stupescerent, & mirarentur. Sedebat ergo in medio doctorum, ut propheta, à quibusdam inuenitur, vt Dominus, sicut à subditis, vt Medicus ab infirmis, ab aliis ipsum diligentibus, vt summa dulcedo, sed à similibus, Mariæ, & Ioseph eius imitatoribus, & discipulis, ut magister verax, in medio inuenitur doctorum. Et sic patet qualiter est repertus. Sed est, videndum, quid agere reperitur. Respõdet Euangelista, quod puerum inuenerunt sedentem in medio doctorum audientem illos, & interrogantem, & etiam respondentem, quia dicitur; quod mirabãtur super prudentia, & responsis eius. Et sic sedens tria exercebat audiebat primo, interrogabat secundo, & tertio respondebat. Hic est modus cuiuslibet volentis discere, vide puerum Iesum, & tibi modum addiscendi, tradẽtem, & tribus præfatis. Respice eum virum perfectũ, & magistrum summum, & tunc docet, non sicut scribæ, & Pharisæi, sed vt potestatem habens. Quo datur intelligi, quod prius debemus addiscere sua documenta, & postmodum docere, exemplo sui: & qua ætate discere, quia duodecim annorum: quod nulla ætas ad addiscendum sufficit, & excusatur, cum vsq; ad canos sapientiam inuenies, vt dr: & qua ætate docere, quia nõ in ætate puerili, vt hic ostenditur. Qua in parte ex litera manifestatur Iesu diuinitas, quia non doctus exterius ab aliquo, sed vnctus Spiritus sancti vnctione interius stat in medio doctorum. Quoad nos dirigitur docendi modus, ne in pueritia, aut iuuentute ante videlicet trigesimum annum prædicare, vel docere presumamus. Ezechiel trigesimo anno exorsus est prophetare, & Salua-

Matt. 7.

tor no-

tor noster incepit prædicare,& suam prudentiam,de qua hic commẽdatur,ad vos exemplatiue direxit. Dicit ergo Euangelista,quod audiebat illos,& interrogabat. Quid pro tunc loquebantur illi doctores,nunquid de factis imperatorum,& regum,de negociis sęcularium actionum?aut de terrenis?Non,inquit, sed sermo erat de lege data ab ipso,qualiter intelligeretur,& obseruaretur, sed quia de hoc erat locutio, cum ipse de Deo loquerentur iuxta quod postmodum dixit, in medio eorum stetit,se eis exhibuit præsentem,vt sua interrogatione, & responsione,eos informaret,& debitè de supernis erudiret.Et quia ex interrogationibus Iesu corda,& mentes ineffabili eos radiante interius,& exterius eos illuminante illustrabantur, quare ad sciendum, vlteriora incitabantur.Mirabantur,& interrogabant.Sed quid est,qđ de sua prudentia,& responsis mirabantur?Certè nisi quia mores, & sermones,vt cæterorum nõ erant,sicut illius,& si humanitate cõcors, attamen diuinitate dissimilis. Ad magnum ergo gaudium fuit B.Marię cernendo filium tanta præeminentia honoratum,& dignificatũ, vt in templo in medio sederet doctorum. Mirabatur ipsa de hoc, sed alia de causa à prędictis doctoribus:ipsa enim,cum sciret eum Deũ esse verum, de talibus scilicet prudentia, & responsis eius non mirabatur,quia solita erat talia ab eo affari,& audire.Sed stupebat & ipsa, quia videbat, quod beneplacitum erat Deo Patri,quod suus filius inciperet alloqui gentes,& de sua deitate,& de cœlestibus informare. Sic ergo præfatis apparet,quod B.Maria Dominum Iesum reperit. Vbi?In Ierusalem. In quo specialiter loco? In templo.Sed quomodo? In medio doctorum.Quid agentem? Audientem illos,& interrogantem.Sed hic attende pro informatione,cum Iesus sit lux vera,& speculum diuinæ maiestatis,omnia repræsentans,quando in templo est animæ,quid agit?Animam instruit,& sic facit eam esse doctorem.Sacras eius preces,& vota libenter audit.Omnia discutit cordis,& penetrat, & animam sibi,& ipsi notam reddit,& sic interrogat. Apparet etiam ex præfatis,in quo loco conuersari debet fidelis Christianus, hoc est, in tẽplo Dei.Quid agere ibidem? Certe audire sacras prędicationes, & interrogare per orationem,& inquisitionem de volũtate Dei.Qua cognita,ipsam pro posse perficere,& adimplere:Modo videndum est, quid Maria egerit post triduum,sic in templo,in medio doctorum reperiendo filium. Respondet Lucas Euangelista, quod videntes mirati sunt.Ecce primum.Et dixit mater Iesu ad illum:Fili quid feciſti nobis sic?Mirati sunt,quia nesciebant talia sic esse peracta à Iesu,& voluntatem patris cernebant tali facto esse, vt Iesu diuinitas declararetur: Et non à longe,sed de prope accesserunt ad eum.Et vt hæc pars videatur plenius,& lucidius, sunt aliqua dubia orientia persoluenda. Primum, an admiratiuè,vel conquestiuè,& reprehensiuè se habuerit

beata

beata Maria, dicendo: Fili quid feciſti nobis ſic? Reſpondetur, quod B. Maria virgo viſo filio ex indicibili amore, & gaudio eum incepit alloqui, vnde hoc verbum virginis non fuit increpationis, ſed expreſſionis cuiuſdam amoris tenerrimi. Fuit etiam verbum admirationis, quia bonus Ieſus ipſam B. Virginem in tali loco, tali tempore, & per tantũ nunquam dimiſerat. Secundum dubium eſt, cũ B. Virgo eſſet dignior Ioſeph, & ad ipſam magis pertineret, quàm ad Ioſeph, cur præpoſuit ſibi Ioſeph dicens: Ecce pater tuus, & ego? Reſpondetur. Quod cum Maria eſſet humillima non ſe præmiſit, ſed Ioſeph, quia dignum eſt, vt viri à mulieribus honorentur. Egit etiam hoc, vt ſe ratione humilitatis oſtenderet ſubditam eſſe Ioſeph, ſicut vxor eſt viro, quare eũ præmiſit ſibi. Tertium dubium eſt, an prudenter Virgo fecerit, Ioſeph coram tot doctoribus patrem Domini uocando, videtur enim, quod dederit ſuſpicionẽ de ſua virginitate, ſimiliter affirmando, quod Ioſeph, pater eſſet Ieſu, cum tamen non eſſet. Reſpondetur, quod B. Virgo decentiſſimè ſe habuit, dicendo Ioſeph patrẽ Ieſũ, quia ipſe Ioſeph puerum Ieſum plus diligebat, & educauerat, multoſq; labores, & dolores paſſus fuerat, & ſpecialiter in hoc caſu, quam ſi eſſet pater carnalis, in ſuper ſub eius coniugio natus erat, & ideo pater eius vocari poterat, nec Virgo ipſum, patrem aſſerendo infamiam contraxit: imo ſi oppoſitum feciſſet pro tunc, nec etiam ipſa tunc aliquid noui geſſit, cum ſic dixit, quia pro tunc, cum nõ aliud explicitè, & ſi implicitè erat eis indicatiuum, ipſam, non eſſe Virginem credebant, ſed Dominum Ieſum ex Ioſeph, & ipſa more aliorum eſſe natum. Vnde ex hoc nullam occaſionem eis dedit, quàm prius ipſi non haberent de ſe ipſa. Quartũ dubium eſt, cur magis B. Virgo Chriſtum Ieſum ſit allocuta, quàm Ioſeph, videtur quod præſumptuosè ſit factum, cum mulier in Eccleſia loqui non permittatur, ac vir ſit caput mulieris? Reſpondetur, quod non præſumptuosè, ſed rationabiliter, ipſa enim, & ſi genuerit de Spiritu ſancto Ieſum, Mater eius carnalis nihilominus erat, cui de iure plus competebat, quàm Ioſeph, qui nutritius eius erat. Inſuper magis diligebatur à filio, & Maria plus amabat, & dolebat, quàm Ioſeph, vehementiaq; amoris materni fecit eam proferre verba, quare ipſa locuta ad Ieſum fuit, & non Ioſeph. Sic ergo admiratiuè, & expreſſiuè quoad amorem fuerunt verba Virginis, ſi ergo quæritur, quid fecit Ieſus in Maria? Reſpondet ipſa, quia magna, imo maxima. Ideo iure optimo videndum eſt, quid Ieſus reſponderit, & quid intenderit magis exprimere ſua grata reſponſione dicens: Quid eſt, quod me quærebatis? Ecce primum. Neſciebatis, quia in his, quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Ecce ſecundum. Circa primum mira eſt prima reſponſionis pars, ſed mirabilior ſecunda. Inquit Dominus ad matrẽ, quid eſt, quod me quærebatis? O ſapientia ſumma, quid loqueris? Nonne tu es, qui

cœlum,

cœlum,& terram palmo concludis, ventos ponderas, & omnia sustines,& gubernas. Quid ergo dicis: Quid me quæritis? Nonne creatura factorem, homo Deum, peccator veniam, iustus gratiam, captiuus redemptionẽ, infirmus sanitatem,& discipuli magistrum inquirunt, & quærere debent? Potest ne aliud te non assistente permanere? Te non operante in esse prodire, nisi te volente ad gratiam venire, non te vocante vera cognoscere, te non radiante ad cœlum venire, nisi te perducente? Quid igitur me quærebatis, tanto labore, tali dolore, timore, & pauore? Sancti Magi me quæsierunt alacriter, & inuenerunt. Aliter potest exponi, vt verbum Christi sit responsiuum, verbo Virginis. Virgo Maria amore feruentissimo viso filio succensa dixit: Fili quid fecisti nobis sic? Et Iesus respondit: Quid est quod me quærebatis? quasi diceret, vos me diligitis, sed infinitè plus pater meus cœlestis, quare iniuncta per ipsum ante perficere debeo, quàm per vos:& suam voluntatẽ vestrę pfere. Dei patris est, vt incipiã operari opera eius, quia ad hoc misit me, vt faciam eius voluntatem, quam vtiq; poteratis agnoscere. Sed hic est vnum dubiũ, quia videtur, quod Iesus admiraretur de matre, quod ipsa ignoraret eum debere esse in his, quæ eius patris sunt,& sic de Iesu, quid agere deberet, nesciret. Respondetur, quod indubitanter B. Virginem est tenendum ipsam notitiam habuisse de Iesu, quod idem in substantia erat cum patre,& filius patris æterni, & consequenter, quod sicut filius substantia imitatur per omnia patrem, quo ad esse, sic quoad opera, cũ opera eius sint indiuisa, scilicet, ad extra, quare,& filium oportet esse in omnibus, quæ patris sunt. Attamẽ, etsi virgo præfata sciret, ignorabat tñ, quo tẽpore doctrina Iesus suã deberet deitatem monstrare, an tempore, sicut fecit, duodecim annorum, vel expectare, vsq; ad triginta annos. Et hoc est, quod Dominus Iesus dicit eidem principaliter,& secundario Ioseph, quod tempore illo erat manifestanda sua deitas. Ad dubium pro nostra instructione, quid Iesus expressit dicens: Nesciebatis quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse: sciendum, quod regula est philosophi, quod qui dat formã, dat consequentia ad formam;& qui dat esse, dat & operari. Et regula iuris est, q̃ dans principale, dat & accessoriũ: cũ ergo Iesus habeat à patre plenitudinẽ deitatis quoad esse, consequenter oĩa, quæ patris sunt,& sua sunt:& sicut pater cœlestis pascit volatilia, sic filius,& sicut pater abscondit à sapientibus,& prudentibus, sic & ipse filius suã deitatem. Et sicut pater cęlestis vnus est magister,& dimittit nobis debita, dat spiritum de cœlo, diligit filiũ, operatur, est viuẽs, omnia habet in manib. est in filio, habet sapientiã, est agricola, amat discipulos, clarificat filiũ, seruat in nomine suo suos, est Deus misericordiarũ,& totius consolationis: sic filius est magister, dimittit debita, dat spiritũ de cęlo, diligit patrẽ, operatur, est viuẽs, habet in manibus,

Mat. 6.
Mat. 11
Mat. 23
Mat. 10
Mat. 11
Ioan. 3.
Ioan. 5.
Ioan. 5.
Ioã. 17
Ioã. 14

Ioã. 15. est in patre, habet sapientiã, est agricola, amat discipulos, clarificat pa
I. ã. 16. tré, seruat suos, est Deus misericordiarũ, & totius consolationis, sic pa
Ioã. 17. riter, & Spiritus S. vnà cũ patre, & filio habet, hæc oĩa, & operatur. Ex
Ioan. 5. quo ergo oĩa patris sunt, & filij, qđ pertinet ad patrẽ, pertinet ad filiũ, & ad spiritũ, ergo benè dixit: In his, quæ patris mei sunt, oportet me esse. Si ergo quæratur, ad quid venit Iesus, patet responsio, quod ad ea, quæ patris sunt. Ex quo patet summa conformitas Iesus ad patrem in substantia, quia idem sunt, in intelligere, velle, & operari, bene ergo dixit matri: In his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Quo datur
Ioã. 17. documentum, quod cum ipse roget patrem, vt fideles sint vnum in ip-
Matt. 6. so, sicut, & ipse vnum est cum patre. Quod nos vtiq; ad instar Domini simus in his, quæ patris sunt: quia pater noster ipse est Deus. Quare eius amorem, honorem, timorem, cultum, legem, & huiusmodi, quæ patris sunt, quæramus & in his, simus. Intueri etiam oportet, quod Euangelista subdit ad Domini Iesu responsionẽ factam matri, ipsi non intellexerunt, quæ locutus est ad illos. Vbi sciendum, quod aliqui dicunt, istud uerbum de doctoribus, in quorum medio erat Iesus, quod non intellexerunt, repugnat ista respõsio textui. Quia dicto verbo, ne scitis. Statim subditur: Et ipsi non intellexerunt. s. Maria, & Ioseph, cũ sit copulatio subsequentis partis ad præsentem. Quare de Virgine, & Ioseph, & non de doctoribus, ideò potest dici, quod non intellexerũt, quæ erant ista, quæ ad patris spectabant honorem, & an talia tunc à Christo deberẽt patri exhiberi. Postremo, & vltimo pro huius fructus expositione erat videndum, quid ex dictis concluditur ad B. Mariæ excellentiam, & honorem, & nostram instructionem. Vbi notanda sunt aliqua, quæ ad B. Mariæ laudem spectant: nempè, quod filius eius veraciter est Deus, quia duodecim annorum stabat in medio doctorum. In tali ætate homo perfectus scientia non est, & ideò Deus erat, & est, & consequenter ostenditur, quod Maria sit mater Dei, & ꝙ eius integerrima puritas declaratur, quia non confitetur Iesus Ioseph suũ esse patrem, sed Deũ, in quo verbo puritatem, & virginitatẽ matris declarauit. Insuper apparet quanta fuerit Virginis sollicitudo, affectus, & amor ad Iesum, quem triduo quæsiuit tãto labore, & dolore, eiusq; pietia, qa hac aduersitate in subtractione filij fuit à Deo probata. Excessiuũq; gaudiũ apparet, & lætitia, qua fuit post dolorẽ recreata, quia inuenit eũ in tẽplo sedentẽ in medio doctorũ. Hęc sunt, q̃ ad pietatẽ Virginis ostẽdendã deduci pñt. Pro nostra aũt instructione dat documentũ, ne in tribulationib. diffidamus, si qñ à Deo, nobis immittũtur, quia post dolorẽ, & tribulationes cõsolationẽ speramus, vt Maria. Et sic eti mus in his, q̃ patris nostri sunt, sequẽtes, et imitãtes, iniurias dimittentes, faciẽtes voluntatẽ eius, et mẽtẽ mundã tenẽtes, et conseruantes, vt cum ipso Iesu, nos vbi est, simus, sui ministri tandẽ permanẽtes. Amẽ.

FRV-

FRVCTVS OCTAVVS.

Maria dominatur.

EXPOSITIO BREVIS.

ANCILLA humilis Maria prælatura sublimatur excelsa sua humilitate profunda, dum Rex regum, Christus doctor tantorum spreto consortio, se virgineis exponit præceptis.

EXPOSITIO MAIOR.

REx Regum, & Dominus dominantium Dominus Iesus Christus obedientiæ statum, dignitatem, & gradum humilitatis veridicæ fundamentum, mundo ostendere volés exéplo, sic se matri subdidit, vt sicut ipsa Deo, sic ipse subditus esset eidem, vt sacram obedientiam perfectionum, & virtutum summam esse, panderet euidenter; cum scriptura dicat: Quanto maior es, tantò magis te humilia in omnibus, & corã Deo, & hominibus inuenies gratiam. Iesus hoc voluit in sui persona implere, vt quanto celsior est, omnibus entibus, tanto se prosternere sacra obediẽtia placuit humilius, & huius suę piæ matri, & Ioseph patri putatiuo. Si.n.magnũ non sit creaturã Deo parere per oĩa, cum iure naturali eidem conformari, & subijci quælibet natura teneatur, vtpote creatori, Deo viuo, & vero: maximum tamen fuit Deum se moribus subdere, ac in omnibus suorum parentum obedire mandatis. Quod à Domino Iesu fuerit hoc peractum præsens fructus ostendit, dicens: Maria dominatur. Iesus.n.vt euangelista Lucas effatur, respõsione data matri, q̃ eũ oportebat esse in his, quæ sui patris erant. Statim relicto, & dimisso doctorum tantorum consortio à templo recessit, ad matrem accessit, & cũ illis pergens Nazareth erat subditus illis. Et subdit, q̃ B. Maria hæc omnia conseruabat, conferens in corde suo, vt ergo hic videatur præsens fructus. Ante omnia dubium est remouendum, quod difficultatẽ ingerit propositio. Sãctus Euãgelista dicit, quod Iesus fuit, Mariæ suę matri subditus, & Ioseph, merito quæri potest, an Iesus necessitate teneretur, vel sola pietate, & bonitate Marię, & Ioseph, esse subditus, quia videtur quod mater fm ius humanũ, & diuinũ, principari deberet, & Iesus ei teneretur subijci. Respondetur, q̃ vbi sic esset, q̃ filius nullam ad parẽtes, & supra parẽtes superioritatẽ haberet subijci eis teneret, vt Deus, & ius naturale mandato. Vbi verò sic esset, q̃ filius simpliciter esset superior ipsis parentib. nõ teneretur subesse eis ex necessitate, sed ex pietate. Sic erat Iesus ad parentes, quia.n.erat Deus, & persona Dei & nõ

hominis persona, maior eis erat, quare non ex necessitate, sed ex pietate subditus fuit illis, hæc Ambrosius dicit: Non vtiq; infirmitatis fuit ista subiectio, sed pietatis. Et si dicatur saltē naturaliter tenebatur matri. Respondetur, q; sicut legis naturæ quibusdā circunstantiis adhibitis modificantur, sic dicendū de Christo, in ipso.n.erat, non solum natura humana, sed etiā diuina, quare ratione personæ, quia Dei, & adiū eta deitatis, ad humanitatē in Christo, lex modificata fuit. Sic ergo nō necessitate subditus fuit matri, sed potius quadā congruitate, & pietate. Hoc ergo præmisso, dī, quod descendit cum eis Nazareth. Vbi sacer Enāgelista innuit aliqua salubertima documenta. Vt inspiciamus videlicet cum quib. libenter Iesus conuersetur, & sunt humiles, & simplices, vt Ioseph, & Maria, & deserit doctos superbos, & dimittit, nec non etiam legem scientes, sed non seruantes, vt seruetur illud: Nō omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cęlorum, sed
Matth. 6. qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est. Quorū precib. adest, ipsorumq; voluntatem facit. Insuper dimittit doctores solo nomine, vim legis non habentes, & ad suos dilectos, & amicos accedit, Mariam, & Ioseph, descenditq; cum illis, benignè dulciter, humiliter, & amicabiliter. Descendit, inquit Euangelista, cū illis; non dicit, cum doctoribus, vt suo descensu, & accessu ad istos, & non ad doctos ostenderet se discretoré cordiū esse, bonos eligere, & diligere, sed reprobos aufugere, & odire. Sed dum Iesus sic descenderet ad Mariā & Iosephi, nunquid doctores fuerunt territi, & stupefacti? Certè sic, quod eos sic dimitteret, et ad istos tam prōpte accederet. Descendit ergo cū illis Nazareth, non fecit resistentiā, non ostendit displicētiam accedendi ad illos, & cū illis descendendi, sed cū alacritate, et lætitia accessit ad eos, et cū illis descendit, et uenit Nazareth, quā ciuitatē suo conceptu sanctificauit, et illustrauit sua gratissima, et benigna cōuersatione, ex qua cognominatus est Iesus Nazarenus: Et subdit Euangelista. Erat subditus illis. Ista subiectio, postquā venerunt Nazareth incepit solum? Nō certè, sed in ipso templo. Et si antè semper fuerat, vt dicit Bernardus super Missus est. In qua parte ostendit qualiter est obediendum, et quādo, quia statim, et promptè, et in omnibus. Prabuit etiam humilitatis exemplum, si pensetur, cui primo se subiecit, quia vni mulieri, secūdo Ioseph homini (et si sancto) tñ modico, et despecto. Hic diligenter attende, quod virtus humilitatis, et si super omnia resplēduit in Maria, singularem tñ locum vendicauit in ipsius filio. Quis enim queat explicare leporem quantæ fuit humilitatis in Christo. Etsi Dominus esset immensæ potentiæ, deitatis, et maiestatis, hanc humilitatis virtutem, ipse Iesus eius susceptione fidelibus ostendit sibi placibilem, et acceptandam: quare eam sumpsit in incarnatione, quando vili carne voluit indui, et in virginis utero nouem mensibus reclinari: in suo

ortu

ortu,& natiuitate collocatus in præsepio,& stabulo,& vilibus pannis fuit contectus. In circuncisione peccatorem se ostendẽs tali circuncisionis susceptione. In purificatione duobus pullis columbarũ,aut turturum redemptus. In susceptione baptismi à Ioanne Baptistà. In societate,& consortio humiles habuit discipulos. In conuersatione cũ publicanis stando,& peccatoribus. In prædicatione dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et Sammaritanæ uni prædicauit, in otatione humiliando se,& patrem exorauit. In pedum discipulorũ suorum lotione. In suo triumpho,& honoratione,quia super asinã sedit. In iudicatione,captioce,crucifixione, & associatione cũ latronib. Et quia fuit in tota vita humilis, præcipuè tñ hanc ostẽdit cum se Mariæ,& Ioseph subiecit. Pariter etiam obedientiæ sanctæ iugum ostendit suscipiendum præcipuè,qualiter,quia promptè,vbi,quia vbique. Quibus,quia omnibus,quomodo quia subditus erat illis,relinquẽdo doctorum consortium propter obedientiam. Ex qua fructus recipitur,quia erat plenus gratia,& proficiebat coram Deo, & hominibus. Dicit ergo Euangelista, quod erat subditus illis, vt tali subiectione ostendere,se non verbo,sed opere suos diligere parentes. Sed quid circa Mariam Iesus filius ex præfatis ostendit? Certè plura. Et primò. Quanta Mariæ benedictæ reuerentia sit exhibenda, cum ipse statim doctores deserens ad ipsam accessit. Authoritatem etiam,& magnitudinem,quia Saluator obedit,signum quod,& nos,eius facturæ obedire debemus ad nutum. Virtutem,& sanctitatem,quia honor est debitum virtutis. Insuper ostendit Iesus B. Mariæ in omnibus benignè descendere,si enim in vno verbo sic egit,quid facit suis precibus? Ideò efficacissimam,& pietate plenissimam manifestat in Virgine,declarauitq; eam charitate,& misericordiæ visceribus totaliter abundantẽ, & altitudinem gradualem ipsius in gloria patefecit,ipsamq; gratissimam esse in conuictu, & conuersatione: quia Iesus eius consortium non refugit,sed descendit in Nazareth,& erat subditus illis. Resumẽdo ergo historiam Euangelij,beata Virgo Maria commendatur,de deuotione ad Deum,quia templum adijt,de impletione diuinorum mãdatorum,quia legem obseruauit,de beneficiorum perceptorum actione,nec non,& oratione perfecto,quam egit in templo,de honestate, & vitatione,cuiuscunq; familiaritatis, de patientia in filij perditione, de sollicitudine,& inquisitione inter cognatos,& notos,de afflictione corporis,quia tribus diebus,eum labore,& dolore quæsiuit,de diuina acceptatione,quia post triduum manifestauit,& inuenit,de prudentia in locutione,de conceptione sui in Maria Spiritus sancti superuẽtione, de condescensione diuina in omnibus ad ipsam. Postremò de sua eminentia,& prælatione, quia rex regum, per omnia se subdidit illi. Sic ergo apparet quid iste fructus laudis exprimat B. Mariæ,dicendo,

Maria dominatur. Sed videndum est, vlterius, quid ex isto fructu capit mens nostra documenti ad imitandum. Nempè deuotionis ad Virginem, vt suis ad instar Iesu obsecundemus mandatis, debitè venerãdo, & libenter velle cum Maria conuersari, humilitatem addiscere, quia mater humilitatis est, & in Nazareth habitare, vt sanctitate, puritate, & iustitia adornati inueniamur, & sacræ obedientiæ iugum leue susci piamus. Et obedientiam arripere debemus, quia his de causis Christi exemplo, qui subditus, & obediens fuit patri, pariter, & matri, ad hãc suscipiendam obedientiam inducit nos omnis creatura, quæ Deo obe
Baruch 3. dit, vt scriptum est: Præceptum posuit, & non præteribit. Stellæ voca
Mat. 8. tæ dixerunt, adsumus. Mare, & aqua: Terminum posuisti, quem non transgredientur. Venti, & mare, qui parebant Iesu. Vnde Ambrosius in Exameron: Non mediocris pudor est imperio Dei insensibilia parere elementa, & homines non obedire, quibus sensibus ab ipso tribu
Heb. 13. tis est authore. Prouocat insuper sacra scriptura verbo, & exemplis ad
1. Reg. amplexãdam obedientiã. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.
Gen. 2 Melior est obedientia, quàm victimę. Nonne Abrahã, Noe, Moyses, &
Gen. 7. Dauid propter obedientiã bona susceperunt inpræsenti, & in futuro? Inobediẽtes verò, vt primi parẽtes, filii Israel in deserto, Saul rex mala sustinuerũt. Nonne Saluator noster hanc suscepit, in mundũ veniens? Descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam, sed eius, qui misit
Ioan. 6. me. In mundo manens: Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.
Ioa. 15. De mundo recedens: Inclinato capite emisit spiritum, in signum obedientiæ. Hinc Bernardus: Mementote fratres, Christus ne perderet obedientiam, perdidit vitam, factus obediens vsq; ad mortem. Tandẽ
Mat. 12 iugem complexum huius virtutis sanctæ obedientię ingeret effectus, quem facit. Hæc siquidem, hoiem Iesum fratrem facit. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est ipse meus frater. Filiũ Dei facit, Deo acceptissimum reddit, præparat habitaculum Domini, operari mira, vt Petrus, qui ambulauit super mare. Sublimat in præsenti, vt Abrahã. A Deo impetrat, quod cupit. Hominem semper mereri facit, & de hostibus triumphare, vt filii Israel Deo obedientes. De se sacrificium exhibet Deo, liberat ab omnibus periculis, vt Iacob, & ad gloriam, vbi est Christus, introducit. Volo pater, vt vbi ego sum, ibi sit
Ioan. 12 & minister meus. His ergo effectibus debet fidelis quilibet quam maximè ad amplexum huius sacræ virtutis obedientiæ induci, quæ hominem terrenum facit cœlestem, Dei filium efficit, Christi fratrem, cohæredemq;, actum quemlibet reddit Deo acceptum, præparat Deo habitaculum, ac cor hominis super se ipsum, ad cœlestia eleuat. Hæc siquidem coram Deo, & hominibus exaltat, Deum glorificat, cuncta impetrat, quæ petit, à mundi naufragio eripit, à peccato exonerat, bonis ditat, & in bello carnis, & dæmonis victoriam tribuit, cunctos lætificat

tificat, dum nulli iniuriam irrogat, à propria voluntate depauperat, in bono conseruat, pacem dat, omnia subiicit obedienti, merita multiplicat, & in gaudio beatitudinis collocat, & coronat. Hanc amare præ omnibus, debẽt disciplinis regularibus dediti, & qui ad perfectionis culmen optant citius peruenire. Exemplo igitur Christi huius virtutis amplexum prouocati ipsam accipiamus, teneamus, & custodiamus, libenter dicentes cum Paulo: Domine quid me uis facere? & cum Dauide: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum: & cum Zachæo descendendo ab arbore fœlicitatis mundanæ: & exemplo Petri, & Andreæ relinquendo Nauim. Debemus ergo accipere vinculũ obedientiæ libenter cum Paulo, simpliciter cum Dauid, hilariter cum Ioanne, velociter cum Zachæo, viriliter cum Petro, & Andræa, & indesinenter cum B. Virgine, cum humilitate, & perseuerantia, quæ quidem conseruabat omnia in corde suo, & nos eius nutu promoti accedamus ad Dominum, vt dicere possimus: In pace factus est nobis locus iste, &c.

FRVCTVS NONVS.

Maria mira efficit, & respicit.

Pro prima parte.

EXPOSITIO BREVIS.

A Misericordiæ fructu, & opere in capite omnium Domino Iesu Christo Maria clementiæ mater eximi nullatenus voluit, sed sic eidem astitit in præfatis, vt misericordiæ modus circa ipsum per omnia adimpleretur.

Pro secunda parte.

EXPOSITIO BREVIS.

VITAM conspiciens filij Regina mater irradiationes multiplices suscipit, scilicet, Maria mira respicit diuinorum, quorum contuitu, gaudium attrahebat assiduum.

Pro prima parte.

EXPOSITIO MAIOR.

IN fructu præsenti, qui in duas diuiditur partes, videlicet, Maria mira efficit, & Maria mira respicit, duo erunt iuxta prædicta videnda. Pro primi euidentia est aduertendum, quod B. Maria cum sit fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, quia plena gratia, hinc est, quod in se repleta donis virtutum, gratiarum, omnes fideles Christicolas in generali, & in speciali diuersis muneribus repleuit, & replet. Idipsum ad suum filiũ expandit eum nutriendo, fouendo, & semper debitè excolendo. Si enim circa filium per ea actitata conspicias, inuenies ipsam omnia misericordiæ opera in filio plenissimè perfeciſſe. Ipsa eum hospitio recepit vteri virginalis, carne vestiuit, pauit vberibus, & lacte potauit, infirmus per infantiam, & iacentem nõ solum visitauit, sed etiam balneando, fouendo, liniendo, gestiendo frequentauit, comprehenso, & crucifixo, quasi in carcere posito affuit, & demum eo mortuo, cum summo dolore tradidit sepulturæ, & sic septem misericordiæ opera, iuxta Bernardi, & Anselmi sententiã, circa ipsum mirificè operata fuit. Quare ipsa cum misericordissima esset, & sit, à præfatis operibus, circa filium exercendis eximi noluit, sed pia benignitate exhibuit, & compleuit. Et sic vocari potest, fons paradisi, quia in quatuor capita diuideretur, non tñ habuit tantam plenitudinem aquarum, velut B. Virgo, quæ copiosa extitit donis, & muneribus gratiarum. Flumina paradisi versus quatuor mundi partes procedunt, sed non omnes attingũt. Mariæ verò misericordia ad cunctos se extendit, vt nullus sit, qui se abscondit à calore eius. Paradisi fons terram inebriat, sed minimè cœlum, seu lymbum, aut purgatorium, sed pietas Mariæ ad cœlũ se protendit, quia gaudent fructu ventris eius, restaurata, & in lymbo, seu purgatorio liberata. Quis ergo ô B. Maria lõgitudinem, latitudinem, altitudinem, & profunditatem tuæ misericordiæ valeat enarrare? Altitudo conspicitur in caput omnium Dominum Iesum Christum, nutriendo, vestiendo, reficiendo, & alia misericordiæ opera exercendo. Latitudo ad terram, quoad omnes qui te inuocant se extendit, quia dilatata es ad Orientem, Occidentem, Meridiem, & Aquilonem, prout Deus Abrahæ patri tuo promiserat. Longitudo tua attingit à principio mundi, vsq; ad finem, quia omnes in gratia, quæ ex te orta est, & veritate saluantur, sed profunditas ipsa tuæ misericordię ad sedentes in tenebris, & vmbra mortis se extendit, & licet pro parte de tuis misericordijs nobis exhibitis sit tactum, & amplius tangetur pro præ-

Gen. 13.

senti ad tui gloriam, & mentium nostrarum vecordium excitandarū aliqua enarrabo. Tua piissima misericordia Dei genitrix Maria mihi occurrit collatum humano generi singulare beneficium, quia te, & per te nobis Deus ad miserandum nostri est inclinatus. Nonne anteq̄ tu in mundo orta esses, Deus summam misericordiam suam exhibitu ram generi humano in ira sua continebat, peccato patrato, in foribus pœna aderat? Non fuit nobis Deus statim post peccatum primi hominis inclinatus ad suam summam misericordiam condonandam, cum abundasset sic delictum, vt expulsus à paradisi gaudiis primus parens cum sua posteritate, & in hac lachrymarum valle, eiectus esset, Abel occisus, Cain maledictus, & demum interfectus, non Noe tempore, neque Abrahæ, non Moysi, nec Iacob hanc misericordiam exhibuit, quo tempore pueri Hebræorum necabantur. Primogeniti perimebantur, Ægyptii maris fluctibus operiebantur, Israeliticus populus, in deserto opprimebatur, idolatræ pessimi allidebantur, & genus humanum luxuria infectum diluuio Deus necauit, pessimosq; conflagrauit Sodomitas, adeò quod per quinq; millia annorum spatium misericordiā in ira sua continuerat. Tamen desideriis sanctorum Patrum & condescendens aperuit sinum suæ misericordiæ, & Deum nobis in sociū & fratrem dedit, carne eum uestiendo, & induendo: Insuper radicale principiū cuiuslibet nostri meriti virgo nobis dedit, & exhibuit, & quod est istud, in quo meremur, & opera nostra meritoria acceptantur, à Deo? nisi Dominus Iesus, B. Mariæ filius? Ipse est mediator Dei, & hominum, cuius fide omnes saluati sunt, & saluantur electi, & acceptantur; quia de plenitudine gratiæ eius omnes accepimus. In Christo enim fuit plenitudo omnis meriti, & perfectionis. Primò quātum ad eum, qui merebatur, quia nō tantum homo, verùm etiam, & Deus, & etiam tempus, in quo merebatur, quia ab instanti suæ conceptionis habuit gratiam comprehensionis, & motum liberi arbitrii, & sic perfectio meriti vsque ad horam mortis; deinde quantum ad id per quod merebatur, quia per perfectissimum habitum charitatis, & virtutis exercitium in orando, agendo, & patiēdo. Nec non etiam, quantum ad eum, qui merebatur, quia non sibi tantum, verùm etiam, & nobis, imò omnibus iustis, cū ipse fuerit caput nostrum, & in ipso plenitudo gratiæ capitis, quàm influebat in membris suis. Pariter etiam, quātum ad id, quod merebatur nobis, quia non tātum gloriam, verum etiam gratiam, & veniam, & non tantum gloriam spiritus, sed etiam carnis, & aperitionis ianuæ cœlestis, & hoc faciendo de debito vno modo, debitum alio modo, vel de indebito debitum, vel de debito facere magis debitum. Non potuit hoc sibi, quia à principio erat sanctissimus; fecit tamen hoc nobis, quod merito sui iustificamur per gratiam, proficimus in iustitia, & per æternam gloriam coronamur, ac per hoc etiam in

merito

merito Christi adiecta sunt opera nostra siue satisfactoria pœnæ, siue meritoria vitæ æternæ, quia nec ab offensa boni absolui digni sumus, nec immensitatem æterni præmij, quæ Deus est lucrari sumus digni, nisi per merita Iesu hominis, & Dei, cui dicere possumus, & debemus, omnia opera nostra operatus es in nobis. Quibus apparet, quod filius B. Mariæ est principium omnis meriti nostri causaliter vt Deus, & meritorie, vt homo, & sic B. Maria dando nobis talem filium dedisse perhibetur, & beneficium. Quin etiam sua potestate liberat, & liberauit à diabolo, vt nos, nec teneat sicut ante, nec ad peccatum impellat, nec trahat ad infernum, nec accusare, quod habeat chirographi decretum, cum per Iesum Mariæ filium sit dilectum, & sic omnes à potestate diaboli liberati sumus, quoad sufficientiam, & si non quoad efficaciam, quod vtique non est ex parte Christi, sed illorum, qui non de eius corpore sunt. Diabolus enim habebat duplicem manum, attrahentem, scilicet quia nullus poterat ei resistere ante passionem Christi, quia omnes ad lymbum sanctos, & iustos, & alios ad infernum trahebat. Aliam manum impellentem habebat, & adeò erat fortis hæc manus, vt omnes quasi superaret. Manum primam Christus abscédit per passionem chirographum culpæ delendo, & alia manus etiã per passionem est debilitata per quam lumen veritatis aperitur contra diabolicam fraudolétiam, & adiutorium virtutis tribuitur contra violentiã. Apparuit enim lumẽ veritatis interius per diuinam inspirationem, & exterius per humanã instructionem. Iàm enim ferè omnibus veritas est propalata, & fuit per sanctos apostolos, & alios sanctos viros, & idolatria, quę prius regnabat destructa. Adiutorium etiam virtutis tribuitur per gratiæ infusionem, quæ concupiscentiam reprimit, & per angelicam protectionem, quæ comprimit potestates aduersas, & hoc fit per virtutem passionis meritò cuius mittuntur angelici spiritus, vt superetut aduersarius, qui super omnia abhorret memoriam passionis, signum crucis, & eius figuram. Sic ergo tàm fructu ventris Marię, quàm ipsa potestas diaboli fuit compressa, & comprimitur quotidie, quoad vtranque manum. Vlterius Virgo beata condonauit nobis in cibum vitæ filium eius benedictum, qui de ventre eius egressus panis angelorum, & cibus vitæ humani generis nuncupatur. Quo cibo fides confirmatur, augetur spes, charitas inflãmatur in nobis incitatur mẽs nostra ad memorandum dominicam passionem, vita datur gratiæ, & donatur, Christo copulamur, anima reficitur, ad bonũ roboramur per agendum, sustentamur contra casum, munimur contra dæmonis impulsionem, carnalis concupiscẽtia reprimitur, venialis culpa deletur. De quo cibo, & eius gratiosis effectibus infra fructu 49. dicetur plenè. Gaudium insuper magnum & beneficium altum, quod ipsa Virgo nobis largiri dignata est, illud est, quod nobis degentibus in hac valle la-

le lachrymarũ, qui assiduis corporalibus, & mentalibus agitamur tribulationibus, & pulsamur malis, vt nobis auxilium, & solatium præberet. Maria ergo filium suum vnicum dando nobis perfectum gaudium tribuit, & solatium. Vis videre si est gaudium? Cerne, quia eius diem Abraham vidit & gauisus est, Angeli tripudium egerunt, Magi ipsum, & eius stellam videntes, gauisi sunt, Simeon, & Anna lætitia repleti, pastores proruperunt in lætitiam, Maria, eo reperto, à lacritate sũma est perfusa, & ipse Ioseph. Et certè gaudium est maximum, quia non solum tenebras peccatorum propellit, & ignorantiæ, sed videre facit lumen Dei. Hoc est ergo gaudium, quo angeli lætificantur, sancti in gloria exultant, beatificantur homines, apostoli gaudentes à facie concilii egrediuntur. Martyres pro nihilo reddunt pœnas, confessores mũdana despiciunt, virgines appetunt obtinere, & fideles omnes totis præcordiis habere cõtẽdũt. Hoc gaudio repellitur aduersitatis, & infirmitatis dolor. Diaboli angustia euaditur. Mundi tribulatio effugatur, ac carnis assidua afflictio mitigatur? Iesus Dominus est virtutũ, Marię filius, rex gloriæ, ipse gloria nostra, ipse susceptor noster, ipse redẽptor, ipse mediator, ipse beatitudo nostra, fœlicitas, iucunditas, & exultatio nostra. Si ergo angustiamur à mũdo, tribulamur à carne, à diabolo affligamur, infirmitatibus perturbamur, ad solatium, lætitiam, & gaudium nobis traditum pergere debemus, qui lætificabit lætitia cum vultu suo, & lętabimur, sicut Ioannes Baptista in vtero situs. Aliud beneficium nobis præstitum procedens à B. Mariæ misericordia, & clementia est, quia medicum contra nostras infirmitates indulsit, quæ quidem in nobis sunt, quasi infinitæ, tum corporales, tum spirituales; Nam genus humanum laborat infirmitate inæstimabilis auaritiæ illecebrosæ luxuriæ, implacabilis irę, inquietalibus inuidię, insatiabilis gulæ, formidabilis accidię, & insuperabilis superbiæ, à quib. innumeræ aliæ progrediuntur infirmitates, videlicet vanagloriæ, ineptæ lætitiæ, hyprocrisis, elationis, ambitionis, contemptus, conuitij, arrogantiæ, insolentiæ, irreuerentię contumaciæ, præsumptionis, inobedientię, ingratitudinis, contentionis, clamoris, blasphemiæ, mendacii, deceptionis, periurii, fraudis, rapinę, vsuræ, furti, latrocii, simoniæ, desidiæ, pigritiæ, pusillanimitatis, inanis gloriæ, improuidentiæ, imprudentiæ, tepiditatis, ignauiæ, incircumspectionis, odij, impatientiæ, discordiæ, rixæ, contumeliæ, iniuriæ, proteruiæ, malitiæ, malignitatis, nequitiæ, furoris, homicidii, detractionis, susurrationis, deprauationis, inuẽtionis, malitiæ, spurcitiæ. Et sic de alijs infirmitatibus spiritualibus, inter quas computatur, ignorantia, concupiscentia, & sic de similibus. Contra omnes infirmitates Virgo pijssimum auxilium dedit, consiliũ, & fauorẽ, filium suum nobis largiendo, qui est medicus veraciter mentis, & corporis, qui vno sermone stans super febrẽ, & imperans statim

abscedit

abscedit. Tuam superbiam cum filiabus diuersas causantes infirmitates sua curat humilitate,& mansuetudine: iram purgat sua tolleran tia,& patientia:inuidiæ morbum abiicit sua dilectione,& charitate: gulam subijcit abstinentia, & parcitate:auaritiam omnium mundano rum contemptu,abiectione,& vera paupertate; accidiam pellit labore,oratione,& indesinenti meditatione: luxuriam exterminat rigidita te,continentia,& summa puritate. Quibus septem capitalibus infirmi tatibus curatis omnes cõsequentes ex præfatis curat infirmitates. Nõ ne ipse linguam coercet,verbi discretione, & veritate? gressus ordinat moderamine rationis, motus omnes regulat prudentia,appetitus omnes moderatur sapientia,dulcedine diuina,& amenitate. Quare si vulnera nostra externa quoad corpus gestus,& motus, & interna quo ad animã,& eius defideria,& appetitus curare optamus ad Iesum Mariæ filium medicum verum à B.Maria traditum nobis accedamus. Alterũ beneficium à B. Virginis pietate, & misericordia procedens est, quia ipsam veram fidem nobis reserauit.Nonne Maria genuit, & nobis dedit auctorem nostræ fidei & conseruatorem Iesum? Nonne in triduo ipsa Virgo sola in fide remansit? Nonne ipsa de pertinentibus ad fidem sanctos Apostolos,& alios fideles instruxit,vt dicit B.Hieronymus in sermone de Assumptione? Nonne ipsa filium suum tradidit pro nobis in mortem? vt nos redimeret ab omni peccato,& virgine mediante talem fructum nobis Deus de cælo misit? Nonne ipsa B.Maria cœlum nobis reserauit? per filium suum, qui ipsum aperuit sua passione,& ipsa dicitur scala,fenestra,porta,hostium,& ianua,ac Domina introducendi deuotos,& electos, eiusque vita cuilibet nostrum est exemplar,& speculũ ascendendi ad supernam Ieruſalem,& ipsa Dei genitrix adiuuat nos precibus,& meritis , vt ad cœlum vnà cum ipsa ascendamus. Et sic beneficia nobis collata ex meritis tantę Virginis sufficiant pro præsentis fructus expositionem quoad primam partem, videlicet,Maria mira efficit.Et nos ipsi Deo placebimus,quia ei i hoc conformabimur in actis misericordiæ, quæ diabolo displicet, & cum Virgine glorioſa misericordes obstabimus peccato , eo qa misericordia extinguit illud,sicut aqua ignem,hominem damnari non permittit,bona temporalia cõfert,& multiplicat,Deum placat,à diaboli seruitute liberat,hominem acceptum Deo reddit, & vitam æternam dat, Restat ergo nunc videre de secunda parte,videlicet,Mariæ mira respicit.

CIRCA secundam partem,videlicet,Maria mira respicit. Sciendum , quod Beata Maria, cum esset virgo sapiens, & prudentissima, magistra, et doctrix de cunctis in serie sacrorum euangeliorum relatis, omnia peracta à filio quotidie reuoluebat,& meditabatur corde,cũcta re-

seruans

seruans,& omnia conferens in corde suo,credendum est B.Mariam id ipsum fecisse per Iesum de operatis in ætate perfecta, et virili à trigesimo nempe anno,et deinceps,vt finis, quoad conseruationem in Maria corresponderet medio,et principio, et quia S. Euangelista id dixit de principio,multò magis debet intelligi de medio, et fine,cũ fuerint maiora,et diuiniora actitata à Christo,quàm in pueritia.Sed quę mira contemplando aspiciebat Maria de Iesu suo filio, & conseruando, conferebat in corde suo? Respondetur quod hæc mira possunt referri ad infinitam liberalitatem diuinam, clementiam,et bonitatem. Deinde ad vitam Christi descendendo. Et quantum ad primum respiciebat Virgo beata beneficia collata generi humano in exordio mundi, et primo homini in persona totius generis humani à Deo magna beneficia præstita.Quia eos creauit ad similitudinem suam, quoad corpus,et imaginem quoad animam.Deinde in ętate virili,et uigorosa, cum plenitudine vsus rationis,scienti aquę omnium,cum iustitia originali,et pleno dominio rationis ad carnem, cum summa sanitate vtriusque hominis,iucunditate mentis,et corporis,quia nihil contristabat eos,multis gratiis gratis datis,quia optima naturalia dedit,cũ plenitudine dominii,ad omnes creaturas in mũdo existentes, cum liberi arbitrij plena potestate,pulchritudine corporis, & speciositate,vt possent stare in statu condito, si vellent, auxilium concessit,in paradiso amęnitatis locauit, omnibus paradisi fructibus concessione plenaria excepto fructu scientiæ boni,& mali,& tandem placibilis obediẽtia,& non difficili ipsum sibi obligauit;hæc virgo gloriosa respiciebat,& considerabat;deinde postea subsequentia inspiciebat. De nullo ad esse deducendo,in tali esse stando, omnia ad sui sterilitatem,sicut herbas,animalia,& alia,vel delectationem, & consolationem fabricauit, vt paradisum deliciarum, ac ad sui conseruationem sicut cœlum,sydera,& planetas,omnibus creatis eum præponendo,& nulli creaturæ subijciendo;ad cœlestem gloriam habilitando, & disponendo. Hæc beneficia exprimunt singularem beneuolentiam,& potentiam Dei ad hominem.Deinde ostendit eius sapientiam diuinã, sic in duabus naturis eum constituendo,anima,& corpore, videlicet, ipsum gubernando, & manu tenendo,angelum, ad custodiam deputando,ad ipsius victitationem omnia præparando,contra casum futurum,vt eum vitaret præceptũ dando,scientia,& sapientia eum radiãdo,gratiam largiendo,etsi nunquàm posset proficere,saltem,qua posset stare in conditis. Vlterius præbuit beneficium expressiuum suę clementiæ,& misericordiæ,& hoc post lapsum eum dulciter vocando ad contritionem,& culpæ recognitionem inducendo;nec eum,vt diabolum ad mortem æternam abdicando, æternam pœnam in temporalem conuertendo,ei,etsi iustè,tamen piè pro peccato pœnam iniungẽdo,

do,ſuam præſentiam acceptando,& ſuſcipiendo,quia,quæcunque ho ra peccator ingemuerit,Deus peccata remittit,ſuam iuſtitiam,vt am plius timeret peccare oſtendendo, eum lege erudiendo tàm naturæ, quàm legis ſcriptæ,diuerſis ſacrificiis, vt Deum placare valere ordinã do,& inſtituendo,eum comminationibus terrendo,promiſſionibus ad bonum eliciendum inducendo, ſe multipliciter hominibus oſtenden do,ab inſidiis diaboli,& ſuorum defenſando,populum Iſraeliticum li berando,terram promiſſam concedendo, ſuum aduentum per carnis aſſumptionem prophetis reuelando, gratiam ad merendum condonã do,quæ ſunt pro ſalute humana ordinando, & diſponendo,corpus ſuũ in cibum,& ſanguinem in potum largiendo, ſua paſſione pro nobis Deo ſatisfaciendo,ſua reſurrectione nos reſurrecturos edocendo;aſcẽ ſione ad patriam nos introducendo, Spiritum ſanctum emittendo,ve ritatem declarando,fidem ſuam,qua iuſtificamur, & ad patriam credi mus peruenire reuelãdo. Iſta ſunt beneficia inter alia à Domino Deo noſtro generi humano exhibita per filium, & ſic patet quid exhibuit Deus nobis in generali, ſed in ſpeciali circa quemlibet peccatorem, qui eum ſemper offendit Dominus Deus miſericordiam ſuam gratiſi cè oſtendit,quia cum peccator ſit dignus morte ęterna ipſum peccato offendendo:attamen clementiſſimè ſe habet cum ipſo, & ſua benefi cia copioſè elargitur eidem inſpirando, increpando, reuocando,pre ſeruando,aduertendo,gratiam miniſtrando,illuminando, de manibus diaboli eleuando,ad pœnitentiam prouocando,acceptando,condonã do offenſam,& ad bonum peragendum roborando, & in ipſo bono propoſito retinendo,& confirmando. Sic ergo poſſumus dicere,quod Maria mira reſpicit,tàm circa peccatores, quàm circa genus humanũ exhibita attendendo.Secũdo modo poteſt intelligi, quod B. Virgo mi ra reſpexerit ad vitam ſui filii Domini Ieſu deſcendendo,& hoc dici tur,conſiderando ipſam filii ſui vitam,vt exemplar extitit,& erat om nium,perfectionem obtinere cupientium.Si enim Virgo Beata,cogi tabat Ieſu incarnationem ſingulariſſimam,videbat humilitatem,de monſtratam ſibi,& aliis ad imitationem; ſi natiuitatem cernebat beni gniſſimam manſuetudinem;ſi circunciſionem, cõformitatem cum pa tribus;ſi adorationem,ſummam paſtorum,& Magorum deuotionem, ſi fugam in Ægyptum,patientiæ virtutem,& paupertatem; ſi conuer ſationem,vitæ eius profundiſſimam abiectionem;ſi baptiſmum,puri tatem,& virtutem regeneratiuam;ſi prędicationem, eloquentiam,cũ profunditate;ſi operationem miraculorum poteſtatiuam virtutem, ſi paſſionem,& mortẽ latitudinem dilectionis, & charitatis;ſi dormi tionem,conſolationem factam patribus in lymbo de gentibus; ſi re ſurrectionem,victoriam poſſediſſe mortis,& diaboli,ſi aſcẽſionẽ,gau dium cõtemplabatur patrię cœleſti illatum à Ieſu. Et ſic B.Maria vitę

Chriſti

Christi aspiciendo actus, & moras, partim iàm trãsactas, & demum futuras, habebat consolationes, & gaudia. Alio modo, potest intelligi, q; B. Maria mira respiciebat, tàm ex gestis Iesu in ipsam, quàm in alios, si enim attendebat B. Maria sui, & aliorum electionem, considerabat ipsum, prœordinatorem, & prœdestinatorem sui, & beatorum; si mundi dispositionem, cernebat ipsum dispositum temporibus, ætatibus, legib. sacrificiis, ceremonijs, prœceptis, sacramentis, iudiciis, mandatis, consiliis, promissionibus, prohibitionibus, comminationibus, punitionib. & exemplis tàm bonorum, quàm malorum, sub diuersis principibus, patribus, iudicibus, regibus, ducibus, sacerdotibus, & prophetis; quę omnia attendens Maria Iesum filium, Deum verum dispositorem aspiciebat. Si reuelationes factas patribus ipsum illuminatorem mentiũ, aliquos illustrando ad prœterita, alios de prœsenti, quosdam de futuro, plerosque de prœterito, & futuro, plerosque de prœterito, & prœsenti, nonnullos verò de prœsenti, & futuro, & multo simul de prœterito, prœsenti, & futuro, quę omnia patent in prophetiis. Et quia fuerunt sic variè illuminati, & non nisi à suo filio, sapientia, candore, & splendore Dei patris, ipsum suum filium Iesum radiatorem mentium contemplabatur. Si operationem hominum ipsorum, miseratorem eum agnoscebat, qui licet Deus esset peccatis offensus, nunquàm tamen misericordiam à genere humano amouit, vt patet tpe Noe, Moysi, Iudicum, Regum, & prophetarum, quę Maria debitè cogitans suum filium cernebat hominum esse miseratorem. Si patrum acclamationes cernebat, Iesum filium esse cõsolatorem afflictorum videbat. Clamabant enim à facie tribulantis, & mittebat eis Saluatorem, qui liberaret eos, vt patet Iudicum tempore de Aod, Iephte, Samsone, & sic de alijs, quibus Maria agnoscebat Iesum esse consolatorem afflictorum. Attendebat Maria filium Iesum, considerando eum esse fœderatorem diuisorum, sustulit inimicitiarum materias, ac pacem fecit inter Deum, & hominem, carnem humanam sumendo, & sic videbat eum esse in fœdus datum Dei, & hominis. Si incarnationem, Iesum operatorem maximorum cernebat. Nunquam antea fuerat visum, seu auditum, vt simul essent iuncta finitum, & infinitum: mors, & vita: temporale, & æternum: longitudo & breuitas: altum, & imum, & sic de aliis, quę omnia gessit Iesus incarnando in Maria. Si conuersationem Iesu, ipsum attendebat esse demonstratorem actuum virtuosorum, & exemplorum humilitatis, paupertatis, charitatis, obedientiæ, pœnitentiæ, patientiæ, & sic de aliis, quæ omnia in Iesu filii sui vita esse Maria cernebat. Admirando creaturarum testimonia data filio Iesu, ipsum omnium conditorem aspiciebat. Omnes enim creaturæ tàm intellectuales, quam rationales, tàm sensitiuæ naturæ, quàm vegetatiuæ, tàm aereæ, quàm terrestres, tàm diafanæ, quàm opacæ, tàm liquidę, quàm non fluidę in natiuita-

tiuitate, & morte Deum fore Mariæ filium Iesum atteſtatæ ſunt, quare & omnium conditorem: à peccatis liberatorem, ſacramenti baptiſmi ſuſceptione, & inſtitutione: conductorem hominum ad perfectionem, in vocatione apoſtolorum, quia ipſos apoſtolos ad ſtatum ſummæ perfectionis vocauit: ſuſtentatorem deficientium, quando de paucis panibus tot millia hominum pauit, & ſatiauit: expulſorem incommodorum, & infirmitatum, quia omnes infirmitates curauit, & morbos: dæmonum deiectorem, ab homine verbo imperatiuo expellendo: magnificum largitorem, dando ſe hominibus in cibum quoad corpus & potum quoad ſanguinem: mirificum redemptorem, in cruce pro nobis Deo patri ſe in precium offerendo: liberatorem captiuorũ, quia lymbum inferorum ſpoliauit, ſanctos patres, ab inde tollẽdo: mortis deſtructorem, & triumphatorem ſe à mortuis reſuſcitando: imperatorem omnium, cœli, & terræ poteſtatem pleniſſimè accipiendo: et vltimò premiatorem tàm bonorum, quàm malorum iuſtum cuilibet iuxta facta propria retribuendo. Prætata gloriosa Maria, quæ ſunt non ſolum mira, ſed ſtupendiſſima de filio tàm viſione corporali meditabatur, viſis, quàm reuelatione de fiendis per Iesum habita diuinitus. Hinc dicendum eſt, quod verè Beata Maria aſſiduè mira reſpiciebat, quæ inſpiciendo indicibili gaudio replebatur, & conſolatione, ac ad Deum laudandum, & glorificandum, aſſiduè, ſua mens incitabatur. Et ſic claret Beatæ Virginis prudentia in attendendo facta filii, ſollicitudo in inſpiciendo, ſapientia in meditando, ſufficientia ad fidem, ſolertia indagando, beneuolentia in retinendo, abundantia in meditando, & perſeuerantia in talium frequentatione cogitando. Iugiter ergo meditemur Dei beneficia, & de eiſdem recordemur, vt cum Virgine glorioſa reſpiciendo alta, recipiamus ęterna.

Fructus XLVI.

FRVCTVS DECIMVS.

Maria nuptiatur.

EXPOSITIO BREVIS.

MATRIMONII ſacramentum approbatur, dum Ieſus, Maria, & diſcipuli vocantur ad nuptias, quæ tàm Chriſti primo miraculo, videlicet, aquæ in vinum conuerſæ, quàm virgineo eloquio adornantur inſigniter.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

BONVM peragere, etsi iniungatur cuilibet regna syderea cupienti attingere à Domino nostro Iesu Christo, ipsum tamen ex nobis bonum operare non valemus, si cut nec aliqd cogitare. Sed vnde hoc habemus? Inquit Apostolus: Sufficientia nostra ex Deo est, quia, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est. Quia ergo & bonum agere ob beatitudinem optamus, & malum respuimus, duo erant nobis exhibenda, & circa nos fienda, videlicet, malum remouendum, & auxilium ferendum ad bonum peragendum. Hinc est quod Iesus Mariæ filius, cum sit sapientia Dei patris, qua mundum regitur, & ordinatur, & Saluator noster vt vitatione mali, & boni operatione, ad salutem peruenire possemus, & remedia præbuit nobis contra peccata, & auxiliũ ad rectè & meritoriè operandum nobis clementer concessit. Sed quomodo, & quãdo? Certè tunc præcipuè, quãdo ipsa ecclesiæ sacramenta instituit, & ordinauit, quibus vitia expurgantur, & gratia ad ritè peragendum abundanter exhibetur. Superbia pellitur sacramento Eucharistiæ: inuidia, Confirmationis: luxuria, Matrimonii: auaritia, Pœnitentiæ: accidia, Ordinis: ira, Baptismi: gula, Vnctione extremæ. Insuper cum ex patratione vitiorum infirmi effecti simus ad bonum operandum, & infirmitas hæc sit tàm culpæ contractæ, quàm pœnæ inflictæ, sacramenta instituta sunt ad omnem infirmitatem tàm culpæ, quàm pœnæ remouendam. Nam contra infirmitatem culpæ, si est originalis, est sacramentum baptismi: si culpa actualis venialis, aut mortalis, est sacramentum pœnitentiæ. Contra infirmitatem pœnæ inflictæ, & contractæ, primò ignorantię, est sacramentum Ordinis, in quo duæ dantur claues, secundo inualentiæ, instabilitatis, & inconstantiæ, est sacramentum Confirmationis. Tertiò malitiæ, est sacramentũ Eucharistiæ. Quarto concupiscentiæ, sic est sacramentum Matrimonij. Sic ergo his sacramentis malum remouetur, boni impedimentiuum. Sed quod adiutorium tribuatur gratiæ ad bonum inductiuum, & auxiliatiuum; patet, quia gratia in sacramentis confertur, si debitè recipiantur. Nam, vt Magister dicit in quarto sacramentum est inuisibilis gratiæ, visibilis forma, vt eius similitudinem gerat, & causa existat, & non solum ad bonum operandum promouent, & inducunt, sed ad virtutes obtinendas valent. Ad fidem, Baptismus: ad spem, Extrema vnctio, ad charitatem, Eucharistia quæ bona gratia interpretatur. Istæ sunt tres theologicæ virtutes. Ad prudentiam, Ordo: ad iustitiam, Pœnitentia: ad fortitudinem, Confirmatio: ad temperantiam, Matrimoniũ.

1. Cor. 1.

dist. 1.

Sic ergo patet, quod in sacramentis à Iesu Mariæ filio institutis, occasiones peccandi remouentur, gratia ad bene operandum tribuitur, & virtutibus debitè ipsa suscipiens vltra præfata adornatur. Sed quod sacramenta oia ipse Mariæ filius instituerit. Apparet, baptismum instituit, qñ discipuli eius baptizabant. Sed prædicatur, qñ dr: Ite docete omnes gentes, baptizantes eos. Confirmationem: Accipite Spiritum sanctum, vel in Penthecoste. Pœnitentiam: Quorum remiseritis peccata. Nec illud, q; dicit Iacobus: Confitemini alterutrum peccata vestra, non fuit institutio, sed exhortatio. Eucharistiã in cœna: Ordo sacer, ibidem institutus, quia discipuli tũc facti sunt sacerdotes. Hoc, inquit, facite in meam commemorationem: sed quoad potestatem remittendi peccata, in illo: Quorum remiseritis peccata. Matrimonium: Quod Deus coniunxit homo non separet. Extremam vnctionẽ: in illud Apostoli: Inungebant infirmos oleo sancto, & sanabantur, quod quidem Iesu præcepto faciebant. Ab ipso. n. Dño Iesu debebant institui, qui, vt Deus effectiuè, & vt homo meritoriè, nobis, & sacramentis gratiã impertiuit, & quia ipse solus habet immobilem voluntatem indefectibiliter suo signo ab ipso instituto ad assistendum. Ipse ẽt solus põt causare effectum inuisibilem pertinẽtem ad salutem hominis viatoris. Hac de causa vocatum est nomen eius Iesus. Cum ipse sit omnipotens, qa Deus, & liberè agat ad extra, sacramenta instituit, ad quorum debitã susceptionem, effectum istum inuisibilem gratiæ inducit in suscipientem pertinentem ad eius salutem. Sacramenta igitur à Domino instituta, sunt causa gratiæ effectiua, non principaliter, sed tantum instrumentaliter & dispositiuè supernaturali quadam virtute existente in ipsis. Ista inquam sacramenta, et siante passionem sint instituta; in passione tamen omnia apparuerunt. Ibi apparuit baptismus in aqua, Confirmatio in sanguine, quo firmamur in bono, quæ de latere Iesu exierunt. Eucharistia, & Ordo, quia ipse fuit hostia, & sacerdos seipsum offerens. Pœnitentia in confessione latronis. Extremavnctio in sanguine liniente. Matrimonium, quia in cruce ecclesiã sibi copulauit iuxta illud: Sponsus sanguinum tu mihi es. Et sicut in Christi passione omnia apparuerunt sacramenta, sic ab ipsa efficaciam, & effectum habuerunt: nam passio Christi tàm præuisa, quàm exhibita, etsi magis exhibita dedit efficaciam, & effectum sacramentis, vt patet per B. Augustinũ, vbi dicit: Quod sicut in exordio generis humani de latere viri dormiẽtis ædificata est fœmina, sic Christo mortuo, de latere lanceæ aperto, quando exiuit sanguis, & aqua, egressa est cum suis sacramentis ecclesia. Vnde cum propter salutem hominis sacramenta à Christo sint instituta, quia de sacramento matrimonij præsens fructus eloquitur, vt quid innuat, & quare sit institutum clarescat, est sciendum, quia primi paren-

Ioan. 3. *Mat. vl.* *Ioan. 20* *Act. 20.* *Ioan. 20* *Mat. 26* *Mat. 19* *Mat. 6.* *Exod. 3.* *22. de Ciuit. Dei.*

parentes iugum ſpreuere diuinum, quo nihil ſuauius, deniq; contemſere præceptum, quo nihil, quoad obſeruantiam vtilius, quo Domino nihil eſt ſuperius, ſublimius, & potentius. Ratione exigente veræ iuſtitiæ, quia ſub tali Dño ſubeſſe contempſit, homo ſubiectus factus eſt omnium, infimo, viliſſimo, abiectiſſimo, & fœdiſſimo, videlicet, carni ex terra formatæ, & paſſionibus ſenſualibus, vt qui Deo per obediẽtiã noluit ſubiici, omni viliſſimo, & abiectiſsimo ſubderetur, videlicet, appetitui, carnis ſenſualitati. Sed quia ſic peccato homo hęrebat terrenis, atque carnis paſſione ſequebatur, ſummus princeps, & medicus Dominus Ieſus humanum genus procliue cernens ad carnale contagium peragendum, curam, & medicinam appoſuit, & ordinauit, modũ, hoc ſacramentum matrimonii inſtituendo; quod non ſolum eſſet in officium, prout inſtituit in mundi exordio, ſed etiam in remedium cõtra carnis impetum, & paſsiones. Sed iſtud ſacramentum à Deo inſtitutum fuit & per Adam pro tunc præconem promulgatum: Nunc os ex oſibus meis Et ſequitur: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem. Sed poſtea fuit per Ieſum incarnatum confirmatum. Et in cruce, quodãmodo myſticè oſtẽſum & inſtitutum. Sed ſingulari modo, & ſpeciali ab ipſo Domino Ieſu tanquàm à ſe inſtitutum fuit confirmatum vnà cum B. Maria Virgine ad nuptias cum diſcipuli s accedere, & intereſſe placuit, vt præſens fructus oſtẽdit. Et Ioannes Euangeliſta recitat dicẽs: Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat mater Ieſu ibi, & vocatus eſt Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Vbi vide aſsiduam aſſiſtentiam Virginis, quia erat ibi: cerne clementiam, filii, & Matię, qa vocatus ad nuptias acceſsit. Circa primum ſciendum eſt, quod iſtæ nuptiæ erant Ioannis euangeliſtæ. Sed ad quid Beata Virgo ibi erat, certè ad ordinandum, adiuuandum, & famulandum, dans exemplum ſeruiẽdi omnibus, & ſpecialiter propinquis in licitis, & Deo acceptis, ſicuti fuit in hoc actu ſacramenti matrimonii. Sed hic ſtatim aliqua emergunt dubia. Cur Ieſus & Maria nuptijs intereſſe voluerunt, cum eſſent tantæ ſanctitatis? Reſpondetur, quod huiuſmodi acceſſus ad nuptias in nullo derogat ſanctitati filij, & Mariæ, & ad ſacramentum iſtud Chriſtus cum matre acceſsit in nuptiis multis de cauſis. Vt ſacramentum matrimonij per Adam pręconizatum, ſed à Deo inſtitutum, & per ſanctos prophetas, & patriarchas debitè ſeruatum, bonum, & licitum declararet. Vt qualiter nuptiæ eſſent celebrandæ, & perſonæ ad nuptias euocandæ, manifeſtaret: quia non diſcoli, aut diſſoluti, ſed timorem Dei habentes. Inſuper quod etſi matrimonium eſſet in remedium contra concupiſcentiam, erat etiam in officium ad Dei cultum multiplicandum, & ſalutem demum licitè vtendo cõſequendã. Et quia ſponſus iſte Ioannes erat eius conſanguineus, & Ieſus nondũ

Gen. 2. Mat. 19

erat notus miraculis,& prædicatione, quare in nullo,nec sibi,aut matri derogabat talis accessus. Vlterius venit Iesus ad nuptias, vt spōsum Ioannem ad statum virginitatis vocaret,& quia ven erat sanare,vocare,& saluare tàm virgines,quàm coniugatos,his de causis, & aliis quã plurimis accessit Iesus ad nuptias cum matre. Sed huius dubii solutio magis patebit ex subsequentis dubii solutione. Vtrum Virgo Maria decenter se habuit,& sic de Iesu inter essendo nuptiis? Respondetur, quod Virgo interessendo nuptiis decentissimè se habuit, considerando tunc temporis qualitatem,& conditionem, quia tunc temporis cõmuniter,aut publicè virginitas non seruabatur,nec prædicabatur,aut matrimonio præferebatur. Et etiam,quia tali accessu ostendit,quod status matrimonialis cum virginitate perpetua stare posset, quia sic fuit de se,& Ioseph,sic etiam factum est in istis nuptiis, quia ipse Ioannes,cuius erant istæ nuptiæ,etsi sui corporis dominium contulit in vxorem,vsum tamen amouendo in eo est abdicatum, quia in virginitate permansit. Sed quid Euangelista dicit: Erat mater Iesu? Ergo sua præsentia dignificabat ipsas nuptias,quia Maria erat mater Iesu, & per consequens domina cœli,& terræ. Stat ergo Beata Maria in nuptiis, vt dirigat in agendis,& dignificet Ioannem in filii aduentu. Et nomen exprimitur Mariæ,& dignitas, vt quid contulerit virtuositatis hoc nomen declaret,& quid nobilitatis, exprimat, & enarret. In nuptiis Tobiæ adest Raphael,Raguel,Gabelus, & Anna. Sed in nuptijs Ioannis adsunt discipuli,Iesus,& Maria,magna ergo est discrepatio inter vtrasque Ioannes,& Tobias,Maria,& Anna, Iesus,& angelus,Raguel, Gabelus, & discipuli adinuicem comparati. Habes Mariæ præsentiam,consortium,solatium,& assistentiam,quid vltra petis ò Ioannes, quid requiris,& quid dicis? non sufficit tibi mater Maria? Inquit, non, quia mater non vult esse sine filio;idcirco sequitur. Vocatus est Iesus ad nuptias. Vocasti,& vocatus est Iesus àte ad nuptias, vt tuum sacramentum matrimonii in spiritualem copulam mutaret, confirmaretque in carnalem. Vocatus est Iesus à te ad nuptias, vt te ad suum apostolatum vocaret, in perpetuo cœlibatu statueret,& deinde vt fecit ad æternas nuptias te dulciter inuitaret, & vocaret. Quid pandis Ioannes esse in causa, vt Iesus ad tuas nuptias veniret? Certè causa fuit, vt se Deum ostenderet in miraculo facturo,vinum consolationis tibi,& aliis infunderet, gloriam suam manifestaret,& ad veram fidem duceret. Quid ergo ò Ioannes de tuis nuptiis refers? Inquit: Deficiente vino. Vinũ ergo in tuis deficit nuptijs? Etsi hoc esset ratione tuæ paupertatis,non casu sed diuina dispensatione gestum est. Vinum deficit,vt Iesu pietas ostenderetur, misericordia in subueniendo, potentia in commutando aquam in vinum, sapien-

sapientia in responsione ad matrem,& beneuolentiam,in sollicitãdo, & vocãdo discipulos ad rectam fidem. Vinum deficit. Hoc Iesus egit, vt vitam hominis in pane, & aqua pro præsenti esse iuxta dictum Sapientis designaret,& tamen panis in panem angelorum,& aqua angustiæ in vinum consolationis, & lætitiæ commutandam esse in regno cœlorum pro futuro. Vinum deficit, vt defectus vini ad admirandum,quod Iesus fecit,omnes induceret. Sed tu Domine Iesu,quia tua voluntate vinum defecerat, tua benignitate vinum est redeundum,sed cuius precibus?quo motiuo?qua inductione? Inquit ipse Ioannes. Mater Maria dicit ad eum: Vinum non habet. O qualem aduocatum Ioãnes in tuis habes necessitatibus,quia Mariam. Sed qualem pro te porrexit supplicationem? Inquit: Vinum non habent. Paruum verbum, sed multa sapientia plenum. Sed quid precibus propulsatus maternis Iesus respondit? Inquit Euangelista: Quid mihi,& tibi mulier? nondũ venit hora mea. O qualis responsio,& quàm admiranda,& merito indaganda,attendenda,& ruminanda. Sed quanta sit admiratione,& singularitate plena,responsio Iesu ad Mariam perpendere poterimus, si aliqua dubia insurgentia,antea persoluamus. Et dubia,quæ hic insurgunt,sunt ex responsione data à Iesu suæ matri, & ex parte ipsius beatæ Virginis petentis. Primum dubium, cur ipsa B. Virgo non petiit expresse miraculum fieri à filio? Respondetur, ne indebitè,aut vanaglorioſè fieri miraculum à filio suo videretur,sicut fratres Iesu vanagloriosè ei suadebant,dicentes: Manifesta teipsum mundo. Deinde sufficit defectum,qui aderat insinuare, quia sufficit amanti necessitatem ostendisse,sicut fecerunt Lazari sorores. Vlterius insurgit dubium ex parte Iesu respondentis,quia videtur, quod Saluator noster inhonorauit matrem,dicendo: Quid mihi,& tibi mulier? quia nec eam matrẽ vocauit,sed mulierem? ac si fuisset ab ipsa extraneus. Respondetur, q̃ reuerenter summè matrem exaltauit, & honorauit,cum nihil habere carnalis affectus,sed solum spiritualis in responsione ostenderit. Deinde,quod non per suggestionem,aut vanagloriam, miraculum erat facturus,& in responsione expressit se vltra humanam naturam,quam à matre acceperat, aliud esse,& habere,vtpote diuinitatem & potentiã, & Deum esse. Insuper declarauit secundum communem rationem,& ordinem miraculum fieri non debere ab ipso: attamen precibus inclinatus suæ matris dũ de non hora fecit horam, & miraculum peregit, quem affectum haberet,ad ipsam matrem, & deuotionem cunctis innotuit. Sic ergo de non hora faciendi miraculum,horam faciendo,& eam exaudiendo ad honorem plurimum fuit ipsius matris. Quid ergo inquit Euangelista? Respondit Iesus, matri,miraculum suggerenti,fieri. Quid mihi,& tibi est mulier? Quasi dicat,quid petis ò mater dulcissima à me,præ omnibus electa in matrẽ,adornata virtutibus, & gra-

tiæ muneribus fœcundata. O Domine Iesu vocas matrẽ mulierẽ; nonne Domine ad petitionẽ tui populi, & sancti Moysi tot signa in Ægypto feciſti? mare deſiccaſti; in deſerto mannate, & carnibus populum recreaſti, aqua de petra producta refocillaſti, Iordanẽ ſiccaſti, & in terrã promiſſam induxiſti, Iericho muros ſonitu tubarũ ad terrã deieciſti, Gedeonis precibus, vellus cõpluiſti, & cõplutã terrã, vellere intacto perfudiſti, pluuiã, tonitrua, & alia ad Samuelis petitionẽ feciſti; ad vocẽ Eliæ mortuos ſuſcitaſti, atq; ad præceptũ Ioſue in medio cœli ſolẽ ſtatuiſti, & Ezechię certitudinẽ ſolẽ decem lineis retrocedere imperaſti, & ſic omnibus piè inuocantibus te exorabilem prębuiſti, vt patet de Eſther, Iudith, Machabęis, & aliis. Quid ergo ſic te durum pandis, ad faciendũ, quod mater petit. Sed quia ad hæc mens non quietatur, & adhuc poſſet quis hæſitare. Ex dicta reſponſione. Quid mihi, & tibi eſt mulier? Cauſam ſubdit Ieſus dicens: Nondum venit hora mea. Ecce cã teſpõſionis. Pro cuius declaratione dubiũ quoddã prius eſt ſoluendũ. Si eius non erat hora, cur geſsit, quod tempus non dabat, etſi tempus dabat, quomodo nondũ eius venerat hora? Reſpondetur, q; etſi Deus omni momẽto tẽporis, & hora circa creaturã miracula operetur, vt pote in eſſe eã conſeruando, attamen non omnia, quę poſſunt fieri miracula à Deo in creatura, & circa ſunt ſimul peragenda, ſed loco, tẽpore, & modo congruentibus. Quia igitur dictum eſt, quod miracula à Deo Ieſu fieri debebant ad atteſtationem ſuę veraciſsimę doctrinæ, & prędicationis: & quia nondũ innotuerãt, quia nondũ authenticè Ieſus prędicauerat, & docuerat, faciendi miraculum pro tunc iãm expreſsè hora non erat, quia prædicatio nondum pręceſſerat; erat. n. congruum, vt quod verbis proderet, miraculis approbaret: & quia in conuiuio nuptiali prædicatio non erat exhibenda, quare nec miraculum peragendũ. Deinde poteſt referri: Nondũ venit hora mea, ad neceſsitatẽ, quia tunc non erat neceſſarium fieri miraculũ, licet poſt tempore prędicationis neceſſariũ extiterit, ſed hora fuit quoad cõgruitatẽ, quia cõgruũ, vt preces exaudiret maternas, & ſponſi inopiã ſubleuaret. Sic ergo tẽpus erat faciendi miracula, petente conſiderato, ſed tempus aberat, quia prędicatio Ieſu nondũ patuerat authenticè, & generaliter, etſi iã innotuerat internaliter quibuſdã, & ſingulariter, quia apoſtolis, quos vocauerat. Ex præfatis ergo aliqua deuotione plena, & diſcuſsione digna de B. Maria panduntur. Nempè, quod ſicut Ieſus B. Mariæ filius, vita ſua ſanctiſsima, & doctrina oẽm infidelitatis cultũ prauum abiecit, & modũ, ſic, & B. Maria dicente eccleſia, quod ipſa cunctas hęreſes interemit, quare ad nuptias acceſsit cũ filio, vt irrefragąbile opponeret argumentũ contra nuptias, & matrimoniũ conteñentes. Deinde libet placenter intueri q̃ dignatiuè Ieſus ſe habet ad matrẽ, nam, ab ipſa poſtulata concedit ad modicum non dimittens eã inexauditã

pauperum

pauperum miseriam subleuãdo, suisq; dulcissimis verbis filium ad miraculum faciendum suadendo, septiesq; Virginẽ reperimus fuisse locutam, cuius verba sunt discussione dignissima, & magnorum mysteriorum declaratiua, dum.n. ab angelo salutatur, salutationem ipsam præmeditando, profert primum verbum, & dicit. Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco? In quo exprimit B. Virgo singulare suæ mentis propositum ad seruandam pudicitiã virginalẽ, pandens se cordis voto Deo virginitatem illibatissimam seruaturã spopondisse, & sic declarat votum à se factum, corde antea absconditum, & inauditũ peregisse, & quod in maledictionem cedebat mulieribus, & Iephte filia deplorat seruasse, Maria benedicta voto cordis se tenere depromit, & spopõdisse. Vlterius Virgo protulit verbum: Ecce ancilla Domini, in quo ostendit electionem, complacentiam, obedientiam, studium, diligentiam, ob quas virtutes, se præstitit in obedientia promptam dum dicit: Ecce, In humilitate profundam in verbo. Ancilla: In obsequio diligentem: in verbo, Domini: In studio, & acceptatione feruidam, dum dicit: Fiat mihi. Et tandem in cęteris verbis ab ipsa depromptis, ostendit salutationem ad Elisabeth, magnificationem suimet, dilectionem ad filium, affectionem ad Ioannem, & tandem dum dicit in nuptiis. Quodcunq; dixerit vobis, facite, arguit esse inspectatricem diuinorũ, vt patet, quia voluntatem vidit filii, ad operandum miraculum, & in hoc dr, quod verbum dictum à Christo Virgini: Quid mihi, & tibi est mulier? Non fuit verbum irreuerentiæ, sed maioris extollentiæ miraculi fiẽdi, & exaltationis suæ matris, cum perficit, quod orat. Dicit ergo B. Maria: Quęcunq; dixerit vobis, facite. Sed quid ò B. Maria iubet, & dicit filius tuus nos facere debere? Certè inquis: Plura nobis dicit verbo, & facto imitanda, & exercenda, videlicet, paupertatem amare, charitatem habere, castitatem seruare, obedientiam suscipere, mãsuetudinem exhibere, misericordiã circa miseros operari, rectitudinẽ mẽtis tenere, verbum ociosum vitare, corporis curam omittere, fratrẽ corripere, se custodire, iustè agere, & toto affectu ad æternam patriam anhelare. Ista præ alijs facienda imperat Christus, quæ imitata per Virginem non sine mysterio dicit: Quæcunque dixerit vobis, facite. Ex dictis ergo apparet huius fructus declaratio: Maria nuptiatur. Verum quia dantur nobis aliqua documenta, idcirco pro nostra consolatione sunt hic paraphrasticè ponenda. Cum enim ad prandia, vel conuiuia vocati sumus, meditandum est potius de pœnitentia per Mariam, & de salute per Iesum, quàm de epulis; & ideò nuptiæ potius cum timore sunt peragendæ, quàm ludis vanis, & iocosis, pauperesque sunt euocandi, & plus curandum de animæ salute, quàm corporis refectione, Deumque laudandum, & indefessè sequendum, quemadmodum discipuli in nuptiis, vt & nos cum Beata Virgine gaudio, & lætitia

indicibili repleamur, videntes signa & miracula, quæ Dominus Iesus pro nostra, omniumque salute dignatus est operari, &c.

Fructus XLVII.

FRVCTVS VNDECIMVS.

Maria Christo parvit.

EXPOSITIO BREVIS.

A Christi imitatione perfecta non secluditur regina virtutum Maria, sed per omnia, vt possibile est creatori operibus virtuosis se conformans, non solum mentis affectu & habitu, sed corporis gressu etiam est suum filium prosecuta.

EXPOSITIO MAIOR.

SACRA scriptura hominem ad percipiendum virtutis bonum, & perfectionem incitat tam exemplis, quàm verbis. Quare Abrahæ dicitur à Deo. Ambula coram me, & esto perfectus. Et magister veritatis Christus dicit cunctis fidelis: Estote perfecti, sicut, & pater vester cœlestis perfectus est. Suntque omnia scripturæ verba ad virtutum perfectionē prouocantia, facta tamen virorum illustrium, quæ recitat, super omnia ad virtutem capessendam inducunt. Et quia, vt dicit Seneca ad Lucillum longum iter ad virtutem est per præcepta, sed breue per exempla. Hinc est, quod sacra scriptura volentibus virtutis, & perfectionis statum arripere exempla plurima ad hoc obiicit, & ostendit. Si enim cupis innocentiam obtinere, adhoc tibi pro exemplo ingerit ad imitandum Abel: si Deum exorare, proponit Seth, qui incepit inuocare nomen Domini: placere Deo, dat tibi Henoch: iustitiam possidere, demonstrat Noe: obedientiam subripere, Abraham: si tecum habitare, Isaac: sollicitum te exhibere, Iacob: lōganimitatem habere, Ioseph: mānsuetudinem, Moyses: humilitatem, Dauid: ministrare Deo, Samuel: deuotionem, Aaron: diabolum superare, Iosue: carnis luxum restringere, Iudith: patientiam possidere, Iob: misericordiam insequi, Thobias: Dei amorem videre, Iosia: coram Deo ritè incedere, Ezechias: in domino sperare, & fiduciam ponere, inspice Iosaphath: dilectionem proximi, Ieremiam: informare populum, Isaiam: despicere mundum, Eliā, & Elisæum: austeritatem tenere in viuendo, Danielem, veritatem loquendi,

Matt. 5.
Gen. 4.
Gen 5.
Gen. 6.
Gen.
Gen. 21
Gen. 24
Gen. 31.
Gen. 39.
1. Re. 2.

quendi, Michæam: conuetsari pacificè, Oniam: in lege Domini meditari, Esdrã: prudenter loqui, Iesum Sirach: superna inspicere, Ezechielem: sapientiam in cunctis, Salomonem; fortitudinem, Iephthe, & Machabæos: temperantiam in motibus, Amasiam: Et sic de singulis virtutibus S. scriptura exépla plurima ingerit virtutẽ, & perfectionẽ arripere volenti. Vnde cum sit documentum prudentissimum Senecæ, & aliorum, quod non ad multos, sed ad vnum pro virtutis exemplo sit aspiciendum; cuius vita, & doctrina sit ad morum correctionem, & virtutum acceptionem. Sed quis sit ille, in quo omnis virtus, & perfectio reperitur, posset meritò quæri. Ad quod respondetur, quod talis, & solus est ipse Dominus Iesus Mariæ filius, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: quare in eo, omnis perfectio, & virtus perfectissima inuenitur. Sed quomodo ad perfectionem, & virtutem pertingimus? Respondetur, quod ipsius Domini Iesu B. Mariæ filii imitatione, ipso dicente: Si vis perfectus esse: & sequitur: Veni sequere me. Quo concluditur, quod eius imitatione virtus, & perfectio habetur, & possidetur, tantoque maior, & vehementior, quanto quis ei fuerit, & erit conformior. Quapropter cuilibet nostrum à Deo dicitur illud: Fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Vt enim Paulus dicit: Imitatores Dei estote, sicut filii charissimi. Sic & ipse Saluator: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Sic ergo qui cupit ad perfectionem attingere, Christum quoad vitam & doctrinam iuxta posse dẽt imitari, & prosequi. Pro cuius euidẽtia cõsiderandũ, q; Dñi Iesu vita diuiditur in actus admirationis, & quoad hoc, est eius originatio de Virgine Maria, Spiritus sancti superuentione, natiuitas prodigiosa, adoratio, miraculorũ operatio, & sic de consimilibus: & quãtũ adhoc imitari ipsum non valemus vllo modo, etsi in miraculis fit facta in quibusdam conformitas, hoc fuit meritoriè, intercessiuè, & ministerialiter, non tamen potestatiuè, & principaliter. Et quod ipsum sequamur quoad hoc, saluator non suggerit. Distinguitur etiã Dñi nostri vita, in actus virtutum, & perfectionis, & in affatus exhortationis, & quoad hæc duo, pro posse ipsum imitari oportet. Dominus. n. Iesus vitam habuit perfectissimam quoad virtutum inclinationem, & vitiorum omnium abiectionem, quia nec existenter, nec apparenter vita sua in aliquo potest vitiosa nominari, nec ét quoad præceptorum diuinorũ obseruationé. Affatus ét Dñi Iesu quoad verbum exhortationis imitãdi sunt, ad quod spectat obseruantia consiliorũ, quæ quidem etsi sint pro imitatione, promulgata fuerunt, ab eo tamen prius obseruata, quia cepit facere, & postea docere. Qui vult ergo Iesum perfectè sequi, & imitari, præcepta Dei custodiat, sua consilia obseruet, & teneat, & singulis vitæ Christi actibus, quoad perfectionem se copulet, & coniungat. Vt igitur de præfatis intelligentia detur cum exem

Exo. 23. Ephe. 5 Mat. 11.

plo

plo fructus præsens nobis, ad declarandum obiicitur, qui dicit, quod Beata Maria Christo paruit, & sicut ipsum in vita imitabatur, & sequebatur corporis gressu, vt dicit Matthæus, quod Christus dum alloqueretur Scribas, & Pharisæos, dixit illi quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te. Quo verbo innuitur, quod Virgo beata post filium, vt cæteri ad audiendum eum incedebat. Et quia parum foret post Iesum gressu corporis incedere, nisi actu sequeretur, & imitatione. Hinc quod ipsa sicut corporis gressu, sic vitæ conformitate, actu, & habitu est ipsum veraciter imitata. Quid enim dignissima Dei mater, Dei veri præcepta obseruauerit, patere liquidius potest ex multis. Cum enim Virgo Beata in regno cœlorum non sit minima, sed maxima, & super omnes exaltata; ipsumque regnum cœlorum detur seruantibus præcepta, & maximus vocetur in ipso, iure optimo dicendum Beatam Mariam perfectè seruasse mandata diuina, quia facta est ianua, & porta cœli. Insuper, cum ex superius dictis patuerit, quod in Beata Maria fuerit cuiuscunque carnalis concupiscentiæ remotio, rationis prædominatio, per extinctionem cuiuscunq; fomitis in ea feruoris intentio, charitas perfecta diuinæ voluntati per omnia conformitas, celsitudinis diuinæ contemplatio, beneficiorum iugis rememoratio, de Deo præ aliis plenior cognitio, ab exterioribus sensus ad interiora reuocatio, omnium Deo displicentium detestatio, fuga, & abominatio, filii sui adamatio, indesinens conditorum à Deo per modum imaginis, & vestigii inspectio, & consideratio. Quibus simul iunctis, argumentum faciunt, Beatam Mariam Deum super omnia dilexisse, nomen eius verè sanctificasse, à cunctis malis sabbathizasse, cæteraque diuina præcepta veraciter custodisse, & seruasse, non stant simul Deum super omnia diligere, matrem fore vnigeniti filii Dei, ac Deum in suo vtero reclinasse, & ipsam reliqua omnia præcepta non custodisse. Si Maria, vt prima pars dicit, Deum dilexit, vt iubemur, etiã omnia alia præcepta seruauit perfectè, quod autem diuina monita, & mandata Beata Maria seruauerit ex partibus annunciationis angelicæ declaratur. Primum verbum est: Aue Maria: Hoc est, sine væ cuiuscunque labis, maculæ, & peccati, nec à talibus quis absoluitur, seu præseruatur, si diuina præcepta negligantur. Secundum verbum: Gratia plena. Beatus Augustinus assignat, quod præceptum de dilectione Dei in via non potest impleri, ratione concupiscentiæ, quæ in nobis viget, & gratiæ imperfectione, quæ in nobis existit. Sed cum in Maria fuerit plenitudo gratiæ, & omnis concupiscentiæ præseruatio, præceptum de Dei dilectione seruauit, consequenter, & alia. Tertium verbum: Dominus tecum. Cum Deus seruantibus sua mãdata dicat, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus Mariam sic seruasse arguitur. Quartum verbum. Benedicta tu in mulieribus.

Tom. 15.

Quare

Quare cum multæ mulieres diuina mandata impleuerint ea custodiẽ da, si super omnes Maria est benedicta, sequitur, quod perfectius, omnia talia seruauerit. Quare concluditur, quod beata Maria vnum verum Deum tenuit, coluit, seruiuit, & adorauit corde, labijs, & opere, nomẽ Dei sanctificauit, ac sanctum esse prædicauit, sabbathum solennizauit ab omni labe se custodiendo, parentes reuerenter excoluit, veritate vitæ, & doctrinę plena fuit, ac ipsam veritatem genuit, mentem ab omni mundi prauitate elongauit, cunctos, vt se, dilexit, se, & sua clementer nobis exhibuit, & bona cuncta nobis impetrauit. Sic ergo apparet, quomodo B. Maria Christo paruit, vt dicit præsens fructus, sua præcepta seruando, quod erat primum, in quo Christus à fidelibus est, imitandus, & sequendus. Ad exemplar ergo genitricis Dei Marię fideliter, veraciter, & sincerè Dominica pręcepta seruemus. Vnum Deum mente venerando, labijs prædicando, toto affectu adamando, gestu corporis, pariter, & operis adorando, sacræ scripturę sententijs, & dictis inhærendo, sectas, opiniones vanas, nouas, & insolitas fugiendo, omnia dæmonum figmenta, quocunq; fiant modo contemnendo, Deum omnipotentem, & omnia regentem confitendo, ac in eius manus spiritum, & corpus commendando, & tradendo, nomẽ Dei deuotione summa venerantes, omne mendacium, periurium, & quicquid est falsitatis contentiuum fugiamus, Deo promissa voto, aut quocunq; modo alio persoluẽdo, Sabbathum sanctificemus Ecclesiam adeuntes, ab operibus tàm corporalibus, quàm peccatum inducentibus vacantes, omnem peccati maculã pura detergentes confessione, in imis laudibus, spiritualibus, & Dei meditationibus persistendo. Patrẽ honoremus cœlestem, amorem, honorem, timoremq; exhibendo, beneficiorum ab ipso collatorum recordando, nostrorum prælatorum parẽdo mandatis, insuper nostros progenitores obsequijs, subuentionibus, & orationibus adiuuemus, homicidiũ fugientes, iniurias remittamus, abiiciamus indignationem, & odium, offensam proximi in omnibus præcauentes, lites, contentiones, declinemus, & bella, corpus nostrũ, aut mentem, intentione, seu facto, appetitu, aut actu nullis illecebris maculemus, sed vasa nostra ad Dei seruantes honorem, ipsa in sanctificatione possideamus. Alienum reddentes, pauperi subuenire pro posse curemus. Ac à nobis ipsis omne desiderium ad aliena restringẽtes, de bono proximi, vt de nostro exultemus. Quibus diligenter obseruatis, sic erimus diuinis mancipati seruitijs, velut ipsius præcepta: meritò qđ à nobis sint custodita, Dei commendabimus verbo veraciter. Secundũ verò declarans quod B. Maria Iesu Christo filio suo per omnia paruit, est obseruantia consiliorum Iesu. Vt hoc videatur, sciendum, quod cõsilia Domini Iesu, & si multa sint, ad numerum duodenarium reduci possunt. Ad quorum, quædam Christiani tenentur de necessitate salu-

tis,

tis,ad nonnulla verò si non sint voto professa, non tenentur ex necessi tate,sed ex cõgruo. Ad omnia simul nõ obligantur seruare de necessitate,vt patet ea inspicienti. Nempe,consilium abnegationis mundialium,& paupertatis amplexus,habetur. Nisi quis renunciauerit om-
Mat.19 nibus,quæ possidet,non potest meus esse discipulus. Et illud: Centuplum accipiet. Et etiam illud pudicitiæ, & castitatis; Sunt Eunuchi
Matt.5. qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Aliud est mansuetudinis,& patientiæ. Si quis te percusserit in vna maxilla,præbe ei & alte-
Matt.5. ram. Et etiam illud conformitatis operis,& doctrinæ; Quæcunq; dixe
Mat.23 rint vobis seruate,& facite. Aliud est charitatis, & amicitiæ. Diligite inimicos uestros,& orate pro persequentibus,& calumniantibus vos. Et etiã pietatis,subuentionis,& misericordiæ. Date, & dabitur vobis.
Matt.5. Vade,& vende omnia,quæ habes. Aliud consilium est, vitationis ver-
Mat.19 borum,& obseruationis taciturnitatis. Sermo vester sit,est,est;non,nõ.
Matt.5. Necnon etiam de vitatione occasionis peccati. Si oculus tuus scanda-
Matt.5. lizat te,erue eum,si manus,vel pes abscinde. Insuper consilium rectiMat.18 tudinis,& imitationis. Attendite ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus. Et etiam de vitanda corporis sollicitudine. Nolite solliciti es
Matt.5. se animæ vestræ quid manducetis. Postremo fraternæ correctionis. De
Matt.6. mum & humilitatis, obedientiæ, & subiectionis. Si peccauerit in te
Mat.19 frater tuus. Et quæcunq; dixerint vobis. Similiter etiam de orando,pa
Mat.23 cificè conuersando,mente ad cœlestia eleuanda,& de præcauendo cõ sortio malorum. Ad propositum B. Maria Christo filio suo paruit nõ solum præcepta seruando,ad quæ omnes obligantur,sed etiam consilia Domini Iesu seruauit,& specialiter præfata; & hoc apparet in Euãgelio Lucæ. Missus est. Et primò paupertatis consilium,quia desponsata Ioseph,non diues,sed pauper. Seruauit secundum, quia permãsit in virginitate,& dicit Euangelium. Ad Virginem. Contra concupiscentiam. Paruit in tertio,quia ipsa,& vir eius erant de domo Dauid, qui mansuetus fuit,& ligni uermiculus,& patiens. Paruit quarto,si consideretur,quod fuit gratia plena,ratione claritatis,& amicitiæ. Obseruauit quintum,quia dicitur, Maria, quæ vita, & doctrina conformis fuit Christo. Custodiuit sextum,quia mater misericordiæ,& pietatis vocatur. Seruauit septimum,quia tanquam taciturna cogitauit,& non statim respondit,qualis esset ista salutatio. Obtemperauit in octauo,quia in penetralibus versabatur, ac in ea nihil erat impellens ad malum. Obediens fuit nono cõsilio, quia tota intentione recta meditabatur, et spiritus eius exultabat in Deo salutari suo. Obseruauit decimum consilium, et hoc claret, quia Angelus profitetur, inuenisse gratiam apud Dominum,et præcipuè in vitanda corporis sollicitudine. Insuper in fraterna correctione obligauit se vndecimo consilio in sanctificatione,quæ reddidit eam exemplatem ad detestationem uirorum.

Postremò,

Postremò, humilitatis, & obedientiæ seruauit consilium, cum se per omnia diuinæ subdidit, voluntati dicens: Ecce ancilla Domini. Quo, & profunda humilitas Mariæ, & eius prompta obedientia declaratur. Sic, & nos intuitu tantæ Virginis, ea omnia obseruemus, mundũ, saltem abnegando corde, pudicitia relucendo, in dilectione cunctorum permanendo, patientiam habendo, miseris subueniendo, loquacitaté vitando, omne prauum declinando, intentionem rectam possidendo, nihil falsi in nobis retinendo, corporis sollicitudinem fugiendo, fratri compatiendo, & in cunctis nostris præpositis sine retardatione parendo. Sed modo videndum est de tertio, qualiter Virgo Maria Christo paruit, vt in uita fuerit ei conformis. Et licet hoc sit ostensum, libro 1. Tamen pro præsenti sciendum, quod cum Christus Iesus nõ aliter docuerit, quàm vixerit, non solum doctrinã eius prosequi oportet, quin etiam, & vitam, vt glorioſa Dei mater in cunctis fecit. Idcircò, reiectis cæteris, nobis incumbendum est imitationi Iesu, & piæ matri, vt ad exemplum illius curramus, & Dei dona inuenientes consideremus, quæ nobis sunt peragenda, inter quæ primum est mundi abdicatio, ad quod quatuor concurrunt, vt mundi abdicationem ostendant perfectè, quorum primum est diuitiarum abiectio, deinde pomparum declinatio, humilium personarum dilectio, & omnium rerum mundanorum contemptus, & despectio. Hoc velut perfectionis initium Iesus ostẽdit in suæ vitæ exordio, quia pauper natus, in medio, quia pauperrimè vixit: in fine, quia nudus in cruce pependit, diuitias, pompas, & omnia mundana despiciendo. Abnegatio etiam sui apparet: quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Et hic quatuor integrãtur, *Philip. 3.* videlicet, Deo voluntatis propriæ subiectio, propriæ vilitatis conspectio, cordis humiliatio, humilis conuersatio, quæ quatuor Iesus in vita ostendit. Vlterius est carnis maceratio, quia Iesus circuibat ciuitates, & castra fatigatus ex itinere sedebat super fontem. Et hic etiam qua- *Ioan. 4.* tuor sunt, quæ inspicienti vitam Christi apparent, cordis munditia, carnis abstinentia. Omnis delectationis prauæ abiectio, vigiliarum, & disciplinarum susceptio, quod apparet in vita Iesu. Insuper est pœnitentiæ exhibitio. Hoc ostendit, dum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, sed hanc faciendam docet Christus quatuor vijs. Passionem attendendo, cuius consideratione pœnitentia libenter exercetur: Peccatorum abominatione, ipsorum debita punitione, & diuinę misericordiæ imploratione. Apparet etiam patientiæ tolleratio, & susceptio, quia iniurias, & conuitia illata patienter supportauit quatuor vijs. Aduersitatis susceptione, verborum, & iniuriarum supportatione. Erga inferentes compassione. Illatorum dimissione, & cõdonatione. Apparet quoq; virtuosa operatio, & exercitatio. Docebat enim assiduè de regno Dei, & diluculo veniebat in templum. Et hoc quatuor vijs ostendit.

ostendit, diuinæ voluntatis impletione, misericordiæ impensione, in diuinis laudibus occupatione. Omnium prauorum detestatione. Manifestatur etiam perceptio humilitatis. Humiliauit enim semetipsum, quam humilitatem quatuor ostendunt, humilibus seruitutis exhibitio, in cunctis actu, & habitu humilitatis ostensio, officiorum humilitatis susceptio, & sui sub omnibus deiectio, quod apparet in vita Christi. Ostenditur etiam iugis sanctæ obedientiæ susceptio. Factus est Iesus obediens vsq; ad mortem. Hanc ostendit habuisse Christum hunc in modum, & quatuor viis, scilicet, quæ sunt patris attentione, quæ patris operatione, sub matre subiectione, & voluntatis Dei vsq; ad finem indefinens custodia. Apparet etiam virtutum ornatus, nempe, iustitia in iudiciis, prudentia in consiliis, tẽperantia in cibis, & potibus, fortitudo in vexationibus. Demum prompta videtur eius oratio. Ascẽdit enim in montem orare, & in horto. Cuius orationis ostendit modũ, & locũ: quia dimissa turba, in monte: tempus quia de nocte, & in horto: fructum: Quicquid orantes petieritis, fiet vobis. Hæc quatuor sunt in quibus ostenditur assiduitas in modo, continuitas in loco, austeritas in tempore, consecutio in fructu. Sed vltra hæc, quæ dicta sunt, apparet etiam eius contemplatio. Ascendit enim in montem Thabor, & transfiguratus est, quam contemplationem cupienti habere, tria sunt necessaria, signata per tres Apostolos, quos assumpsit, scilicet cognitio rerum per Petrum, dimissio omnium temporalium per Iacobum, & gratiæ diuinæ largus influxus per Ioannem. Quid fugere, quia hominum consortium, eo quia seorsum duxit. Quid appetere, quia superna: Duxit illos in montem. Quid tenere; quia in monte debet stare, ne descendat per desiderium ad humana. Postremò apparet, & est eius saluberrima passio, & pro nobis crucifixio, quo infinita ad nos eius dilectio, nostra redemptio, sacramentorum nostra salute ordinatio, & iugis nostrum ad Crucem per meditationem affixio apparet. In his ergo duodecim vita Christi, prout est perfectionis, & virtutum ostensiua stat, & habetur. Quæ omnia & si non probationibus addictis pateant, tñ consideranti Domini Iesu vitam, & doctrinam, cũcta feciſſe, vt prædicitur, & docuisse, clarent euidenter. Sed quis inter sanctos vitam Domini Iesu fuit perfectius secutus, & imitatus, quã ipsa Dei genitrix Maria, & sit imitatione transformatiua, transformatione, scilicet, corporali Franciscus? Dei genitrix, quod vitam filii fuerit imitata apparet in generali, & in speciali, vt dictum est fructu primo, sed eam similatam Christo generaliter ostendunt, plenitudo gratiæ, dilectio Iesu ad ipsam, prærogatiua sanctitatis, transformatio mentalis in Iesum, sanctitas super alios, gradus, & vicinitas in gloria. Sed uidendum est in speciali, an in præfatis duodecim uitam Iesu perfectionis modum expressiuam continentibus fuerit conformis

formis suo filio, iuxta quod fructus præsens tertio declarare intendit. Vbi aduerte, quod Beata Maria suo filio fuit similata in mundi abdicatione, quia in pueritia mundum abdicauit templum adeundo, & ibidem remanendo: voluntatem abnegauit se Deo totam, & totaliter cõmittendo, carnem etsi sanctificatam habuit, ieiuniis, & orationibus attriuit: vitam egit asperam cum deuotione: patienter ad Ægyptum expulsionem cum filio tolerauit, virtuosè est operata, virtutibus plenissimè fuit adornata, humilitate singulariter insignita, obedientissima fuit Deo, & cunctis, Deum deuotè exorauit, apicem contemplationis ascendit, & tandem cum passionis gladio Iesu filio concrucifixa fuit. Et sic apparet, quod filio paruit, & obediuit, eius præcepta custodiendo, consilia tenendo, & implendo, & demum eius sanctam vitam imitando, & sequendo. Et sic suum filium benedictum est prosecuta non solum, corporali gressu sed etiam mentis affectu sua præcepta seruãdo. Sic ergo claret hic fructus. Maria Christo paruit, & consequenter quid pro talis fructus expositione est breuiter annotatum, videlicet, à Christi imitatione perfecta in præsenti multa habentur bona. Protectionis diuinæ, largitionis donorum copiosæ, augmentationis grãtiæ, transformationis in Christum intimæ, ac vltimo perceptionis cœlestis gloriæ sine fine, dicente Christo: Vbi ego sum, ibi sit & minister meus. Exemplo gloriosæ Virginis Mariæ Iesum toto cordis affectu, actu, & habitu imitari studeamus, terrena abdicando, nos ipsos abnegando, carnem macerando, virtuosè operando, in humilitate, obedientia, oratione, contemplatione immorando. Vt tandem per meditationem passionis assiduam, & dilectionem perfectam Iesu in ipsum transformati, & Christo in præsenti similati ad beatitudinis veram, & perpetuam transformationem peruenia-mus: Amen. *Ioã. 14.*

FRVCTVS DVODECIMVS.

Fructus xxxxviij

Maria commendatur.

EXPOSITIO BREVIS.

DVM prauos confutat sapientia redemptoris, mulier spiritu afflata diuino in ventris portantis ipsum, & vberum lactantiũ eundem laudes assurgens beatam dicit prædicatque Mariam.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

SAPIENTIA diuina cum omnia condiderit in numero pondere, & mẽsura, vt Sapiens dicit, & ea mira gubernatione regat, & dirigat ad sui laudem, gloriam, & honorem ipsa condita incitat, & inducit. Cum enim opus commendet opificem, hinc est, quod sicut nulla creatura est, quæ à Deo condita nõ sit, sic nulla ab eius laude vacat, & abest, dicente propheta, quod laudis eius plena est terra. Et Augustinus: Omnia quæcunque fecit Deus laudant Deum: omnis creatura, Dei potentiam prædicat, sapientiam laudat, clementiam, & beneuolentiam admiratur suaque virtute affirmat esse, teneri, regi, dirigi, & gubernari. Attamen, etsi omnia pro modulo Deum laudent, sicut nil plenè Dei agnoscit opera, sic nec sufficit laudare, & licet omnia opera Dei sint eius gloria plena, ac admiratione, & laude digniſsima, præcipuè illa, q̃ in Christo, vt homo est, & in eius matre Maria est operatus, de quibus, etsi in superioribus plura sint dicta, non tamen sufficienter, vt decet, cum nullus possit ad plenum dicere, seu laudare Iesum, quia Iesus in Maria commendatur, & ipsa B. Virgo in commendatione filii mater extollitur, vt superiora ostendunt in præsenti, vbi de laudibus exhibitis à muliere, dũ Iesus prędicaret erga ipsam Dei geniiricem Mariã partim de Iesu, & partim de Mariæ laudibus erit sermo, etsi nõ ad plenum, vt dictum est. Quid igitur hic fructus dicit? Inquit: Maria commendatur. Vbi est sciendum, quod, vt refert Lucas, Dominus noster Iesus Christus liberato homine dæmoniaco surdo, & muto, cum perfidi Iudæi ipsum fecisse dicerent hoc non Dei, sed Beelzebub principis dæmoniorum potentia, & virtute, ipse pluribus rationibus eos falsa dicere, & opinari cobfutasset, mulier diuino afflata spiritu, constãtia summa, & fide plena exclamauit voce magna dicens: Beatus vẽter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. Et Iesus respondendo dixit; Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Pro quorum verborum expositione, in laudem filii, & Virginis est sciendum, quod vt dictum est in prologo secundo huius operis secundum B. Hieronymũ in serm. de Assumptione, qui incipit. Hodie: quidquid humanis dici põt, verbis, minus est ad laudẽ eius, quia diuinis, & angelicis est excellẽtius prædicata, & laudata preconiis. A prophetis quidẽ pronũciata, &c. Quo B. Hieronymi verbo apparet, q̃ B. Maria p̃ prophetas, p̃ patriarchas, per angelos: & q̃ maius per Deũ B. Maria ipsa est laudata, & cõmẽdata qũo per prophetas est cõmẽdata dictũ est fructu 2. & 3. Per angelũ fructu 16. Et quia restabat vt per hominẽ ipsa cõmẽdaretur, & sic fecit, s. per Ioannem existẽtem in vtero, & matrem eius Elisebeth

& præ-

& præsens fructus ostendit, quia per mulierem quándam, etsi nomen non ponatur, fuit commendata. Ac per filium suum Deum, vtique, & hominem. Sic ergo præsens fructus duas habebit partes. In prima videbitur, quomodo fuit ab ista muliere, quæ sic exclamauit commendata. In secunda parte quibus Iesus dicédo: Quinimò beati, qui audiũt verbum Dei. B. Maria est dignificata. Pro primæ partis euidentia dicit Euangelista, quod in conspectu tantorum pontificum doctorum loco tàm solenni, & cętu copioso Iesu tanto facto miraculo, ac confutata Iudæorum nequitia mulier exclamauit dicens: Beatus venter, qui te portauit. Vbi aduerte primò, quod B. Maria est, ter beata vocata. Primò ab Elisabeth dicéte: Beata quę credidisti. Quare ipsam beatam dixerit, patet: Ex fide enim, quia credidit. Secundò à seipsa dicente. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce causa, subdit: Beatam me dicét omnes generationes. Tertiò hic cum eius venter, qui Iesum portauit, beatus vocatur. Ex primo habetur documentum, quod fides recta cũ operibus ad beatitudinem obtinendam disponit dicente saluatore Beati qui non viderunt, & crediderunt. Ex secundo, quod humilitate disponitur, etiam pro præsenti, quis, vt beatitudinem obtineat pro futuro, quia sicut superbia deiecit Luciferum, sic, & humilitas introducit, cum talium sit regnum cœlorũ. Ex tertio, quod Dominum Iesum menti, scilicet, ventre gerentes, & misericordiæ operibus velut vberibus lactantes, ad beatitudinem perueniunt exoptatam. Vlterius inspice, spiritus superuenientis impetum, & feruorem. Spiritus sanctus istã mulierem visitando interius, verbo prodit exterius, & voce magna clamare facit: Qui clamor tàm ex mouente interius Spiritu sancto, quã ex vocis exterius magnificè depromptius magnus efficitur. Sanctus. n. spiritus, qui linguas aperit mutorum, & infantum facit disertas istam mulierem impulit ad clamandum, vt ex clamore, quid prodere vellet admiratiuè audiretur, & efficacius cordibus audientium imprimeretur; huius ergo mulieris Spiritus sanctus irradiando mentem, linguã soluit, & in vocem excelsam prorumpere facit. Benè ergo dicit Euangelista, quod extollens vocem quędam mulier, non dicit clamauit, sed extollens, clamor non semper est virtuosus, sed vox extollens, cum procedat à corde Spiritu sancto illuminato, & commoto talis clamor est virtuosus, acceptabilis, & Dei laudatiuus. Insuper considera, quod cum mulier natura sit timida, virtute Spiritus sancti roborata, & illustrata mulier hæc Iesum laudando per fidos Iudæos confundit. Extulit ergo vocem à Spiritu sancto fabricatam, incitatam, & ordinatam, mulier quædam. Non quælibet, sed quædam, quia non omnes Deus illustrat, & sua secreta reuelat. Hæc præ omnibus, quæ audiebant verbum Dei, electa est, vt Iesu testimonium daret, ac facto proderet quan

Luc. 1. *Luc. 1.* *Ioan. 20* *Mat. 18*

tæ efficaciæ sit verbum Dei, cum corde percipitur, quæ sic istam impulit ad clamandum. Extollens ergo vocem non submisse, aut clandestinè, sed altè, & publicè, laus Iesu, & Mariæ matris ab ista muliere effatur, vt omnes percipiãt, quæ hæc dicit, & sic facta est mulier hæc annunciatrix Dei verbi, & fidelis Euangelista. Non est ergo fastidiendum, quod in Iesu laudem prodit hæc mulier, & Mariæ, sed omni veneratione, admiratione, meditatione, & discussione dignissima, quia non est peractum virtute humana, sed diuina, nec est hæc mulier paruipendenda, quia vas, & armarium facta est Spiritus sancti, ac per ipsam, vt instrumentum debitum locutus est Deus laudes Iesu, & Marię. In hac muliere ostendit Deus non se esse personarum acceptatorẽ, quia vbi vult spirat, quia sicut ante non sapientes, sed simplices elegit, vt Dauid pastorem, & Michæam, sic nunc non nobilem secundum hominum æstimationem, sed Beatæ Marthæ famulam ad suas prodendas laudes, & Mariæ elegit. Hanc humilem, & mundo despectam elegit, quia humilia respicit, & illuminat, vt fortia cõfundat, vt prodat facto; quia cum simplicibus sermocinatio eius, & quod abscondit à sapientibus, & prudentibus, paruulis, & humilibus reuelat. Præterea apprehende huius mulieris conditiones, & imitare. Hæc fuit in obedientia probata, quia sanctæ mulieris Marthæ famula, & sic eidem obsequiosa, & obediens. Fuit etiam virtute probata, quia cum Domina sua Iesum hospitio recipiebat, & eius gratifica præsentia multoties, & locutione consolata. Fuit etiam Iesu matre lætificata, nam cum Maria Magdalena, & Martha reciperent Dominum, proculdubio, & beatam Mariam, quare eius consortio, & eloquio multoties fuit recreata. Fuit Iesum secuta, quia cum turba, quæ Iesum sequebatur erat. Fuit pariter Spiritu sancto illustrata, & constantia vigorata, quia intrepidè vocem extulit in laudibus Iesu, & Mariæ. Tandem ab omni corpore, & ignauia separata, præ alijs à Deo ad se videndum, & matrem, acceptata, & electa, voxque, & laus eius placidè susceptа. Non ergo potens vt Martha eligitur ad testificandum de Iesu, & Maria, sed humilis, & ancilla. Sed quid referat hæc mulier? Inquit: Beatus venter qui te portauit. Quasi dicat: Perfidi Iudæi te blasphemant, ego te laudo, quia si ventrem, qui te portauit agnosco, & prædico beatum, multò fortius hoc assero de te, quod sis beatus, imò omnia beatificans, quia ventrem, qui te recepit beatificasti. Inquit: Beatus venter, qui te portauit, ideſt, non solum tu es beatus, sed cum sis Deus clemens, liberalis, & reuerens, beatitudinem tuam diffundis participandam alijs. Dicit ergo mulier hæc Iesu: Beatus venter qui te portauit dignificando ventrem, proculdubio dignificauit, & matrem ipsum Iesum gerentem, & corpoream substantiam ministrantem. Et sic patet ex

huius

huius mulieris verbis laus multiplex Mariæ secundum modos expositos, declarantibus. Et licet ex præfatis Beata Maria commendetur, tamen specialiter in commendatione ventris ipsa multipliciter commendatitijs laudibus dignificatur ab ista muliere, & exaltatur. Dum enim ventrem dicit beatum, qui Iesum portauit, Mariam asserit esse præ cunctis mulieribus filios concipientibus in eorum ventre à Deo acceptatam, & hoc, vt Deum conciperet, & in suo ventre eum retineret. Præ cunctis gratia repletam, & fœcundatam, quia venter Mariæ gerens Christum adornatus est virtutibus, vt in eo talis, & tantus dignè Dominus reciperetur, vnde eius venter Iesum suscipiens, & tenens fuit, & dici potest, & debet. Reclinatorium Dei, templum Dei, locus Dei, thalamus Dei, altare Dei, arca Dei, tabernaculum Dei, cœlum, & aula Dei, & sic de quocunque alio dignius reperitur, & beatius ventre Beatæ Mariæ, cum quodlibet aliud insensibile, sit venter Mariæ sensibilis, & tali modo inusitato in ea nouem mensibus verbum Dei incarnatum requieuerit. Præ cunctis illuminatam, cum sol iustitiæ, & candor lucis æternę, & speculum sine macula fuerit in eo, præ cunctis sanctificatam, quia tunc ad peccandum fuit totaliter remota. Præ cunctis Deum aspectatam, quia in eius ventre Iesu stare creditur, ipsam Deum facialiter conspexisse. Præ cunctis existentibus in præsenti recreatam, cum in ventre eius fuerit consolatio omnium afflictorum, angelorum iubilus, beatorum gaudium, & præmium, & solatium. Præ cunctis honorificatam, & dignificatam, cum fuerit facta mater Dei, quo nil sublimius, & maius, sponsa Dei, amica Dei, ancilla Dei, & porta Dei ad homines. Præ cunctis à suo filio dilectam, & adamatam, quia si dulciter quieuit in ventre, quàm dulcius stetit post cum ea, & eius omnibus petitionibus condescendit? Sic ergo apparet, quàm dignè, & magnificè hæc mulier ventrem Mariæ extollat, & magnificet. Dicamus ergo cum hac muliere: Beatus venter, qui te portauit, quia omni benedictione, gratia, virtutibus, & gloria fuit repletus, & sic patet primum, quod erat videndum. Secundò videndum erat, quomodo responsione Domini, dicendo, quinimò, Beata Maria extollebatur. Videtur enim potius dictum ad orationem, quàm ad laudem, sicut, & illud: Ecce mater tua. Et respondit, quæ est mater mea? Sed non sic est, imò ad eius multiplicem laudum extollentiam redundat. Vbi aduertendum, cum, quinimò, sit aduerbium affirmandi, Dominus Iesus non negauit, quod hæc mulier deprompserat dicens: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, quasi diceret saluator, iudicis quod venter, qui me portauit est beatus,

tus,& sic esse affirmo,sed qualiter istam beatitudinem possederit, exprimo : Beati,qui audiunt verbum Dei , & custodiunt illud, quasi diceret Saluator : Cum duplex sit generatio carnalis, & spiritualis,secunda per fidem , & verbi Dei auditum, & per operum impletionem,& hæc sit melior,& potior. Insuper prima generatio habet fieri in ventre corporali,sed secunda in ventre mentali , & intellectuali , & verbum, cum retinetur, & auditur in ventre memoriæ concipitur,& in intellectus acie generatur . Sic verbum Dei in nobis oritur,gignitur,& nascitur , cum retinetur,& opere adimpletur, & formatur . Quid ergo Dominus dicit ? Nunquid secludit Virginem matrem ab audientia & obseruantia verbi Dei ? Certe non, quia ipsa Iesum est secuta, & omnia conseruabat in corde suo, sed ostendit modum, quoin ventre matris fuit incarnatus, venit, & stetit,quia non coitu humano,sed verbo diuino,dum enim Beata Maria verbo Dei ab ipso sibi directo,& ab angelo nunciato fidem dedit, verbum Dei in ea humanatum fuit, quod etsi sit beata qui talem filium genuit,multò fortius est beata ex modo,quo genuit, quia mente prius per fidem,& per verbum,prius mater sine corruptione aliqua facta fuit,& quia generatio spiritualis potior est corporali,si tu commendas , & beatam dicis Mariam propter generationem carnalem, multo excellentius debet dici beata propter generationem spiritualem . Ex quibus Iesu verbis ad propositum , & intentionem mulieris respondentis apparet , quod beata Maria est à Iesu commendata de diuinæ voluntatis impletione , & non est secluſa à numero audientium Dei verbum , & ipsum custodientium . Insuper commendatur de fide, quia credidit verbo Dei , quo ipsum verbum generauit . De summa puritate ,quia verbo facta est incarnatio,non coitu humano.De inaudita nouitate, & singularitate, quia verbo,& non semine,non modo humano, sed spirituali , & diuino Deum concepit Maria in suo ventre . De amicitia singulari copulata,& iuncta,quia Beata verbum Dei audiendo,& custodiendo à Deo est dilecta . De mente,& carne in deitate vnita in incarnatione, quia tota Trinitas,effectiuè operata est,licet verbum terminatiuè tale , ac tantum mysterium . Sic ergo Beata Maria à Iesu in dictis verbis est excellentissimè honorificata, commendata,& dignificata . Quid ergo vult dicere Iesus : Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei ? Chrysostomus inquit : Vult dicere , quod partus matris Mariæ nihil profecisset, nisi valde bona, & fidelis fuisset . Sed secundum Bedam voluit dicere , quod si Beata Maria est dicta beata , quia verbi incarnandi ministra facta est temporalis , sed multò beatior est , quia eam semper amandi custos permanebat æterna . Potest

etiam

etiam dicit, quod Saluator noster non solum præfata de matre asserit, & ostendit, sed etiam ostendere voluit, quomodo propriè Maria, & alii debent esse, & censeri beati non vtique ex carne, vel naturæ operibus, qualis est generatio, sed ex verbo Dei, scilicet, adimpleto per nos, operibus, & per Mariam. Vnde Virgo non fuit beata, ex conceptione sola Christi, sed quia eius mandata seruauit. Ex quo concluditur, quod si beata Maria generando Dei filium ex sola tali generatione non fuisset beata. Quomodo ergo ex aliquo nostro actu sine gratia? Certè nullatenus. Quia ergo Dei verbum audiuit, & percepit corde, ac opere custodiuit: certè est beata. Sic ergo apparet, qualiter ab ista sancta muliere in persona Iesu est Beata Maria commendata, & à suo filio in responsione tali mulieri data. Ex dictis præbetur nobis documentum à Iesu, quia ipsa est, quæ te portauit nouem mensibus, aluit, & nutriuit. Insuper qualiter huius mulieris eloquio beata Maria commendetur videndum, quia inquit: Beatus venter, qui te portauit. Ideò sciendum, quod venter Beatæ Mariæ potest dici beatus, intelligendo, quod dicatur beatus, quia beatitudinem nostram quoad corpus, & animam, portauit Iesum Christum, qui ratione humanitatis est beatitudo nostra, quoad corpus rõne diuinitatis est beatitudo nostra quoad animã, & sicut caprę, species odorẽ, & vasi liquor optim⁹ saporem imprimunt, sic Christus quoad animam beatus existens dum in ventre fuit Mariæ, sicut faciei lumen quoddam infundit, vt Ioseph in eius faciem intuitum figere non valeret, sic & aliqua ad beatitudinem sanctorum, & specialiter in ipsius animam benignus efficit. Deinde potest intelligi Mariæ venter beatus, quia ab omni pollutione, & corruptione, tàm ante partum, quàm in partu, & post separatus, & segregatus: & sicut in vita, sic & post mortem, quæ corpori beato competit. Insuper dici potest beatus, quia stolis beatitudinis, vt est possibile in præsenti spiritualiter intellectis, & accipiendo partem pro toto fuit adornata. Impassibilis enim fuit ab inditio peccati, & ad peccatum, quia fomes in ea fuit extinctus. Fuit agilis in executione diuinorum, quia statim de ventre Virginis fuit corpus Iesu formarum à Spiritusancto, & tota Trinitate. Fuit subtilis, quia corpus Christi sumptum de ea, de ipsa exiuit, ipsa intacta & clausa manente. Fuit clarus pulchritudine corporali & spirituali: quia sine macula, vt ostendit fructus septimus. Præterea, potest dici venter beatus secundum modum frequenter vsitatum in scriptura, vt quod datur parti, attribuatur toti per figuram synecdochen: & maximè quando pars & totum sunt eiusdem speciei, vel generis: quia enim Iesu corpus erat animæ beatæ vnitum, & dotes plures beatitudinis in suo corpore Iesus ostendit dum viueret, & in proximo erat beatificandum in resurrectione, & tale corpus fuerat sumptum de ventre Virginis, poterat

hac de causa venter Mariæ beatus vocari. Poterat etiam dici beatus fi
modum loquendi scripturæ, quo aliquid vocat beatus, attendatur. Scri
Gen 30. ptura enim vocat beatum ventrem multiplici prole fœcundatum. Bea
tam me dicent: ait Lia, mulieres, quia peperi sex filios, quare & Marię
venter potest hac de causa dici beatus, quæ genuit Dominum Iesum
Christum omnem hominem excedentem valore sapientiæ, & bonita
te. Dicunt etiam beatum hominem à peccati fece purgatum, & sepa-
ratum. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: quare, & Ma-
riæ venter. Insuper beatum dicunt à Deo electum, & amatum: Beata
Psal. 33. gens cuius est Dominus; quare, & venter. Dicunt etiam beatum virũ
pietate, & misericordia super egenum inclinatum. Beatus, qui intelli-
Psal. 40. git super egenum, & pauperem: quare, & venter Mariæ. Nec non di-
cunt beatum scientem persoluere laudum tenorem: Beatus populus,
Psal. 88. qui scit iubilationem: quare, & vẽter Mariæ. Fatentur etiam beatum
Prou. 28. subditum Deo timore. Beatus homo, qui semper est pauidus: & beatus
vir qui timet Dñm, quare & venter Mariæ. Beatum prædicant sapien
Prou. 3. tia lucentem: Beatus vir, qui inuenit sapientiam: quare, & venter Ma-
riæ. Beatum asserunt Dei legem seruantẽ: Qui custodit legem, beatus
Prou. 29. erit: quare & venter Mariæ. Beatum nominant lingua moderatum,
Eccl. 14. Beatus vir qui nõ est lapsus verbo: quare & venter Mariæ: Beatum in-
telligunt sequẽtem Iesũ vestigia, & fidem perfectè habentem: Beatus,
Mat. 11 Mat. 16 qui non fuerit scandelizatus in me: quare & venter Mariæ: Beatũ cre-
dunt Deum agnoscentem, & eius diuinitatem: Beatus es Simon Bar Io
Eccleb. 2. na: quare & venter Mariæ. Postremò beatum volunt esse recta operan-
tem. Beatus vir, qui suffert tentationem. Sic ergo, quod attribuitur to-
ti, attribuendo parti venter Mariæ ex præfatis beatus dici potest, &
fuit: quare si tales dicũtur beati à fortiori, Maria, & eius venter, anima,
& corpus. Potest etiam dici venter Mariæ beatus, quia Iesus, quę agit
in Beatis, agebat in Virginis anima, quodammodo, dum in eius staret,
ventre clausus. Ipsam enim subleuabat à terrenis, ab eis separabat,
transformabat, irradiabat, dilatabat per cognationem, & docebat de
futuris, præteritis, & præsentibus, voluntatem suam ei demonstrabat,
deificabat similitudine quadam, de fidei articulis instruebat per visio-
nem, & meliflue recreabat. Et quia isti sunt aliqui actus, quos Deus in
beatis exercet, & in anima Christi perfectissimè fecerat, dum Christus
esset in ventre Virginis Mariæ, & in animam Virginis, etsi imperfectè
respectu ad beatos, quia non in perfectione, sed eo modo, quo possibile
est in presenti merito, quia in vẽtre dum staret Iesus sunt facta potest
dici venter ipsum portans beatus. Ideò non immerito potest etiam di-
ci venter beatus, qui Iesum portauit: quia sicut locus beatorum dicitur
beatus, & beatitudo, sic per quandam conformitatem, & similitudinẽ
ad ipsum potest dici venter Mariæ beatus. Locus enim beatorum est

capa-

capaciſsimus, ſic & venter Mariæ: quia quem cœli capere non poterant, intra ſe clauſit, & pertulit. Puriſsimus, ſic Mariæ venter nulla macula fuſcatur. Splendidiſsimus, ſic Maria exemplaritate in oculis manibus, & ſenſibus. Vniformis ſic Maria per dominium perfectum rationis ad carnem, & ſenſualitatem. Amœniſsimus, ſic Maria immiſsione, & deguſtatione dulcedinis diuinæ. Iucundiſsimus, ſic Maria pace carnis, & ſpiritus omni rebellione ſemota. Secretiſsimus, ſic Maria gratiæ, & in gratia confirmatione. Altiſsimus, ſic Maria donis gratia, & meritis. Quietus, ſic Maria ab omni appetitu terrenorum. Immobils, ſic Maria Dei dilectione continua. Gratioſiſsimus, & Deo acceptus: ſic Maria, quia in ipſa deitas habitauit, & miſericordia eſt operata, in ea. Præ cũctis locis. Diuiniſsimus, quia Dei gloria ſingulariter plenus: ſic Maria tota fuit deitate plena. Et quia hęc in Maria ſpeciali modo ſunt facta, dum Ieſus in eius ventre maneret, meritò ad inſtar loci beatorum, beatus venter poteſt ipſius vocari. Poſtremò venter Mariæ poteſt vocari beatus propter præelectionem adhoc, vt Ieſum beatorum omnium, veram beatitudinẽ ſuſciperet, & teneret, & in ſe quieſceret, & conſequenter, ſic venter Mariæ poteſt dici beatus. Tandem hęc omnia, quæ ſuperius circa ventrem B. Mariæ dicta ſunt à ſancta muliere, documẽtum habemus, ſi beati eſſe cupimus à peccati fece, lachrymis mundemus nos, ſit in nobis Domini timor, vt timeamus eum offendere. Pietate, & miſericordia ſimus pleni, lingua moderati, Deũ iugiter laudantes, legem ſeruemus diuinam, Chriſti veſtigiis inhæreamus, verbũ Dei deuotè audiẽdo, rectè operemur, quia beati, q̃ opere cuſtodiũt illud, vt docet ipſe Ieſus Mariæ filius noſter ſaluator. Sic ergo apparet huius fructus expoſitio, & conſequenter, quod in principio fuit breuiter annotatum, dum prauos confutat ſapientia redemptoris, &c.

FRVCTVS TERTIVSDECIMVS. [Fructus xxxxix.

Maria pati conſpicit.

EXPOSITIO BREVIS.

PIISSIMA Dei mater Maria, ſicut actitata per Chriſtum ſuum filium in vita cognouit, cum cuncta conſeruaret in corde, ſic ab ipſo operata, & circa ipſum paſsione imminente, etſi abſens fuerit, Dei reuelatione creditur veraciter cognouiſſe.

EXPOSITIO MAIOR.

EX dictis in fructibus superioribus, cum visum sit de gaudijs habitis in præsenti à beata Maria, videlicet, electionis à Deo, annũciationis, generationis filij Dei, repletionis omnium donorum, & gratiarum, adorationis Magorum, præsentationis in templo, inuentionis Christi post triduum, operationis miraculorum: & quomodo de omnibus talibus circa Christum, & per Christum operatis notitiam habuerit. modo tractandum est de acerbissimo dolore, passione, videlicet, Iesu B. Mariæ filij, quæ etsi gaudium ex fructu, dolorem tamen præualidũ eidem ingessit. Verum, quia teste Ioanne aliqua passionem præcesserunt, videlicet pedum lotio, discipulorum cibatio, sacro corpore, & sanguine, ac ipsorum dulciflua de pluribus informatio: idcircò antequam ad materiam principalẽ passionis descendatur, præfata tria sunt videnda, quæ sicut à B. Virgine sunt, & fuerunt præuisa, cognita, & meditata, sicut & aliqua à Christo, & circa Christum facta, sic & ipsa à nobis diligenter discussa deuotionem, & exemplũ nobis ingerant, & stuporem. Et quia nihil est dicendũ, quod ratione congrua non probetur, ideò ante omnia dubium quoddam est soluendum, cuius solutio non modicum proficiet nunc tractandis. Dubium vtique est, an B. Maria de tribus præfatis notitiam habuisse, sit ponendum, ac de operatis à Christo, & circa ipsum passione imminente. Respondetur, quod sic; ratio quia cum ipsa futura esset doctrix apostolorum, & fidelium, si prius facta Iesu conferebat in corde suo conseruando, sic reuera & ista, cum his, videlicet, apostolorum informatione, & sui corporis ciba tione fides catholica præsertim cõsistat. Quare cum fides in triduo in sola Virgine permanserit, de præfatis credendum est eam agnitionem habuisse. Sed quomodo? Respõdetur, quod hoc extitit, quia vel præsentia corporali cœnæ astitit, vbi tria prędicta sunt à Christo peracta, vel si præsens nõ fuit Iesu relatione præcedente de fiendis fuit informata, vel diuina reuelatione. Aut hoc fuit, quia etsi absens corpore (quod credo potius) spiritu cunctis præsens fuit. Elisæus absens corpore præsens spiritu, quæ gessit, suus discipulus Giezi conspexit. Sic & multi sanctorum Dei opere absentes corpore, quæ fiebant in remotis, spiritu præsentes, agnouerunt proculdubio. Hoc potest congruè poni in Maria, si eam cœnæ non præsentia corporali ponimus, sed spirituali affuisse. Quare posito, quod B. Virgo talium cognitionem habuerit, sicut, & ponendum est, cum talia sint discussione, & meditatione dignissima, & B. Virgo, quæ in præcedentibus passionem euenerant, cõseruando ruminabat, & ruminando, meditationem in corde seruabat,

multo

multò fortius & iſta. Quæ igit aſsiduè Maria meditabatur, à noſtra memoria non debent prolabi, ſed omni efficacia ruminari, diſcuti, & teneri, cum noſtra ſint geſta ſalutis de cauſa. Qua in re de præfatis cogitare volentes, pro noſtra deuotione, dulcedine, & conſolatione, ordine, quo peracta fuere, ſunt ſuccinctè videnda. Primũ peractum à Ieſu Mariæ filio contemplatione digniſsimum eſt apoſtolorum, & diſcipulorum Ieſu abyſſalis humilitas, ab ipſo in pedum ablutione mõſtrata, quàm piè, vt credo, à virgineis mentis oculis nunquàm abſceſsiſſe, ſed præſentialiter ſemper affuiſſe eiſdem. Refert Ioannes Dominum Ieſum ante paſsionem ſuam cum diſcipulis cœnaſſe, & ſurgens à mẽſa, pedes diſcipulorum lauiſſe. Sed quid in hoc Maria inſpiciebat? contemplabatur, & videbat? In cœna, quia voluit cum ſuis cœnare diſcipulis, etſi hoc fuerit in cauſa obſeruantia legalis, principaliter tamẽ pro cauſa attendebat, quod dicit euangeliſta Ioannes, inæſtimabilem latitudinem dilectionis diuinæ ad ſuos diſcipulos. Sed in pedum lotione B. Maria abyſſalem, & profundiſsimam humilitatem cernebat, ſicut hæc humilitas in ſæculis ante nullum habuit exemplum, vt genu flexus Dominus ſtaret ad lauandum, & tergendum pedes viliſsmi piſcatoris. Sic quanta fuerit, terminum conſiderationis non habet, ſeu modum. Sed cur egit Ieſus hoc? niſi vt exemplum fidelibus demonſtraret humilitatem ipſam à ſe dilectam, & poſſeſſam, ac dum pedes lauat diſcipulorum ad ſui corporis ſumptionem condignam diſponeret, & pararet. Ipſa ſiquidem pedum lotio facta diſcipulorum mundauit, ſanctificauit, ordinauit, ſubleuauit, & remouit à mundi ſuperbia, & ad veram humilitatem animauit. Sed ſi conſiderato actore, & faciente, ibi agnoſce pietatem in purgãdo, ſapientiam in ordinando, & miſericordiam in mundando, charitatem, & benignitatem in velle, ac ſubiicendo, in diſcipulorũ lauatione, quia erga ſuos, etſi ſemper eos dilexit, in fine tñ ſe feruidum oſtendit. Non ergo nos deſerat, imitatio, contẽplatio, & conſideratio tàm excellentis charitatis, & feruentis humilitatis, quia inquit Saluator. Exemplum dedi vobis. In huius contemplatione humilitatis ſtabat B. Maria mente ſuſpenſa, etſi magnam in ſe eſſe agnoſceret humilitatem, nihil erat reſpectiuè ad filii humilitatẽ, quia Dominus in tanta humilitate ſe ſubdidit, vt pedes illius, quẽ ſciebat ſuum proditorem lauaret manibus, contrectaret, & genuflexo poplite extergeret. O ſuperba mens noſtra, quæ in magnis ſemper ambulat, nec humilia reſpicit; nemo ad Dei filii humilitatem attendit. Iſtam humilitatem, quàm in exordio ſuæ incarnationis oſtenderat noſtram carnem induendo, & in tota vita tenuerat, ſingulari modo oſtendit pedes lauando diſcipulorum, & pro nobis abiectiſsimè moriendo. Beata ergo Maria cernebat exemplum datum à Chriſto cunctis fidelibus. Amicitiæ in diſcipulo proditore, quem cibauit. Fiduciæ in Petro, quẽ lauit.

Ioan. 13

lauit, reuerentiæ in discipulis, ad quorum pedes genuflexus stetit lauando, diligentiæ in mundando, quia pedes, ideſt, affectiones lauit. Sapientiæ in verbis, quæ pandidit, confidentiæ in actu peracto, quia Deus stat inclinatus ad lauandum pedes, & etiam in iis quæ promisit. Sed super omnia charitatis immensæ in cibo, & potu, quem in cœna suis apostolis præbuit, corpus, & sanguinem suum sub specie panis, & vini eis tradendo, & hoc est secundum quod Iesus peregit ante passionem suam nunc videndum. Quod vtique corpus, & sanguinem iam verbo suo mundatis, opere, & lotione dedit, & præbuit tres Euangelistæ testantur. Quod vtique spiritu B. Maria cernebat, vt signis intimaret, & modis hoc sacramentum corporis, & sanguinis sui sumendũ fore cum puritate summa cordis, & corporis. Vt igitur videatur quid Beata Maria circa istud cerneret. Videndum est quale est istud sacramentum, & tunc apparebit quid circa hoc ipsa Dei genitrix meditaretur. Vbi sciendum, quod istud summum donatiuum à Iesu Mariæ filio suis discipulis, & fidelibus exhibitum est miri stuporis, gratidul coris, digni valoris, magni vigoris. Miri stuporis si attendantur, quę in ipso operatur, & vt hæc facilius videantur, ad certum numerum deducendo, an sint possibilia fieri à Dño Iesu Mariæ filio videndum est. Quorum primũ est substãtiæ in substantiã conuersio, videlicet, panis, & vini in corpus suũ, & sanguinẽ transubstantiatio: quod quidem patet argumento sumpto in natura; experientia enim teste, tàm in vegetabilibus, vt in plantis, & arborib. in sensibilib. vt animalib. brutis in rationalibus, vt in hoĩbus alimentum virtute naturæ saltim partialiter transeũt in substantiam aliti, vt docet Aristbteles in 2. de Anima Quo patet, quod traosubstantiatio est possibilis saltim partialiter, etsi non totaliter, quia alimentum in substantiam conuertitur aliti, & magna est differentia inter ipsum alitum, & alimentum. Amplius patet, quod transubstantiatio, quæ est transitio totalis substantiæ in substantiam, est possibilis virtute diuina, quia Deus est infinitus in vigore, quare facultatem cuiuslibet superexcellit, & naturæ defectum quoad transubstantiationem totalem supplere valet; quare si natura partialiter solum, & non totaliter, Deus poterit, & partialiter, & totalite transubstantiare. Sed cum ipse Dominus Iesus Mariæ filius sit verus Deus, non ergo impossibile eidẽ erit panem, & vinũ in corpus, & sanguinem suum transubstãtiare. Vlterius àrgumento sumpto à scriptura diuina probatur: ponit enim plura exempla transubstantiationem virtute diuina esse possibilem, vt de terra in carnẽ conuersa in hoĩs creatione, & formatione: de vxore Loth cõtra Dei mãdatũ retrò aspiciente in statuã salis statim conuerga: de virga Moysi in serpentem versa, & de serpẽte verso in virgam: de puluere verso in cynifes. Probatur ét argumẽto sumpto à rõne vera, & pura: rõ. n. hoc cõuincit.

Gen. 2.
Gen. 19.
Exod. 7.

uincit Dei potentia hoc fieri posse. Plus distant esse, & nõ esse, & è cõuerso, quam esse, & esse creaturæ, sed cum Deus conuerterit non ens in ens, cum creauit mundum, cum de non esse ad esse omnia produxerit, ergo potest ens in ens conuertere, vt placet. Similiter accidens in cuius virtute est esse, & non esse creaturarum potest vnũ in aliud conuertere, quare & Deus, cum in ditione sua cuncta sint posita. Ad hoc est ratio fundata super dicto scripturæ: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Sed maius est creare, quàm transubstantiare, & maius est creare totum vniuersum, quàm vnam substantiam in aliam trãsmutare: Deus potuit, & potest primum, quare & secundum. Hoc idẽ possibile fore ratio ostendit, quia hoc fit non virtute creata, sed increata, & Dei, vt docet Ambrosius in libro de Sacramentis. Sermo enim Christi hoc conficit sacramentum, quo sermone facta sunt omnia, & Eusebius, & Nissenus ait, quod inuisibilis sacerdos ipse Christus, Deus, & homo visibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui, suo verbo secreta potestate commutat. Et sic patet primum miraculũ in hoc sacramento. Aliud postea miraculum, quod fit in hoc sacramẽto est subita de cœlo ad altare ipsius Domini Iesu accelleratio. Nam cum sit maxima distantia à cœlo Empyreo, vbi est Christus corporaliter, vsq; ad terram in instanti terminationis verborum à sacerdote dictorum Iesus sub qualitatibus hostiæ in altari præsentatur, hoc vtique mirabile est: Sed hoc esse possibile argumẽtum accipitur à natura, scriptura, & ratione. Si enim lux hæc corporea se per totum medium diffundit æreum diafanum, lux ergo increata in instanti suum corpus poterit altari præsentare. Nam ab agente supra naturam non est negandum per locum à minori, quod attribuitur naturæ. Insuper Angelus tulit Abacuch, & detulit eum ad Danielem, quo cibato confestim restituit eum in locum suum. Si Angelus diuino velle hoc peregit in tanta temporis breui mensura, multo fortius potest ipse Dominus Angelorum. Ratio etiam suadet hoc, quia agens, quod ex se illimitatum ad quamcunq; temporis, vel instanti mensuram potest agere, & suã actionem in esse producere, patet hoc ex terminis, quia ex quo illimitatam est, non plus determinatur ad vnam mensuram, quàm ad aliam, quo sequitur, quod tale agens potest agere in tempore, vel in instãti, sicut virtus infinita, in qua nulla ineſt intrinseca, vel extrinseca resistentia. Et sic sequitur, quod variato loco, non variatur locatum, quod possibile est locum destrui locato manente, & tãdem ex præmissis dicitur, quod sit possibile Christi corpus in altari in instanti præsentari, nam agẽs illimitatum, cui nulla ineſſe potest repugnantia intrinseca, seu extrinseca agere valet effectum quantumcunq; intensum in quacunq; mensura temporis, vel instanti. Ad hoc est ratio fundata, etiam in scriptura, quia resurrectio mortuorum, vt docet Apostolus ad vocem Archã- Gen. 1. 1. Co. 15

geli

Ioan.6. geli fiet in momento,& in ictu oculi,& fiet vtiq; in virtute Christi. Ego inquit resuscitabo eum in nouissimo die, ergo multo magis ipse Christus quod vult in instanti valet efficere. Hoc etiam fore possibile arguitur signo visibili: statim enim oculus noster, dum aperitur, cœlū quod distat plurimum transitu velocissimo attingit,& non prius syderа propinqua, vt apparet, quàm remota. Tertium miraculum, quod in hoc sacramento reperitur est tàm magni corporis in tanta paruitate hostię locatio, cuius possibilitas, à natura, scriptura,& ratione venatur. Nam in rebus naturalibus apparet, quod magna res paruo loco tenetur, vt de magna turri in oculi pupilla, & montes, ciuitates, & castra, sicut etiam in scriptura Deus multoties apparuit in subiecta creatura, vt Spiritus sanctus in columba. Quemadmodū etiam ratione, quod rem solum esse presentialiter alicubi nō est impossibile, corpus enim, cum sit prius loco Deus corpus potest conseruare, quia prius sine posteriori, quare & ipsum ab omni circumscriptione, & definitione loci subleuare. Et solum locatum præsentialiter abiicere, & quod corpus prius sit loco patet, quia substantia, prior est accidentibus. His ergo præmissis arguitur de ratione pura de corpore Christi, quia in altari non est circumscriptiue, quia à situ absoluitur, nec definitiuè solū, quia in pluribus simul est locis, est ergo ibi solum præsentialiter. Vnde à situ absoluitur, & per consequens ab ordine partium in loco. A positione verò, idest, ordine partium non absoluitur. Quo sequitur, quod licet corpus Christi sit longum latum,& profundum,& idem numero sit in cœlo, & in sacramento totus est præsentialiter hostiæ, & cuiuslibet eius parti. Quartum miraculum, quod in hoc sacramēto inuenitur est corporis Christi in altaribus, simul,& semel diuersis præsentatio, idem numero corpus in distinctis tñ altaribus, quod quidem pari passu probatur in natura,& scriptura: nam idem licet non eodem modo potest esse in distinctis locis, ut de uoce, quæ eadem numero est in diuersis auribus,& de scientia in docente,& addiscente eadem, & de homine, qui præsens circumscriptiuè Pisis,& cogitatione
Nu.11. Parisijs. Similiter in scriptura Deus accepit de spiritu Moysi,& dedit
Deu.vl. septuaginta viris,& tñ præsupponendum est, quod spiritus in eo remā sit, fuit enim maior propheta, qui surrexit in Israel. Quintum mirabile, quod fit in hoc sacramento est ipsius corporis ab oculis contuentiū occultatio, nam ab ullo corporali oculo ipsum corpus minime videtur. Et quod non uideatur,& sit præsens non debet negari, quod probatur natura, scriptura,& ratione. Multa enim sunt in natura, quæ & si non uideamus, sic tñ esse credimus, sicut patet de uirtutibus herbarum, et lapidum: et de anima, quam non videmus corporis sensu, et tñ ipsam esse in corpore credimus. Patet idem de centro terræ quod non uidemus, et tamen ipsum esse credimus ratione. Scriptura etiam aperit hoc

rit hoc nam certum eſt Deum eſſe,& cuilibet naturaliter eſt hoc inſertum, & tñ Deum nemo vidit vnquàm oculis corporalibus, ergo aliud eſt,quod tamen oculis corporalibus videri non poteſt.Ratione etiam conuincitur.Vbi ſciendum,quod ad hoc,quod res oculo corporali videatur requiritur modus naturalis,debita diſtantia,ac medium,quo videatur, cum ergo corpus Chriſti habeat eſſe modo ſupra naturali in hoſtia qualitatibus corporalibus affici non poſſit,cum ſit impaſſibile, & ſic medium non adſit,diſtantia ſit ſumma,quia omnino improportionatum potentiæ propter modum eſſendi, quare corpus Chriſti in hoſtia,& ſi adſit indubie,naturaliter tamen videri non poteſt . Quare ergo naturaliter nequeat videri,vnum eſt,quia Chriſtus,eſt via,veritas, & vita. Et ipſe dicit : Hoc eſt corpus meum , & hic eſt ſanguis meus,vt ſummæ veritati debet credi, quod corpus eius ſit in hoſtia,& ſanguis in calice.Sed cur ipſe Saluator noluit corpus ſuum, & ſanguinem videri? Reſpondet Magiſter,quod tribus de cauſis hoc ſacramentum ſub alia ſpecie ſumitur,ad augendum meritum , quia fides non habet meritum,cui humana ratio præbet experimeutum. Itẽ ad fouendũ ſenſum ne abhorreret animus, quodcerneret oculus , nã non conſueuimus carnem crudam comedere, aut ſanguinem bibere. Factum eſt etiam ad vitandum ridiculum,ne inſultaret Paganus , cum corpus Dominicum ſumeret Chriſtianus . Sextum mirabile, quod in hoc ſacramẽto inſpicitur eſt hoſtiæ vnio,& ſeparatio,cum corpus Domini ſit ſub hoſtia,& eius qualibet particula,& tamen hoſtia diuiſa, corpus Domini indiuiſum permanet ſub qualibet eius parte.Iſtius mirabilis poſſibilitas aſtruitur argumento ſumpto à natura,ſcriptura,& ratione. Nam imago in ſpeculo , ſi in multas partes ſpeculum diuidatur ipſa in qualibet integra,& indiuiſa perſeuerat.Similiter de anima, ſi corpus diuidatur in plures partes ipſa nullo modo diuiditur quare poſſibile eſt aliud diuidi indiuiſo permanente,quod eſt in eo.Similiter Iſaias,vidit Dominum ſedentem, & plena erat omnis terra maieſtate eius,& cum per terram intelligatur omnis creatura,vel ſaltem omnes creaturæ terreſtres,& cum creatura ſit diuiſa ab alia, Deus exiſtens in eis non eſt diuiſus, ſic etiam dicitur de anima . Ratio etiam dicit hoc, quia omne poſſibile diuidi,eſt paſſibile,iſta patet ex terminis:ſed Chriſti corpus non eſt paſſibile, cum ſit glorioſum , quid igitur mirum, ſi non poteſt diuidi?Septimum mirabile,quod in hoc ſacramento habetur,eſt accidentium à ſubiecto ſequeſtratio.Nam accidentia in hoc ſacramento ſine ſubiecto exiſtunt.Huius mirabilis poſſibilitas deprehẽditur ab argumento aſſumpto,à ratione.

Ioã.15.

7.

Nam Deus ſecundum omnes philoſophos , & ſanctos plura poteſt facere,quàm intellectus intelligere, ſed intellectus poteſt ſine contradictione intelligere ſubiectum ſine accidente, & è conuerſo,ſaltem

intelle-

intellectione simplici. Quid igitur mirum si Deus potest facere accidens sine subiecto, cum sua operatio sit superior omni narratione. Omnia.n.quæcunq; voluit fecit in cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis, & sibi subest posse cum voluerit. Octauum mirabile, quod in hoc sacramento habetur est corporis Christi toties sumpti permansio integra, eum multoties sumatur, & tñ non consumitur ad modum aliorum ciborum, sed huius possibilitas ostenditur triplici argumẽto, primò in natura, nam experientia teste corpus humanum quotidie cõsumitur, & tamen anima in suo esse conseruatur, sic hostia sumitur, & corpus Christi in ea, imò sub ea existens non consumitur. Secundo argumento in scriptura. Rubus ardebat, & non cõsumebatur diuina virtute, quid mirum de corpore Christi? Tertio argumento fundato in ratione. Corpus Christi est incorruptibile, sed regula est, quod nullum incorruptibile potest consumi, sic est corpus Christi, quia mors illi vltra non dominabitur: quid mirum si conseruatur? Nonum mirabile, quod in hoc sacramento accipitur, est, quod corpus Domini, cum sit cibus verè, vt dicit Saluator, tñ in manducãtem more aliorum ciborum nulla est ipsius transmutatio, aut in comedentem cõuersio, sed huius mirabilis possibilitas, & intelligentia probatur ratione. Potius est spirituale corporale, quàm corporale spirituale ad se trahere, cum ergo corpus Christi sit spirituale, quid mirum si corporale ipsum ad se non traijcit, & adducit? Decimum mirabile, quod in hoc sacramento reperitur est huius corporis inalteratio, quia in hostia existens nullam passionem potest suscipere quomodocunq; hostiæ illatam, quod non est mirum, vmbra enim, sol, & radius nullam suscipere possunt passionẽ, sic nec stellæ, aut corpora cœlestia, quare nec corpus in hostia contentum. Similiter Angelum bonum accepisse corpus multoties, & tamẽ creatura alterata non alteratur. Ratio etiam vera hoc suadet nempe corpus Christi habet duplex esse, naturale, & sacramẽtale. s. patet, quia corpus Christi habet suum esse, dato quod nunquàm panis in ipsum conuerteretur, & istud esse, est naturale, habet etiam sacramentale per conuersionem panis in ipsum, & assistentiam ipsius sub speciebus panis, quod esse sacramentale uocatur. Quo sequitur, q; hẽt esse naturale in cœlo localiter, & quod habet esse sacramentale in hostia veraciter, non tamen localiter, sed sacramentaliter, & præsentialiter, istis præmissis, ad propositum dico, quod omne absolutum, quod cõpetit corporaliter Christo secundum esse naturæ, competit sibi sub sacramento cum igitur esse inalterabile, & incorruptibile competat Christo secundum esse naturæ, sequitur quod etiam competit illi sub sacramento, & sic concluditur quod corpus Christi in sacramento ad alteratio nem accidentium minimè alteratur. Vndecimum mirabile est huius sacramenti à Christo institutio: cum enim sacramenta veteris legis fue

Sap. 11. 8.

9. Ioan. 5.

1 Co. 15 10.

rint à

rint à Deo inſtituta mirum videtur,quod ipſa ſint reuocata,& à Chriſto hoc ſacramentum præ aliis inſtitutum, & quoad tempus, quia ante paſſionem immediatè,& in tali materia pane,videlicet, & vino, & quia præſens mirum tria diſcutienda exigit; cur inſtituit,quando inſtituit,in quo inſtituit.Primum de inſtitutione,quod iſtud ſacramentū à Chriſto debuit inſtitui,de temporis congruentia, & diſpoſitione,qa tali tempore inſtitui decuit,& de materiæ prę paratione,quia in pane, & vino ſic fieri debuit.Pro euidentia primi mirabilis, quod pluribus ingerit difficultatem, quare Dominus Ieſus hoc ſacramentum corporis,& ſanguinis inſtituire cōplacuit,& veterą caſſare, ſunt aliqua notanda.Et primum eſt,quod Deus cum ſit veritas infallibilis, in ſuis dictis,& promiſſis veraciſſimus inuenitur, nam non eſt Deus,vt homo, vt mētiatur,nec vt filius hominis,vt mutetur:dixit enim,& non faciet? locutus eſt,& non implebit? Ait Balaam : Adeò quod quicquid Deus dicit,aut dicet,promiſit,aut promittet,aliquando implet,& impleuit, aut implebit. Sacramenta legalia ceſſare debebant, vt Deus dixit per Oſeam:Ceſſare faciam omne gaudium veſtrum . & per Iſaiam:Holocauſta arietuū,& adipem pinguium non offeretis vltra. Et Dauid: Si voluiſſes,ſacrificium dediſſem vtique , holocauſtis non delectaberis. Cum ergo Deus dixerit talia ceſſanda,non mirum ſi feſtiuitatum,temporum,ſacrificiorum ceſſatio intelligatur. Inſuper Deus aliud ſacrificium à præfatis inſtituire debebat, quia ſacramenta ſunt contra morbum peccati inſtituta. Si ergo Deus ſacramenta legis ceſſare faciebat contra morbum peccati inſtituta,aliud ergo ſacramentum contra peccatum inſtituere debebat. Quapropter Dominus noſter cum ſit Deus & homo,& veraciſsimus vetera ſacrificia,quia imperfecta,& figurativa prædixerat abolere debebat,& ſic vetera abolēdo,& caſſando aliud in ſua perſona inſtituere,& ſic patet primus punctus.Quantum ad ſecundum de tempore,quando inſtitui debuit . Reſpondetur, tempore quo à Chriſto extitit ordinatum , ſ. in cœna , quando raceſſurus erat à ſuis diſcipulis,& hoc patet ſi conſiderentur aliqua ex quibus appareret congruitas iſtius ſa crameti,quoad tale tempus.Primum eſt,ſi cō ſideretur tempus ceſſationis ſacramentorum veteris legis, cum enim in paſſione Chriſti terminanda eſſent , quæ in figura continebantur, ideò imminente paſſione, cum nullum tempus ſine medicina peccāti eſſe debere,ipſis ceſſantibus,tunc à Chriſto inſtitui debuit . Secnudū ſi attēdatur ad quid inſtituebatur,quia,vt nobiſcum ſemper eſſet hoc ſacramentum,quare hora,qua corporaliter erat à diſcipulis, & à nobis receſſurus præſentia corporali,vt eſſet nobiſcum, modo ſacramen tali inſtituere debebat;quare paſſionis tempore,ſeu paſſione imminē te.Tertium eſt,ſi cogitetur,quid eius inſtitutione ſignificabatur . Ad ſignificandum enim immolationem Domini Ieſu veri agni pro peccatis

Nu.24.

Oſe. 2.
Iſai.1.
Pſal.50.

catis nostris Deo patri in ara crucis instituebatur, quare cum passionis tempore facta sit pro nobis Christi immolatio debebat fieri,& huius repræsentatiui institutio. Quartū est,si indiciatur,quid hoc sacramento est declaratum;omnia enim miracula à Christo facta,cū essent suæ deitatis declaratiua,vnū tamen erat omissum, in quo creatura nullo modo vires habebat,aut poterat habere, videlicet substantiā in substantiam conuertere;quia hoc est solius Dei,& tempore,quo eius deitas erat plus detestanda singulari miraculo,& sic tempore passionis;cū sit suę deitatis perfectissimè ostensiuum. Quintum si videatur,ad quid conferebatur,dedit Dominus Iesus corpus suum,& sanguinem discipulis,& hoc sacramētum instituit in solatium matris suæ, vt quod nō habere poterant ex pasione, scilicet, corporalem Christi præsentiam haberent sacramentalem. Sextum si consideretur ipsa passio Dominica,quæ hoc sacramento repræsentatur,quia.n.sine fide passionis nun
Rom. 3. quàm fuit,& potuit esse salus secundum illud:Quem proposuit Deus propitiatorē per fidē in sanguine eius. Sicut ergo oportuit ante Christi passionem aliquid esse figuratiuum suæ futuræ passionis,& repræsentatiuum,sicut fuit agnus paschalis in veteri testamēto præ aliis, sic reuera præteritæ passionis aliquod debebat esse memoriale, quare cō ueniens fuit,quod imminente passione institueretur. Septimum si pēsetur transitus nostri Saluatoris,qui imminebat; cum enim ea,quæ dicunt amici,& sibi mutuo conferunt in recessu vnius ab alio,efficacius imprimantur,et gratiosius teneātur,quare Saluator noster discipulos diligens vt filios,et amicos in fine dilexit eos, ac pretiosissimum contulit donatiuum,seipsum prębendo in cibum,et potum,et demum in precium. Octauū meditetur huius sacramenti excellentia, nam cum sit excellentissimum tradi non debebat discipulis nisi prædispositis, quod vtique fuerunt in cœna tàm lotione pedum ipsorum facta, quā informatione per Christum. Nonum apostolis consideratis,sic fieri debebat,propter enim Christi recessum ab eis indiguerunt præ solito signis confortatiuis,inflammatiuis,rememoratiuis, magisquam cum esset cum eis visibiliter,propterea,quæ fiebant, fiēda erant in passione, quare ad hoc sacramentum fuit institutum passione imminente. Decimum,cum istud sacramentum habeat sumētes vera vnione copulare, et refectione sociare,etsi in præsenti fiat per gratiam,nō tamen plenè, vt erit in gloria. Idcircò ad finem istum repræsentādum, quo prædicta fierent perfectè in fine institui debuit,Christus Dominus noster huius
Ioan. 6. Mat. 26 sacramenti institutionem fiendam prædixit ante. Sed ipsum instituit in cœna,causis iàm ante dictis. Quarè cōgruè factum est,passione imminente. Quantdm ad tertium punctum, scilicet,in qua materia ipsū instituit. Est aduertendum, quod sacramentum hoc in aliquo signo visibili et sensibili erat instituendum, quia sacramentum esse debebat

tanquam

tanquam ſacræ rei ſignum, & ideo in aliquo ſenſibili. Inſuper oportet nos per viſibilia ad cognitionem inuiſibilium manuduci, vt docet Apoſtolus. Ideò cum in perſona Chriſti eſſet ex dictis conficiendum, cum ipſum eſſet auferendum ab oculis fideliū in paſſione, nec poſſet contrectari, vt exigit ſacramentum ad reficiendum nos ſpiritualiter, nec manducari poſſet, nec doceret corporaliter, quare ſub aliquo ſigno congruo, & viſibili inſtitui debebat, & ſacraméta in materia ſunt inſtituta, quæ ſpiritualem effectum ſignificant fieri, quod ipſa corporaliter faciunt, vt de aqua in baptiſmo per ablutionem exteriorem interior declaratur, ſic de chriſmate, ſic de oleo ſancto, quod eſt materia ſacramenti extremæ vnctionis per vnctionem exteriorem interior deſignatur. Sic etiam erat in ſacramentis veteris legis, ſic fieri debebat in ſacro corporis, & ſanguinis Chriſti, vt fieret in materia, quæ id ſignificaret, fieri ſpiritualiter, quod materia ipſa corporaliter agit, quare oportet, quod videatur nunc pro quarto loco, ad quid ſacramentū hoc inſtitutum eſt à Chriſto. Et dicitur, quod ipſe expreſſit Apoſtolis, & Iudæis dicens: Caro mea verè eſt cibus, & ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Sic ergo apparet, q̄ eius inſtitutio ad hoc eſt, & ſi in memoriam paſſionis Chriſti, tñ eſt etiam, vt ipſo ſpiritualiter reficiamur, & viuamus, ac Chriſto incorporemur. Sic ergo ſpiritualiter eſt intelligenda ſnia illa. Caro mea verè eſt cibus, & illa: Spiritus eſt, *Ioan. 6.* qui viuificat. Non autem corporaliter. Quapropter cum fieri deberet in ſigno, & ſub ſigno, ideſt, materia viſibili, cōgruè panis, & vinum dr̄, & eſt eius materia. Et hoc vt figuræ adimplerentur, quarum prima de *Gen. 14.* Melchiſedech ſacerdos Dei, qui obtulit ſacrificiū panis, & vini. Panis etiā datus de cœlo Patribus in deſerto, pariter & qui in mēſa ponebat, & iugiter erat in tabernaculo, & etiā dictum Iſaiæ. Faciet Dñs Deus exercituū omnib. populis in monte hoc conuiuiū pinguium, conuiuiū vindemiæ. Sed quis inſtituit? Certè Chriſtus Dominus Ieſus, pinguiū medullarū. Ecce panis. Et vindemiæ defecatæ. Ecce vinum. Sed ad quē finem, vt uincula peccatorum dirumpantur. Inſuper dicit Zacharias: Quid bonum, quid pulchrū? Reſpondit. Niſi frumentū electorū. Ecce materia corporis Chriſti. Et vinū germinās virgines. Ecce materia ſanguinis. Ex dictis ergo apparet aliqualis declaratio vndecimi miri huius ſacramenti cum partibus ſuis. Duodecimum mirū quantū ad præſens eſt huius tāti ſacramenti à malo ſacerdote cōfectio, & conſecratio, & à prauo homine ſumptio, qūo malus ſacerdos conficiat, & ſumat, eſt magnū mirum. Sed huius poſsibilitas ſumitur à natura, ſcriptura, & ratione. Sol enim non inficitur, nec virtus ſua deficit, aut corrumpitur materiæ putridę contactu: ſimiliter, nec lux, quare nec corpus Chriſti à prauo Sacerdote non minus conficitur, & accipitur. Vlterius Spiritus ſanctus per os Balaam praui, & ſic Caiphæ bona prænunciauit,

sic & per os praui Sacerdotis verba Iesu debitè recitantis corpus, & sanguinem in altari collocat, & ponit. Insuper ratione, quia Deus ipse hoc instituit, quare ab homine sacerdote verba ritè proferente à Deo ordinata non potest impediri, & si sit malus: credēdum est enim, quod in verbis Christi sacramenta conficiantur, cuius prius creatur imperio, eius vtique verbo recreantur ad melius: & sic, si etiam peccator malus sumit, veraciter sumit corpus Domini, nec mirum debet reputari, quia in naturæ apparet, quod quando duo sunt naturaliter coniūcta sumens vnum, sumit, & aliud, vt patet in substantia panis, & accidentibus, quemadmodū etiam inter filios Israel, qui pane cœlesti pascebantur, multi fuerant, & erant mali, & tamē cibo ille cœlesti victitabant. Hoc etiam clare patet ex dicto Saluatoris dando sacramentum discipulis: Accipite, & manducate: sed de numero istorum fuit Iudas malus, qui verè sumpsit, vt dicit Augustinus super Ioannem, & Vgo de sacramentis. Sed mali sumunt sacramentaliter, non autem spiritualiter. Pro cuius intelligentia est videndum, quod corpus Christi potest, intelligi sumi primo corporaliter, & hoc non, quia incorruptibile est. Deinde solum sacramentaliter, & sic omnes mali, & sic sumere sacramentaliter, est credere Christum esse sub hostia, & tamen non debitè disponi. Sumi etiam potest spiritualiter solum, & hoc fit, quando quis, & credit, & se disponit, tamen aliquo impedimento eueniente non potest corpus Domini susc ipere. Sumitur etiam tàm spiritualiter, quàm sacramentaliter, & talis est qui credit, & se debitè disponendo sumit. Ex his patet declaratio duodecim mirabilium quæ venantur ex excellentia, & nobilitate tanti sacramenti. Hinc Dauid clamat: Memoriā fecit mirabiliū suorū, misericors, & miserator Dominus escā dedit timētibus se. Vnde mirabilia huius sacramenti sunt hæc summatim recolligendo. Si consideremus conuersionem, miraculū, & mirabile est, substantiæ in substantiam conuersio, corruptibilis in incorruptibili mutatio, accidentiū post transubstantiationē permansio, ipsorum accidētiū sine subiecto conseruatio, tā subitæ præsentiæ Christi ad altare accelleratio, quomodo post talem conuersionē panis in corpus Christi, nō fit corporis Christi augmentatio, loci pristini non dimissio, & alterius acquisitio. Si corporis Christi locationem consideremus Primū mirabile est, incircumscriptio, & incommēsuratio, quia non est in altari localiter, & circūscriptiuè, interminatio, vt sit simul in plurib. locis integra corporis Christi oībus partib. hostiæ præsentatio, corporis Christi ad loci maioris augmentū, non maioratio, nec ad minoris angustatio, corporis Christi sub tāta paruitate hostiæ præsentatio, ipsius corporis Christi ad hostiæ diuisionē non separatio, nec in se, nec ab hostia. Si cōsideremus Christi assistentiam. Occurrunt plura mirabilia. Primum, cum Christi corpus adsit nō tñ videtur, auditur, odoratur, gustatur, nec

tangi-

tangitur: vt eſt in ſacramento non læditur, nec paſſionatur, nec paſſione aliqua afficitur: veraciter comeditur, non tñ dentibus teritur, nec maſticatur: in ventrem vadit, & manet, donec ſpecies manent: & tñ in ſubſtantiam comedentis non mutatur: vera caro ſaporem habet panis: & ſanguis, vini: tanta paruitate homo aliquando, & mente, & corpore reficitur: ſtatim adeſſe deſijt, hoſtiæ ſpeciebus mutatis, & alteratis. Si conſideremus huius ſacramenti efficaciam, & eſſentiam plura miranda reperiuntur. Primum, quod iſtud ſacramentum non impeditur alicuius creati actione, malitia, ſeu deſpectione, quod prolatione talium verborum inſtitutorum à Chriſto talis fiat naturarum conuerſio, quod eſt de tanta connexione, & vnione, vt ſumma imis copulentur, & è cõuerſo. Quod ab indigno percipitur, & digno, & non magis à primo q̃ à ſecundo, quod huius ſacramenti debita perceptione dona infunduntur, qđ huius celebratione ſacramenti animæ à purgatorio eruãtur, qđ hoc ſacramentum ſuper oĩa alia à Deo acceptetur, ſic ergo dicendum eſt, his habitis Memoriã fecit mirabilium ſuorum. Nec hic immorandũ tantummodo, ſed vlterius progrediendũ præcipuè cum hoc donatiuum datum à Ieſu Marię filio ſit grati dulcoris. Vbi ſciendũ quod Dñs Ieſus, Deus, & homo multipliciter ſe nobis communicauerat, & ſuũ præcordium, & dilectionem dando, & cõicando declarauerat, ſed ſpecialiter ſic dando. Dedit.n. ſe nobis, & cõmunicauit cauſaliter, & participatiuè, & hoc in creatione, liberaliter, & largitiuè, & hoc primo homini dandi dominiũ omniũ generale. Miſericorditer, & placatiuè in lapſu: ſingulariter, & p̃ſeruatiuè in Noe, & filiis: fideliter, et dilectiuè, Abrahæ, Iſaac, & Iacob: mirabiliter, et oſtenſiue Moyſi: ſapientialiter, et regulatiuè populo Iſrael: virtualiter, et protectiue Ioſue, Gedeoni, et cæteris: cordialiter, & amatiuè Dauid: radialiter & illuſtratiuè Salomõ, & prophetis: perfectionaliter, & gratificatiuè ſanctis hominibus, formaliter, & entitatiuè, q̃ ſe fecit hominem: medicinaliter, & ſanatiuè infirmis: exemplariter, & imitatiuè diſcipulis: paſſionaliter, indicatiuè, & expreſſiuè martyribus: obedientialiter, & ſubiectiuè Mariæ, & Ioſeph, deſpectiuè, & contemptibiliter in cruce: humiliter, & admiratiuè, equitans ſuper aſinam, familiariter, & conuerſatiuè, cunctis hominibus: triumphaliter, & principatiuè, dæmonibus, feſtinaliter, & beatificatiuè ſe dat beatis, & animæ ſuę beatæ. Sed ſacramentaliter, & effectiuè ſe dat nobis dignè corpus eius, & ſanguinem in ſacramẽto ſumẽtibus. Hoc eſt donũ ſingulariſſimum, nunq̃ prius homini datũ. Magnificum dando ſemetipſum, liberaliſſimũ in cibũ ſe tradendo, donator venit in donum, & datum eſt idẽ penitus cum datore, ſaluificum mẽtis infirmitates ſanans, mirificũ, in quo oĩa ſacrificia terminantur. Mirabiliſſimum, in quo datur Deus, & homo, lux, & vita, conditor mundi Ieſus Chriſtus, ſtupendum, omnem facultatem naturæ, & humanã tranſcendens.

scendens. O quàm magnum est hoc sacramentum quoad dulcorẽ; certè maximum, si consideretur, quis detur, quia Iesus, qui ante se dederat nobis sic multipliciter, & specialiter. Sociũ in carnis assumptione, & fratrem, postmodum se dedit nobis in cibum, & eduliũ. Iesus est Deus, & homo, & in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis, & sunt in eo omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei reconditi, plenus gratiæ, & veritatis, quo omnia donata sunt nobis, & sic dulcor magnus habetur, dum Iesus, qui datur cogitatur. Apparet. n. dulcor, si pensetur, quo datur, quia charitate immensa, & ineffabili. Quis valet intueri, aut verbo effari charitatem, & amorem, quo Deus, & homo Dominus Iesus, se dedit nobis. Nullus inquam, cum immensa & infinita, sit eius ad nos dilectio, & charitas, qua semetipsum dedit nobis.

Si consideretur, quantum est, quod datur nobis, quia totus exhibetur in hoc dono, & sacramento corporis, & sanguinis sui. Christus. n. in hoc sacramẽto nõ datur nobis in signo, & figura, sed in sua essentia vera, & pura, datur. n. ipse totus quoad personã, & in ipso existentia, sed diuersimodè. Vbi est sciendũ, q̃ in hoc sacramento mirabili veraciter cõtinetur Dñs Iesus, vt fides catholica asserit incunctãter, modo in hostia ex vi cõsecrationis est corpus Dñi Iesu glorioſum sumptũ de virgine Maria, & p cõcomitantiã est ibi sanguis, cũ corpus Dñi nunc nõ sit sine sanguine. In calice verò ex ui cõsecrationis est principaliter sãguis Dñi, & per cõcomitãtiã immediatã est corpus Dñi, cũ sanguis sine corpore nõ existat. Est ibi tertio p cõcomitãtiã propinquã ad corpus, & sãguinẽ aĩa Christo, q̃ est plena oĩ beatitudine, & gratia. Deitas insuper adest eũ inseparabiliter sit corpori, & aĩæ coniuncta per concomitantiã remotã. Et quia indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra rõne indiuisæ operationis est ibi tota Trinitas, quare cõsiderato quantũ est, q̃ datur, apparet istius sacramenti dulcor insuper & dulcedo, si meditetur quale est, q̃ datur, quia immortalis, & glorioſus, dulcedo cordium, & suauitas mentiũ vniens aĩam sibi huius sacraméti perceptione faciẽs vnum secum, qui eum sumit dignè, sicut ipse dicit, qui mãducat meam carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ in me manet, & ego in eo. Et tũc talis vẽ dicere cum Apostolo. Viuo ego iã non ego, viuit verò in me Christus. Sic ergo cõsiderãdo, qũo singulari modo transformat aniмã, venit, & copulat Christus, & sumentẽ digne in se apparet dulcor, & dulcedo huius gratifici sacramenti. Est etiã sacramentũ hoc magni valoris, cuius valor ex plurib. declaratur, ex contentis in ipso, quia hic fit, & continetur, non hircus, vitulus, agnus, vel auis, sed Christus homo, Deus verus, qđ nunq̃ in alijs extitit sacramẽtis, nã corpus, & sanguis cum non sint sine aĩa, Christus homo verè est hic contentus. Declaratur etiam eius valor, quia non solũ Christus est homo, sed etiã Deus uerus, q̃ vtiq; in nullo alio beneficio fuit ab aliquo, Deo oblato, deitas enim corpori, & Ioan. 6.

animæ

animæ coniuncta est Christi, quare nil maius hoc sacrificio. Non potest ergo fieri comparatio sacrificiorum veterum ad istud, quia in illis de simplicibus creaturis fiebant sacrificia, hic de homine vero, & Deo vero; ipse Deus homo, & homo Deus, idem est offerens, & oblatum: dans, & datum: placans, & placatum. Valor etiam ostenditur huius sacramenti ex gratia, quam continet, scilicet, increatam & creatã, & ex perfectione, quia in illo velut in vltimo terminata sunt cætera, & quia hic continet, quod significat. Venatur etiam excellentia & valor, quia nunquàm caret suo effectu, & præcipuè ratione muneris, quod ipso datur, scilicet gratia ipsa. Vlterius est prompti vigoris, quare summæ efficaciæ est, si pęnes sumentem consideretur, quia vnit, & incorporat, quia vitam æternam ministrat. Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternum. Nec mirum, quia multa efficit, vt sacri dicũt doctores; ipso enim Deus pater, & tota Trinitas lætificatur, cum Christus Iesus in hoc sacramento sit contentus Deus, & homo, ac in hoc ipsi Deo summus honor debetur, & persona acceptissima immoletur. Angelos insuper lætificat dum ipso, & Deus hominibus placatur, & ipse angelorum cibus datur, & communicatur. Lætificatur etiam ipso Beata Dei genitrix, & tota cœlestis curia dum regem ipsorũ, quem in præsenti vita sumebant, & nunc sumunt ad se ipsum impertiendum, & largiẽdum hominibus condescendere cernunt, ac ipso super malitias hominum peccatorum Deus ipse placatur. Sed quid nobis exhibet, & in nobis operatur hoc sacramẽtum? Reuera ad memoriam reducit Dominicam passionem, non solum, quia tunc istud donatiuum, est datum, sed quia huius operatio immolationis factæ Christi pro nobis in cruce repręsentatum est. Et in memoriam eiusdem passionis veraciter institutum, confirmatque fidem, spem auget, mens dilectione inflãmatur, vt pater meus Franciscus hoc sacramentum totus vt quidam carbo inflammabatur sumendo. Reficit pariter mentem principaliter, & aliquando ventrem. & vnit nos Christo, quia manet in nobis, & nos in ipso medio amoris & charitatis, vitamque dat spiritualem, & roborat, atque sustentat, ne in desperationem incidamus. Sic & Daniel prandio sustentatus est in lacu leonum. Fomitem remittit, peccataque purgat. Alii plures sunt huius sacramenti effectus, quos quilibet deuotè sumens in se experitur. Maria igitur dulcissima Dei mater, hæc, quæ gesta sunt à filio circa sacramenti sui corporis, & sanguinis institutionem videns, & diligenter considerans modo iàm dicto, videbat incogitabilem sui filii esse potentiam, panẽ in corpus, & vinum in sanguinem proprium transubstantiando. Abyssalem eius perpendebat sapiẽtiam, tale sacrificium ordinando pro salute humani generis. Clemẽtiã cernebat considerando suũ filiũ in cibũ sic homini condonasse. Charitatem perpendebat inenarrabilem, qua mouebatur suus filius ad sic *Dan. vl.*

se homini in edulium,& precium tradendum. Diligentiam intuebat sui filii ad procurandum salutem hominis omni tempore huius sacramenti institutione,& frequentatione. Lætabatur Virgo de complacentia,quam percipiebat,vt caro de suo ventre sumpta,& Dei verbo vnita ad refectionem homini daretur,honoraretur,& adoratione cõgrua veneraretur. Laudabat Dominum de tanto beneficio sic dato homini vt Deus hominem se dignè sumentem vniret, & copularet,& hoc sacramento suus filius præsentialiter esset,ac quod se ad talem vsum hominibus concesserat. Admirabatur,& stupebat filii humilitatem. Cõtemplabatur insuper quantum esset hoc sacramentum animæ deuotæ in dulcorem,Deo in honorem, angelis ad consolationem, diabolo ad terrorem,peccatoribus ad veniam cõsequendam,& iustis ad gratiã, & gloriam promerendam. Liberalitatem apprehendebat sui filii,qui semper hoc sacramento apud homines esset. Inspiciebat,& corde tractabat,quàm prudenter filius peregisset,discipulos ad huius sacramẽti debitam susceptionem præparando,& disponendo. Demum animę liquefactione,Virgo iniungebatur filio in tàm gratuiti amoris donatione,& sic patet succinctè quid secundo B.Maria cernebat, & vidit. Idcircò prosequendo inceptum dicitur quod Virgo beata meditabatur,& videbat cœnæ vltimæ dispositionẽ,apparatum,& causam. Causam attendendo amorẽ videbat ad discipulos,quia cum dilexisset suos, in fine dilexit eos. Sed quomodo hic amor Christi ad suos declaratur discipulos,& ante,& nunc in cœna? Certè multiplex apparuit ex collatis ab ipso eisdem. Quid.n.omisit benedictus Mariæ filius erga discipulos faciendum amoris,& dilectionis ostensiuum? Nonne ipsos vocauit ad statum summæ dignitatis apostolatus,non in seruos, sed in socios,& amicos,ipso dicente. Iàm non dicam vos seruos,sed amicos. Liberauit eos à macula mũdanæ prauitatis. Secuti sunt enim ipsum, oĩa mundi relinquentes. Illustrauit eos doctrĩna salutari. Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Sed quæ eis reuelauit, & præcipuè in hac cœna singularissima? Multa inquam,& verè sensum humanũ transcendentia. Eis enim reuelauit diuinarum personarum Trinitatem,& vnionem. Patet in sermone in hac cœna facto,vbi pater, filius,& spiritus sanctus declarantur,et quod vnum sunt concluditur. Filii à patre generationem: Ego à Deo exiui. Et Spiritus sancti à patre, & filio processionem: Paraclitum cum venerit, quem ego mittam vobis à patre. In diuisam diuinarum personarũ ad extra operationem: Pater meus vsq; modo operatur,& ego operor. Personarum ad inuicem circumincessionem: Ego in patre,& pater in me est. Fidei sinceritatem,& in ipso permansionem: Creditis in Deum, & in me credite. Prẽmiorũ diuersitatem in cœli habitatione: In domo patris mei mansiones multę sunt. Ipsorum prædestinationẽ ad gloriæ perennitatem: Vado parare

Ioann. 3

Mat. 19
Ioan. 14

Ioan. 16
Ioan. 14
Ioann. 5.
Ioan. 14
Ioan. 14

vobis

vobis locum. Mirorum faciendorum authoritatem, eos habitutos declarauit pro fidei confirmatione dicens: Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera, quæ ego faciam, & ipſe faciet. Modum quo orationes à Deo ipſorum acceptarentur. Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ipſos ad ipſum habere veram dilectionem, & dilectionis probationem: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Veram ad Deum animæ coniunctionem: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Spiritus ſancti ſuper ipſos deſcenſum, & habitationem: Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis. Ipſorum cordium à Spiritu ſancto illuſtrationem de omnibus: Spiritus ſanctus docebit vos omnia. A Deo ipſorum continuam gubernationem: Non relinquam vos orphanos. A mũdo ipſorum vexationem, eorum in tribulationibus gaudiũ, & conſolationem, per eos mundi ad ipſum conuerſionem, fiduciam, & aſſicurationem: bonorum operum fructuum, & operationem: diuinam aſſiſtentiam pro bona operatione: in fidelium punitionem: ad inuicem ipſorum coniunctionem, & vnionem: ipſorum ad patrem commendationem: vitæ æternæ reſarationem. Et de multis aliis Saluator ipſe diſcipulos in cœna inſtruxit. Sic ergo apparet, quomodo eos doctrina ſalutari illuſtrauit. Reſtat modo videre,, quomodo eos authorizauit. Dedit enim eis poteſtatem calcandi ſuper omnia dæmonia, & languores curarent, inſuper dimittendi peccata, & ſacerdotes fecit. Adornauit ſanctitate internali, ac Spiritu ſancto repleuit: mirificauit ſignis, & virtute ſpeciali: diuulgauit eloquio virtuali: ordinauit, & eis tradidit ſui corporis & ſanguinis diſpenſationem, & conſecrationem: meritis ſublimauit ponendo eos Eccleſiæ fundamentum: gloriã ſuam eis reſerauit in transfiguratione, & reſurrectione. Spe firmiſſima collocauit; iudices ad iudicandum delegauit. His ergo apparet, quomodo Saluator noſter diſcipulos ſuos dilexerit, ſed præcipuè hãc dilectionem eis in fine receſſurus oſtendit, comedendo eis familiariter, laudando eorum pedes humiliter, dando ſeipſum eis in cibum, & potum ſacramentaliter, informando eos dulciter, & mirabiliter, conſolando eos de ſuo abſceſſu, reſurrectionem prædicando, roborando eos contra tribulationes impiorum, ventura circa ſe, & ipſos referando, & eos deuotè patri recommendando. Ex his apparet, quod in fine dilexit eos. Sic ergo tàm ex cœna, quàm ex actitatis in cœna B. Maria, etſi abſens corpore, ſpiritu tamen præſens dilectionem conſpiciebat filii ſui ad diſcipulos, & inſuper meditabatur cœnæ apparatum, & diſpoſitionem, quoad locum, quia in monte Sion, vt prophetia Iſaiæ compleretur, quod in ipſo monte Deus facere debebat omnibus gentibus conuiuium pinguium, & vindemiæ defecatæ, vt tactum eſt ſupra. Quoad cibum quia agnum cernebat paratum, & aſſa-

Ioan. 14

Ioann. 2. Mat. 26. Matt. 5. Ioan. 20 Mat. 14. Mas. 20

tum. Quoad mensam, quia in cœnaculo grande: quoad societatẽ, quia cum duodecim comedit: quoad actus singulos ibi factos de surgendo à mensa, & se iterum reponendo, quoad dilectum Ioannem qui supra pectus Domini requieuit. Hæc omnia meditatione dignissima Virgo considerabat, & attendebat. Quibus omnibus debitè pensatis talem cœnam, tale conuiuium, nunquàm antea, nec post celebratum veraciter cognoscebat, mentique suæ pariter stuporem, & amorem summum ingerebat: & sic patet quid ante passionem filii B. Virgo diuina reuelatione agnouit. Verum quia præsens fructus non solũ præfatam B. Mariam dicit agnouisse, sed filii sui passionem futuram, quia inquit: Maria pati conspicit, ideſt, ante passionem totam præuidit, & conspexit. Et sic præfata B. Virgini ingererent lætitiam, vt est præmissum, filii tamen passio summam ingerebat mœstitiam, & dolorem, at tendendo, quæ filius eius Deus verus, & homo erat passurus, à quib. propter quos, quanto tempore, & die, qua de causa, quomodo, qualia, & quanta. Et in his meritò turbabatur in portione animæ inferiori, & gladio compassionis transfodiebatur; de quibus in sequenti fructu erit sermo. Sic ergo Deus, & consolationem suæ matri tribuit, & afflictionem. Quod verò passionem sui filii agnouerit hinc aduertere debemus, præcipuè ex verbis angeli Iesũ ipsi Beatę Virigini nunciantis. Et dicit, quod ipsa vocaret nomen eius Iesum: quod nomen exposuit,
Mat. 1 idem angelus Ioseph dicẽs: Ipse saluũ faciet populũ suũ à peccatis eo-
Luc. 2. rum. Et hoc per passionem. Vlterius ex dicto Simeonis ad ipsam. Tuã ipsius animam pertransibit gladius. Insuper quia si Christus passionẽ suam prædixit apostolis, vt patet in euangelio, multo fortius matri per locum à minori: & etiam quia in sola Virgine fides in triduo remansit, & futura erat magistra de omnibus actitatis per Christum, quare, & de iis, in quibus principaliter consistit nostra fides, & redemptio. quare ex verbis Virginis potest hic argui quod præuiderit passionẽ ex suo Cantico dicens: Sicut locutus est ad patres nostros. Sed cum eis omnem passionem prædixerit, quare ipsa hoc cognouit. Deinde nonne Euangelista dicit: Stabat iuxta crucem mater Iesu, & cum ipsa omnia consideraret dicta, & facta circa filium, si principio interfuit, procul dubio medium, & fidem agnouit. Et sic Virgo secũdum portionem inferiorem animæ præuidendo sudorem sanguineum in horto, ac ipsum positum in agonia, modum pariter captionis, quẽ tenuerũt, fugam discipulorum ab ipso, & quæ fuerunt tàm in domo Annæ, & Caiphæ summum dolorem naturali appetitu in sensualitate, quæ pro portione inferiori hic sumitur habuit, & recepit. Meritò ergo sic cogitando, & talia spiritu videndo conturbabatur, & dolebat. Patet ergo huius fructus declaratio. Maria pati conspicit. Verum quia in hoc fructu plura sunt dicta, conspecta à Virgine, quæ sunt à Christo operata

aliqua

aliqua ſunt ſubnectenda hic documenta pro noſtra inſtructione, & conſolatione ex præfatis ſumenda,& quia hic fit mentio de ſacramenti corporis,& ſanguinis ſumptione, pedum lotione, & diſcipulorum informatione,ac paſſionis à Virgine præuiſione tangendo prædicta. Primum documentum quod nobis datur eſt indicibilis amoris,& dilectionis,quam habere debemus ad Chriſtum,qui non ſolum in precio, verum etiam in cibum mentis refectiuum ſe nobis præbuit. Deinde debitæ diſpoſitionis ad huius ſacramenti perceptionem in lotione pedum diſcipulorum,per quam lotionem munditiam totius hominis debet intelligi,& ideò lauanda ſunt omnia membra ſpiritualiter.Caput ab omni iniqua intentione, oculi ab omni mala cogitatione, manus ab omni iniuſta operatione,corpus ab omni nociua delectatione, cor ab omni perfida opinione,facies ab omni inhoneſta conuerſatione,pedes ab omni peruerſa affectione. Sed vlterior diſpoſitio ad hoc exigitur,nam qui hoc ſacramentum cupit ſacramentaliter, & ſpiritualiter ſumere debet dignè conuerſari,pro peccato amaricari,pura cõfeſſione expurgari,proximo reconciliari, puritate decorari,fiducia ſolidari,ſancte operari. Sic ergo diſpoſitus,& lotus homo corpus Domini ſumat,& tunc erit ad ſalutem talis ſumptio animæ, & corporis.Et inſuper his peractis,debet homo gratias reddere Deo,eius miſericordię ſe committere, humilitatem ſequi. Fide,& ſanctis operibus ornari, cœnatum cum Chriſto ire,paſſionem eius meditari,& lachrymas cum Magdalena fundere, &c.

FRVCTVS QVARTVSDECIMVS, Fructus L.

Mariæ dolor datur.

EXPOSITIO BREVIS.

IN portione interiori Virgo affligitur doloroſa Ieſu pœnis, cõtumelijs,& ludibrijs debitè viſis,& cogitatis. Ac dolor, quo in Chriſti filij ſui ortu caruiſſe dicitur, infuiſſe eius animæ paſſionis tempore comprobatur.

EXPOSITIO MAIOR.

TActvm eſt, & viſum fructu ſuperiori qualiter Virgo Dei genitrix ſui filii paſſionem ſpiritu præuiderit, reſta hic conſequenter videre qualiter, & quomodo eam vidit opere, & effectu,cuius inſpectione,vt hic fructus dicit

eius

eius animæ benedictæ summus dolor dabatur, passio enim Domini, & Saluatoris nostri B. Mariæ filij tota est meditanti lacrimosa, & dolorosa, & multo fortius ipsi B. Mariæ, ad quod ostendendum, sunt aliqua videnda, quibus visis patebit, quod ex quolibet dolor ingerebatur Virgini, & sic cuilibet animæ deuotæ assiduè passionem contemplanti. Quæ videnda sunt pro præsenti. Primum est, vt consideretur, quis est, qui patitur, & tũc occurrit tibi, quod patiens est B. Mariæ filius, Deus, & homo, & quod sit Deus verus ex multis in passione sua accipitur. Primò ante suam passionem panem, & vinum in corpus, & sanguinẽ transubstantiando, cor malignum Iudæ proditoris, Petri negationem agnoscendo, & suam futuram passionem reserando, hostes Iudæos verbo prostrando, Petrum eum negantem ad contritionem reuocando, latrone veniam, & paradisum cõdonando, solem tanto tempore obscurando, velum templi scindendo, terremotum generalem orbi dando, mortuos ad vitam suscitando, in morte sic clamando, & post mortem de latere suo aperto aquam & sanguinem emittendo, & propinando. De his nonnullis, qualiter attestantia sint Iesu Mariæ filij deitatẽ dicetur infra fructu 52. Considerando ergo quis est, qui patitur, quia est Dominus Iesus, passio est dolore plena, & matri Mariæ ingerebat, vt Dominus mundi, non pro se, sed pro nobis peccatoribus suam excellentissimam in mortem exponeret personam, in qua nullum est peccatum, nec cadere potest. Insuper si cõsideretur, qualis est, qui patitur, & tunc occurrit Mariæ filius cum conditionibus singularibus passionem eius dolorosam, & lachrymabilem ostendentibus. Nam si vis inspicere, qualis est, qui patitur, vide, quia innocentissimus, & tñ vt peccator accusatur. Mitissimus, & ab omnibus offenditur, & iniuriatur. Misericordissimus, & tamen nullus ei compatitur. Amantissimus, & à nullo adiuuatur. Liberalissimus, & ab omnibus derelinquitur. Veracissimus, & vt mendax accusatur. Benignissimus, & ab omnibus vexatur. Nobilissimus, & vilissimis latronibus sociatur. Dulcissimus, & gratissimus, & tñ spernitur, & subsannatur. Sanctissimus, & affligitur, & nequiter tractatur. Et quia homo rationalis debet compati innocentissimo, amantissimo, mitissimo, veracissimo, piissimo, liberalissimo, benignissimo, gratiosissimo, dulcissimo, & sanctissimo. Non immerito virgo Maria dolebat considerando qualis erat filius suus, qui patiebatur. Idcirco ingerebat etiam virgini dolorem, quantus erat, qui patitur, & patiebatur, & hic occurrit quod ipse est. Primo quoad localitatem immensus, & tamen in passione arcto ligno collocatur. Quoad potestatem excelsus, & tamen in manus traditur peccatorum. Quoad dignitatem sublimissimus, & sic conculcatur, & in ligno crucis vt latro cõfunditur, & uituperatur. Quoad pulchritudinem, & speciositatem pulcherrimus, et tamen in passione liuoribus, sputis, & percussionibus

plenus.

plenus,quoad vigorositatem validisimus,& tamen in passione, capitur,ligatur,ad terram deiicitur, quoad charitatem lucidisimus, & in passione eius velantur oculi,& lachrymis irrigantur,quoad fœlicitatẽ perfectisimus,& tamen in passione multoties affligitur, & tormentatur;quoad perpetuitatem æternus,& in passione finitur morte,& terminatur.Cœlum & terra eum non capiunt,& tamen in passione maiestatis sic vilificatur,& in ligno crucis coarctatur. Vlterius ingerens Virgini gloriosæ dolorem, & cuilibet alteri fideli est, si consideretur quali forma patitur, nunquid aliquod vitium inerat Domino Iesu Saluatori nostro? Absit. Sed omnis plenitudo virtutum,nec spiritus datus ei sit ad mensuram. Et ideò in ipso apparuit virtus in passione profundisimę humilitatis humiliando semetipsum vsque ad mortem crucis. Virtus paupertatis arctisimæ nudus in cruce pendendo,virtus charitatis ardentisimæ pro peccatoribus se tradẽdo, virtus pietatis pro crucifixoribus exorando,virtus patientiæ, vt agnus mansuetus omnia supportando,virtus pœnitentiæ,sic corpus passionibus , & flagellis castigando,virtus austeritatis,acetum cum felle gustando,virtus modestiæ in loquendo,orationis in vigilatione orando , obedientiæ quæ patris sunt perficiendo,reuerentiæ caput patri inclinando,perseuerantiæ in bono se continuàndo,prudentiæ animam patri commendando, & sic de aliis virtutibus. Quæ omnia Virgo benedicta cõspiciens dolore maximo angebatur,nec mirũ,si præcipuè considerentur, vt Virgo considerabat,quànta sunt,quæ Dominus patitur. Pro quo sciendum est,q̃ quantitas pœnarũ causatur ex pluribus,primò ex vilificatione ipsius, quia Iudæi conati sunt vilẽ semper reddere,& ante in vita,& postmodũ in passione,& morte eius vitæ detrahendo,ecce homo vorax,potatorvini. Eius miracula contẽnendo: In Beelzebub principe dæmoniorum dæmonia eiicit. *Matt. 9.* Eius famæ,& fauori inuidendo: Ecce totus mundus vadit post eum. *Luc. 10.* Ipsum despiciendo : Quomodo hic literas scit,cũ non didicerit? *Ioan. 11.* Suæ doctrinę insidiando. Consilium fecerunt,vt eum caperent in sermone. *Ioan. 7* Ipsum corporaliter persequendo; voluerunt eũ lapidare,& capere. *Mat. 22* Ei non credendo: Tu de te ipso testimoniũ dicis: Eum blasphemando: Nonne bene dicimus nos,quia Sammaritanus es tu,& dęmoniũ habes? *Ioan. 8.* Illudendo in passione dicẽtes: Prophetiza nobis Christe,quis est,qui te percussit? *Ioann.8.* Ipsum deridendo: Vha,qui destruis templũ Dei. Accusando Pilato: Si non esset hic malefactor. *Mat. 27* Vltimò mortẽ turpissimã in ferendo,quia,vt crucifigeretur,petierunt. Sic ergo apparet, quantum vilificarent Iesum Iudæi,& quanta patitur, ex qua consideratione Virgo gloriosa summopere dolebat. Quemadmodum etiã ex conuitiorũ,& iniuriarũ illatione. Recepit.n. Dominus Iesus iniurias, & cõuitia; primò in proditione,quia à Discipulo venditus,in traditione,quia osculo pacis,in captione,quia vt latro, in deductione,quia eũ ligarunt,

ligarunt,in maxillæ percuſsione à tàm vili perſona, in faciei velatione,& ſputis deturpatione,in traditione,& poſitione ipſius in manib. Pilati hominis iniqui,& peſsimi, in iudicatione ſine cauſa ad mortẽ, in flagellatione,& crucifixione,cum latronibus, in denudatione,& lanceatione,quanta ſit paſſus Dominus Ieſus apparet. Ex quibus Virgo glorioſa ſummopere affligebatur, & inſuper ex ludificatione, obrobria,& ludibria ei intulerunt,præcipuè in domo Annæ facie velatus, in deductione,vt malefactor ad Pilatum, in miſſione ad Herodem,& deſpectione;in coronatione,purpuræ indutione,in Barrabam dimiſſione,in condemnatione ad mortẽ,in latronũ cũ ipſo crucifixione,& aſſociatione,in expoliatione,nudatione, & veſtimentorũ diuiſione,in latronũ,& aliorũ exprobratione, in tituli appoſitione deriſione, & in aceti propinatione. Sic ergo apparet, quomodo Dominũ Ieſum ludificarunt,ſed non eſt hic pertrãſeundũ,quot ſuplicia,& afflictiones,quo ad ſingula corporis eius mẽbra paſſus fuerit,& primo in capite coronatione ſpinarũ;in oculis velatione, in viſu lachrymatione, in auditu improperatione,in olfatu ſputorũ abominatione, in guſtu fellis,& aceti potatione,in collo ligatione,in ſpatulis,& humeris crucis portatione,in brachiis extenſione,in renibus verborum perpeſsione, in pectore lateris aperitione,in manibus clauorum perforatione, in tibiis, & pedibus,neruorum attractione. Sic ergo Dominus Ieſus paſſus eſt ſupplicia in quolibet corporis mẽbro. Apparet etiã quanta patitur,ſi conſideretur,quid agitur contra eum in ſua paſsione, & eſt factum. Nonne vides,quod in ſua paſſione, alius eum apprehendit, ligat,& in eum inſurgit. Alius exclamat,impellit,blaſphemat,& in eum expuit. alius vexat,circũuoluit, interrogat, & contra eum falſos teſtes inquirit;alius inquirentem aſſociat, contra eum falſum teſtimonium dicit, accuſat,& deludit eum:alius eius oculos velat, faciem cedit,colaphizat,& eum noſſe negat;alius eum ad Pilatum ducit, expoliat, percutit,vociferat; alius eum inſultanter ad vexandum recipit, contra eum impetum facit;ad columnam ligat,& flagellat: alius eum purpura in contumeliam veſtit,ſpinis coronat, arundinem in eius manibus ponit, furibunde eum recipit,vt ſpinoſum caput feriat; alius nugatoriè genuflectitur,vt regem ſalutat,elamat,vt non dimittatur,& vt moriatur;alius ei crucem ad portãdum imponit,funem collo apponit,ad crucifigendum accipit, & expoliat; alius eum in cruce extendit clauat,clauos affert,& inſultat;alius deridet,felle cibat, & lancea vulnerat. Sic ergo Dominus Ieſus in quantitate pœnarum ſibi illatarum à Virgine glorioſa conſpicitur,dolorque dolori adiungitur, præcipuè ſi conſideretur pœnarum multiplicitas, quia non vnam pœnam,ſed multas eſt paſſus. Inſpice ergo diuturnitatem, & acerbitatem pœnarum. Et hic ecce nobilitas patientis ſenſibilitas membrorum,quia delica-

delicatissimus, crudelitas inferentiũ, iniquitas iudicantiũ, varietas tormentorũ, & obrobriorũ, solennitas dierum, in quibus est passus, multiplicitas populi, vilitas loci, in quo est crucifixus, & societas vilium latronũ. Meritò ergo pia mater, quanta, quæ filius patitur, considerando dolet, & interius confoditur passionis aculeo, sed maximum ei ingerebat dolorem considerando tẽpus, locum, in quo, & vbi patiebatur. Si tẽpus consideretur apparet Christi pœnalis dolor, quia hora matutinali capitur, ligatur, ducitur ad domum Annæ, & Caiphæ, in quibus negatur à discipulo, interrogat, illuditur, conspuitur, percutitur, & ad mortem post multa conuitia à sacerdotibus, & Scribis condemnatur. Hora prima ad Pilatum ducitur, ad Herodem mittitur, deridetur ab ipso, & vt fatuus reprobatur, ad Pilatum remittitur, accusatur à Iudæis flagellatur, ligatur ad colũnam, coronatur, salutatur, & vilissimè à militibus Pilati pertractatur. Hora tertia à Pilato ad crucem condemnatur, multis obrobriis saturatur, corda in collo ponitur, crux ad portandũ in humeris collocatur, ac cum omni ignominia ad crucifigendũ ducitur. Hora sexta ad Caluariæ locum perductus, denudatur corã oĩbus, in cruce extenditur, clauis confoditur, & oĩa mẽbra extensione nimia dinumerantur, & deinde in alto crux subleuatur, dolor augetur, deluditur, subsannatur. Hora nonæ aceto felle immixto potatur, & morte terminatur. Hora vespertina, quasi in cruce existens mortuus latus eius lancea aperitur, & vulneratur. Hora vltima de cruce cum pœna deponitur, & tumulatur. Ecce quomodo omni hora diei Iesus pœnis afficitur, & sic Virgo præfata cernens, & conspiciens indicibili dolore affecta fuit. Sed non solũ tempus dolorem ingessit Mariæ, vt prædicitur, sed ét locus crucifixionis, quia in loco fœtido, horrido, & vbi rei, & malefactores puniebantur crucifixus. Vidit suum filiũ dilectum, & à quibus patiebatur, quia nemo inuentus est, qui eũ agnosceret, aut faceret benè, sed oẽs contra ipsum conuenerunt, & ab oĩbus patitur, nã à discipulo proditur, ab apostolis derelinquitur, à ministris templi capitur, à Petro non agnoscitur, sed negatur, à Iudæis illuditur, à põtificibus occiditur, à seruis flagellatur, ab Herode despicitur, à turba mori poscitur, à Pilato iudicatur, à militibus percutitur, nudatur, coronatur, crucifigitur, à latrone blasphematur, à transeuntibus subsannatur, & à milite lanceatur. Meritò ergo dulcissima mater dolebat, sed maiorem dolorem immittebat considerando propter quid patitur, dolor aliqñ mitigatur si in sustinente subest cã debita, quare puniatur. Sed in Dño Iesu nulla subest causa. Sed ò Dñe Iesu, quid peregisti tunc, vt sic gens tua, & pontifices Iudæorũ contra te insurgerent, vilificarent, inhonorarent, & sic tractarent? Quid fuit in cã pro tui parte? Nunquid causa fuit, quia de cœlo propter eorũ salutẽ principaliter descendisti, de eis carnem accepisti, præ alijs gentibus honorasti, tuum aduentũ eis per

patriar-

patriarchas,prophetas,angelos, pastores,Magos,Simeonem,& Annã referasti?Nunquid quia cum ipsis pacificè victitasti? sacris eloquiis,& doctrina informasti?infirmitates eorũ tuo verbo sanasti, virtutem diaboli ab eis compescuisti,eorũ salutem,die,noctuque verbo, & opere procurasti, & patrem tuum Deum super omnia honorasti ? Nunquid quia omnes creaturas ad testificandum te Deum esse incitasti,& commouisti,tuum corpus & sanguinem propinasti, mortuos suscitasti,nil mundi huius habere voluisti,oĩa mũdana abiecisti,omni gratia repletus,& virtutibus perluxisti.Quid ergo dulcissime,& amantissime Iesu fuit in causa,vt tibi plebs tua tot,& tanta inferret? Nil ergo benedicta mater tua in te agnoscendo esse,vt sic tractari, & mori deberes dolore angebatur,& cruciabatur.Meritò cum Iob dicere poteras: Vtinã appenderentur peccata mea, quibus iram Iudæorum merui , & calamitas,quam patior ab eis,in statera: quasi arena maris super omnia ponderosa,hæc grauiora appareat.Præterea B. Mariæ inferebat dolorem consideratio pro quibus filius suus innocentissimus patitur, & patiebatur, nempe pro nobis miseris peccatoribus. Quis audiuit vnq̃ tale,aut quis vidit huic simile? A sæculo non est auditum,vt quis se cõtẽpto,pro inimico tradati n morte animã suam.Quis est,qui possit se excusare?aut dicere Iesum pro se non esse mortuum, nisi qui ab ipso infidelitate seiũgitur,sed de fidelibus est ne aliquis? Nullus certè,qa omnes redemptione indigẽt,gratia,& virtute, vt gloriam obtineant , quæ quidem sine Christo haberi non potest. Quia ergo pro peccatoribus ingratissimis,& indignissimis patitur,merito mater, & sic de salute gaudebat considerando nostram ingratitudinem ad dolendum videndo filium pati incitabatur.Et ideò dicit deuotus Bernardus,q Iesus alloquitur hominem.O homo,vide,quæ pro te patior,non est dolor sicut,quo crucior,ad te clamo,quia pro te morior,vide pœnas,quibus afficior,vide clauos quibus cõfodio,cum sit dolor tantus exterior, interius est plãctus grauior,cum te ingratum experior.Sic ergo B.Maria hoĩum ingratitudinem pro quibus filius moriebatur attendendo, ipsa dolore,& tristitia replebatur. Quẽadmodum ẽt ex consideratione,qualia patiebatur;de quibus loquens Propheta dicebat : O vos oẽs qui transitis per viam attendite,& videte si est dolor similis,sicut dolor meus.Prafata verò,quantum dolorem B.Mariæ ingesserint ex hoc quilibet potest perpẽdere si cogitetur,& statuatur, quod Iesus sit suus filius.Modo cum ipsa super omnes mulieres filium dilexerit hinc dolor augebatur.Sed hic potest esse vnum dubium cum Deus,nec natura,nihil operetur frustra,cur tot pœnas, & passiones Iesus saluator noster B.Mariæ filius in se suscipere voluit?Respondetur duplici de causa.Prima pro salute nostra;quia per passionem oportebat Deo satisfieri pro peccato primorum parentum, & nostro, vt salutem inuenire possemus,

Thren.1

possemus, de quo dicetur fructu 55. Secunda causa propter nostrũ exẽ plum Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum. Et alibi: Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione, & passione armamini: Mortuus est ergo Dominus Iesus, & passus pro nostra salute, vt exemplum patiendi, & crucifigendi nos ipsos spiritualiter, daret, & monstraret. Pro cuius euidentia, & explicatione qualiter cum Christo pati, & crucifigi debemus est sciendum, quod Dñs noster Iesus Christus in passione sua fuit venditus, proditus, captus, ligatus, illusus, percussus, coronatus, spoliatus, iudicatus, crucifixus, potatus, láceatus. Ista voluit principaliter inter alia Dominus Iesus in sua passione pati, & fieri sibi, vt documentum præberet fidelibus talia in se fieri oportere, vt sua quoad crucifixionem vestigia sequerentur, & in ipsum transformarẽtur, homo ergo deuotus, qui Christo vult crucifigi spiritualiter, & transformatiuè in ipsum transfire. Primò venditur, & hoc primet to tali abnegatione, aut de despectione. Insuper proditur mortis Christi continua, & indesinẽti meditatione. Capitur Dei melliflua dulcedine, & affectione. Ligatur Dei sup omnia amore, & dilectione, obrobriis concutitur mundi inuasione, percutitur sub placida patientiæ tunsione, coronatur multiplici diuini amoris aculeorũ punitione, expoliatur à vetustate veteris Adæ, & peccati anima: potatur felle amaritudinis tàm vitæ præteritæ quàm præsentis: crucifigitur, & transformatur certè in monte Christo, quia decaluatus ab omni malitiæ puritate. Sed quo crucifigitur? Certè per admirandum amorem, quo anima tã feruidè in Christum per dilectionem pergit, vt nil sibi sapiat, nil appetat, nil quærat, nihil credat, nil dulcius, aut amabilius, ac suauius Christo degustet, vt sit ei Christus viuere, & mori corporaliter lucrum. Sed quid in tali crucifixione accipit? Certè quandam Christi formam, imaginem, & picturam. Sed quibus clauis affigitur anima Christo? Certè quatuor: primus clauus est omnium despectio, secũdus est dilectio, & ad Christum affectio, tertius singularis compassio, quartus ipsius Christi iucunda contemplatio; vel isti quatuor claui sunt insensibilitas, qua homo, nihil quæ foris sunt, sentit, siue appetit, mortificata iã in Christi crucifixione. Impassibilitas, qua nihil durũ, seu lethale pro delicto reputat: sitis inextinguibilitas, vt semper Deum fontem viuũ sitiat; infatigabilitas, sicut enim qui cupit, & quod cupit, inuenit, sic anima quærit Christum, & ipsius quæsitu, sub obtentu præ dulcedine eius nunquam faticatur. Et sic in tali contemplatione, & crucifixione, considerando quis patitur agnoscit eius summam sapientiam; cogitando qualis patitur, cernit eius bonitatem; attendendo quanta patitur, eius amplectitur indicibilem, & insuperabilem patientiam; videndo quali forma patitur eum aspicit virtuosissimum; cernendo propter quid patitur, occurrit eius innocentia; pensando quando patitur, amplectitur

1 Pet. 2.

plectitur prudentiam. Sed meditando pro quibus patitur inexcogitabilem Dei ad hominem videt charitatem, beneuolentiam, & amorem. Sic ergo apparet animæ crucifixæ cum Christo quis, & qualis, & quãtus est, & fuit Dominus Iesus in sua passione, & tũc super caput, & in frõte hominis crucifixi ponitur titulus triumphalis. Iesus, Nazarenus, Rex, Iudæorum. Iesus per conformitatem, & assimilationem ad Christum: Nazarenus puritatis, & sanctitatis adoptione. Rex propter omnium exteriorum, & interiorum, sensibilium, & insensibilium, intellectualium debitam regulationem, & appetitum sub ratione submissione. Iudæorum per internalem alacritatem, & iucunditatem, & iubilationem, tunc laudat, & confitetur Domino, quoniam magnificè fecit sibi ipsam vniendo, & contra insidias cõsequenter impauidam facièdo. Tandem homo lanceatur per inestimabilem ad omnes dilectionẽ, quia cupit Christo omnes adhærere, & copulari, & vt spõsus cum spõsa vulnerata charitate exit de Christi latere sanguis optati pro Christo martyrii, aqua optati desiderii, saliendi in vitam æternam. Sic ergo præfatis apparet, quomodo homo iuxta documentum Petri Christo passo cõpassionatur, & crucifigitur. Et ex dictis apparet declaratio istius fructus, Mariæ dolor datur. Et per consequens claret, quod in principio est positum, pro huius fructus expositione, videlicet, In Portione.

Fructus 11.

FRVCTVS QVINTVSDECIMVS.

Maria verbum accipit.

EXPOSITIO BREVIS.

IVXTA crucem residens B. Maria Ioannes in eius filium adoptatur verbo mirifico Saluatoris, sicque commendatur Virgo virgini, vt Ioannes castitatis præconio multipliciter extollatur.

EXPOSITIO MAIOR.

BENEDICTA, & venerabilis Dei genitrix Maria, quem locum elegerit ad manendum tempore passionis, aut quid eius filius Dominus Iesus in cruce permanens circa ipsam peregerit Ioannes euangelista declarat dicens: Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Et subdit: Cum vidisset ergo Iesus matrem stantem, & discipulum, quem dili-

diligebat dixit matri suæ:Mulier ecce filius tuus;deinde dicit discipulo:Ecce mater tua.Quibus Euangelistæ verbis locus ostenditur,quem elegerit tempore passionis,quia,iuxta crucem. Actus,quem circa ipsã effecerit,& egerit Iesus dicitur,quia dicit:Mulier ecce filius tuus.Qua propter cum præsens fructus dicat,quod,Maria verbum à Christo accipit,quod dictum est,scilicet,mulier,quare non dixit, nisi,quia sibi propinqua erat loco,quasi iuxta crucem. Ideò pro præsenti fructu expositione duo erunt videnda.Primum quarè locum iuxta crucem elegit Virgo Maria tempore passionis; secundum qualiter verbo Christi accepit subsidium suæ consolationis. Pro primi euidentia est sciendum, quod Beata Maria iuxta crucem stat, & stabat,multiplici respectu, & causa:& vt hoc videre clarius possimus,quoddam dubium est soluendum,cuius solutione patebit pro parte,quare Beata Virgo locum iuxta crucem manendi elegit. Dubium est istud: Cur Dominus Iesus Saluator noster passionem volens pro nobis sustinere, mori,& pati in cruce elegit potius quàm alio modo,vel alio loco? Ad quod doctores respondent plures congruentias ponendo. Prima,vt sicut per lignum vetitum introducta erat mors, ita per lignum vita redimeretur. Vt qui in ligno vincebat,in ligno quoque vinceretur. Vt ipse eligendo extremũ genus mortis fideles suos animaret nullum tormenti genus timere. Vt sicut terram pedibus calcando, aquam super eam siccis pedibus ambulando sancti ficauerat, sic aerem in ligno crucis moriendo. Vt in cruce moriendo nobis ascensum pararet per ipsam in cœlũ. Vt ostenderet per mortem in cruce factam mundum saluasse, quantum est ex sufficientia suæ passionis,qui in quatuor partibus habitat, vel vt ostenderet se primò redemptionem hominum fecisse: secundò restaurationem angelorum: tertiò ligasse potentiam inferorum: quartò liberasse à lymbo consortium hominum iàm defunctorum. Vt sicut crux habet quatuor cornua,sic per Christi passionem secundum Gregorium Nyssenũ esse diffusam gratiam ad quatuor orbis partes. Vt per hoc genus mortis in cruce diuersæ monstrarentur virtutes, in latitudine vbi manus extenduntur recta operatio in longitudine longanimitas,altitudine supernorum expectatio, profunditate gratuitæ gratiæ declaratio,vel in superiori parte charitas,à dextris benignitas,à sinistris patientiæ longanimitas,in infimo iacet humilitas. Vlterius in ligno crucis mori voluit, quia in pluribus figuris ostensum erat. Nam crux est lignum vitæ positum in medio paradisi, quia vita est Christus. Lignum scientiæ boni electorum,& mali peccatorum, ligno homines in arca à diluuio saluantur: baculo Iacob Iordanem trãsit. Virga Moysi Pharao cum suis præfocatur: ligno aquę amare dulcescunt,instrue lignorum Isaac supponitur:ligno serpens ponitur,botrus appenditur. Sic ergo vt veritas figurarum declaretur. Vt crucem

ſuam oſtenderet eſſe vitæ perfectæ oſtẽſiuam, quare in crucis acceptione eſt vitæ Chriſti imitatio. Deinde crux Chriſti eſt veræ ſapientiæ inſtructiua: quis enim in ea pendet, niſi ſapientia Dei, & iſte in quo ſunt omnes theſauri, & lux vera, omnem illuminans hominem, & verax magiſter, & doctor, in cruce ſtans, vt in cathedra ſuam ſapientiam docet, & varias lectiones legit, fideles ad veram ſapientiam deducentes. Nam legit hic magiſter ſtans primam lectionem ſuam, quod Deus eſt ſuper omnia amandus, & diligendus. Quod Deo indeſinenter eſt obediendum, quod pro ipſo Chriſto, & proximo eſt moriendum, ſemper eſt orandum, à peccato abſtinendum. Mundus eſt ſpernendus, inimicis, & nobis mala inferentibus parcendum. Meditationi crucis eſt iugiter inſiſtendum; aduerſa, & pœnæ ſunt patienter ferendæ; corpus, ſeu caro eſt diris maceranda. Prudenter eſt loquendum, & quod anima, & ſpiritus ſemper ſunt Deo commendandi. Ecce de quampluribus, qualia documenta, & quales lectiones diuinam ſapientiam exprimentes Ieſus Mariæ filius ſtans in cruce fideles informat, & informauit. Hanc ergo crucem adire Virgo Maria voluit, & iuxta crucem ſtare, vt altera Saba vera regina ſapientiam ſummi adiret Salomonis filii ſui. Paulus iuxta hanc ſteterat, & ſapientia Chriſti imbutus nihil aliud clamabat ſe ſcire, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Sic ergo apparet, quod ipſa crux iuxta quam ſtabat Beata Maria eſt diuinæ ſapientiæ inſtructiua, ad quam currens beatus pater meus Franciſcus diuinæ ſapientiæ occulta hauriebat. Eſt etiam crux Chriſti omnis ſcientiæ panditiua. Si vis ſcientiam omnium poſſidere ſta cum Maria iuxta crucem, quia ibi omnes ſcientias addiſces, nam Ieſus ibi docet veram grammaticam, rectè loqui, populum informando, rectè ſcribere, Domini paſſionem aſsiduè corde cogitando. Veram logicam per quam falſitas mundi, & terrenorum deſpicitur, & æternorum veritas poſsidetur. Veram rhetoricam, vt orationes noſtræ exaudiantur. Veram muſicam, qua Deo Chriſti exemplo corde pſallitur. Veram arithmeticam, qua vnitas diuina cum Trinitate colitur, dualitas naturarum in Chriſto, & Trinitas coniunctorum. Veram aſtrologiam per quam decurſus humanarum calamitatum, & miſerationum diuinarum contemplatur. Veram aſtronomiam, quia per paſsionem Ieſus veræ ſtellæ in cœlo empyreo inſeruntur, vt vitæ libro annotantur. Veram Geometriam, qua deitas pro noſtra ſalute tàm magna ſic inclinata declaratur. Veram philoſophiã, qua Deus, & eius amor addiſcitur. Veram Ethicam, nam docet virtutes morales Chriſtus in cruce, fortitudinem contra diabolum, quem ſuperauit, temperãtiam contra carnem, prudentiam contra mundum, iuſtitiam quoad Deum, veram medicinam, nam ſacramenta ab ipſo inſtituta in cruce efficaciam habent contra morbos peccati. Veram ſciẽ-

3. Reg. 8.

1. Cor. 2.

tiam

iam legidicam quidquid est ad iuris perfectionem, vt dictum est, ibi docetur. Veram theologiam, quia se Deum declarauit signis in passione exhibitis, & verum hominem in eadem tolleratis, & sic Virgo gloriosa stabat iuxta crucem, vt de his omnibus informaretur. Quid ergo Dei genitrix vltra prædicta, videbas in cruce, vt iuxta ipsam sic stares? Veraciter aliud attendebas. Sed quid? Certè crucem esse omniũ virtutum expressiuam. In cruce enim cernebas à tuo filio esse ostensam paupertatem arctissimam, quia nudus moritur, humilitatem profundissimam, quia Deus sic vilificatur, charitatem ardentissimam, quia summa pro nobis charitate patitur, pietatem benignissimam, quia peccatoribus in latrone veniam conceditur, patientiam contra omnes possibiles aduersitates, pœnitentiam contra iniquitates, abstinentiam in cibis, & potibus, in verbis modestiam, & locutionibus, ac sermonibus, vigilantiam in oratione, diligentiam in legis diuinæ obseruatione, in bono perseuerantiam, in conuersatione vitæ prudentiam, & sic de aliis virtutibus. Nec immeritò, quia in cruce iacet, & residet Dominus virtutum. Qui ergo virtutes arripere cupit ad crucé pergat, ac cum Maria iuxta crucem assiduè versetur. O Beata Maria, quid vlterius cernebas in cruce, iuxta quam sic stabas? Inquam: Videbas eam esse omnium morborum spiritualium absterſiuam, sacramentorum institutione, & efficacia habita à cruce, & Domini Iesu passione capitalia vitia resecãtur. Sacramento Eucharistiæ superbia, Confirmationis inuidia, Matrimonij luxuria, Pœnitentiæ auaritia, Ordinis accidia, Baptismi ira, Extremæunctionis gula, et sic omne peccatum capitale, restringitur, abdicitur, & fugatur. Culpa originalis sacramento tollitur Baptismi; venialis Extremæunctionis, mortalis Pœnitẽtiæ, pœna ignorãtiæ sacramento Ordinis, impotentiæ, & inconstãtiæ Cõfirmationis, pœna malitiæ Eucharistiæ: concupiscentiæ Matrimonii. Qui ergo vult morbum criminis curare ad crucem pergat, quia summus medicus medicinã apponit, quare cum Maria iuxta crucem stare non despiciat, sed eligat, quia contemplabit crucem Christi esse hostium expulsiuam, & debellatiuam. Crucem enim Christus pro signo victoriæ contra diabolum habitæ instituit, ac in efficacissimum signũ contra hostes infernales esse voluit. Et sic crux Christi est summi amoris expressiua, sed quæ signa amoris sunt ostensa in cruce? Certè multa. Quia seipsum pro te tradidit, pro peccatoribus exorauit. Latroni paradisum promisit. Diabolum hostem nostrum fugauit, Deo Patri reconciliauit. Sãguine suo lauit, & renouauit. Contra aduersitates suo exemplo, & crucis meditatione roborauit. Pro peccata nostra Deo satisfecit; quæ sunt perfectionis declarauit. Vetera, quæ erãt importabilia aboleuit, & cassauit. Noua, & quæ sunt pro nostra salute ordinauit, Nostram salutem obtinuit, & impetrauit. Nam, vt dicit Apo-

stolus. Preces, supplicationesque offerens cum lachrymis exauditus est pro sui reuerentia. His ergo Christus ostendere voluit, gestis per ipsum in cruce non solum summi amoris, vt tactum est suam crucem esse expressiuã, sed etiam suorum mirabilium declaratiuam. Sed quæ sunt ista mirabilia in cruce à Christo facta, & gesta? Certè multa. Non ne mirabile fuit veterum sacramentorum abolitio, nouorum institutio, & institutorum confirmatio, generis humani redemptio, pro peccato satisfactio, diaboli prostratio, captiuatio, & hominis à suis manibus, ereptio, & liberatio? Nonne mirabile fuit latronis ad se conuersio, veniæ concessio, paradisi promissio, iniuriarum, tormentorum, obrobriorum supportatio, solis obscuratio, petrarum scissio, & sepulchorũ aperitio, & reseratio? Nonne mirabile fuit suæ matris Discipulo commendatio, talis vocis emissio, animæ diuinitati vnitæ à corpore separatio, Centurionis custodientis illuminatio, militum, & aliorum de peccato contritio, doloris in se susceptio, omnium figurarum, & eloquiorum, prophetarum impletio? Quis quæso potest effari, quæ mirabilia Dominus egit in cruce, & quantam efficaciam, suo tactu salutifico dedit cruci? certè nullus. Est ergo crux Christi mirabilium declaratiua, & insuper verborum Christi singularium prædicatiua. Verba enim Christi in cruce prolata sunt singularissima, & hoc apparet, si quæ exprimit attendantur. Primum exprimit, & ostendit iniuriarum omnium diminutionem: Pater ignosce illis. Ad Christum compassionem: Deus, Deus meus. Nostræ salutis zelum, & dilectionem: Sitio. Fiduciæ, & confidentiæ de venia acceptionem: Amen dico tibi. Ad multum amorem, & coniunctionem animarum: Mulier ecce filius tuus. Ad præceptorum diuinorum impletionem: Consumatum est. Ad Dei iugem deprecandam protectionem: In manus tuas commendo spiritum meum. In primo verbo exprimitur, quod Iesus fuit verè magnanimus iniurias dimittendo. In secundo fuit patientissimus in sufferendo. In tertio fuit zelantissimus hominis bonum inquirendo. In quarto liberalissimus in conferendo. In quinto prouidentissimus in disponendo. In sexto perfectissimus, & veracissimus in adimplendo. In septimo sapientissimus in finiendo. Et sic in his septem verbis in cruce prolatis, septem operatur. Inducit fideles ad diligẽdum inimicos, ad sustinendum, ad ipsi inhærendum, ad largiendum, ad vniendum, ad gaudendum, ad quę sunt Dei exequẽdũ. In primo verbo, Pater ignosce, ostendit esse pro nobis intercessorẽ. In secundo se habere virtutẽ constantis allegationis suæ iustitiæ, & innocentiæ ad patrẽ dicens: Deus, Deus meus. In tertio dicit: Sitio. Et ostẽdit se habere ad nos audaciam cõstãtissimæ requisitionis pro collatis. In quarto dicit, Amẽ, amen dico tibi. Manifestat se hẽc virtutẽ summæ potestatis, quia latroni paradisũ promisit. In quinto: Mulier ecce. A pe-

rit se habere de nobis sedulam diligẽtiam, & sollicitudinem. In sexto: Consumatum. Ostendit se habere virtutem triumphalem debellationis hostium. In septimo: In manus tuas. Concludit se habere confidentiam, & virtutem securi ad patrem reditus. Vel potest dici, quod in his verbis Christus expressit suum summum dolorem. In primo de summa ingratitudine, & tantorum scelerum expiatione. In secundo de tãta derelictione. In tertio de tàm amara potione nostræ salutis, loco cuius ei offerimus cõtumelias, contemptus, & offensas. In quarto de paucitate pugnantium contra suas despectiones, contra quas solus latro pugnauit. In quinto de suorum desolatione, tàm præsentium, quàm futurorum. In sextò de tanta pœnarũ aggressione, & vsq; ad finẽ in eis perduratione. In septimò de recessione spiritus à corpore; ideò patri cõmendat spiritum. Sic ergo apparet, quod crux benedicta est verborum singularium Christi expressiua, vt dictum est; nec non etiam, vt modo dicetur crux ipsa omnium spiritualium, & virtuosorum indicatiua. In expansione brachiorum est expressum signum dilatationis affectus ad omnia fundenda, & imploranda. In conclauatione, & clauorum affixione cordis, & cordium conclauationis ad Christum in coniunctione corporis Christi, per clauos, signum stabilitatis in bono. In eleuatione crucis cum Christi corpore, est eleuatio à terrenis. In integritate ossium signum est reintegrationis nostri corporis ad veram integritatẽ. In susceptione pœnarum tollerantiam in aduersis. In crucifixione inter duos latrones benè operantium ostendit prẽmium. Ex generalitate passionum in toto corpore ostendit vitam præsentem non esse gaudii, sed mœroris. Sic ergo præfatis causis Saluator noster elegit mori in cruce, & non in alio loco. Qua in re Virgo Maria voluntatem agnoscens filij, causasque iam dictas, ac crucis excellentiam, & virtutem, iuxta ipsam stare, conuersari, & manere pro loco passionis tempore elegit. Non sine causa ergo Christus in cruce stat, & moritur, ac Virgo Maria iuxta crucẽ stat, vt crucis indefinentem amplexum, & acceptionem clamet, & ostẽdat. Cuius iugem amplexum: etsi superiora declarent, multa sunt alia quæ adhoc suadent, & ad hoc inducunt, præcipuè sacræ scripturæ authoritas. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Et Propheta: Splendor eius, vt lux erit. Et etiam: Leuabit Dominus signum in nationes. Et alibi: Secundum dies ligni, sic & dies populi mei. Et illud: Lignum attulit fructum suum. Hæ omnes authoritates si diligenti indagine considerentur ad amplexum crucis prouocant. Deindè, omnis creatura ad amplexum crucis inducitur, quia omnis creatura, vel ipsam figurat crucẽ, & repræsentat, vel in ipsa operata. Nam crux per naturam summorum spirituum figuratur. Nouem ordines faciunt crucem ponendo, quod duos ordines in parte superiori longitudinis crucis, videlicet seraphim in summo, & cheru

Gal. vlt. *Abac. 3.* *Isai. 65.* *Ioel. 2.*

bim ad ipsum immediatè. In parte inferiori archangelos, & angelos; in brachio dextro virtutes, & potestates; in sinistro principatus, & dominationes; in medio crucis ordinem thronorum. Ecce crux facta ex nouem ordinibus angelorum, ecce crux facta ad ostendendum, quod ipsa dicti ordines sunt reparati, & quod Christus pendens in cruce ipsa est, quilibet dictorum ordinum, quoad proprietates. Est enim angelus magni consili, archangelus eadem ratione, virtutes, Dextera Domini fecit virtutem: potestates, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: principatus, Factus est principatus super humerum eius: dominationes, Dominabitur à mari, vsque ad mare: throni, Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: seraphim interpretatur incendiũ, Deus noster ignis est: cherubim plenitudo scientiæ, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Et sic horum crucis figuratione ostenditur, quod Dominus angelorum, & aliorum ordinum mortuus est in cruce. Demonstratur crux in homine longitudo à capite vsque ad pedes transuersum & latitudo à brachio ad brachium. Figurata in nomine primi hominis. Adam, A, ponitur in supremo: D, in infimo: A, in dextera: M, in sinistro. Per literas nominis Adam in Græco, per A, quod dicitur Anathole, signat oriens, per D, occidens, dicitur Disis, per A, significatur Aquilo, qui dicitur Archus, per M, Meridies, qui dicitur Misibria. Et hoc, vt significaret Adam secundum, scilicet, Christum mortuum in cruce esse Dominum Orientis, Occidentis, Aquilonis, & Meridiei. In mundi partibus est figurata si crux ponatur in plano. Oriens est caput, Occidẽs est infimum. Et sic habetur crucis longitudo. Aquilo est dextrum, Meridies est sinistrum. Et sic habetur, latitudo crucis. In elemẽtis est figurata. Si crux recta ponatur. Ignis in suppremo, terra in infimo, aqua, & aer in transuerso. In quatuor vicissitudinibus temporum, mane, meridie, vespere, & intempesse, vere, æstate, autũno, & hieme. Aurora, mane, & ver, Orienti. Estus, atque meridies, austro, autumnus, & vespera Occidenti, intempestum, & hiems Aquiloni. Numeri etiam signant peracta in cruce, vt duo, duas naturas existentes in cruce Christi in vna psona. Ternarius numerus signat tria in Christo existente in cruce, caro, anima, & deitas. Quaternarius numerus significat quatuor facta in cruce, vt quatuor virtutes ostẽsas. Septuaginta signat, quod post septuaginta hebdomadas annorum in cruce Christus est confixus, & mortuus. Et sic de aliis numeris. Sic ergo apparet, quod crux benedicta est per creaturarum varietatem figurata, & demonstrata tàm per elementa, quàm elementata, quare eius amplexũ omnis creatura suadet. Tertium est crucis à Christo ordinatio, quoad opificem. Ipse Iesus eam sic ordinauit, & per angelũ publicauit, quia formam habuit Thau, vt dicetur: Christus enim tàm singularis operis est artifex propter magna mysteria ipsius crucis, eam enim fundauit,

uit,& fabricauit altissimus. Quoad materiã,quia de quatuor lignis est composita,& ordinata. Nam cum facta fuerit in forma Thau, Pilatus addidit ad Thau tabulã paruulã,in qua fuit positus titulus crucis. Iesus,Nazarenus,Rex,Iudæorum. Ista quatuor ligna sunt,cedrus,cypressus,palma,& oliua. Sed cur ex his quatuor lignis? quia præfatis lignis,quæ facta sunt in ipsa designarẽtur,oliua pacem,palma victoriã, cypressus amaritudinẽ,cedrus dulcedinẽ. Sed quoad formã mirabilis. Nã ex suis dimensionibus,videlicet,altitudine,lõgitudine,latitudine, & profunditate conditiones diuinæ exprimuntur, ſ.longitudo æternitatis,latitudo diuinæ pietatis,altitudo diuinæ potentiæ,& præsidentiæ,profunditas diuinæ sapientiæ in Christo in cruce pendente. Ibi ostenditur altitudo spei,profunditas fidei, latitudo specialis amicitiæ,longitudo,siue longanimitas perseuerantiæ,& patientiæ.Sub hac forma crucis aquis baptismi,& tribulationis natamus, mentes contẽplatiuæ volant,velut alis in altum protẽsis. Sub hac cruce in plano posita vt principium longitudinis pupppi,finis proræ, latitudo respõdet remis. Per hoc mare trãsuadamus velut per nauem ad portum salutis. Sic ergo patet,qualis est crucis ordinatio inducens ad amplexum crucis. Quartũ est ipsius crucis in corpore Christi dedicatio, sanctificata est Christi corporis contactu,& sanguinis sui præcioſi linitione, & iõ clamabat B.Andreas:O crux quæ in corpore Christi dedicata.Non ergo mirum,ſi sancti cruce faciãt miracula. Idcircò ad eius amplexum inducit associatio ipsius crucis à Virgine Maria. Si enim crucis virtutem magnã non esse Virgo sentiret,iuxta ipsam non staret.Quare igitur ipsius virtutem agnouit iuxta ipsam diligenti cura stabat;ad cuius amplexum etiã inuitabat dilectio,& amatio,quę ardens fuit ẽt in Paulo,Andrea,& Frãciſco,qui inspiciebãt cõdonationem ipsius crucis ad omnia,& nihil est,quod appetas,quod non in ipsa inuenias. Cum in illa moretur ille,quo omnia donata sunt nobis.Crucis deputatio,atq; ad malum liberatio est in cã huius amplexus, quemadmodum etiã ab hoste præseruatio,& ad cœlum ascẽsio.Arma regum sunt deputata,& signo crucis munita,& sine quo vita non intratur æterna. Vt in figura habetur:Necnon à malo liberamur, vt patet de Ioanne Euangelista,qui bibit venenum,& crucis efficacia illęsus euasit:nec non à mortuis reuocat. Meritò ergo Beata Virgo cernens virtutem crucis iuxta illam stabat: præcipuè quia videbat crucem esse factam candelabrum illuminationis,ſolem iustitiæ,ſolium eruditionis,altare reconciliationis,fastigium exclamationis,stateram ponderis precij humani, mensam refectionis,signum defensionis,spectaculum Salomonis,refugium euasionis,& scalam ascensionis ad cœlum. Sic ergo apparet quàm bona,virtuosa,& laudabilis est crux Christi. Stabat ergo mater Iesu iuxta crucem,& non sedebat, vt eius continuus aspectus esset ad

Ezec.7.

Apoc. 8.

filium, stabat iuxta crucem repleta doloribus, & anxietate plena sui filij passionem cernendo, ac crucem totam sanguine filii linitam, & rubricatam. O qualis intuitus compassiuus erat Iesus ad matrem, & matris ad filium: filius cernebat matrem desolatam sua passione: mater cernebat filium ab omnibus derelictum, passionatum, & omni cõsolatione priuatum. Quare indicibili dolore eorum mentes replebantur. Locum ergo sanctus Euangelista explicat, quẽ Maria pro tempore passionis elegit, quia inquit: Stabat iuxta crucem; quo datur intelligi, quando passionibus, & tribulationibus quibuscunque fatigamur, & angustiamur ad crucem recurrere debemus, & iuxta eam stare, vt eius patrocinio tutemur exemplo Mariæ, & sic patet primum, quod pro præsentis fructus expositione erat videndum.

Secundum, quod erat videndum, pro huius fructus expositione est, ꝙ Christus Iesus circa matrẽ egerit, quale verbũ ei dixerit, & quid cõsolationis moriens eidẽ reliquit. Vt igitur præfata videantur sunt aliqua per modũ dubiorũ declarãda. Primũ cur Iesus matrẽ alteri voluit ab ea per mortẽ recedendo recõmendare, & inter alios discipulos, ipsi B. Ioanni euãgelistæ. Ad primã partẽ istius dubij respondetur, ꝙ hoc fecit pluribus de causis. Cum. n. B. Virgo subtractione filii multipliciter esset afflicta, indigeretq; obsequio, & pluribus indiguit post mortem filij, quæ ipso viuente, habebat. Hinc est, ꝙ ad obsequendum Virgini, velut filius matri, Ioannes Mariæ, vt filius est datus. Insuper cũ Virgo esset nobilissima assistentẽ sibi aliquẽ habere debebat. Sicut. n. habuit Ioseph in suũ sponsum, & ductorẽ, vsq; ad ætatẽ Iesu perfectã, & postea habuit filiũ. Sic decuit post Christi abscessum aliquẽ habere ministrũ, qui curã haberet de ea, quare à Christo datus est ei Ioannes, qui eius esset ductor, gubernator, ac oĩum operator, q̃ eidẽ Virgini placerent. Sed quo ad secundã partẽ, quare plus Ioãnem ei dederit, q̃ aliũ apostolorum: rñdetur, ꝙ Iesus hoc egit rõne prærogatiuæ castitatis, vt virgo Virgini commendaretur. Et quia Ioannes frater erat Christi, & Virginis nepos, filius sororis, & quia similia similibus gaudent, præcipuè cum Christus summè Virginem matrẽ diligeret, ac ipsum, præ aliis Ioãnem, nec immeritò dilectus censetur à Christo, quia ipse Dñs Iesus multa dilectionis signa, & in quibusdam plus cęteris ostendit. Vocando eum ad statum summæ perfectionis, s. apostolatus. Præseruãdo ab actu incontinentiæ, quia volentem nubere ad se vocauit: supra pectus Domini in cęna recubuit: suã matrẽ, quo nihil habebat carius, eius fidelitati recõmendauit: præ cunctis de abditis diuinis illustrauit. Paulus raptus est in paradisum ad tertium cœlũ, sed Ioannes in paradisum paradisorũ, & ipsum tertium cœlum introiuit, vnde intonuit postea, In principio erat verbum. Futura circa status ecclesiæ reuelauit. Spiritusancto post ascensionem, & passionem suam fœcundauit,

dauit,& ideo omnium ſanctorum perfectionibus adornauit. Apoſtolus eſt in apoſtolis, Euangeliſta in euãgelio, propheta in Apocalypſi, Martyr cum Apoſtolis, doctor, quia totam Aſiam ad fidem conuertit, confeſſor,& Virgo, & de ipſo,Ieſus ſpecialem curam habuit,quia ſuæ doctrina Eccleſia illuminanda erat,ideò charitate præ cæteris inflammauit,miraculis declarauit.In ſua morte, vel diſceſſu à mundo viſitauit.A mortis dolore præſeruauit.Licet inter doctores ſit controuerſia, an obierit. Et ſic patet,quare Ieſus Matrem in ſuo à mundo deceſſu, præcipuè Ioanni voluit commendare.Et hic inſurgit aliud dubium. Quid ex verbis ſecutum eſt in Maria erga Ioannem,& quid Ioanni erga beatam Virginem,cum dixit Ieſus:Mulier ecce filius tuus.Et diſcipulo:Ecce mater tua. Reſpondetur,quod non eſt dicendum, vt dicere quidam volunt, quod beatus Ioannes verbis Chriſti ſit factus filius naturalis beatæ Virginis,& ſi carnalis Chriſti,dicentes, quod non minoris efficaciæ fuerunt verba Chriſti in cruce,quàm verba ſacramẽtalia, quibus corpus,& ſanguis Chriſti ſit panis,& vinum.Sed factus eſt filius adoptiuus beatæ Virginis,quàm ſanè,& ſi omnes venerati ſunt diſcipuli,eiq; famulabantur officio dilectionis,Ioannes tamen amplius, ac ſpecialius,vſq; ad finem vitæ ſibi commiſſam accepit in ſuam quaſi matrem filius,cui benignus magiſter de cruce.Ecce mater tua, vt Virgo Virgini cohæreret,& deſeruiret officioſiſſimè:cura tñ adoptionis, & ſic eum factum eſſe verè filium Mariæ, ſed adoptiuum. Et ad motiuum ipſorum dicendum, quod Saluatoris verba debent intelligi ſecũdum intentionem proferentis,Chriſtus efficaciam verba ſua, in ſacramento Euchariſtiæ voluit habere,vt verè panis,& corpus,& vinum in ſanguinem,talibus prolatis, trãſirent, ſed non oportuit,quod Ioannes in filium Mariæ ſic tranſiret, ratio quare matrem Ieſus diſcipulo commendauit, niſi quia ipſe Dominus, compatiendo ſuæ matri Ioannem ei tradidit,ſed propter quid, niſi, vt eidem ſeruiret,ac de ipſa ſpecialẽ curam haberet. Quare vt hoc perageret Ioannem nõ oportebat eius filium effici naturalem,ſed ſolummodo adoptiuum.Et ſi dicatur.Nos ſumus filij Dei adoptiui, quia ſpiritum adoptionis accepimus, & ſancti Apoſtoli præ cæteris ſunt,& fuerunt.Si ergo ſumus filij Dei adoptiui,& Apoſtoli, multo magis,& beatæ Virginis, quia eſt mater noſtra. Quid ergo plus aliis habet Ioannes ſi in filium adoptatur Mariæ? Reſpondetur,quod valde differens eſt adoptio Ioannis in filium B.Marię, & Marię in matrem ipſius.Et hoc reſpectu ad Chriſtum,cum Chriſtus nihil pretioſius matre haberet,quam, & naturali amore, & gratuito, ſuper omnia diligebat, dãdo ſibi hic ad cuſtodiam per ſingulariſſimũ modum in ſignum magnæ dilectionis,quia magis,& ad maiora hic dilectus ab ipſo Deo, deinde etiam per reſpectum ad ipſam Virginem, cum B.Maria fuerit ſummè obediens filio,& viſceraliter,& gratanter

Virgo

Virgo glorioſa ſe habuerit ad filium, inſuper per reſpectum ad Ioannem, qui hac adoptione fuit factus ſucceſſor Chriſti, ſicut Petrus in Eccleſia, & theſaurarius, diſtributor, & ſecretarius: & ſic magnus præ alijs eſt factus, & acceptus quadam præeminentia ad alios: fiducia ad Deum in petendis, & obtinendis eſt ſublimatus, & dignificatus. Sic ergo Ioannes non ſolum præfata habuit, ex huiuſmodi adoptione in filium beatæ Virginis, ſed ipſe perpendit ſingulariſſimum affectum dilectionis Chriſti ad ipſum. Et ſic patet, qua ratione filius adoptiuus beatæ Virginis Ioannes fuerit. Tertium dubium. Quia Chriſtus dixit beatæ Virgini: Mulier ecce filius. Et diſcipulo: Ecce mater tua. Quæri poteſt, qualis fuerit iſta permutatio, & an de hoc virgo debuit contentari. Reſpondetur, quod iſta commutatio fuit valdè improportionata ratione maternalis amoris, quia Chriſtus fuit filius naturalis beatæ Virginis in ea conceptus ſupernaturali virtute, & de ipſa natus. Ioannes verò filius adoptiuus. Deinde ratione perſonalis conditionis, Chriſtus Deus, Ioannes homo, Chriſtus ueritas, magiſter ſapientiæ, & ſcientiæ, Dei theſaurus, Ioannes ſolum veridicus non veritas, ignorãs, diſcipulus pauper, vilis, & mẽdicus, Chriſtus rex, & Dominus, Ioãnes ſeruus indignus, Chriſtus fons, & origo omnium gratiarum, donorũ, & virtutum, Ioannes, & ſi virtuoſus, non tñ fons, & principium virtutum, Chriſtus omnia erat Mariæ, ipſe ſua dulcedo, conſolatio, gaudiũ, lætitia, illuminatio, & quicquid dici poteſt, ſed Ioannes quid? Nihil, quia creatura omnis comparatione Dei amaritudo eſt. Inſuper ratione internalis illuminationis Maria à Chriſto aſſiduè illuminabatur, & de æternis erudiebatur. Ioannes illuſtrari indigebat. Tãdem Chriſtus eſt noſtra beatitudo ſpes omnis, & fiducia, quomodo ergo ex dictis circunſtantiis penſatis non apparet, quod improportionata fuerit hæc permutatio, vt Ioannes Virgini loco filii daretur. Sed nunquid fuit de hoc virgo contenta? Certè huius diſcipuli collatio in filium fuit vno modo multum Virgini pœnalis præfatis conſideratis, ſed præſertim conſiderato tempore paſſionis, & hora, qua dabatur ſibi in filiũ, quia Ieſus indigebat ſumma conſolatione, & Ieſus erat in extremis, & ipſa iuxta crucem. Et licet prædictis inſpectis doloribus afficeretur, tamen, quia Ioannes, non dabatur ſibi, vt eſſet ei filius, ſut Ieſus, nec filiatio Ieſu ab ipſa ſubtrahebatur, & ſi perſona filii ad tempus ab ea ſubtrahe retur, ſed dabatur ſibi, vt de ipſa curam haberet, & ſibi obſequeretur vt filius matri. Hinc quod non obſtantibus pœnis, quas patiebatur in filio, attamen, quia ancilla erat humilis, & Deo per omnia parens Ioãnem in filium adoptiuum, & ſpecialem accepit tunc, & ſic ſemper tenuit, & nunc tenet, quemadmodum, & Ioannes ipſam. His dubiis ſolutis inſpiciendum eſt, quos actus Chriſtus circa matrem in cruce fecerit. Videt ergo Ieſus matrem, & diſcipulum. Et inquit Euangeliſta.

Dixit

Dixit matri suæ: Mulier. Vocat eã non matrem, sed mulierem à mollitie, & teneritudine, qua ipsi B. Virgo compatiebatur, quia tota crucifixa erat cum ipso. Et sicut in cera molli, cuiuslibet sigilli forma imprimitur, sic in anima Virginis mollificata Christi passione, & affectu compassiuo omnia passionis Christi tormenta erant infixa, & impressa. Vnde ipsam transformatam ad filium, & concrucifixam reddebat. Dicit ergo ad denotandum compassionem Virginis ad se, non mater, sed mulier. Fuit ergo hoc verbum dolore plenum tàm ex parte proferentis, quia cum lachrymis compatiendo matri, quàm ex parte Virginis suscipientis. Deinde dicit Discipulo: Ecce mater tua. Qua voce audita à Ioanne retraxit se, fuit ne inobediens discipulus in parendo Magistro? Nõ inquam. Sed quid egit? Ex illa hora accepit eam discipulus in suam; ac si eum genuisset. Et in hac actione ostenditur, quod Ioannes fuit purissimus, quia Virgini sociatus: à Deo dilectissimus, quia tale donum recepit; Christo acceptissimus, quia præ aliis hoc sibi est factum; virtuosissimus, quia tali amore maternali coniunctus Christo, & B. Mariæ conformis, & simillimus, quia simile, simili iũgitur; moribus regulatissimus, vita ordinatissimus, in parẽdo prontissimus, in verbo prudentissimus, Deo fidelissimus, conuersatione approbatissimus, & Beatæ Virgini gratiosissimus. Merito ergo talis sic ordinatus, sic virtutibus adornatus, in filium deputatus est B. Mariæ. Sicut ergo Ioannes ad Virginem se habuit, vt ad matrem, sic ipsa Dei genitrix ad Ioannẽ se habuit, vt ad filium. Et sic apparet, quod verbum B. Maria à Christo dum iuxta crucem staret accepit, & per consequens apparent duo, quæ erant videnda pro istius fructus expositione; Maria verbum accipit. Posita igitur expositione, quid nobis ex præfatis documenti præbeatur, est modo videndum. Vbi aduertendum, quod inducimur exemplo beatissimæ Virginis ad crucem amplexandam, & nullus se excusare debet de ignorantia, cum homo naturaliter scire desideret, & potius æterna, quàm temporalia, & cum in vita præsenti multis tribulationibus vexemur, ad crucem pergamus, & ratio, quia crux, ut dicit Chrysostomus, est spes Christianorum, resurrectio mortuorum, dux cæcorum, baculus claudorum, consolatio egenorum, pedagogus adolescentulorum, sustentatio pauperum, erectio desperantium, gubernatio nauigãtium, periclitãtium portus, liberatio captiuorum, sapientia insensatorum, libertas subiectorum, prophetia imperitorum, lex impiorum, præconizatio prophetarum, annunciatio apostolorum, gloria martyrum, abstinentia monachorum, castitas virginum, gloria sacerdotum, & totius ecclesiæ fundamentum. Quare ad ipsam cõfugere debemus, & præsertim, quia ibi iacet, & dormit Christus, qui omnia potest, ad quem diligendum totis visceribus curramus, & crucem suam manibus cordis tangendo, lachrymas effundendo, aspiciamus

ciamus prothotypum, cum omni patientia, & perseuerantia clamemus. O crux Aue spes vnica. Et sic imponamus finem huic quinquagesimo primo fructui.

Fructus LII.

FRVCTVS SEXTVSDECIMVS.

Maria eneruatur.

EXPOSITIO BREVIS.

MORTVO Saluatore, perforatoque ipsius à milite latere, compassionis gladio Mariæ confodiuntur interna, & corruens præ dolore in brachiis deuotarum suscipitur mulierum.

EXPOSITIO MAIOR.

EXCESSIVI, & insoliti B. Mariæ doloris, cãm originem, & modum, etsi in præcedentibus tetigerim aliqualiter, nunc fructu præsenti restat videre, quàm intensus in ipsa, & in filio dolor infuerit, dum passio Iesu ab impiis agere tur, & quia nõnulli doctorum habuerunt dicere Virginem summè in passione gaudisã generis humani pensata redemptione, ac quomodo Christus doluit dubitãt; ideò ad declarationem præfatorum est hic fructus principaliter indictus. Pro cuius expositione clarius vidēda, sunt duo discutiēda. Primum est, quãtus fuerit Christi dolor. Rõ huius est, quia ex dolore Christi iuxta vaticinium Simeonis Mariæ dolor causabatur. Secundum, quãtus fuerit ipsius B. Virginis dolor, mœstitia, & afflictio, & quo declaratur. Pro euidẽtia primi est videndum, an Christus verè doluerit, quia cũ eius anima esset beata, quomodo potuit dolere est dubium: & secundo, quãtus ei dolor extiterit. Ad intelligentiã primi, præsupponendo, quod Deminus Saluator verè doluit pro nobis iuxta vaticinium Ieremiæ: O vos omnes. Et illud à semetipso in cruce dictum, est vidēdum quomodo fuerit posibile, & erat, quod Christus doleret. Duos modos recitabo, teneatur, quod placet, videlicet, quomodo in Christo simul, & semel, erat summa tristitia, & dolor, & summa lętitia. Alexander & Bonauentura ponunt aliqua, scilicet quod Christus passus est non solum secundum sensualitatem, sed etiam secũdum rationem, & secũdum rationem dupliciter potest intelligi, vno modo vt ratio est, & sic non patiebatur, quia passiones consequuntur ipsam deliberationem, & sic anima Christi non patiebatur, imò gaudebat,

debat: placebat enim ei pati pro salute hominum. Alio modo vt natura est, & sic cum haberet naturalem appetitum, & inclinationem ad corpus, vtpote perfectio ad perfectibile, sic anima secundum rationē patiebatur. Dicunt insuper, quod duplex est dolor in anima, vnus, qđ ineſt animæ secundum se, alius, qui ineſt ei ex carne, & ambo fuerunt in Christo, primus compatiendo peccatis nostris, & iste dolor, est à voluntate rationali, & erat procedens ex consideratione rationis, quæ recogitabat peccata nostra. Secundus autem infuit ei, vt ratio est natura, & nō vt ratio est ratio. Dicunt insuper, quod passio in sensualitate nō tantum in Christo peruenit àd rationem inferiorem, sed extendit se vsque ad superiorem portionem, & ponunt exemplum, quod sicut anima in nobis ex coniunctione sui ad corpus infectum tota corrumpitur, & tota Inficitur secundum omnem sui vim, & secundum omnem sui partem tàm superiorem, quàm inferiorem, sic anima Christi, ex cō iunctione sui ad corpus patiens, & afflictum tota patiebatur, & affligebatur, vt per illam passionem, & dolorem, tota peccatrix anima curaretur. Et sic fuit passio in Christo secundum supremam rationis partem, quamuis in ea fuerit gaudium fruitionis. Et si quæratur, quomodo est possibile secundum eandem potentiam gaudium, & dolorem? Respondet Bonauentura præsupponendo tria: primum, quod gaudiū fruitionis, & dolor passionis non sunt affectiones contrariæ, quia non sunt respectu eiusdem, nec eodem modo insunt eidem, quia vnum per se, & aliud per accidens, sicut patet de beatitudine gratuita animę, cui ineſt dolor propter naturalem coniunctionem cum carne. Secundum, quod non tantum dolor, & gaudium sunt contraria, sed vnum est materiale aliquando respectu alterius, & ideò simul esse possunt, vt in pœnitente, qui simul dolet, & de dolore gaudet. Sic & anima Christi fm naturam corpori compatiebatur, & tñ de illa passione, & compassione lætabatur. Tertium, quod Christus simul erat viator, & comprehēsor ita quod cognitio viatoris non impediebat cognitionem comprehensoris, nec affectio affectionem. Vnde sicut simul, & semel poterat perfectè conuerti ad Deum, & conuerti ad nos, ita quod vna istarum conuersionum aliam non impediebat, nec retardabat, sic potuit secundum eandem partem animæ simul, & semel gaudere in Deo, & compati corpori, ita quod nec dolor à gaudio, nec gaudium à dolore pateretur aliquam diminutionem, siue remissionem. Sic ergo secundum istos patet aliqualiter, quomodo dolor, & gaudium in Christo simul, & semel stabant.

Magister Petrus Aureoli post recitationem multarum opinionum dicit quod in voluntate Christi, nec tempore passionis, nec post, fuit vnquàm aliquis dolor, vnde dolor, & gaudium, quæ habuit fuerunt in distinctis subiectis, & non in eodem, quod enim non potuit habere

tristi-

tristitiam in voluntate prouenit, quia non potuit habere talem tristitiam, nisi secundum rationem rectam, sed secundum rectam rationē Christus tristari non debuit de passione sua, nec de dolore, quem sustinebat: ratio, quia Deus volebat sic, & hoc ipse sciebat. Quare propositum. Dolor ergo vbi fuit? Respondet ipse, quod in appetitu exteriori, vt in carne, puta in corde. Fuit enim ibi tristitia pauor, angustia, & dolor, sed ista tristitia in corde non ascendebat vsque ad voluntatem. Et si dicatur, inquit, Sancti dicunt, quod ascendit vsque ad superiorem rationem, respondet, quod verum est approbatiuè non subiectiuè, quia enim Deus uolebat Christum habere talem dolorem in carne, & talem tristitiam in corde voluntas sua hoc approbabat, & quod ita sit possibile ostendit, quia istæ passiones si sint ita colligatæ in nobis, quod tristitia in corde ascendat vsque ad voluntatem, hoc prouenit ex obiecto, non ex subiecto, ex eo quod sunt radicatæ in eadem anima, vnumquodque enim patitur, secundum, quod natum est pati, & ideò patiente sensu, ab obiecto, non est necesse voluntatem pati ex hoc quod sensus patitur, quia non patitur tali passione, sed hoc prouenit ex obiecto, quia patiente sensu virtus æstimatiua apprehendit illud obiectum, ex quo patitur sensus, vt disconueniens, & ideò causatur dolor in corde, & vlterius ratio apprehendit, ut malum, & ut disconueniens in uniuersali, & sequitur tristitia in uoluntate. Ex hoc patet, quomodo dolor, exterior in carne, & tristitia in corde, & in uoluntate, non vniformes sunt, imò existente maximo dolore in sensu exteriori, potest esse minima, uel nulla tristitia in corde, & uoluntate, eo quod æstimatiua potest apprehendere obiectum, ut conueniens propter aliquam singularem causam, & mutationem, quam non percipit sensus. Et ulterius ratio potest, aliam intentionem uniuersaliorem considerare, ratione cuius non dolet voluntas. Et sic concludit, quod in Christo ratione uoluntatis nullus fuit dolor uel passio. De his opinionibus accipiatur, quæ placet, quia non est præsentis negotii, quid habeant ueritatis uel falsitatis discutere, sed de hoc in summa euenit sermo. Vnum tamen est tenendum incunctanter, quod Dominus Iesus nostros dolores accepit, & uerè pro nobis doluit, vt docet Ecclesia, attamen ex his propassionem, & non passionem sua anima habuit. Et sicut miraculosum fuit, quod Saluator noster simul fuerit uiator, & comprehensor: sic fuit supernaturaliter, & miraculosum, quod superior portio existens beata non redundaret in inferiorem, ut dicit Scotus, vt in anima eius benedicta simul esset gaudium, & lætitia, & si non respectu eiusdem, sed diuersorum. Et dato quod esset beatus, non tamen redundantia superioris partis ad inferiorem animæ, & deitas carnem dimittebat agere naturam suam. Hoc ergo viso, fuit possibile Christum pati, cum esset beatus. Vi-

dendum

dendum est nunc, vnde causabatur eius dolor; quo viso patebit, quantus ei fuerit dolor. Et complectendo vtrumque simul, magnitudo doloris Domini Iesu, & vnde oriretur ostenditur ex pluribus. Nempe ex sudoris sanguinei emissione, quod quidem fuit, etsi causabatur principaliter ex amore, tamen per accidens ex timore. Vbi sciendum, quod timor habet restringere, amor verò dilatare. Sudor venit potius ex dilatatione, quia pori aperiũtur, & nõ ex constrictione, & ideò per se iste sudor causatus fuit ex amore, tñ per accidens timor cooperatus fuit. Sed qualiter? Dicitur, quod i Christo fuit lucta mirabilis inter amorẽ naturalem, & voluntarium; inter voluntatem rationis, & sensus. Christus enim in illa hora videbat totum processum suæ passionis, omnia et suorum, & omnium, qui pro ipso erant passuri, in tãtum quod tunc in quolibet patiebatur, & quia naturalis rectitudo voluntatis, qua fertur in bonum suum, & sensualitas hoc abhorrebat tãquàm naturæ nociuum, & repugnãs, timebat in tãtum, quod ille timor quodãmodo sãguinem adiuuabat. Sed ipse superna charitate ferebatur in diuinum honorem, & bonum proximi, & videbat talia pati, esse ad honorẽ Dei, & proximi vtilitatem: & ideò ex motu charitatis voluntatis, vt rõ est fiebat motus fortior, quàm esset naturalis, & dilatabãtur membra, & sanguis per timorem adiutus disgregabatur, & liquefiebat, & sic fiebat sudor sanguinolẽtus. Et tunc, sic naturali amore motus dixit: Trãseat à me calix iste, & rõnali dicebat: Non quod ego volo, sed quõd tu. Et tũc timor per accidens cã fuit, vt facilius sanguis ageret in materia adunata. Attamẽ q; hic timor talis in aliquo fuerit ex passione, de nullo alio legitur, quare maximi doloris ab ipso accipiendi in passione signum expressiuum fuit. Secundò ex timore, quẽ habuit. Vbi sciẽdum secundum Damascenum, quod timor est quadruplex, videlicet, timor naturalis, qui ex triplici cã accidit, prima ex instinctu naturæ, quo timet sui destructionẽ, secunda ex apprehensione sensitiuæ, quia apprehendit aliquod futurum malum imminens personæ, & ambæ istæ causæ fuerunt in Christo, & sic fuit in eo timor naturalis. Tertia ex cognitione intellectiuę, vt est extremum iudicium, timere dãnari, & iste non fuit in Christo, quia erat iã beatus. Alius est timor, qui vocatur innaturalis, qui prouenit ex immoderatione naturæ, & immaginatione cum ignorãtia euentus, & credulitate, puta cum timet, vbi, vel quã do non debet timere: & hic vocatur timiditas, & opponitur fortitudini, habetq; secum sex species, segnitiem, erubescentiã, verecundiã, admirationem, stuporem, agoniã, ex aliquo infortuito, nihil horum potuit esse in Christo, cum sibi inesset omnium fortitudo. Tertius timor vocatur vitiosus, & est duplex, mundanus, scilicet, & humanus, & nullus istorũ fuit in Christo. Quartus timor vocatur gratuitus, & est quadruplex, seruilis, castus, filialis, & sanctus. De præfatis in Christo fuit

timor

timor naturalis modo dicto,& filialis,ex timore, scilicet naturali,quẽ habuit,vt dicitur in euangelio,quod cepit pauere, & tedere . Doloris magnitudo exprimitur. Tertiò causabatur dolor,& magnitudo dolo ris in Christo ostendebatur ex suæ naturæ læsione, quia cum sua natu ra esset summè,& optimè cõpo sita,& complexionata ; ideò fortius prę aliis lædebatur . Similiter patiebatur , & dolor fiebat,& læsio in locis magis sensibilibus,videlicet neruis,& musculis , similiter mors cru cifixorum est acerbissima valde,quia frãguntur in locis neruosis , scili cet manibus,& pedibus,quæ sunt membra multum sensibilia, pariter pondus corporis pendentis,diuturnitas mortis,quia tales statim non moriuntur. Causabatur etiam dolor ex generali totius corporis quo ad singula membra læsione, caput coronatione spinarum,oculi vela tione,& sic de aliis membris,vt dictum est supra fructu 50.Dolor etiã & magnitudo ipsius causabatur ex consolationis subtractione, in pas sione nulla facta est redundantia,consolationis à parte superiori ad in feriorem,nec animæ ad corpus,quod tñ nõ fuit in martyribus, quia ex consolatione diuina refrigerium recipiebãt in pœnis, quod vix sentie bãt eas.Non sic Christus,vnde vere dicit:Deus,Deus meus,vt quid de reliquisti me?Quo verbo magnitudo doloris exprimit, & eo amplius ex doloris perceptione,quia inferior pars dimissa est agere , quod erat sibi proprium. Insuper cum mors Christi fieret in satisfactionem pec catorum totius humani generis.Hinc est,quod maior fuit pœna in eo, quàm sit delectatio omniũ hominum in peccatis.Ratio huius est,quia cum Deus non sit acceptor personarum,rem diligit, secundum quod diligibilis est,sed vita Christi,quæ erat vita Dei, erat melior omnibus aliis,ergo erat magis diligibilis à Deo ordinatè, quàm omne aliud,& maximè quàm sit diligibilis omnis voluptas peccati . Et sic cum dele ctatio causetur ex præsentia rei summè diligibilis , magis delectaba tur Christus in vita sua,quàm possent delectari omnes homines in ho mines in omnibus peccatis suis.Ratio quia erat res magis diligibilis , & delectabilis,& ipse ordinatè in rem dilectam fortius, & intẽsius mo uebatur,quàm homo inordinatè . Et vltra cum ablatio delectabilis sit causa pœnalis,sicut eius præsentia fuit delectabilis: planum est,quod pœna,& dolor causatur ex ablatione absentiæ rei tantum dilectæ . Ita quod quanto magis res est dilecta tanto est dolor maior de absentia, ergo maior pœna fuit in expositione vitæ Christi, quàm potuerit esse delectatio in omnibus peccatis possibilibus.Sic ergo patet quanta est pœna à Christo susceptа.Dolor etiam ex consideratione circunstãtia rum venari potest,videlicet loci vilis,in quo passus est, loci eminentis, quia in Caluario:in die solenni , quia, quando multi conuenerant, & cum tali societate latronum.Quemadmodum etiam ex voluntatis na turalis repugnantia,& rebellione,nec non ex motiuis intrinsecis,quę

ipsum

ipsum ad dolendum multipliciter mouebant, videlicet omnium offensionum Dei factarum, & fiendarum, animarum, & hominum damnatione, dispersione illorum, nec non etiam consideratio martyrum futurorum magnitudinem dolorum augebat, quos videbat propter se passuros, & in quolibet moriebatur. Ideò dicitur: Occisus ab origine mundi. Paucitas etiam saluandorum, & tamen suam passionem sciebat sufficientissimam esse pro omnibus. Et idcircò de tanta paucitate dolebat, sicut & de ingratitudine populi, de infidelitate omnium futurorum, excæcatione suæ gẽtis, fraudatione sui meriti, & tandẽ de satisfactione vniuersali sui, & suæ pœnæ neglecta, Hæc erant intrinseca motiua, quæ maximum ingerebant dolorem. Præcipuè etiam, quia in eius effectu rectitudo fuit ad detestandum omnia mala, & relatio animæ ad corpus fuit amor non solum vt ad corpus hominis, aut talis animæ, sed etiam, vt ad corpus personæ diuinæ. Et ideò separatio animæ à tali, & vt tali erat longè pœnalior, quàm sit cæterorum. Et sic patet ex dictis, quomodo Christus doluit, & quibus de causis ac quantus eius dolor fuit. Sed hic est vnum dubium, cum enim in nostro redẽptore sit ponendus duplex dolor, videlicet, passionis, & hic specialiter in sensualitate, ita tamen, quod non ascenderit, ad perturbandum rationem, & dolore compassionis, quo condoluit nobis, & quilibet fuit intensus, quis horum fuerit maior? Respondet Bonauentura, quod vterque istorum dolorum cum fuerit in sensualitate, & ratione, sed ordine permutato, quia dolor passionis corporis primò attingit animam secundum sensualitatem, & demum secundum alias vias, dolor verò compassionis fit è conuerso, primò erat in ratione, & secundò redundabat in sensualitatem. Sicut enim nostra ratione dolente gemit pro peccatis, & sensualitas lachrymatur, sic & Christus, qui multum pro peccatis nostris fleuit. Si ergo fiat comparatio doloris, sensualitatis, ad dolorem passionis, potest esse dupliciter, vel in genere passionis, & sic cum passio primò attigerit sensualitatem, concedendum est animam Christi secundum partem magis doluisse. Sed cum hæc sint duo genera doloris, quis horum fuerit intensior in Christo? Respondet, quod compassionis. Ratio est, quia, etsi magna ratio doloris esset in anima propter separationem ipsius à carne, multò amplior erat dolor, & in dolore compassionis, causa dolendi propter inhonorationem Dei, & propter separationem nostram à Deo. Similiter maior erat dispositio ad dolendum propter nimietatem dilectionis, secundum enim quod dilectio maior, secundum hoc plagæ compassionis sunt maiores, & quod iste dolor fuerit intensior, patet, quia maluit animã suam à corpore separari, quàm nos essemus separati à Deo. Insuper, quia fleuit pro peccatis nostris, sed non fleuit pro pœna corpo

ris sui. Et planctus est signum amaritudinis,& doloris. Ex dictis ergo apparet,quid dicendũ sit pro primo pũcto expositionis huiusfructus.

Circa secundum,videlicet,de dolore B. Virginis quantus fuerit q̃dã sunt notanda,& præsupponenda,& demum aliqua declaranda. Præsupponenda sunt,quod Beata Virgo de passione filii dolorem habuit, hoc prædixerat ei Simeon:Et dolores , quibus in partu caruit,in passione suscepit,præcipuè dum staret iuxta crucem affligebatur,conspiciendo filium in tot tormentis positum. Hoc ergo præsupposito,quod Virgo doluit de filii passione , vt etiam Alexander sustinet in tertia parte,qua quæritur: Vtrum post primam sanctificationem fomes remanserit in Virgine?Ponit quod Beata Maria in passione filii habuit dolorem maximum,& gaudium. Gaudium secundum partem superiorem,& dolorem secundum inferiorem. Et talis dolor non oriebatur ex fomite,nec ex peccato,sed ex naturali pietate,& sensualitate. Et mouebatur etiam affectu naturali,quo mens fertur in bonum suum,& bonum naturæ,& bonum naturaliter, in quo summè gaudebat, & ideò naturaliter;de eius ablatione, scilicet,vitæ Christi naturaliter summæ dolebat. Erat nihilominus Virgo sanctissima,& prudẽtissima, & ideò voluntate libera,& electiua,quæ, vt ratio monet, summè conformata voluntati diuinæ salutem humani generis summo desiderio sitiebat, & pro ea etiam filium ad passionem offerebat,& sic voluntate rationis in bonum finale ferebatur. Ita quod sicut Christus secundum partem superiorem erat comprehensor, & summè lętabatur , & tamen quantum ad partem inferiorem erat viator,& summum dolorem patiebatur , ita voluntas Virginis charitate informata volebat , & gaudebat de passione Christi : dolebat tamen naturali dolore materno. Et quia dolor præcedit gaudium,videndũ est,vnde iste dolor causatus fuit,& quomodo;deinde si eius dolor,cuiuscunque matris pœnam,& dolorem excesserit. Sciendum est,quod dolor Beatæ Mariæ causabatur ex multis,& primò ex filii venditione considerando,quo motiuo,quia ex fecerat,& quo venditur, à quo venditur, quia à Iuda,cui tot beneficia quia Scribis,& Pharisæi,quia triginta denarijs Quibus est venditus, vnguento effuso,deinde,ex inuidia filii sui. Sic ergo venditionem cõsiderando Virgo dolebat . Causabatur etiam dolor ex captione cogitando quomodo iuerunt,superbam eorum responsionem , Iudæ præcessionem,accessum,& osculationem, manus iniectionem,percussionem,& ligationem, quibus meritò dolor eius cordi immittebatur. Dolor pariter causabatur omnium discipulorum & aliorum considerando elongationem;discipuli etenim fugiunt, parentes, & noti derelinquunt,quare sic derelictum ab omnibus Maria dolebat. Causabatur etiam dolor considerando deductionem sui filii ad domum Annæ,

Caiphæ,

Caiphæ, Pilati, & Herodis deridendo eum cum tanto tumulto, clamore, & ludibrio, afflictum, & flagellatum, & capite ad terram inclinatũ. Causabatur dolor in Virgine ex verberum percussione flagellatus in domo Caiphæ, & Pilati, & vt ipsa B. Bernardo reuelauit vnam legionem verberum susceptt, quæ ascendunt ad sex millia sexcenta sexagin ta sex verbera. Colaphis cęsus, & percussus, consputus, & in facie tumefactus. Sic ergo cernendo filium flagellatum, & plagatum, ac in facie totaliter mutatum summè dolebat. Causabatur pariter dolor in Virgine, ex capitis excerebratione, & hoc in coronæ capiti de spinis impositione. Spinæ enim, de quibus Christi corona est composita, cum essent acutissimæ totum caput suis punctionibus excere brarunt, ac vndique sanguis emanans totam faciem tunsionibus sputis, & fœditatibus deturpatam, & capillos capitis, & barbæ balneabant. Quæ omnia maximum dolorem in Virgine ingerebant. Causabatur dolor ad mortem condemnatio, flagellatio, illusio, & mors latronum apta, & crucis, nec non deductio ad mortem, denudatio, crucifixio, clauorum, perforatio, vilipensio cunctorum, derisio Iudæorum, Ioannis traditio pro filio, & terminatio mortis. Hæc omnia intensissimum dolorem ingerebant. Et sic patet qualis, & quantus fuerit dolor in Beata Virgine. Videndum est nunc, si dolor ipse excessit dolorem cuiuscunque matris, & ratio est, quia dicit Hieronymus in sermone de assumptione, quod Virgo plusquàm martyr fuit. Pro cuius solutione aduertendum, quod hic cum fiat comparatio inter dolorem compassionis, quem Virgo habuit, ad dolorem passionis, quem martyres habuerunt, sciendum est, quod dolor passionis oritur à læsione carnis cum perceptione sensus, & redundat in animam, dolor verò compassionis è conuerso: quanto ergo anima est potentior, & magis dominans super carnem, & caro delicatior, & subiecta animæ, tanto fit maior redundantia, & est maior dolor, qui incipit ab anima, quàm à carne. Quia sic erat in Beata Maria; ideò maior fuit dolor compassionis in ipsa, quàm dolor passionis in quacunque matre, licet dolor, qui est, ex parte naturæ corruptibilis sit magis exterminatus vitæ corporalis, quàm dolor compassionis, qui est ex parte animæ. Aliquando tamen homo sic absorbetur extra, isto dolore, quando totaliter est perturbatus, & non sistit solum in naturali voluntate, etiam quod iste dolor compassionis, qui fuit in Virgine excedat martyrum doloris, patet ex illo verbo Simeonis ad Mariã. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. In quo verbo ponuntur quinque verba quinque argumenta facientia ad propositũ. Primum, quia dicit: Tuã. Argumentum sit, Virgo non fuit passa aliud martyriũ, nisi in Christi passione, ergo si non doluit plusq̃

quismartyr, non plus meruit, nec eius martyrium plus fuit meritorium, & sic in gloria haberet minorem aureolam, quàm alii martyres, vel nullam. Secundum verbum est: Ipsius: Quo arguitur sic. Acerbior fuit gladius passionis Christi, quàm cuiuscunque martyris, sed gladius passionis Cristi animam Mariæ pertransiuit, ergo acerbior fuit, quàm cuiuscunque martyris. Tertium verbum est: Animam: quo arguitur sic: Maior est afflictio, quæ penetrat animam scindendo, quàm quæ carnem, sed in aliis penetrauit carnem, & in Virgine animam, ergo maior fuit afflictio Virginis, quàm alicuius martyris. Quartum verbum est: Pertransibit: Quo arguitur sic: fortius pertransitur anima in amissione illius, quem summè diligit, quàm in amissione illius quem odit, sed Beata Maria summè diligebat vitam corporalem Christi, & martyres suam vitam propriam odio habebant, ergo plus doluit Virgo amittendo vitam Christi, quàm martyres amitendo vitam propriam. Quintum verbum est: Gladius, quo arguitur sic: quia magis est penetrans gladius compassionis, quàm passionis, vnde deuotus Bernardus in sermone de Passione, qui incipit: Si lingois hominum. Inquit: Fugientibus apostolis in faciem filii se opposuerat mater, & gladio doloris, eius animæ infixo vulnerabatur spiritu, & crucifigebatur affectu, & in carne Christi agebant clauj, & lanceæ, hoc in eius mente compassio naturalis, & affectionis maternæ angustiæ. Hæc Bernardus: Sic ergo apparet, quod dolor Virginis Mariæ maior fuit, quàm cuiuscunque martyris. Etsi dicatur maior est dolor de malo proprio quàm de alieno, ergo non dolebat Virgo de malo Christi tantum, quia alienum, sicut martyres, quia de proprio. Dicendum quod verum est de dolore passionis, sed de dolore compassionis est falsum. Etsi dicatur maius est pati mente, & carne, sicut martyres, quàm mente solum, sicut Virgo. Respondetur quod martyres in carne solũ principaliter patiebantur, & pax in mente, quia habebant consolationes, in Virgine autem fuit oppositum. Ex his ergo apparet quàm magnus fuit dolor Mariæ, & quomodo intelligitur præsens fructus Maria eneruatur. Restat ergo videre, quomodo Beata Maria de passione filii gauisa fuit, & licet possibilitas sit ostensa, quia inferiori parte rationis dolorem, sed in superiori gaudium habebat, tamen quod Virgo gauisa fuerit ostenditur nonnullis vijs, videlicet, comparando eam ad Deum, & ad suam mentem: quia mens ordinata præfert volũtatem diuinam suæ, & plus incomparabiliter gaudet de Dei honore, q̃ de suo, & propria voluntate. sed Christi passio erat à Deo volita, & diuinæ voluntati acceptissima, ergo Virgini gratissima: alioquin vel ignorasset Christi passionis efficaciam, vel noluisset diuini hono-

ris emendam. Comparando etiam eam ad mentē filii gaudebat, quia mens eius vna erat, & summè cōformis in volito menti filii, aliter nō summè eum diligeret, sed mens filii suam mortem sitiebat, vnde & dixit: Sitio, ergo & ipsa similiter. Gaudebat insuper Virgo comparando eam ad genus humanum, quia ipsa sciebat se esse matrem Dei propter genus humanum ergo summè diligebat salutem generis humani, pro qua materni fastigij obtinuit dignitatem. Sic etiam gaudebat, comparando ad mortem sanctorum, quia ipsi amore passionis Christi se libenter tradebant morti, imò matres sanctissimæ pro Christi amore filios proprios videntes occidi summè gaudebant, ergo multò magis ipsa, cum esset feruentioris charitatis. Vlterius gaudebat cōparando eam ad bonum commune, quia nulla mens est ordinata, quando nō præfert commune vtilitati propriæ, præcipuè, quando ex hoc nullum suæ saluti fit præiudicium, sed Christi passio bonum commune erat expediens omnibus, ergo illud Virgo summè diligebat. Tandem gaudebat Virgo comparando seipsam ad se, & ad patrum desideria, qui expectabant liberationem per Christi passionem à lymbo, quam sciebat Virgo fiendam: insuper desiderio conflagrabat Deum videre, & suam propriam salutē obtinere, q̄ sciebat se habere nō posse, nisi per passionē filii. Sic ergo B. Maria de pasione filii, vt mater dolebat, sed vt Deo conformis gaudebat. Et sic præsens fructus declaratus est, & ad nostram eruditionem debemus scire, quod Domino nostro Saluatori recompassiuè affici tenemur, etsi dolor dolori recompensari debet, sed quia in hoc nō possumus. Saltem iugiter exemplo Marię cruci astare debemus peccata nostra plangendo, Virginem diligendo, salutem nostram desiderando, peccatores nos accusando, peccata plangendo, passionem Christi meditando, flagellis carnem nostram domādo, et Deo patri nostro reuerentes caput inclinando, &c.

FRVCTVS DECIMVSSEPTIMVS. Fructus LIII.

Maria Iesum recipit.

EXPOSITIO BREVIS.

CORPVS Iesu crucifixi hora iàm vespertina aduenīente, de cruce deponitur, ac in gremio, & brachiis reclinatur suæ dolentissimæ matris, dolor dolori adijcitur, dum speciosum prę filijs hominum intuetur perforatum, liuidum, & totum sanguine cruentatum.

EXPOSITIO MAIOR.

NECESSARIA quàm fuerit mors B. Mariæ vnigeniti filij pro peccatis nostris, & liberatione humani generis à manibus nostri hostis diaboli, etsi fructu 55. plene dicetur, pro præsenti hoc factum sufficiat sua passione, videlicet patrum à lymbo liberatio, & amotio, sed qualiter, & quomodo, hic in fructu præsenti dicetur, cuius ratio est, quia cum in fructu præcedenti sit dictum de morte Christi, nec statim eo mortuo corpus sit à cruce depositum, attamen eius anima iuxta articulum fidei, & doctorum sententiá à corpore egressa statim ad lymbum descendit, & ideò pro huius fructus expositione, videndum est primò, de Iesu post separationem animæ à corpore discessu ad inferos, secundò, quomodo corpus eius iam mortuum fuit à milite, dum esset in cruce in latere perforatum. Tertiò qualiter de cruce corpus depositum, in brachiis maternis exstitit reclinatum. Pro euidẽtia primi præsupponendo, & incõcussè tenendo Dominum nostrum Iesum, idest, anima sua sanctissima, deitati vnita descendisse ad inferos videnda sunt aliqua. Primum quid nomine inferorum intelligitur; cum fidei articulus dicat. Descendit ad inferos. Respondetur, quod etsi in sacro eloquio infernus multipliciter accipiatur, tamen pro præsenti Apostolus Paulus in epistola ad Ephesios declarat dicens: quod Christus primum descendit ad inferiores partes terræ. Glossa, idest, inferos, ergo videtur, quod nomine inferorum inferiores partes terræ designentur. Sed quod infernus sit principaliter in partibus inferioribus terræ, patet ex scriptura, quæ per descensum iter ostendit ad infernum dicens: Descendant in infernum viuentes. Descendam in infernum ad filium meum Ioseph. Similiter habetur, quod Coreæ, & Abiron descenderunt in infernum. Sic ergo videtur, quod quia in inferno inferius nobis erit per descensum, & non per ascensum designatur. Hoc idem exprimit vocabulum, siue inferorum, siue inferni. Sic ergo secũdum Apostolum per inferiores partes terræ iam infernus describitur, & meritò in tali loco esse debet, quia miseri, & dãnati extremum tenere decet, vt sicuti beati in loco sunt omnium supremo, ita damnati sunt in loco, qui est centrum terræ, omnium infimo. Sed sciendum, quod in inferioribus partibus ante Christi descendum erant quatuor loca, primus in quo est carentia gloriæ, & gratiæ, & præsentia pœnæ sensibilis, & iste locus vocatur infernus damnatorum. Secundus est, in quo carentia gratiæ, & gloriæ, & pœnæ sensibilis, & iste dicitur lymbus puerorum, quibus pœna sensus non debetur, & quilibet dictorum locorum, est locus tenebrosus, etsi primus sit omnium obscurissimus. Tertius locus est illorũ,

qui

qui carent gloria, non tamen gratia, & habent præsentiam pœnæ sensibilis, & iste dicitur locus purgatorij, siue sit superior ad lymbū puerorum, siue non, quia nonnulli volunt, quod quoad situm, & pœnam non diuidatur ab inferno loco, nisi sola spe exeundi. Locus etiam purgatorii multis aliis de causis assignatur animabus pro pœnitentia alicuius à prædicto, sed non est materia pro præsenti videnda. Est aūt locus supra istos, in quo est carentia pœnæ, & gloriæ, & non gratiæ, & iste vocatur lymbus patrum. Ad istū sancti patres deducebātur, & etiā illi de purgatorio pœnitentia peracta ante Christi mortem, quia nondum erat porta cęli aperta, quia passio Christi nondum erat exhibita. Quia ergo hæc omnia quatuor loca sunt in infetioribus partibus terræ sita vocantur omnia aliquādo in sacro eloquio inferni nomine, de quo nostræ fidei articulus loquitur. Et sic patet primum: Secundū dubium, an anima Christi diuinitati vnita ad lymbū descendere debuit? Respondetur, quod sic, vt sacram scripturam verificaret. Tu autem in sanguine testaméti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et illud: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Et etiam: Pene trabo omnes inferiores partes terræ. Et Iacob moriens dixit: Salutare tuum expectabo Domine. Vt victo diabolo per passionem suam, quos vinctos tenebat, ab eius manibus eriperet, & vt ipsum ligaret. Iuxta illud: Apprehendit serpentem antiquum, & ligauit eum. Et illud Paulinum: Expolians principatus, & potestates traduxit confidenter. Vt sicut ad liberandum nos à morte languores nostros tulit, sic & descensum ad inferos, quem incurreramus peccato, dolores portando nostros impediret, & ab inferis cum gratia iàm manentes liberaret. Vt sicut in mūdum istum veniendo suam ostendit humilitatem, & charitatem, sic & descendēdo ad inferos illuminaret. Vt Zacharias prophetauerat: Illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedēt. Vt qui in fide ipsius erant saluati, pariter & à lymbo essent liberati. Vt eis gaudium infunderet, qui tanto tempore expectatione sui aduētus erant fatigati. Tandem, vt impleretur, quod Apostolus erat prædicaturus: In nomine eius omne genu curuatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Sic ergo patet, quod decuit animam Iesu ad infernum, & specialiter sanctorum patrum lymbum descēdere. Tertium dubiū est cum quibus ad inferos descendit, & licet non habeatur clarum ex scriptura, tamen debet fideliter credi, quod maxima multitudo angelorum cum ipso descendit. Si enim diabolo in deserto superato, angelo accesserunt, pariter credendum ad animam associandum descendisse, decebat enim Imperatorem cunctorum sociari, ac mortis triumphatori cœli milites iniungi. Sic ergo sociatus ad lymbum, & inferiores partes terræ descendit. Quartum dubium: Quid Christus egerit ad inferos descendendo? Vbi sciendum, quod aliqua gerunt angeli

Zac. 13. Osea 13. Eccl. 24. Gen. 49.

Apo. 1 9. Coloss. 2.

ipsum præcedentes, & comitantes, aliqua ipse, aliqua in locis. Anima ergo motu, quo angeli mouentur, ad lymbum descendendo sancti angeli præcesserunt, & clamantes, vt piè credendũ est dixerunt: Attolite portas. Sed vide quod spiritus maligni cognoscunt eum, quod est rex gloriæ, & in voce emissa, quando expirauit in inferno audita fuit. Vel poterat esse verbum derisoriè dictum, quis est iste rex gloriæ? Et sic despectiuè interrogabant. Ideò sciendum, quod Dominus Iesus cũ diabolo dum esset in mundo vsus est sapientia, vt astutiam eius elideret, hunc verò habita de ipso victoria vti decebat potentia. Sed quid statim verus Samson egit? Portas accepit, vectes confregit, & statim locus inferni patens fuit, tenebras omnes depulit, lumen infundẽdo, omnis doloris, & tristitiæ ab eis statim morbum effugauit, hostes dæmones debellauit; ipsorum exilium per tantum tempus à patria cœlesti terminauit, lymbum perpetuò clausit, & euacuauit. Humani generis facta redemptione per ipsum declarauit, cœlum hæreditate restituta reserauit, potestatem diaboli, quoad deductionem ad lymbum, totaliter dissipauit. Aliquos eorum ad perfectam resurrectionem in sua resurrectione deputauit. Et tandem eos in cœlestem Ierusalem deducendo beatificauit. Ecce qualia peregit Dominus Iesus ad inferiores partes descendendo. Sed quid egerunt sancti patres, qui in regione illa erant clausi à principio mundi, vsque ad illud tempus? Certè ineffabili gaudio, & lætitia sunt repleti, & meritò, quia ab omnibus miseriis liberati. Adam videndo protulit, Misericordias Domini in æternum cãtabo: Abel iustorum caput, & martyrum dixit: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum: Seth clamauit: Inuocabo nomen tuum assiduè; Noe, Misisti de summo manum tuam, & assumpsisti me de aquis multis; Abraham, Deposuisti testamentum tuum ad me, & iuramentum tuum ad Isaac, Iacob, Ioseph, & multitudo filiorum Israel clamarunt; Cantate Domino canticum nouum, quia fecit nobiscum misericordiã suam; Moyses, Aaron, Sacerdotes, & Leuitæ. Cantemus Domino! gloriosè magnificatus est, equũ, & ascẽsorẽ proiecit in mare. Quid persoluebat laudis cuneus prophetarũ, Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel. Cantate Domino, quoniã magnificè egit, annunciate hoc in vniuersa terra. Et sic omnes animæ ibi detentæ gratias persoluebant diuinas. Saluator ergo noster ad regionẽ patrũ, & aliorum descendens, nulli dubium est, q; ipsos dulciter salutauit. Sic ergo apparet, quid uo descensu ad inferos, Christus in partibus illis peregerit. Et ex hac perfusa lætitia, oculo mentis perceperunt mysteria non antea exactè cognita. Tunc Adã cognouit, quid lignũ vitæ importabat; Noe intellexit, quid arca, & arcus in nubibus. Abraham quid aries immolatus. Isaac quid odor agri pleni. Iacob quid schala cœlum tangens. Ioseph quid suus manipulus. Moyses quid sua de aquis assumptio, rubi incombustio

bustio, summersio Pharaonis, percussio petræ, & cibatio populi de cœlo, Aaron quid agnus, vitulus, hircus: Iosuæ, quid Iordanis transuectio, Iericho destructio, & hostium populi Dei prostratio. Aaod, quid esset occisio Eglon, Barach Sisare, Samson interfectio Philisthijm. Gedeon, quid complutio velleris, & Madian debellatio. Dauid, quid vrsus, Leo, & Goliath. Salomon, quid Dei templum, altare aureum, & Sãcta Sanctorum. Ezechias, retrocessio solis. Isaias, quid esset sedere Dominum super Cherubim. Ieremias, quid olla succensa ad Aquilonẽ. Ezechiel, quid visio Dei. Daniel, quid sanctus Sanctorum. Zacharias, quid fons in Domo Danid. Et sic de alijs figuris, & dictis ab ipsis sanctis prophetis. Et hæc sufficiant quantum ad quarti dubij solutionem. Quintum dubium est: ad quæ loca descendit, vt existentes ibidem liberaret. Respondetur, quod Saluator noster ad infernum damnatorũ non descendit, vt inde aliquem eriperet aut liberaret. Sed quare inde aliquem non extraxerit? Respondetur, quod Christus illos solos liberauit, & ad illos descendit, quos sua passio, velut ad sua membra se extẽdit, sed damnati non sunt membra Christi, quia extra gratiam sunt, & in culpa actuali, & mortali. Insuper manentes semper in culpa, si ergo aliquos damnatos liberasset, illa pœna fuisset purgatorij solum, & sic non erant damnati. Christus non liberauit pueros de lymbo qui sine sacramento circuncisionis, vel baptismi decesserant, multo minus tales damnatos Et si inuenitur, quod dicatur, ad ipsos, descẽdit, potius debet intelligi secundum Alexãdrum de effectu, & per effectum, quia eorum malitiam, & iniquitatem confutauit, vel potest dici, quod descẽdit illuc ad ligandum Luciferum vt in figura dicitur. Nec ad lymbum puerorum descendit, qui peccato originali tenentur astricti, quia licet pœna sensus careant, tamen in eis nunquam fuit gratia. Ad tertiũ locum, qui uocatur purgatorium descendit, sed an omnes de hoc loco purgatorii extraxerit, doctores non determinant, sed quod aliquos benẽ dicunt: est tamen quidam doctor antiquus, qui asserit, quod omnes potest dici extraxisse, quod probat sic. Nõ minorem efficaciam habet passio Christi, cum de nouo alicui applicatur, quàm sacramentum Baptismi, sed per sacramenta passionis quis liberatur ab omni pœna, quę debetur in purgatorio, quare propositum. Secundo sic. Christus in hac vita, quos curauit, perfectẽ curauit, & quoad corpus, & quoad animã, sed Christus illos, qui erant in purgatorio curauit à reatu originalis peccati, ergo multo fortius à reatu peccati venialis cum minus sit impedimentum, & si sic habetur propositum. Tertio ob meritum sanctorum de hoc mundo decedentium, sicut reuelatum est, multi à purgatorio liberantur, sed cum meritum Christi omnes excedat sanctos, quare per ipsum omnes sunt liberati. Descendit ad quartum locum, nempe, Lymbum patrum, vbi erant ipsi gloria quidem carentes, & pœna

Apo. 20.

na sensus, sed non gratia, locus iste appellatur Lymbus, ideſt, obſcurus, quia in centro terræ, & dicitur ſinus Abrahæ, quia iſti culpa carebant, & gratiam habebant omnes per Chriſtum liberati ſunt, non tamen inde amoti, donec ad ſepulchrum rediit, ſed hic ſunt aliqua dubia. Primum, cum Petrus dicat, quod Ieſus ſolutis doloribus inferni fuit ſuſcitatus. Reſpondetur vno modo, quod dolores inferni appellat pœnas
Act. 2. purgatorii, quæ ab inferni pœnis non differunt re, ſed ſpe. Vel aliter. quod duplex eſt dolor, videlicet, de paſſione pœnæ, & debetur peccato actuali, ac etiam iis, qui non perfectè egerunt pœnitentiam de peccatis. Alius eſt dolor de dilatione ſperatæ gloriæ, iuxta illud: Spes, quæ
Prou. 7. differtur, affligit animam. Primos dolores Chriſtus ſoluit, quoad exiſtétes in purgatorio, ſecundos quoad exiſtentes in ſinu Abrahæ, & patrũ lymbo. Secundum dubium, quia pſalmus dicit: Eruiſti animam meã ex inferno inferiori, & Iob. In profundiſſimum inferni deſcendat anima mea. Reſpondet Gregorius, exponens verbum. Ipſa ſuperiora in-
Iob. 17. ferni profundiſſimum verbum infernum vocat, ſi enim quantum ad altitudinem cœli iſte aer caliginoſus infernus eſt, ſic & profundiſſimum, vocari poteſt. Et ſic patet ad quintum dubium, quod ſoluendum, & dicendum erat. Sextum dubium. Cur ipſe Chriſtus perſonaliter voluit ad inferos deſcendere? Reſpondetur. Quod ideò hoc egit, vt ſummam dilectionem ad ipſos oſtenderet, ac etiam, quia ipſe omnes noſtros defectus accipiens, venerat ad ſtatum culpæ terminandum, & ſtatum gloriæ inchoandum. Inſuper, quæritur, quanto tempore Chriſtus fuit in lymbo. Reſpondetur, ſecundum doctores concedendo, Chriſtus fuit in ſepulchro, & Chriſtus fuit in lymbo, & totus fuit in lymbo, & totus fuit in ſepulchro. Genus enim maſculinum ad perſonam refertur, & hypoſtaſim, genus neutrum ad naturam, & quia eadem fuit perſona Chriſti in ſepulchro, & in lymbo, ideò iſta conceditur, licet iſta negetur, quod Chriſtus fuit totaliter in ſepulchro, & totaliter in lymbo, Chriſtus ergo tanto tempore fuit in lymbo, quanto corpus eius diuinitati vnitum fuit in ſepulchro. Ratio, quia caro, & anima erant ad inuicem proportionabilia, tantum ergo debuit anima in inferno, quanto corpus in ſepulchro, vt per vtrumque fratribus ſuis aſſimilaretur. Quoad corpus corporibus, quæ in ſepulchris ponebantur, & quoad animam ad lymbum deſcendebant, & manebant. Huius etiam ſolutio patet ex dictis fructu 57. vbi tangitur. Quare Chriſtus tanto tempore ſtetit in ſepulchro. Et ſi inueniatur, quod Chriſtus ſtatim ſanctos Patres liberauit, debet intelligi, non à dicto loco liberando, & educendo pro tunc, ſed tantum eos beatificando, & ſua gloria illuminando. Dubium aliud eſt: an Virgo Maria Chriſti filii ſui deſcenſum ad inferos præcognouerit, & quæ egerit, ipſa conſpexit. Reſpondetur, quod ſic. Ratio, quia cum paſſionis tempo

re in

re in sola beata Virgine fides remanserit, & vnus de articulis fidei sit descensus ad inferos post separationē animæ à corpore, & ipsa cognouit. Sic ergo descensus Christi ad inferos Mariæ fuit cognitus, & ex hoc singularissimam præ solito habuit consolationem. Nunc sciendum, quod dum Virgo corpore iuxta crucem staret, & mente in lymbo cum filio ad videndum, quæ fiebant, nona per spatium iam transacta hora, & appropinquante vesperorum hora, dum ad se rediisset, & filii corpus in cruce positum conspiceret, Pilati milites iterato ad passionis locum accedere, quod dum cernit tremor, & timor viscera eius concutiunt ne aliquid noui velint circa filium exercere, qui ad locum peruenientes, ipsum mortuum reperientes, sed socios latrones viuos, ipsorum crura, vt cito obirent fregerunt. Vnus militum lancea accepta crudelior cæteris nomine Longinus latus eius dextrum lancea perforauit, & diuino miraculo sanguis exiuit, & aqua, ad cuius lateris aperitionem, Virgo benedicta indicibili dolore iterato est iugulata, & confossa. Sed quid expresserunt sanguis, & aqua à latere Christi mortui progredientes? Certè in sanguine nostræ salutis precium, in aqua lauacrum nostræ expiationis processit. In sanguine sacramentum confirmationis, in aqua verò baptismi sacramentum ordinatur. Sic ergo beata Maria doloribus repleta, tàm ex passione filij, quàm eius lateris aperitione, & nil aliud certè quærebat, nisi filii sui corporis à cruce depositionē, ne in cruce remaneat. Sed quid egit ipse Dominus pro sui corporis tumulatione, & virginis matris consolatione? Ecce Ioseph, & Nicodemus Iesu Discipuli, secretò à Pilato deponendi licentia habita ad crucem accedentes cum lachrymis, & omni veneratione corpus Iesu (& si cum labore) de cruce deponentes, ipsum in brachiis suæ dolentissimæ matris deposuerunt. Sed dum deponunt, Virgo gloriosa inspiciens faciem deturpatam sputis, tumefactam pugnis, sanguine fœdatam, oculos clausos, verberibus denigratum, lancea perforatum, & totum madefactum cruore gladius doloris pertransiit animam eius. Ex præfatis apparet istius fructus expositio. Maria Iesum recipit, & consequenter, quod pro tali fructus expositione in principio fuit breuiter annotatum, scilicet, corpus Iesu crucifixi.

FRV-

Fructus LIIII.

FRVCTVS DECIMVSOCTAVVS.

Maria tumulatur.

EXPOSITIO BREVIS.

CORPVS Iesus nobile à matre,& aliis traditur sepulturæ, sicq; ab oculis Virginis est subtractus suus filius, prædilectus non sine Virginis dolore,& Christum intimè diligentium.

EXPOSITIO MAIOR.

EFFECTV cum multoties in causæ cognitionem rationalis homo deueniat,ac Virgo Maria, misericordiæ mater à christicolis veraciter nuncupetur, & si quo ad nos, omni hora,tempore,vel momento sua misericordia ostendatur variis effectibus cibando,potando,vestiendo,suscipiendo,visitando, & colligendo, sed qualiter septimum misericordiæ opus in filium suum sepeliendo,& tumulando exercuerit,in præsenti fructu, est nũc discuti dum,quo viso,quod septem misericordiæ opera circa Christũ exercuerit veridicè comprobetur. Pro euidentia cuius est sciendum, quod beata Maria gladio compassionis in filij sui passione multoties cõfossa,vt vix spiritus intra corporis claustra se retineret, attamẽ Christi filii sui corpus in gremio retinendo,ex ipsius conspectu,& tactu cõ solationem aliquam capiebat.Sed quia hora instabat Dominicum corpus sepeliendi,ipsa vna cum Ioseph, & Nicodemo,corpus Domini Iesu lauans,& inungens aromatibus,ac inuoluens sindone nouo, ipsum tradidit sepulturæ.Sed anteq̃ de dolore tunc à Virgine habito dicamus sunt aliqua dubia remouenda:primo,vtrũ fuerit conueniens,& decuerit beatam Virginem corpus filii permittere sepeliri. Respondetur,quod decens fuit,quia ipse prædixerat:Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Deinde vt patribus sepultis in hoc,sicut & in aliis similaretur: et etiam,vt veritas suæ mortis veraciter demonstraretur, & ut de sepulchro postmodum resurgendo aliis,qui sunt in sepulchro spem daret de resurrectione. Nec non, vt nostram consepelitionem peccatis ostenderet. Secundo, cur B.Maria inungendo filium morem Iudæorum tenere in sepeliendo uoluit. Respondetur, quod Virgo hoc egit, ac fieri permisit, vt sic inungendo,& sindone inuoluendo,uere probatum fuerit Christum mortuum exstitisse. Vlterius,ut pietas sepelientium, misericordia, & liberalitas commendaretur,& vt quales essent,qui eum sepelierunt declararetur.

Mat.26

Tertium

Tertium dubium. Cur Dominum nostrum beata Virgo permisit sepeliri in sepulchro in petra excisso? Respondetur: ne si ex multis lapidibus esset ædificatum subfossis lapidibus, & fundamentis ablatus fuisse diceretur, præcipuè à discipulis, & si in terra, & non in petra excisso collocaretur pariter per desossionem terræ furatum, & vt continés corresponderet contento: Christus enim fuit lapis excissus de monte. Quartum dubium. Cur potius in nouo sepulchro? Respondetur, quia si in sepulchro veteri dixissent, non eum, sed alium surrexisse, & etiam ne post resurrectionem suam aliis corporibus remanentibus, ipse remansisse crederetur. Et deinde hoc factum est propter corporis Christi reuerentiam, quia sicut Christus elegit virginis vterum, in quo, nec antè, nec post alius fuit, sic, & in tumulo, in quo nullus positus esset. Quintum dubium. Cur in alieno sepulchro? Respondetur, quod hoc egit, vt suam, & filii paupertatem ostenderet, vt sicut in diuersorio, & in domo aliena natus, & aliena conuersatus, sic & in alieno sepulchro esset sepultus. Et vt declararet, quod non pro sua, sed aliorum salute moriebatur, & quod propria domus Iesu, non erat in terris, sed in cœlis. Sextum dubium. Cur potius Maria in sepulchro iusti, quam aliorum tradidit sepulturæ. Respondetur, quod vt ostenderet, quod Iesus moritur in corde peccatoris, sed resurgit in corde iusti, & mente, & se potius habitare in corde iusti, quam peccatoris declararet, & filium suum non amplius pro peccatoribus mori debere. Natus est inter animalia, quia homines de bestialibus rationales factus erat. Inter malos est crucifixus, vt iustificaturus sua passione peccatores ostenderet. Sed in iusti monumento ponitur, vt amplius pro peccatoribus moritus esse non crederetur, tandem ad ostendendum quod & si in præsenti vita boni mixti sint malis, post mortem tamen mali per se, & boni per se erunt. Septimum dubium. Cur Maria in monumento in horto sito passa est Christum poni, & non in aliquo loco solenniori? Respondetur, quod hoc actum est, vt ostenderet, per Iesum filium suum peccatum in orto commissum expiatum, & homines liberatos esse à morte peccati. Insuper ut fidelibus vbi collocarentur post mortem in Ecclesia sua, & non alibi exemplum præberet. Octauum dubium. Cur beata Virgo monumentum lapide, quoad hostium, magno permisit claudi, cum sciret eum resurrecturum in breui? Respondetur, vt sine auxilio multorum remoueri non posset, ac ne Iudæi dicerent discipulos corpus asportasse eorum ad ipsum introitu, & accessu. Nonum dubium. Cur sigillari voluit Maria Christi sepulchrum? Respondetur, quod hoc diuina voluntate est factum, vt magis authentica esset resurrectio, sigillo, & monumento clausis manentibus, & intactis, & ut passio chirographum Christum de nostra salute, & reconciliatione fecisse ostenderet, charta fuit corpus, atramentum sanguis, calamus claui,

resta-

restabat sigilli impressione firmari, quod fuit in monumento, & sic impletum est vaticinium: Scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes.
Hier. 32 Insuper ne discipulis posset obiici, quod aperto hostio corpus asportassent, quare sigillatur. Decimum dubium. Cur sepulchrum Iesu Mariæ filii eo à matre tumulato præmonitum custodibus fuit? Respondetur, quod ratio literalis est, vt discipuli custodibus ab accessu arcerentur, ne eum furari possent. Vt resurrectio mirabilior esset, & à nullo valeret negari. Et attende, quod istud monumentum duas alias habuit conditiones, primam quoad colorem, nam vt dicitur fuit coloris albi, rubeoq; permixti, & hac reor de causa, vt ostenderetur, quod filius Mariæ est candidus puritate, & munditia, rubicundusq; charitate. Secundam quoad dispositionem, vt dicit Magister in historia scholastica, sepulchrum vbi iacuit corpus septem palmos habuit in longitudine, & tres in altitudine; vt ostenderetur, quod quatuor mundi partes per mortem eius ad fidem Trinitatis uenirent. Sed altitudo in tribus, ostendit quod Iesus Mariæ filius est, qui molem terræ tribus digitis appendit.
Isa. 40. Ecce in quali sepulchro, sic circunstantionato, & ordinato Mariæ filii corpus tumulatur. His ergo dubiis breuiter solutis, quid doloris Maria cum aliis ex Iesu corporis ab oculis ipsorum subtractione habuerint, est nunc videndum. Vbi sciendum, quod, vt patet experientia, sicut summè dilecti præsentia gaudet, & specialiter eius faciem intuendo consolationem Maria non modicam hauriebat, sic ut traditum est sepulturæ dolore iterato repletur, tunc enim vere se uiduam, orphanam
Gen. 24. cognouit, & derelictam; & angustiæ erant sibi vndique, nec immerito:
Gen. 30. si enim Isaac doluit matris morte, & Iacob de subtractione Ioseph, si
Gen. 32. lii Israel de morte Iacob, Ioseph viso Beniamin, Dauid pro morte Ioa-
Gen. vl. nathæ, Amon, & Absalom, Anna vxor Tobiæ in eius recessu, vt non
Gen. 41. posset consolari, Ieremias morte Iosiæ: Rex Darius Daniele, Samuel,
2. Re. 1. Iudas Machabæus ab omni populo sunt deplorati, non mirum si Vir-
3 Re. 4. go benedicta vt mater, plorat, & dolet, in tumulatione filii. Et sic se-
2. Re. 3. pulto Domino, ac clauso sepulcro, & signato, tàm à Ioseph, & Nico-
4. Reg. demo, quàm etiam matre, & aliis planctus indicibilis est factus. Sic ergo apparet ex præfatis, quod virgo opera misericordiæ, quæ in filio exequi inceperat, tandem ipsum sepulturæ tradendo omnia consuma uit. Multa sunt hic omissa de Domini sepulchro, de quiete Iesu in ipso quo ad tempus, ac mirabilibus in ipso factis, quæ in fructu 57. tractabuntur. Et præfata sufficiant, pro præsenti fructus expositione. Sed quid ad nostram instructionem præsens fructus pandat, amodo est videndum. Et primo, sicut Dominus Iesus dicitur sepultus, & nos consepulti simus peccato, omni hora per pœnitentiam resurgamus, vt quie scere possimus in sepulchro Domini excisso in petra bonorum operũ, & nouo per innocentiam, & iusti, vt diligamus iustitiam, & longum

sit sepulchrum septem operibus misericordiæ,& altum fide,spe, & charitate:colore,albo,& rubeo,puritate conscientiæ in albo,& charitate ad Deum,& proximum,in rubeo designatum. Hostium oris nostri sit clausum, sigillatum Dei imagine custoditũ prẹmonitum, aloe purgatum,aromatibus redolens, myrrha conditum, vt misericordiæ operibus tàm in spiritualibus,quàm corporalibus,exemplo Mariẹ,Ioseph,& Nicodemi intenti simus plorantes peccata nostrà, ingredientes sepulchrum non concupiscentiæ,vbi carne vescentes delectationibus mundi dediti sepeliantur,sed simus Domini sepulchrum,vt Maria corpus filii in nobis collocet, & sepeliat, quia beatus est,qui in se Iesũ locat,tenet,& habet,quia manet in ipso,& ipse in eo,cuius mansione anima gratia repletur,& virtutibus adornatur.

FRVCTVS DECIMVSNONVS.

Fructus LV.

Maria turbam conuenit.

EXPOSITIO BREVIS.

BEATAM Mariam afflictam,& desolatam turba Domino se pulto circundat perfusa lachrymis,sicque derelictam , & pauperem ad domum deducit alicuius Christo deuotè cum gemitu, & dolore,reuerenter valefaciens eidem.

EXPOSITIO MAIOR.

DEI genitrix perpetua Virgo Maria,sicut gratia exstitit plena,sic in virtutum affluentia,& refulgentia exstitit copiosa,& cum in passione omnes virtutes ostenderit: fidem, quia in ipsa sola in triduo, integrè, & perfectè mansit: spem,quia resurrecturum indubitanter sperauit: charitatem,quia ipsum super omnia adamauit:prudentiam in verbis:temperantiam in corporis gestu:fortitudinem astando cruci, & iustitiam cõpassionis affectum ostendendo ,quæ præ aliis refulsit in ipsa ? Certè dilectio eximia altissimæ paupertatis.Considerabat Maria, filii,quã ibidem ostenderat humilitatem, dum in cœnando, in Sion cæteris recedentibus Magdalena,Martha, & sororibus astantibus, pedes discipulorum lauit. Charitatem ardentissimam, luciditatem præclarissimam,authoritatem plenissimam, deitatem eminentissimam, veritatẽ solidissimam , fidei sinceritatem verissimam. Hæc Beata Maria cogitando,

tando, & subtractum omnium horum effectorem, mœrore eius anima tabescebat, sed quia cordis dolor, & compassio mente dormire non sinit, sed circa dilectum ipsam versari semper facit. Beata Maria in hoc mortis triduo, & passionis modum cogitabat, & ordinem. Si enim Christi facta in pueritia tanta diligentia in corde seruabat, quo modo non ista omni admiratione, deuotione, & pietate dignissima? Ruminabat Christi exinanitionem, laborum susceptionem, acerbam passionem, verborum improperationem, omnis pulchritudinis a Christi corpore amotionem, crucifixionem, membrorum perforationem, deputationem inter latrones, vilipensionem cum sceleratis, cibationem mirrhæ, & aceti, potationem fellis, faciei immutationem, membrorum retensionem, vitæ propriè pro peccatoribus condonationem, donationem factam crucifixoribus, & latroni, lateris aperitionem, & crucem benedictam factam esse reclinatorium Dei, ac margaritis virtutum, ex gestis Christi in ea esse ornamentum. Hæc omnia Beata Maria deuotè meditabatur, sed super omnia attendebat, & cogitabat, & in cogitatione gaudiū hauriebat ex beneficiis humano generi præstitis. Ex vi passionis, & mortis ipsius, licet enim alius esset modus hominem liberandi Deo possibilis, tamen hunc per passionem considerabat Virgo congruentiorem, quia Deo acceptissimus, & congruentissimus ad morbum curandum, efficacissimus ad trahendum hominem, virtuosissimus, tanquam exemplum nobis humilitatis, obedientiæ, patientiæ, constantiæ, iustitiæ, & cæterarum virtutum. Ad vincendum diabolum prudentissimum, quia iustitia, & non potentia eum vicit. Eruditissimum, vt homo non peccaret, & se immunem a peccato seruaret. Excellentissimum, quia ad dignitatem hominis cessit, vt sicut homo deceptus, & victus à diabolo fuerat, sic, & per hominem vinceretur. Sufficientissimum, quia pro omnibus oblata fuit passio Domini nostri. Continentissimum, quia iustitia, & misericordia competentem, & conuenientem. Inflammatissimum, quia infinitos martyres accendit, vt Christum suum ducem sequerentur.

Hæc Beata Virgo considerando gaudium, & lætitiam indicibilem habebat. Insuper considerabat Virgo, quomodo passio Christi fuit pro satisfactione debitè ordinata: quia iustitia, & misericordia potitè sunt suum finem. Et sic meditabatur meriti filii magnitudinem, & excellentiam. Et licet de merito Christi sit dictum fructu quadragesimo quinto, tamen hic sufficiet dicere de magnitudine quia infinitum, videlicet, à Deo infinitè acceptum, & acceptandum. Pro cuius euidentia est sciendum, quod actiones sunt suppositorum: quod si in in Christo sunt duæ naturæ, diuina, & humana: vna tamen est persona, & suppositum. Quod circunstantiæ concurrentes ad actum per modum, ipsum actum gratificantis, siue acceptantis, vel de acceptantis

reddunt

reddunt actum talem, conformiter acceptabilem, vel deacceptabilē. Quod diuina essentia, seu gratia, & charitas increata, potest per modū circunstantiæ ad actum meritorium concurrere. Insuper intrinseca bonitas actus meritorii, respectu precii de condigno de dicta extrinseca bonitate, siue gratia increata esse non potest, vt dicunt doctores. Ratio propter improportionem præmij ad meritum. Ex quo sequitur, quod vbi gratia increata alicui per plenitudinem vnita, & concreata per modum circunstantiæ ad alicuius gratificationem concurreret per modum circunstantiæ esset infinitè acceptantis, quia bonum infinitum sibi communicatum pro circunstantia haberet. Sequitur etiam, quod de facto in habente plenitudinem deitatis, & actum meritorium, elicitè, & specialiter, quod talis actus, sit aliàs indebitus, talis infinitè à Deo acceptatur, quia non potest deacceptare semetipsam. Vlterius sciendum, quod meritum, sicut & actio meritoria, & virtuosa non solum ex quo elicitur, sed etiam à quo elicitur, pensatur. Et etiam sciendum, quod in actu meritorio duplex ponitur bonitas, scilicet, intrinseca, quę consurgit ex bonitate actus eliciti debito modo, & circunstantiis gratię, & aliorum adesse meriti concurrentium. Alia exterinseca, quę penes acceptantem consistit, quę nihil aliud est, quàm ordinatio legis diuinę, qua Deus ordinauit talem actū acceptare, & debito præmio præmiare; nam ad actum meritorium, vt plurimum ista duplex bonitas concurrit, prima sine secunda esse non potest, sed secunda sine prima esse potest: sicut patet in merito Christi nondum in actu exhibito à Deo ab æterno acceptato, de quo dicitur: Dignus est agnus, qui occisus est ab origine mundi. Et de isto loquitur Scotus in 3. dist. 18. Vbi ostendit, quod passio præuisa, & nondum exhibita valuit patribus, qui Christi passionem præcesserunt. Postremò sciendum, quod licet sit concedendum, quod in actu meritorio consistat meritum, ipse tamen actus non est meritum: nam ad meritum concurrit potentia actum eliciens, concurrit habitus charitatis creatę, vel ipsa gratia increata, & circunstantię aliquę: quare actus non potest dici meritum, nec meritum est actus. Quo sequitur, quod non valet, actus est finitus, ergo meritum finitum, quia meritum non est actus, sed consistit in actu, cum aliquibus circunstantiis ad meritum concurrentibus elicito. His ergo præmissis, dico merito Christi esse infinitę acceptationis: primò dignitate intrinseca, quia suppositum eliciens est infinitum: Insuper deitas cum sit secundum plenitudinem Christo communicata est concurrens ad actum: & est circunstantia infinita, ergo infinitę acceptationis. Ista est Bonauenturę in tertio, vbi dicit, quod meritum pensatur secundum dignitatem personę, quare cum persona sit infinita propositum habetur. Secundò est

etiam dignitate extrinseca infinitum, quia Deus agit conformiter ratione rationi, quare acceptat ipsum, vti est acceptandum. Dicit enim Scotus in tertio: Non dimittendo, quod meritum sit formaliter infinitum: dicit tamen sic de ista dignitate extrinseca loquens, & personam non concedens, quod Deus non potuerit in infinitum pro infinitis acceptare, quantum est ex ratione sua formali, quàm habuit, & subdit: tamen ex circunstantia suppositi, & de congruo ratione suppositi habuit quandam rationem extrinsecam, quare Deus illud acceptare potuit in infinitum, scilicet, extensiuè pro infinitis. Isto verbo huius doctoris habetur quod suppositum de congruo facit ad meritum, & sic pro primo dicto. Secundò habetur, quod dignitas extrinseca in actu meritorio est penes acceptationem à Deo. Verum quia dicit, quod istam dignitatem intrinsecam non habuit, patet ex prefatis, quod non verè dicit. Item, quod dicit de congruo, patet, quod ex condigno ex dictis. Insuper si concedit meritum Christi ratione circunstantię suppositi de congruo plus valere, quia pro infinitis, quod tamen aliàs non valeret, ergo circũstantia suppositi aliud ad hoc confert, & quomodo, cum sit infinita non confert de condigno, sed de congruo non video. Istud de circunstantia extrinseca tenet Bonauentura meritum Christi quantum ad effectum esse infinitum, quia pensatur secundum dignitatem personę, & sic in infinitum valens ad infinita millia hominum, liberanda à peccato, & sic excedit merita omnium sanctorum. De infinitate meriti Christi istam conclusionem tenet Petrus Aureoli, & miror, quomodo doctores aliqui negent formaliter meritum Christum non esse infinitum, quia actus est finitus; cum sit quod actus non sit meritum. Nonne Alexander de Ales, & Thomas dicunt, quod vita Christi est vita Dei, & vita infinita? cur ergo de meriro negatur, quod non sit infinitum, cum vita ipsius melior fuerit? Et sic meritum Christi fuit maximum, & excellentissimum. Quartò meditabatur Beata Maria satisfactionis sufficientiam: cum enim in Christo fuerit gratia increata, & creata, & maxima, maximam pœnam luerit, & maior pœna, quam possit esse delectatio in omnibus peccatis, vitaque Christi, cum sit vita Dei, & per consequens melior vita quorumcunque hominum, ac in morte pro honore Dei suã vitam Christus dare non tenebatur, quia non in passionibus, etsi in actionibus omnibus teneretur, quare ad satisfaciendum sufficientissima. Vt enim dicit Alexander in tertio, in satisfactione non solum pensandum est quantum soluatur, sed à quanto, & ex quanto. Et subdit, sic ergo vita Christi, qua viuebat in carne per animam deitati vnitam consideretur maius est vita Christi ratione animæ deitati vnitæ, quàm aliqua vita creaturæ. Si verò absolutè

lutè consideretur maius est vita, qua anima viuit Deo, & pœna maxima est mors, siue separatio ab illa vita, non tamen sentitur, vt maxima, nisi in statu separationis à corpore, in quo statu anima nata est ad fruendum illa vita. Præterea, si consideretur à quanto fuerit satisfactio per mortem Christi, quia ab ipso Dei filio, quī est verus Deus, inuenietur super omnem æstimationem pœnæ satisfactum fuisse. Præterea si consideretur ex quanto, ideſt, ex quanta charitate subiicit, quia fuit charitas immensa, inuenietur supra omnem modum satisfactionis, æstimationis satisfactum. Insuper meritum Christi fuit infinitum, vt dictum est, quare Christus in satisfaciendo, sua satisfactiō pro nobis inuenitur sufficientissima. Ratio quia meritum Christi tàm intensiuè, quàm extensiuè est maius bonum, quàm aliquod peccatum. Quintò meditabatur Beata Maria efficaciam passionis, ipsa enim passio, & si quoad sufficientiam pro infinitis mundis redimendis fuerit sufficientissima, non tamen ad omnes suam efficaciam ostendit, nisi ad prædestinatos ad gratiam finalem, & electo cadentibus in Adam, qui sunt Christi membra, vt dicit doctor subtilis, & sic patet quid Beata Maria secundo considerabat ex passione filii sui proueniſſe. Considerabat etiam quomodō facta est tertio omnis culpę remotio, & quod fuerit meritoria, ad delendum culpam. Sed aduerte, quod in dilectione culpæ gratia, quàm meruit nobis Christus passione sua delet culpam formaliter, quia expellit suum contrarium. Sacramenta verò ministerialiter, & passio Christi meritoriè, sed sciendum, quod etsi à culpa simus passione Christi liberati, non tamen ex toto, quod est intelligendum, non quod per aduentum gratię, quæ nobis à passione, vt à causa meritoria condonatur, non deleatur omnis culpa, & per susceptionem debitam Sacramentorum, quæ à passione habent efficaciam, sed debet intelligi, quod non ex toto à culpa liberati sumus, sic videlicet, vt simus impeccabiles, quia hoc solum erit in futura vita. Sic ergo patet quomodo passio Christi delet culpa, verum vt anima hoc donum, scilicet, culpę amotionis passione exhibitum habeat, oportet eam quatuor habere. Dilectionem, & charitatem, fidem formatam, imitationem Christi in agendo, & conformitatem in patiendo. Sic enim ei incorporamur. Insuper Virgo beata contemplabatur, & cogitabat, quomodo passione filii sui est humana natura à diaboli potestate erepta. Et licet de hoc sit dictum: tamen pro præsenti dicamus quod diabolus ante Domini passionem habuit potestatem super homines ex peccato, diuina iustitia permittente, & ista potestas erat in triplici gradu,

scilicet impugnare per tentationem, sibi consentientem detinere, & pœnas infligere: & sic potestas eius, quoad primum gradum est valde diminuta passione Christi, & in tantum quod non potest superare nisi volentem. Et quoad secundum gradum, passio Christi dedit efficaciam sacramentis, quod licet homo cadat per culpam, potest per sacramenta iuuari, & sic est valde eius potestas diminuta. Quo verò ad tertium gradum, quia passio Christi fuit satisfactoria, potestas diaboli est totaliter, quoad fideles, qui sunt Christi membra euacuata. Sextò considerabat Virgo ex passione filii nostram redemptionem factam, & celebratam. Sed quomodo nos redemit? Respondetur: Redemisti nos Deus in sanApoc. 5. gnine tuo. Vbi sciendum, quod vt dicit doctor Alexander loquens de necessitate passionis quantum ad inferiorem causam finalem, redimere est rem suam iusto precio recuperare. Et sic Christus nos redemit. Vel redimere secundum quendam doctorem est soluto precio recompensatio, & sic etiam Christus nos redemit. Sed à quo? Certè ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Sed nunquid diabolo aliquid recompensauit? Certè non. Ratio quia diabolus nihil iustum habebat in homine, sed ista recompensatio facta respectu Dei, quia ei satisfecit de offensa, quam homo intulerat, vt Deus nobis recompensaret vitam æternam. Et sic Deus pater misit filium suum ad soluendum precium. Non tamen ob hoc dicitur redemptor; sed potius, quia authoritatiuè, & executiuè redemit nos, & factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. Septimò Virgo beata contemplabatur reconciliationem, & pacem ordinatam per mediatorem: nam deitas, & humanitas, in persona vna sunt vnita, & per consequens Deum pacificauit, & vniuit hominibus, & è conuerso. Et sic mediator, & reconciliator. Sed quomodo nos reconciliauit? dicitur remouendo peccatum, per quod homines constituuntur Dei inimici. Deinde per oblationem suimet factam offerens se immaculatum, & persuam mortem,
Rom. 5. vt ait Apostolus: Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Fuit etiam nobis per ipsam ianua regni cælestis reserata. Vbi sciendum est, quod Christus, vt totalis causa meruit nobis aperitionem ianuæ paradisi, vt omnibus in gratia decedentibus aperiretur, nec ad amotionem obstaculi intrandi cooperaremur ei, siue illud obstaculum fuerit originale peccatum, siue aliquid aliud, & ad obstaculi amotionem nō potuit aliquis nostrum cooperari, quantum ad introitum: aliud est enim aperire ianuā, & aliud ingredi, quia difficilius est aperire ianuā, quàm aperta porta introire, ideò ad ingressum possumus cooperari, ad aperitionem verò, nec patres, nec nos, possumus, sed illius precisa

causa

causa fuit passio. Nam rex Deus, etsi remisit culpam, & offensam, non tamen aditum sui palatii vitæ æternæ, nisi promissio facta, & satisfactio pro promissione exhiberetur. Ecce quid B. Maria cõtemplabatur filii sui passione nobis boni euenisse. Quemadmodum etiam meditabatur gratiam nobis destinatam, & quod in passione filii omnia essent terminata, & multa alia beneficia esse collata, & donata, quia ex passione filij ad vitam sumus reuocati, à peccato separati, in opere iustificati, à debito quietati, à diabolo cõtutati, robore fortificati, ab hostiũ manibus liberati, debitè informati, honorati, & exaltati, ad pugnandũ spiritualiter excitati, ad diligendum inflammati, ad angelorum ordines, quoad ruinam reparati, à vulneribus mentium sanati, ad vitam cõstipati, omnia mala mundi dulcorati, crucis vmbra obumbrati, à tenebris illuminati, et in patria firma spe locati. Et ideò Christus non solũ aperuit ianuam, sed etiam passione sua, introduxit genus humanum, vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. *Hebr. 9.* Plura alia beneficia sunt passione Iesu collata. Et sic B. Maria dicta beneficia cogitando mirabilem ex Christi morte in portione superiori cõsolationẽ habebat. Sed quia, vt dicit Bernardus, Aĩa plus est vbi amat, *Matt. 6.* q̃ vbi animat, & Christus dicit: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuũ erit, cum Iesus esset amor, & dilectio Mariæ, anima eius cum ipso ad lymbũ cogitatione, & affectu descẽderat, & manebat videndo spiritu, & cogitando, quæ agebat, & quæ sanctis, quos beatificarat sua presentia, pandebat. Et quia filius gaudet de parentum honore, gaudio, & exultatione, Maria proculdubio tali contemplatione, lætabatur, cernebat diabolum Luciferum, & sua agmina debellata à filio, & prostrata, ac preda hominum, de eorum manibus iustè ablata; quare & ipsa vnà cum concaptiuis liberatis horum patratori gratiam referebat, & laudes, & expectabat felicem post triduum mortis resurrectionem, &c.

DE VITA B. MARIAE VIRGINIS DEIPARÆ Liber Quintus.

IN QVO, EAM IVXTA QVINTAM nominis eius interpretationem, illuminantem fuisse ostenditur.

FRVCTVS IN HOC QVINTO Libro contenti.

Maria comprobatur.
Maria recreatur.
Maria confirmatur.
Maria euocatur.
Maria suscitatur.
Maria Iesu iubilat.
Maria fidem reserat.
Maria mundum illuminat.
Maria cœtus collocat.
Maria sursum ducitur.

FRVCTVS PRIMVS

Fructus LVI.

Maria comprobatur.

EXPOSITIO BREVIS.

FIDES Catholica tepefacta in plurib⁹,& in aliis totaliter extincta feruens, & vera triduo mortis Christi in sola Dei matre integrè permansit. Columna ecclesiæ fideiq; lumen Maria fuisse euidèter ex hoc probatur, &c.

EXPOSITIO MAIOR.

INTELLECTVALE lumen hominum fidelium, quo inter densas errorum,& peccatorum tenebras in præsenti diriguntur, fides catholica, quia hic fructus dicere videtur, quod in triduo mortis Domini Iesu in sola Virgine Maria sua genitrice permansit integra: ideò pro huius expositione, & euidentia vidēdum est, an sancti apostoli in passione Domini peccato errauerint infidelitatis: An in sola B. Maria in triduo mortis Christi fides integra remanserit: An Virgo fuerit de omnibus, quæ credenda sunt, & credimus perfectè informata, & vltimò quid ex hoc, quia

in Vir-

in Virgine sola triduo passionis fides recta permansit in nobis fidelibus insurgit obliuionis ad ipsam Dei matrem. Pro primi euidentia, secundum attestationes doctorum tenēdum est apostolos omnes peccato infidelitatis tempore passionis deliquisse. Hoc patet authoritate Christi. Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista, sed scādalum est infidelitas, vt per oppositum videtur. Beatus, qui non fuerit scandelizatus in me. Insuper relicto eo omnes fugierunt, et Petrus ipsum negauit. Et illud: Illis autem non credentibus, sed adhuc dubitātibus. Etsi dicatur de Magdalena, patuit, quod non habuit fidem perfectam, quia dicit ei Christus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Sed aduertendum, quod in negatione fuit triplex modus; primus omnes fugierunt: secundus aliqui cordis vigore assumpto eum secuti sunt: tertius, quod eo mortuo, omnes increduli fuerūt. In primo fuerunt omnes apostoli, & tertio. Sed in secundo Ioannes, Petrus, & mulieres. Sic ergo apparet, quod peccato infidelitatis peccauerunt. Idcircò aggrediendo secundum, dico quod in sola B. Maria integra remansit. Nam in fide nunquam dubitauit, imò discipulis non credentibus in passione sola remansit, & specialiter in sabbatho. Et id circò dies sabbathi dedicatus est ad honorem Virginis, nostræ fidei conseruatricis. Nec de hoc dubitandum, quia ipsa fuit Dei templum, in quo nouem mensibus habitauit, ac omnia Christi, tàm visu, quàm spiritu, cuncta perspexit, quibus eum indubitanter Deum esse credidit, & verum hominem conspexit, & idcircò de fide Maria Virgo ab Elisabeth commendatur: Beata, inquit, quæ credidisti. Et licet Augustinus dicat super illud: Tuam ipsius animam pertransibit glaxius. Qd in morte Domini dubitaret, non tamen in dubitatione permaneret: respondet huic quæsito Alexander de Ales in tertia parte, quod differentia est inter spiritum, & animā, qualis inter rationem, & sensualitatem. Ratio ergo se tenet ex parte spiritus, sensualitas ex parte animæ. Non dixit Augustinus, quod dubitatio pertransiret spiritum, sed animam, hoc est sensualitatis naturam. Nun quàm autem rationalem partem Virginis dubitatio infidelitatis tetigit, quia in fide non dubitauit; & idcircò intelligenda est, hæc dubitatio pietatis naturalis, non hæsitatio infidelitatis, vel potest dici, quod fuit dubitatio admirationis, quæ solet habere ortum ex consideratione rei stupendæ, mouebatur enim Beata Virgo stupore admirationis cum videret filium suum, quem firmiter credidit Deum taliter, patientem, cuius considerationem solet associare quædam dubitatio, vt posset cogitare: Est ne iste filius meus, quem sic pati video? Sic ergo apparet, quod B. Maria in fide nullo modo dubitauit. Considerato etiam, quod ipsa erat mater Dei quomodo infidelitate abscessisset ab eo: Meritò ergo dicit fructus noster: Maria comprobatur, scilicet, passionis tempore, & hoc quoad Matt. 11.

fidem, in qua, vt columna immobilis. Et sic concluditur, quod ipsa fit missima in fide stetit, & sola integrè permansit. Quo verò ad tertium: si de pertinentibus ad fidem fuit informata. Sciendum, quod Beata Virgo potuit de fidei articulis multis modis cognitionem, & notitiã habere: primò ratione sacræ scripturæ, de qua perfectissimè fuit informata, præcipuè dictis prophetarum, in quibus nostræ fidei articuli ostenduntur. Vnitas Dei à Moyse, & Trinitas personarum ei fuit nota omnipotentia in illud: Creator cœli, & terræ. Deitas, humanitas, natiuitas, circuncisio, resurrectio, ascensio, sessio ad patris dexterã. Hæc omnia habuit in sui cognitione Virgo. Deinde fidei notitiam Virgo habere potuit per infusionem habitus veræ fidei. Si enim in baptizatis talis habitus infunditur, meritò, & in B. Virgine, cum fuerit sanctificata. Potuit etiam habere notitiam per inspectionem illorum, quę in ipsis articulis continentur. Nam si piè tenetur, dum verbum in ipsa habitaret humanatum, quod deitatem inspexerit, & Trinitatem personarum, & vnitatem earum Spiritus sancti superuentione. Et per consequens omnipotentiam, conceptionem filij, passionem, & crucifixionem, sanctorum communionem, carnisque resurrectionem, nec non, & omnia, quæ ad fidei nostræ fundamentum spectant. Sed hîc statim quoddam dubium consurgit, quomodo fides in Virgine stetit, & stat cum sensuali agnitione, & visione clara intellectuali eorum, quę nos sola fide tenemus, & credimus. Respõdetur, quod fides stet cum cognitione, potest intelligi, vel de cognitione sensuali, & intellectuali, vel de cognitione scientifica, vel de cognitione, quæ est per opinionem; si prima, dicit Alexander, quod cognitiones quędam, pertinent ad diuersas vires, & isto modo vna non euacuat aliam, vnde nec cognitio intellectiua euacuat sensitiuã, pari ratione, nec fides cognitio, quæ pertinet ad intellectum in Virgine, & Petro, non euacuat cognitionem secundum visum, vel è conuerso. Quædam cognitiones pertinent ad eandem vim, & tunc vel sunt subordinatæ vna ad aliam, & secundum diuersas, & sic licet vna sit certior alia, vna non euacuat aliam. Et hoc est ratio quia scientia speculatiua non euacuat scientiam experimenti, nec scientia propter quid, scientiam quia, quamuis sint eiusdem generis, & ad eandem intelligentiam pertinentes. Et isto modo in beata Virgine scientia experientiæ de conceptione sine semine non euacuabat fidem de eodem: quia cognitio, quę est per experientiam, & cognitio, quæ est fidei, non sunt coordinatæ, vt vna sit ad aliam, & sic dicit idē in Paulo. Vel tales cognitiones sũt ordinatæ, vt vna sit ad aliam, sicut terminus, & ea, quæ sunt ad terminum: & tunc vna euacuat aliam, sicut scientia, quæ est terminus opinionis in præsenti, euacuat opinionem, & visio patriæ fidem. Vel se habent, vt ad terminum propinquum ordinatæ, vel ad terminum remotius

tius. Et si sic non simpliciter vna euacuat aliam, sed secundum quid; sicut patet de fide informi, & formata respectu visionis gratiæ, quæ euacuatur simpliciter respectu visionis gloriæ, tamen fides informis, quæ est remotior in fide formata, quæ est propinquior ad visionem gloriæ respectu fidei formatæ non euacuatur simpliciter, sed secundum quid, quia non quoad scientiam, sed quoad modum. Hæc Alexander: Ex quo concluditur, quod in intellectu beatæ Virginis respectu diuersorum, tum in sensu, tum in intellectu fuit fides certa, & opinio vera, & hæc pro tertio, quod propositum erat. Circa quartum videndum quantum glorioſæ Virgini obligamur, ex hoc quod in ipsa fides catholica in triduo permansit. Vt igitur hoc videatur, est sciendum, quod beneficium, & si ex dante principaliter pensetur, attamen ex dato, & dati vtilitate, & indigentia recipientis etiam attenditur. Fidem licet non habeamus à Virgine, sed ab ipso Deo, attamen potest dici, quia ipsa in Virgine immobilis stetit, & eam ipsa postmodum fidelibus pandidit, quod quodammodo ipsam dederit, siue instructiuè, & reseratiuè, siue supplicatiuè, & interceſſiuè. Ad propositum ipsa fides formata multa bona efficit. Facit enim cognoscere, à quo sumus, quia à Deo, sub quo sumus, quia sub Domino vniuersorum: ad quem sumus, velut ad finem, quia ad Deum, quem omnium finem esse pandit. Deo placere facit, meritum omne incipit, intentum nostrum Christo subiicit, animæ ortum præbet, diabolum, à mundo eiicit, idolorum cultum confringendo, ab homine repellendo, ipsi se opponendo, tela eius extinguendo, loricam contra spiritum muniendo, caput eius conterendo, ab arce mentis propellendo, contumeliam ei ingerendo, scutum inuictiſſimum contra eum, semper tenendo. Vicit mundum fides, quæ in mundo sunt, aut abhorrendo, aut dimittendo, aut superando. Cœlum acquirit violenter rapiendo, infernum destruit, recipiendo, quos tenebat, & impediendo ne homo ad ipsum vadat. Hominē subiugat, & prosternit, sub ipsa principes submittendo, non credentes prosternendo, miracula cuncta efficit. Infirmis mente fortitudinem exhibet: a periculis eripit, Deum ostendit, insipientes redarguit, in tribulatione non deficit, hoc suadet, vt de Deo magna sentiamus, transitoria contemnamus, in aduersis de Deo confidamus, postulemus, vt habeamus, viam regni videamus, Dei filios efficiamur, opera Deo accepta reddamus, ac in Deum nostram intentionem dirigamus. Hæc animam suscitat à peccato, eamq; à Deo inhabitare facit. Hæc est luminare maius, lux primo condita, lignum vitæ, Arca Noe saluans, fœderis arca, columba ferens ramum oliuæ in ore, baculus Iacob, scala cœli, currus Ioseph, Moysi virga, Domini habitaculum, Israelis columna, clypeus Iosue, funda Dauid, templum Salomonis, liber legis, stella Iudæorum, Ezechielis rota, mons Isaiæ, Ieremiæ domus, lapis

Danie-

Danielis, Altare holocausti, & gladius Machabæi. Hæc Abel Deo reddidit placitum, trāstulit in Paradisum Enoch, Noe à diluuio præseruauit, Abraham à terra propria accepit, cum Isaac peregrinauit, Iacob docuit incommoda sustinere, Ioseph principem constituit, Moysen liberauit. Victoriam Iosue tribuit. Iephthe cordauit, Dauid regem constituit, sapientia repleuit Salomonem, Iosaphath, Abia, & Asa eripuit, Ezechiam commendauit, Iosiam inclinauit præceptis, Manassem muniuit, Iudith confirmauit, Esther exaltauit, Machabęo audacem reddidit, Apostolis mundum subdidit, martyres coronauit, doctores illustrauit, confessores roborauit, sexui fœmineo dedit victoriam, & ipsam Dei genitricem per os Elisabeth beatam proclamauit. Quæ omnia nostram fidem catholicam facere apparet in scriptura sacra. Cum ergo fides tot bona efficiat, & tam vtilis inueniatur, hoc donum dum confertur à Deo fidelibus magnum beneficium largitur, quare Dei genitrix, à nobis commendanda redditur, cuius gratia ipsa conseruatur integra in Christi morte, & demum ipsa reseratur fidelibus, quare, quantum, & quomodo tenemur Virgini, patet ex fidei vtilitate. Vlterius aliud est, quod super omnia nos obligatos reddit Virgini, fidei sinceritas nobis declarata, & prædicata filio B. Mariæ, quo merito, ut Ecclesia cantat, & Hieronymus Maria cunctas hæreses extirpasse proclamatur. Et vt hoc succinctè videatur est sciendum, quod articuli fidei, cum fuerint per Christum prædicati, & per apostolos publicati. Si respiciamus ad expressa per eos, cum naturam diuinam, & humanam in Christo existentem declarent, septem ponunt tenenda & credenda de diuinitate, & septem de humanitate, et sic sunt quatuordecim: Articuli pertinentes ad deitatem sunt septem. Et isti sic accipiuntur, aut enim articuli sunt de Deo ratione naturæ, & essentiæ, & sic est primus: Credo in vnum Deum. Aut ratione personarum, & si patris, sic est vnus: Patrem omnipotentem. Si filii, & in Iesum Christum filium eius. Si Spiritus sancti: Credo in Spiritum sanctum. Si autem articuli sunt de deitate ratione effectus; sic sunt tres articuli, quoad creatorem, quoad gratificationem, & quoad glorificationem, scilicet, Creatorem cœli, & terræ: Remissionem peccatorum, vitam æternam. Articuli verò pertinentes ad Deum ratione naturę assumptæ, sic sunt septem, conceptio, natiuitas, passio, descensus ad inferos, resurrectio, ascensio, iudicium. Ad propositum cum istis articulis eliduntur omnes hæreses. Et in primo: Credo in Deum. Iste articulus elidit errorem negantium Deum esse, vt Diagorę, & Insipientis. Ipsum esse, dubitātium, vt Pythagorę, qui sicut Diagoras negabat, sic & Prothagoras dubitabat Deum esse,

Li. 1. c. 2. vt dicit Lactantius: Plures Deos ponentium, & idolatrantium circa cultum dæmonum, luminarium solis, & lunæ, vel stellarum, elementorum, ignis, aquæ, terræ, & aeris. Hominum, Herculis, Apollinis, & cæterorum.

terorum, animalium, vituli, leonis. Imaginum, hominum, vel aliorũ operis humani temporis: Dierum. Patrem, errorem elidit Iudæorum, & Sabellianorum inter patrem, & filium non discernentium. Omnipotentem, opinionem philosophorum Academicorum. Creatorem cœli, & terræ, errorem conterit Manichæorum ponentium duo principia & philosophorum creationem posibilem negantium. Et in Iesum Christum, errorem expectantium Messiam confundit. Filium, elidit errorem Sabellianorum personas diuinas confundentium. Dominum nostrum, errorem excludit Arrianorum, Donatistarum, æqualitatem potentiæ in patre, & filio negãtium. Qui conceptus est de Spiritu sancto, errorem abdicat Ebionitarum dicentium Christum natũ ex Ioseph: Natus ex Maria Virgine errorem depellit Valentinianorũ dicẽtium Christum de Virgine nihil corporis sumpsisse, sed per eam, vt per fistulam trãsisse. Passus sub Pontio Pilato, elidit errorem Apollinitarum, dicentium Christum carne sensibili caruisse. Mortuus, & sepultus, destruit errorem Saracenorum dicentium Christum nullatenus mortuum esse, sed alium similem sibi: similiter & errorem dicentium in Christo humanam naturam conuersam in diuinam, de qua hæresi loquitur Hieronymus in Epistola ad Damasum. Descendit ad inferos, elidit errorem Saduceorum resurrectionem negantium, vt patet. Ascendit ad cœlos duos errores elidit, videlicet, dicentium: animas non videre Deum ante iudicium, & dicentium Christum esse hominem purum, quomodo ergo ascendisset, & sederet à dextris Dei? Inde venturus est, error eliditur Annæ, & Caiphæ, qui Christo hoc eis dicenti credere, sed oppositum voluerunt. Credo in Spiritum sanctum: errorem elidit Trinitatem personarum negantium. Itẽ dicentium, vt Græci, Spiritum sanctum à patre solummodo & non a filio procedere. Credo in sanctam Ecclesiam. Per hoc elidit omnes possibiles, & præteritas hæreses, de quibus loquitur Augustinus, de hæresibus, & omnium sectarum, quia ecclesia, cum non deficiat, fides eius omnes hæreses extirpat. Sanctorum communionem, elidit omnes errores quorumcunq; circa Eucharistiam errantium. Remissionem peccatorum, elidit hæresim de Dei misericordia desperantium, vt Cain, & Iudas, dicentium ét peccata non remitti. Carnis resurrectionẽ, elidit errorem philosophorum de carnis resurrectione, de quo habetur Act. 18. Vitam æternam, destruit errorem dicentium, animam cum corpore interire, de quo habetur Sapient. 2. Et dicentium, mundũ fato, & fortuitè regi. Multi alij errores præmissis articulis elidiunt, hac doctrina Domini Iesu, sed præfata sufficiãt pro præsenti. Cum ergo fides recta in sola Virgine permanserit, nec vnq; erraverit genueritq; filium nostræ fidei verum authorem, ipsa meritò, ꝙ hæreses interemerit in vniuerso mundo conclamatur, quia fides filii sui per totũ mundum

dum fuit prædicata. Cũ ergo in hac sola fide salus animarum habeatur,& in nulla alia,quãtum obligemur Iesu,& suæ matri, quæ ipsum fidei caput genuit,& nostræ salutis doctorem, authorem,& factorẽ, patet, quia omnes alii homines, cuiuscunque sectę pereunt,& in sola fide Christiana rectè viuentes ad salutem perueniũt. Si nullum aliud beneficium à Christo haberemus hoc est sufficiens ad cõuincendum de ingratitudine genus humanũ, & specialiter miseros Christianos, qui non agunt,quæ sunt fidei,quare,& iustè pereunt. Sic ergo,cum in una sola fide oporteat habere salutem, & non in pluribus,hoc suadẽte necessitate ordinis principii ad finem,quia ad finem Iesum,nonni si vna vera via,s. fide peruenitur. Deinde ex necessitate ęgritudinis humanæ,quia vnius morbi generalis, s. peccati originalis,vna generalis debet esse medicina,ab vno medico data,Christo. Et hęc est vera fides. Vlterius ex necessitate spiritualis, seu diuinæ reipublicæ, cum Deus sit princeps totius mundialis monarchiæ, sicut vnus princeps,vnũ imperium,ita reipublicæ,quæ est res populi,necesse est eam vnam legẽ, & vnam fidem,(aliter nulla esset respublica) habere. Quare,& sic in vniuerso. Insuper ex necessitate vnitatis,honestate præceptorum,sanctitate exemplorum,veracitate oraculorum, constantia, & Martyrum passione,sed sublimitate miraculorum, mendicitate prædicantium, fidem,credulitate persequentium, & multiplicatione populorum ad fidem vniuersorum. Cum enim scirent hanc fidem contrariam mundo, carni,& sanguini,ac mortem incurrere deberent corporalem; nihilo minus eam susceperunt,& pro ea mori optarunt,vt docet Augustinus in Epist. 2. ad Volusianũ. Omnia hæc supradicta sunt,in quibus fides nostra vallata,& munita reperitur. Et his vijs nostra fides verissimè cõprobatur: attamen passionis tempore,non in apostolis, nondum Spiritu S. confirmatis,integra,& vera permãsit,sed in glorioſa,& sola Dei genitrice Maria. Quo nimirum nostræ fidei lucerna,candelabrum,colũna,lex,& doctrina habet vocari, & consequenter,quod ipsa est mulier,quæ caput totius hæreticæ prauitatis, & perfidiæ in mundo extinxit,fidei lumen Iesum concipiendo,& generando, ac ipsius fidem integram in triduo suæ mortis seruando, & custodiendo,quo tempore maior interitus fidei exstitit,& fuit. Præfatis ergo succinctè narratis apparet,quid præsens fructus exprimat ad laudem Virginis Mariæ, & quomodo aliis in fide perturbatis, ipsa immobilis omninò permãsit, vt est deductum,& sic patet huius fructus declaratio, & quod pro eius expositione breuiter fuit annotatum,videlicet, fides catholica tepefacta in pluribus.

FRVCTVS SECVNDVS. Fructus LVII

Maria Iesu iubilat.

EXPOSITIO BREVIS.

VIVENS post triduum abiecto omnis passibilitatis amictu, & stola immortalitatis vestitus, rex virtutũ, & Dominus suis gloriosus apparet, matrem suam Mariam primò, demum discipulos visitãs, & salutans, iubilationis, & gaudii materiam clementer infudit eisdẽ.

EXPOSITIO MAIOR.

CREATOR omnium Deus, sic cuncta sapiẽtia sua disponit, vt mirabilis existat in his, quæ fiunt, operibus, & retroactis temporibus actitatis. Nonnullos enim, sicut flagellis, doloribus, & afflictionibus subiicit ad ipsorum emendationem, conseruationem virtutum, & meritũ propagandum, ac vt electis tolerantiæ præbeant formam, & modum, sic eos post afflictionem præmio lætificat, & gaudio, vt iàm non sint memores pressuræ, lætitiæ iucunditate concessa. Patrem omnium afflictum Abel morte, sed ortu lętificauit: Abraham post incendium Chaldaicum ad sui familiaritatem accersitum bonis repleuit omnibus. Iacob de pœnis somni assumptione vigiliarum baculo transeundo amaritudinem Iordanis suo recreauit aspectu, & nomine prænotauit singulari. Ioseph ad Ægyptiacos vertices sublimauit. Moyses post fugam ab Ægypto dux Israelitici populi ordinatur. Iephthe expulsione probatus, princeps in Galaad est effectus: Dauid multiplicibus tunsionibus conquadratus in regnũ stabilitur æternum: Tobias cæcitate perculsus, dum patienter tolerat ad lumen reductus bonis copiosè ditat: Mardochæum post luctum ad fastus prouehit Assueri. Sic patientissimus Iob ablatione substantiæ, & filiorum, ac vlcerositate plagarũ probatus ad duplum prędiues efficitur; Daniel captiuitate euehitur in sublime: Eliam Iezabelis persecutione ad paradisum transtulit: Lazarum pauperem, mendicum, & tabidum ad sinum Abrahæ transmisit: Ionas post acceptionẽ à bellua clamans ad Dñm exauditur: sic iusti omnes, velut aurum in patientiæ fornace probati à Dño, demum sunt indicibili gaudio recreati. Quare Beatæ Dei genitrix passione filii gladio cõpassionis internaliter cõfossa adeò, vt dolor eius cuiuslibet matris dolorem excesserit, tandem omni tristitia amota, mirabili consolatione fuit repleta. Sed quo tempore, & quando? Cum post triduum

passio-

passionis amaritudinis,& doloris filius benedictus, depositis ois corruptionis vestibus immortalitatis vestitus amictu,gloriosus apparuit, prout fructus præsens declarare intendit. Et vt hæc certius videantur, sunt aliqua dubia circa hoc primo breuiter tractanda. Primum est,an Saluator à mortuis resurgens suæ genitrici præ aliis apparuit. Respõdetur quod sic,multiplici ratione,quæ ex dictis B. Bernardi in sermone de Resurrectione elijci possunt. Quia nulla creatura alia fuit ea gratia visitationis dignior,nec expectationis desiderio feruentior, nõ deprecandi instantia vehementior,nulla apparenti intimior, nulla in discurrendo quietior,& nulla in toto euangelio quoad hoc innominatior. Non dicitur enim aliquid in sacro euangelio,quod Christus eidẽ Virgini apparuerit,vt daretur intelligi,quod ideò non nominata eius filii apparitio sibi facta quia si sic,de aliis esset dubiũ,de ipsa vero nõ, quare nõ valet si dicatur, euãgelia nihil de hoc loquuntur,quia si sic, eadẽ rõne esset credendũ,q̃ sibi Christus nunq̃ apparuit quia nec hoc dicit euãgeliũ,nec asserit. Secundũ dubiũ, qua ex cã sacri Euangelistæ nõ de apparitione facta Virgini,sed de alijs potius mẽtionem fecerũt. Rñdetur,q̃ multis de causis,quia quilibet sanæ mentis poterat credere,q̃ illa primò cõsolari debuit,quæ præ cæteris plus doluit, quia apparitiones,quæ fiebant,erant tantummodo incredulis,quia ipsa videbat cuncta. Tertium dubium,an si ponatur,quod Christus primò non apparuerit matri,sed aliis virginibus,excellentiæ suæ in aliquo derogetur? Respõdetur q̃ non:imò ad eius gloriã redundat,quia ex hoc ostenditur Virgo volũtati diuinæ summè conformis, & quia nõ egebat confirmari, aut roborari, nec nõ quia tales apparentiæ magis secutæ sunt legẽ nostræ indigẽtiæ potius q̃ absolutã legẽ dignitatis personarũ,& meritorũ. Sed siue ponat̃, q̃ Saluator ipsi genitrici apparuit primò,siue postea,ipsa tñ,vt filiũ uidit à mortuis suscitatũ,indicibili gaudio est repleta,quia videbat illũ omni pœnalitate,& miseria alienũ,stola beatitudinis perfectæ circundatũ,& sanctorũ patrũ consortio vallatũ. Hęc oĩa immensũ gaudiũ ingerebant in Virgine beata,sed p̃cipuè impellebat ipsã ad gaudiũ triũphalis victoria de inimicis habita. Cõtuebaturq; filiũ suũ,de quo S. Scriptura abũdãter loquit̃. Nõ derelinques aĩam meã in inferno,nec dabis sanctũ tuũ videre cõrruptionẽ. Pariter ẽt figurata fuit p Iacob,qui lapidem suppossuit,capiti suo dormiuit,& demũ mane euigilauit à sõno:per Sãsonẽ,q̃ vsq; ad mediũ noctis dormiuit:Per Ionã,qui trib diebus stetit in vẽtre cęti. Et his figuris ,p batur,resurrectionẽ Christi fuisse necessariã,vt adimplerẽtur figurę. decẽtissimũ,ẽt fuit,Christũ resurgere,vt ipse à mortuis resurgẽdo,spẽ fidelibus de resurrectione futura ingereret. Vt beatitudiné,quoad corpus haberemus,quia si Christus nõ resurrexisset, corpus nostrũ nõ haberet dotes gloriæ quoad carné, nisi corpus in resurrectione glorifica

tum

tũ fuisset. Nec aĩa insup Christi habuisset suã perfectionẽ, nec fides nostra suã rectitudinẽ, & gaudiũ angelorũ in cęlo nõ fuisset, nec præmiũ accidentale habuissemus. Decuit ergo Christum à mortuis resurgere, ne purus homo esse crederetur: imò vt primogenitus mortuorum haberetur, & exemplar resurgendi causa principium, & origo nostræ resurrectionis ostenderetur. Sic ergo apparet quomodo B. Maria gaudium habuit per maximum de filii resurrectione. Sed hic oriuntur dubia. Primum est, ex quo decebat Christum resurgere, quare non statim surrexit, sed per tot dies resurgere tardauit? Respondetur, quod decentissimè fecit multiplici ex causa, nempe, vt sacra scriptura verificaretur, vt dictum Saluatoris, qui sic prædixerat, adimpleretur, vt verè Christum obiisse demonstraretur, vt Dei potentia referaretur, vt per tres dies stãdo, tria se restaurasse sua morte depromeret, videlicet quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in inferno, vel tria sua mors nobis intulisse, redemptionem, liberationem à diabolo, & remissionem peccatorum, vel tria bona perfecisse, reconciliationem: Ianuæ cœlestis reserationẽ, & vitæ æternæ hæreditatis cõcessionem. Aliud dubium est, cum Christus deberet per tres dies esse in sepulchro iuxta iam dicta, quomodo est verum hoc? Respondetur secundum Augustinum quod dies accipiuntur per figuram Sinecdochem, qua figura pars accipitur, & ponitur pro toto. Vbi sciendum, quod beatus Augustinus quarto de Trini tate concordans Euangelistas dicit, quod Christus fuit crucifixus hora tertia, referendo ad Iudæorum petitionem, qua petierunt eum crucifigi, vel quia crucifixus fuit in terra hora tali nondum Cruci in altum leuata, & sic intelligunt Mathæus, & Marcus, sed hora sexta fuit in Cruce verè positus, vel Crux cum Christo in altum leuata, vt dicunt Lucas, & Ioannes. Vlterius sciendum, quod secundum Augustinum in dicto loco Christus quadraginta horis stetit mortuus, quia in Cruce hora sexta crucifixus est, & hora nona tradidit spiritum, ab hac hora vsq; ad horam resurrectionis computantur quadraginta horæ, & vltima hora diei fuit sepultus, quia in fine Dei in sepulchro per trigin ta sex horas ibi fuit, modo cum tempore passionis esset æquinoctium vernale, & eodem die Christus passus est, quo & conceptus, quare sexto Kalendas Aprilis surrexit, quia octauo Kalendas crucifixus est. Verum, quia surrexit secundum Augustinum in diluculo diei, & sic quasi per horam ante solis ortum, Christus stetit de vltimo die per horas vndecim, de secundo die per viginti quatuor horas, de prima die incipiendo ab hora, qua emisit spiritum, vsq; ad finem diei fuerunt quinque horæ, vel circa. Quo sequitur, quod hora nona in Euangelio non ponitur, nisi iuxta communem modum loquendi, quia si alio modo acciperetur, tunc à tali hora, vsque ad finem diei non fuissent propter æquinoctium vernale nisi tres horæ, & sic vel Christus solum si mortuus *Cap. 6.*

tuus

tuus stetisset triginta octo horis, vel surrexisset circa horam tertiã diei, quorum vtrunque est contra beatum Augustinum. Sic ergo apparet, quod dicit Euangelista, quod circa horam nonam emisit spiritum, Ly, circa, referendum est ad nonam ex parte post, non ex parte antè, quia iam vna hora diei à nona erat consumata, cum à nona secundum nostrum modum computandi, vsq; ad finem diei illo tempore essent horæ sex, & Christus mortuus stetit quinque horis de illo die primo. Tertium dubium, quare non expectauit resurgere in fine mundi cum aliis? Respondetur, quod multiplici de causa. Propter sui corporis nobilitatem, nostræ resurrectionis exemplaritatem, nostræ fidei veritatẽ, & firmitatem, quia non fuisset putatus Deus, & homo, sed simpliciter homo, & purus. Insuper, queritur, quo tempore Marię filius à mortuis
Exo. 14. resurrexit? Respondetur, quod de mense Martij, & non sine mysterio hoc est factum: in hoc siquidem mense, qui est principium mensium, secundum doctores, mundum sicut fuit per Deũ creatus, sic per Christum recreatus, reformatus per gratiam, & per mortẽ eius reparatus, primus Adam conditus, & secundus Adam nunciatus, & conceptus, primus homo à diabolo prostratus, sic per Christum redemptus, & liberatus, à paradiso genus humanum expulsum peccato, sic per Christi meritum est introductum, inimicus effectus est homo Deo ex inobedientia, ad gratiam per Christum est reconciliatus. Hoc siquidem mense filii Israel ab Ægypto liberati, & Patres à lymbo erepti. Si autem quæratur de die, respondetur, quod in die Dominico, quo die mũdus creatus, Angeli conditi, & homo per resurrectionem renouatus. Lex hac die est data, Spiritus sanctus hac die descendit. Sed qua hora? Respondetur secundum Gregorium, quod hora noctis media; & secũdum Augustinum, quod in aurora, & diluculo. Sed Seraphicus doctor de medio tollit hanc apparentem contrarietatem dicens, quod res dicitur fieri, aut quando fit secundum veritatem, aut quãdo innotescit. Gregorius assignat quando fuit, Augustinus quando innotuit. Vel potest dici, quod ipsa resurrectio fuit inter horam mediæ noctis, & mane diei Dominicę, & quia medium denominatur ab extremis, ideò potest dici, quod fuerit in media nocte, & in mane, & hæc hora decentissima fuit resurrectioni Christi, quia in tali hora aer serenatur, sic Apostoli illuminati. Cor hominis lætificatur, sic mentes Apostolorum. Bestiæ
Mat vl. prauæ exterminantur, sic custodes sunt exterriti. Homines ad opus exeunt, sic Apostoli resurrectione Christi confortati, demum operati sunt mira. Hæc hora est orationi congrua iuxta illud: Iustus cor suum
Eccl. 39. tradidit ad vigilandum diluculo. Sed qua ætate? Respondetur, quod ętate perfecta, vt dicit Apostolus. Triginta duorum annorum, & vltrà.
Ephes. 4. Vt est à natiuitate Domini vsque ad diem vigesimam sextam, mensis Martij, & ad dicentes oppositum potest responderi, quod Christus fuit

triginta

trigintatrium annorum, sed vltimus intelligitur per figuram synecdochem. Alii dicunt, quod Christus erat triginta trium annorum, & tot mensium, quot sunt à natiuitate, usque ad vigesimamsextam Martij, & pro istis illud: Quod Antichristus prædicabit tot annis, & mensibus, vt Christus ad tempus, & ad tempora, dimidiumq; téporis. Teneatur quid placet, ætas hæc est perfectissima, vt docet Augustinus in qua Christo occurremus resuscitanti. In hac ætate perfecta voluit Saluator resurgere, vt corpori suo daret omnem perfectionem, & quo ad beatitudinem accidentalem, & quoad ætatem, ac sicut resurrectio sua exemplar est nostri, sic ætas eius docet, in qua ætate nos resurgere debemus. Virgo beata lætabatur etiam ex resurrectione filii, quia cernebat ipsũ integraliter resurrexisse corpore, anima, & sanguine simul resumptis. Vbi aduertendum, quod in Christi passione sunt plures diuisiones, & separationes factæ; animæ, s. à coprore, deitatis ab humanitate, non quidem à partibus, sed à toto simul, quod est esse homo: quia Christus in triduo non fuit homo; & sanguinis à corpore. In resurrectione verò facta est omnium prædictorũ reintegratio, quia post triduum à mortuis resurgendo Christus fuit verus homo, quod tamẽ non fuerat in triduo. Sed hic est vnum dubium de Christi sanguine. Respondeo, quia licet corpus gloriosum, sicut erat corpus Christi in resurrectione, non indigeat tanto sanguine, sicut corpus corruptibile. Nihilominus non credo aliquid de ipsius sanguine remãsisse propter excellentiam ipsius, & quia sicut est effusus tàm gratuitè pro nostra liberatione, sic debuit reaccipi in Christi glorificatione. Et si dicatur ꝙ in quibusdã ampullis inuenitur sanguis Christi, & pro reliquijs seruatur, & miracula fiũt in eo. Insuper in columna vbi ligatus fuit apparet sanguis cernentibus. Ad primum potest dici, ꝙ sanguis talis est quorundam imaginum Saluatoris, sicut habetur in quadam tabula depicta, quę hodie est in Beritho Syriæ, quam Iudæi in obrobrium Christi percutientes sanguinẽ vberrimè emisit, de quo sanguine ampullæ plenę ad diuersas partes sunt transmissæ, quæ multis infirmis subueniũt. Ad aliud dico, quod in columna illa sunt vestigia sanguinis, & non sanguis ipse. Teneatur quod placet. Sic ergo patet quod Iesus surrexit à mortuis integraliter. Deinde etiam surrexit veraciter in proprio corpore & in propria aĩa; vt sic, quod integritas referatur ad partes, vt dictũ, sed veracitas referatur ad eundẽ hoĩem, & personã. Vnde sciẽdum est circa hoc, quod Saluator noster, vt ostenderet se veraciter surrexisse à mortuis, tria habuit probare; nempe veritatem humanæ naturæ, idẽtitatem substãtiæ, & personæ, & fœlicitatẽ gloriæ. Verum quia dr, quod in multis argumentis Christus ostenderit hoc, aduertendum quod argumenta facta in Christi resurrectione, si per se sumantur, fortè aliqua essent, q̃ præfata non sic directè probarent. Ad propositũ de-

Luc. 24. Ioan. 21 Luc. 24. Ioan. 20 Mar. vl. Luc. 24. Ioan. 20. Mat. 28. Mar. 16 Luc. 24. Ioan. 20.

scendēdo veritatē sui corporis, & naturæ humanæ Christus probauit per gustū cū discipulis comedendo, per tactū se palpabilē eis præbēdo, per visum se visibilē eis exhibendo, per auditū, se resurrexisse per angelos p̄dicando. Et quia isti sunt principaliores sensus corporis, & experimentales, si via sensus potest argui, sic, & in proposito. Sed hic occurrūt aliqua dubia circa prædicta: primū, quia non v̄, q̄ Christus verè comederit, quia cibus in substantiā comedentis non conuertebatur. Secūdo, qūo corpus Christi fuit palpabile cū esset incorruptibile. Tertiò, qūo poterat videri, cū esset potentiæ visuæ improportionatū obiectum. Quartò, quia oīa præfata v̄, q̄ diabolus possit exercere. Ad primū in sumptione cibi sunt quatuor, masticatio, traiectio, digestio, & in comedentē cōuersio pro parte. Quoad duo prima Christus verè comedebat, sed nō quoad duo vltima. Et quid fiebat de cibo accepto? In spiritualē naturā conuertebatur, & in vaporē resoluebatur. Sicut aqua resoluitur per solis radiū. Ad 2m dubiū, & ad tertiū, respōdetur, q̄ corpus beatū, q̄ palpetur si vult, quod videatur si vult. Et ad quartū, si attendatur finis, pp quem ista fiebant, & sub quibus circunstātiis diabolus illa non posset facere. Quo verò ad identitatem personæ Saluator probauit per visum, & tactum, & hoc in cicatricem ostensione dicens. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Sed hic est dubiū de istarum cicatricū in corpore reseruatione: d̄ q̄ Iesus reseruauit has cicatrices multiplici de cā; nēpe ad ostendendum, q̄ ille idē, qui crucifixus est, postea à mortuis resurrexit, & vt ostendendo patri vulnera, ipsum cōtra nos, & peccatores iratū, placet, & pro nobis interpellet, & vt q̄ misericorditer, & suæ passionis acerbitate simus redempti pœnis his insinuet. Nec nō in signū triumphalis meriti, & tādē, vt Iudæi, & peccatores videant iudicij tpe, quē contēpserunt. Vlterius probauit Christus suam identitatē naturæ, & personæ per sensus scripturæ aperitionē, dando eis sensum, vt intelligerent scripturas. Et tandē probauit per reductionē verborū ad memoriā, & per panis fractionē. Sic ergo Saluator noster quatuor præfatis ostendit, q̄ idē ipse erat in persona post resurrectionē, qui erat primò ante, & in passione. Postremò probauit per glorificationē sui corporis fēlicitatem, nēpe per dotē subtilitatis corporis, exeūdo de sepulchro, & intrando ianuis clausis ad discipulos. Sed cū dotes corporis quatuor sint, s. impassibilitas, claritas, subtilitas, & agilitas, cur Saluator magis per subtilitatē ostendit se habere corpus glorioſum, q̄ per alias dotes? R̄ndetur, q̄ Saluator, etsi probauerit suā resurrectionē per oēs corporis dotes; attamē hæc de subtilitate manifestior erat circa sepulchrum, & ianuam clausam, & sic suam resurrectionem ostendit veracissimam non solum in his, quæ dicta sunt, sed ēt per multas apparitiones, quas consonū erat, vt faceret. Quæ quidē apparitiones ad ostendendam veritatis resurrectionem

ctionem hunc in modum fuerunt, ipsa.n.die, quinque vicibus apparuit Marię Magdalenę. Aliis Mariis, Petro: duob. eũtibus in Emmaus, & discipulis, Thoma absente. Aliis diebus etiam apparuit discipulis, & Thoma existente: discipulis piscantibus: discipulis in monte Thabor recumbentibus vndecim, & in mõte Oliueti, quingentisq; fratribus simul. Quia ergo diuersis apparuit, hinc est, quod non duo testes tãtum, nec tres, sed multi resurrectionem veram approbarunt: quemadmodum ét, & angeli intus, & extra sepulchrum. Et sic gloriosa Virgo gaudebat inspiciendo hæc de filio suscitato. Præterea lætabatur, q̃ filius surrexerit fœliciter omni miseria deposita; nã defectus, quos propter nos sine peccato assumpsit, dimisit, & deposuit; nempè mortalitatem, obscuritatem corporis, terrestreitatem, ponderositatem, seruitutem, infirmitatem, temporalitatem, luctũ, debilitatem, tristitiã, instabilitatem, & humilitatem: & triũphaliter induit se immortalitate, corporis claritate, subtilitate, agilitate, potestate, impassibilitate, æternitate, iucunditate, fortitudine, gloria, securitate, triũpho, & imperio. Et sic vitiliter surrexit extrahendo patres à lymbo, expoliando diabolũ, liberando à purgatorio, lætitiã inferendo angelis, & gaudiũ indicibile dando matri Mariæ, quæ ét videbat, & lætabatur, quod filius surrexit immortaliter, vt dicit Apostolus: Christus resurgens à mortuis, iã non moritur, mors illi vltra non dominabitur, & iõ potenter, & mirabiliter surrexit. Primum.n. miraculum, fuit terremotus magnus, egressio à sepulchro, clauso remanente, angelorũ in monumẽto apparitio, corporis lacerati reintegratio, præseruatio ĩ triduo, perfecta corporis reorganizatio, carnis incorruptio, sãguinis emissi subita recollectio, dotum gloriosarum susceptio, subita aeris illustratio, subita à mortuis resurrectio, & sanctorum multorũ cum Christo resuscitatio. His omnibus indicibili consolatione, & lætitia replebatur Virgo. Deinde facta circa discipulos in hac resurrectione declarant lætitiã, & consolationem Virginis, quibus apparendo triplicem pacem dedit, materiã gaudii immisit, consternatos vigorauit, de resurrectione certificauit, Spiritumsanctum dedit, familiariter cõuersatus est, dubietatis vulnus à Thoma, & cæteris amputauit, se verum Deum esse declarauit, omnipotentiam, & dominium reserauit, Petro cui apparuit, spem de venia ipsi, & peccatoribus dedit, summo affectu oues, quas redemerat, Petro recommendauit. Modum perueniendi ad vitam æternam per viam fidei declarauit. Ad imitationem sui in Petri persona fideles induxit: & demum Ioanni Euangelistæ, prout volunt nonnulli doctorũ gratiam præseruationis à dolore mortis, & secundum alios à morte concessit. Insuper cum B. Virgo magno frueretur amore ad discipulos considerãdo, quid erga ipsos filius operatus est, quid fidelibus præbet documenti erat materia gaudium magnũ habendi ipsi Virgini.

Ioan. 20 Mar. vl. Mat. vl. Luc. vlt. Ioan. 20 Mat. vl. Luc. 1. Act. 1. Gal. 1.

Christus enim suos discipulos, sua resurrectione, & post visitauit, salutauit, assecurauit, exhilarauit, cum eis manducauit, se palpandum præbuit, de sua potentia declarauit, spiritu afflauit, dimittendi peccata authoritatem concessit, roborauit, dæmonem nō timendi virtutem indidit, ac faciendi miracula potestatem tribuit. Sed nos fideles, quid documenti ex præfatis in hoc fructu accipimus? Fiduciam obtinendi de peccatis veniam, suę potentiæ iuuamen, veræ fidei resurrectionem, vigorem, & potestatem, gratulationem, & iucunditatem, munera gratiarum, intellectiones scripturarum. Qui vult ergo librū sacræ scripturæ inspicere per actitata per Christū inspiciat euidenter. Christus.n. incipiendo à Moyse, & prophetis, scripturas, q̄ de ipso erant luculenter declarauit, videlicet, quid signaret formatio primi hominis à Deo, de latere ipsius dormiētis Heuæ fabricatio, quid somnus Adę, lignū vitæ, arca Noe, sacrificium Abrahæ, Isaac lignorū portatio, immolatio arietis, benedictio Iacob, inspectio scalę, venditio Ioseph, & sic de aliis. Vnde documentū habemus misericordię, & pietatis opera exercendi, & quantiscunq; vitijs grauemur nō desperandi, pacē sectātes, ianuas cordis, & sensuū clausas tenentes peccatis. Et sic his documentis, resurrectionē Christi pro nobis factā, meditemur. Sed vnū addo. Dictum est.n. quod resurrectio Christi eā, & exemplar est nostrę resurrectionis corporalis, quę fiet fm fidem ante diem iudicij: dico ergo, quod sicut corporalis nostra resuscitatio arguitur ex Christi resurrectione, sic resurrectionis spiritualis, quę est à peccato perfectē, & consepultionis mundo, & Christo viuificationis, est prima resurrectio fm Ambrosium, & documentum possumus sumere ex resurrectione Christi, & testibus prędordinatis. Vbi aduertendū, quod duodecim præcipuē testes, vt tactū est superius attestati sunt resurrectionē Dñi, videlicet, Magdalena, Maria Iacobi, Maria Salome, Petrus, Ioannes, vndecim apostoli: duo euntes in Emmaus, discipuli in vnū cōgregati existētes in monte Thabor, comedentes cū Christo, piscantes in mari, & ante ascensionē in monte Olueti. Istis testib. probata resurrectio Christi à mortuis, sic nostra resurrectio vera à peccatis duodecim signis p batur, & declaratur. Nępe, mundi amaritudine in Magdalenę, subiugatione carnis in Maria Iacobi: declinatione tētationis diaboli in Maria Salome, reuelationū manifestatione in Petro, consolationū magnitudine, & multiplicatione in Ioāne, paupertatis, & oīs penuriæ dulcedine ī vndecim apostolis, pietatis, & misericordiæ gratitudine, in duobus eūtibus in Emmaus, contēplationis mysterio in discipulis in vnū congregati, quietationis in requie in discipulis existentibus in mōte Thabor, cœlestiū degustatione in comedentibus cum Christo, innocētiæ, & puritate possessione, in mari piscantib. anxietate ad incolatum, in monte Olueti ascensione. Et sic resurrectio Christi nostrā resurrectionem

rectionem in præsenti à peccato declarat in præfatis argumentis, atq; documentis. Et sic ex dictis apparet lætitia Virginis glorioſæ, & quod prima vidit Christum resurrexisse à mortuis, vt asserit Ambrosius in libro de Virginitate Mariæ, dicens: Maria vidit resurrectionem Domini, & prima vidit, & credidit, vidit & Maria Magdalenæ, quamuis ista adhuc nutaret. Patet ergo expositio huius fructus, quod B. Maria Christi resurrectione iubilat, & qualiter habeat intelligi ex dictis est declaratum, &c.

FRVCTVS TERTIVS. Fructus LVIII.

Maria recreatur.

EXPOSITIO BREVIS.

DIERVM quadraginta expleto iam numero, quo resurrectionis Dominicæ est veritas argumentis quàm pluribus declarata coram Virgine Maria matre sua, & aliis, fastigia Christus scandens cœli fiduciam singularem, lætitiam, & iubilum recreationis mirabilis reliquit eisdem.

EXPOSITIO MAIOR.

TRIVMPHATOR mortis, reparator vitæ, & diaboli subactor inclitus, mundi monarcha, & Saluator Iesus resurgẽdo à mortuis, sic cuncta vetusta corporis, & animæ quoad partẽ inferiorem deposuit, & dolores, vt totus trãsierit in nouum hominem glorioſum, non vtique dimittendo prius assumpta, sed stolam beatitudinis, quæ sola inerat animæ, & hoc quoad vim superiorem, ipsam ad partem inferiorem, & corpus beatificè refundendo. Et quia id feciſſe, erat fideliter intimandum, ac veraciter demonstrandum, gaudioseque fidelibus offerendum. Saluator ipse Iesus resurrectionem suam sic factam, & beatificè celebratam veraciter demonstraret, intimaret, & lætificè præsentaret, post resurrectionem suam quadraginta diebus cum matre suis Apostolis, & aliis, voluit cõmorari argumentis variis, & eloquijs, probans se à mortuis resurrexisse, ipsosque lætificans verbis dulcifluis & gratiis diuinam scripturam intelligẽdi. Insuper spiritus sancti donis mirificis, ac sua glorioſa persona beatitudinem præbens corporibus beatis, ac mentibus Sanctorum patrum cum ipso existentium veraciter, & modo mirando. Sed li

cet ſuam reſurrectionem, vt præmittitur, quadraginta diebus veràciter approbauerit, erat condignum, & decens, vt ea, quæ per paſſionẽ homini acquiſierat, & ſuo merito impetrarat aperitionem ianuæ cœleſtis, & adeptionem hæreditatis æternæ, quã genus ſummopere optabat humanum effeciſſe declararet, patres iã de lymbo extractos, & alios à purgatorio ad ipſum cęlũ deducendo, vt ſic eis, quietis, & beatitudinis loco conceſſo ipſum reparatorẽ, quæ in cęlis, & quæ in terris ſunt, ac triumphatorẽ hymnidicè declamarent. Quod eſſe peractum, & geſtum per Chriſtum noſtrum redemptorem in ſua ſacra aſcenſione cunctis fidelibus claret ex fide, vt igitur hæc videãtur, qualiter per Chriſtum ducem genus humanum ad regnum ſit introductũ cęlorũ; videnda ſunt aliqua deuotione plena, & contẽplatione digniſſima, quibus viſis, q̃ fuit lætitiæ B. Mariæ, & ſanctorũ, cum Chriſto aſcendẽtiũ apparebit manifeſtè. Vt ergo præfata videantur, ſunt aliqua quærẽda, quæ in præſenti dubiũ ingerunt difficultatẽ. Primũ, cũ Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis fuerit quoad animæ partẽ ſuperiorẽ perfectè beatus. Et poſt reſurrectionẽ, quoad corpus, & animã, perfectiſſimè (ſicuti eſt modo) beatus. Cur cęlũ ipſe aſcẽdere voluit, cũ ſua beatitudo ex hoc, vt videtur, non ſit aucta eidem? Reſpõdetur, q̃ etſi incũctanter ſit tenendum, q̃ Chriſtus poſt reſurrectionem fuerit perfectiſſimè beatus, tñ cœlum adire voluit multiplici de cauſa. Quia ſic requirebat eius corporis natura, cum iàm glorioſum, & impaſſibile eſſet intra ſphęrã actiuorũ, & paſſiuorũ locus eius non erat. Erat omni elemento ſubtilius, quare ſupra ſphæram ignis locari decebat, erat agile, quare, ſupra oẽs cęlos: erat clariſſimũ, quare in cęlo empyreo eſt locatum. Inſuper exigebat hoc noſtra factura cœlum cũ peccato fuerit clauſum, & per Chriſtum pretio ſoluto apertum, ipſe illuc aſcendere ad aperiendũ decebat: & vt in cunctis ẽt accidentaliter eſſet beatus. Fuit ẽt neceſſarium Chriſtum aſcendere in cœlum ad locũ eis præparandum, ad Deum pro nobis exorandũ, ad Spiritum S. deſtinandum, & ad manendum cũ patre, & ſtandum. Aliud dubium, cur aſcendere Saluator tantum diſtulit? Reſpondetur, q̃ hoc eſt decenter factum habendo reſpectum ad ſuæ reſurrectionis probationẽ: nã, vt probaret veritatem ſuæ reſurrectionis plus diſtulit aſcendere, quàm reſurgere, quia citius eſt credita mors Chriſti, q̃ eius reſurrectio. Deinde diſtulit aſcendere ratione matris, & aliorum conſolatione, vt ſicut quadraginta horæ fuerunt mortis, ita quadraginta diebus conuerſatus eſt poſt reſurrectionẽ, quia conſolatio diuina, excedit triſtitiam humanam. Nã pro hora dies, pro die menſis, pro menſe annus datur. Sed hic eſt vnũ dubium. Vbi Saluator iſtis 40. diebus ſteterit? Non poteſt dici cũ apoſtolis, quia euaneſcebat ab oculis eorũ, ſimiliter ſancti, qui cũ Chriſto reſurrexerunt, & de lymbo, ac purgatorio à Chriſto ſunt extracti, vbi

mane-

manebant,& ipſi.Reſpondetur, quod nec Chriſtus fuit iſto tempore in paradiſo cœleſti,quia illuc aſcendit die Aſcenſionis,nec ſancti patres in dicto loco erãt,nec aſcenderãt,eo quod Chriſtus, qui erat dux, & caput eorũ nondum aſcenderat,oportet ergo, quod alibi ponãtur. Aliqui dicunt,quod fuerũt in paradiſo deliciarum diſpenſatiuè ad tẽpus,alii,q̃ ſemper cum Chriſto,de cuius præſentia gaudebant. Aliud dubium: Quid Saluator B.Mariæ filius ante ſuam aſcenſionem peregerit? Reſpondetur,quod Chriſtus cœlũ volens ſcandere plures actus exercuit,ſ.apparitionis,fortis increpationis, & comeſtionis,iniunctionis officij prædicationis,baptiſmi inſtituti promulgationis,gratiæ cõceſſionis,familiaris itinerationis,dulciſſimæ locutionis, permãſioniſque cũ ipſis,ſponſionis Spiritus S.& ſingularis benedictionis.Hi ſunt duodecim actus,quos Chriſtus exercere voluit ante ſui aſcenſionẽ ad cœlum. Sed qualiter Dñs Ieſus aſcenderit,videndum.Et in hoc dicit, quod aſcendit magnificè ſociatus magna caterua,feſtiuè,quia angeli canebant,exempli cauſa,ſeraphim,quia impleuit eos charitate, cherubim,quia illuſtrauit eos ſapientia,throni, quia in ipſis requieſcit, dominationes,quia eas conſtituit,principatus, quia ſuper regna præfecit,poteſtates,quia earum eſt eligere malignitatẽ infernorũ, virtutes, quibus miracula attribuũtur,archangeli, quia eorum eſt ſecreta Dei reuelare,angeli,quia eorum eſt nobis miniſtrare,& cuſtodire. Sic ergo cętus omnes obuiam Chriſto aſcendenti venientes, & ipſum præcedentes dignis laudibus pſallebant,patreſq; à lymbo erepti dicebãt: Benedictus es Dñe Deus noſter, qui ſaluos facis ſperãtes in te:patriarchæ:Laudate Dñm oẽs gentes:prophetæ,Nos pauperes,& inopes laudamus nomen tuum:iudices,& rectores populi Iſrael:Paraſti in iudicio thronum tuum:reges inſuper,duces,ſacerdotes,& cũcti,qui Chriſtum faſſi ſunt laudes perſoluebant diuinas. Præcipuè,quia aſcendit Dñs publicè:nã videntibus apoſtolis,& aliis eleuatus eſt,quia gratificè aſcendit,& hoc,quoad modum;nam aſcendit oculis, & facie ad orientem conuerſus,ac manibus in ſurſum eleuatis, & huius exemplo ad orientem nos Chriſtiani oramus,cum Iudæi ad occidentem,& Saraceni adorent ad meridiem, vt documentum præberet,ad orientem gratiam nos ſemper habere,quàm ad occidentem literam. Citiuolè pariter aſcendit,licet enim vſquequo videri poſſet à Maria, & apoſtolis,& alijs fidelibus Dominus Ieſus aſcenderit paulatiuè, attamen poſtquàm ab oculis eorum fuit acceptus itinere breuiſſimo, ſicut eſt groſſitudo cœlorum,ac ſpatium inter cœlum, & cœlum pertrãſijt,iuxta illud:Exultauit vt gigas ad currendam viam. Sed hic ſunt duo dubia:primum:ſi talis motus fuerit ſubitus,vel ſucceſſiuus? Reſpondetur,quod accipiendo ſubito pro motu inſtantaneo, dr̃, quod non fuit ſubitus:patet,quia apoſtoli perpẽderunt de iſto motu,ſimiliter corpus

transeundo de termino à quo, ad quem, per tantum ſpatium non pōt in inſtanti ſic moueri, quare non ſubitus, ſed fuit ſucceſſiuus, licet fuerit valde velox ſpatio pertranſito conſiderato, videlicet à terra vſq; ad cœlum empyreum magnū eſt ſpatium de terra vſq; ad orbem lunarē. Poſtmodum ſunt cœli ſeptem planetarum, deinde cœlum ſydereum, ſiue firmamentum, cœlum criſtallinum, ſiue primum mobile, & cœlum empyreum. Secundum dubium, an talis motus debeat dici naturalis, ſeu violentus, Reſpondetur, quod ſi appelletur motus naturalis, quia fuerat cauſatus à corpore Chriſti graui, vel leui, vt aliqua corpora, ſic dr̄, quod non: quia corpus Chriſti non erat graue, vel leue, vt ſunt proprietates corporum naturalium: ſi verò dicatur naturalis, quia mouet virtute ꝓpria, & ex parte corporis, quia erat agile, & mobile ad quodcunque vellet anima, ſic fuit naturalis. Vnde ſi motus cœli dr̄ naturalis ſecundum Commentatorem, tamen mouetur fm ipſum ab intelligentia. Iſto modo, motus Chriſti in aſcenſione pōt naturalis cenſeri: deinde Chriſtus aſcendit viuificè, quia vigoroſè, & propria virtute, & hoc tàm virtutte deitatis humanitatem ſibi vnitam releuantis, quā etiam ex natura corporis glorioſi, quod dote agilitatis adornabatur, vbi aduertendum, quod Chriſtus, & aſſumptus dicitur paſſiuè, quoad humanitatem per ſe conſideratam, quæ à Deo fuit eleuata, & dicitur ēt quod Chriſtus aſcendit, quoad deitatis potentiam, etſi ſecundū, qd̄ homo, aſcendit, hēt referri. Vel poteſt dici Chriſtum nō aſcendiſſe ex virtute naturali humana, q̄ conſurgit ex principiis naturæ, ſed ex virtute naturæ beatæ corpori beato vnitæ, cuius corporis beati ad animā tanta eſt, & erit obediētia, vt dicit Auguſt. quod vbi volet eſſe ſpiritus, erit protinus, & corpus, & quia decet corpus beatum eſſe in cęlo, vt dictum eſt, quare etſi principaliter virtute diuina, tn̄ etiam modo dicto, pōt eſſe ex virtute animæ beatæ. Sed nunquid angeli ipſum ad aſcendendum iuuerunt? Reſpondeo ſecundum Auguſtinum, quod angeli venerunt obuiam Chriſto non ad eleuandū, ſed ad venerandum, & obſequendū. Sed quo aſcēdit propria virtute? Cū dicatur, quod nubes ſuſcepit eum? Reſpondetur, quod nubes non dr̄ ſuſcepiſſe ad deferendum, ſed ab oculis eorum ad abſcondendum, & deſignandū. Vbi ſciēdum, quod cum virtus viſiua ſit terminata, & finita ſibi certa diſtantia ad videndū determinatur vltra q̄ naturaliter videre non valet. Dn̄s Ieſus cum cœlum aſcenderit viſus eſt à matre, apoſtolis, & aliis, & non poterat videri ad magnam diſtantiam, quare, vt remotius videretur nubes eſt appoſita, vt videndo nubem, quod ipſe eſſet ex hoc agnoſceretur. Et ſic intelligitur illud: Ponis nubē aſcenſum tuum. Deinde cōſiderandū eſt ad quem locum aſcendit. Reſpondent Euangeliſtæ, qd̄ in cœlū. Vbi ſciendū, qd̄ noīe cœli in ſcriptura, aliqn̄ intelligitur celū
Gen. 1. materiale, & iſtud eſt multiplex, & de iſto dr̄: In principio creauit Deus

cœlum,

cęlum, & terrā. Aliquando intelligitur cœlum pro homine, quia homo iustus vocatur cœlum. Aliquando accipitur pro cęlo intellectuali, de quo dicitur. Tu forsitan cum illo fabricatus es cœlos, ideſt, angelos. Accipitur aliquando pro ipsa supersubstantiali diuina essentia, iuxta illud: A summo cœlo egressio eius. Istis præmissis, ad quem locum ascendit? Respondetur, quod ipse super omnes cœlos ascendit. Nam de monte Oliueti, vt dicit Lucas, ad quem frequenter prius accesserat, & orabat, in quo fuit captus, in quo Antichristum interficiet, & mundum iudicabit. Cœlum Empyreum ascendit, omnes alios cœlos transcendendo iuxta illud: Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Si verò accipitur cœlum secundo modo, dicitur quod ascendit super omnes cœlos rationales, ideſt, vltra loca debita, humanis spiritibus beatis, quia omnes merito, & gratia præcedit. Si accipitur cœlum tertio modo, respondetur, quod super omnes spiritus intellectuales ascendit, iuxta illud: Ascendit super Cherubim. Si quarto modo accipitur cœlum, dicitur, quod ascendit vsque ad æqualitatem Dei iuxta illud: Dominus Iesus assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Et illud. Assumptus est in cœlum, & sedet à dexteram maiestatis in excelsis.

Luc. 11. *Mat. 26* *Zac. 14.* *Mar. vl.* *Hcb. 1.*

Sed hic est dubium, quomodo intelligitur, quod Christus sedet ad dexteram Patris; & quid intelligitur per dexteram Patris? Respondet magister, quod sedet in bonis potioribus patris, ideo dicitur, omnia subiecisti sub pedibus eius, quia omnibus altior, & eminentior, potestate, dominio, & dignitate, conueniens enim erat, vt illius gloriæ sociaretur in termino, cuius & natura copulabatur in filio. Sed vlterius est aduertendum, quod aliud est sedere ad dexteram patris, & aliud est esse in dextera patris. Primum soli Christo conuenit, quia importat vnionem, æqualitatem, & quandam communicationem beatitudinis. Sed esse in dextera est esse in æterna beatitudine, quod conuenit sanctis aliis à Christo. Sed attendendum, quod sicut Dominus Iesus multos fecit descensus veniendo in mundū, sic & recedendo multos ascensus. Veniēdo in mūdū descendit vsq; ad carnē, ad nostram mortalitatem, ad nostram necessitatem, ad nostram pauperiem, ad nostram tentationem, ad corporis laxitudinem, ad anxietatem, vsq; ad crucem, vsq; ad mortem, & vsq; ad carcerem infernalem, quando descendit ad lymbū, & omnes isti descensus ostēdunt Christi profundissimam humilitatē. Sed de hoc mundo ad patrem ascendendo aliquos ascensus fecit, nempē assumptæ humanitatis ad super omnia eleuationem, ad vitam perpetuam, ad summam corporis, & animæ recreationem, ad cœli diuitias, ad potestatiuam super hostes dominationem, ad iucunditatem, & consolationem, ad perfectam pacem, & quietem, ad thronum gloriæ patrnæ, ad perpetuam cum patre cohabitationem. Ad summam præsidentiam super omnes, & exaltationem. Sic ergo patet ad quem locū,

& in

& in quo est Iesus à patre locatus. Vlterius quæritur, quid vtilitatis huius ascensus Christi contulit hominibus. Respõdetur, quod multa dona, videlicet humanæ naturæ exaltatio, veneration is beneficium, hæreditatis restitutio, quæ per 5000. annorum fuerat amissa, collocatio sanctorum, reparatio Angelorum, eiectio diaboli, defensio & supplicatio nostra, exauditionis spes, largitionis munus, erectionis donum, & aperitio ianuæ cœlestis. Hæc sunt duodecim beneficia, quæ contulit ascensio Christi. Sed nunc videndum est, quale gaudium beata Maria, Apostoli, cæteriq; fideles Christi ascensu susceperunt. Certè multa. Primo, ex Christi allocutione, ex gratia pronunciatione, ex ipsius amplexu, ex ascensione virtutis propriæ, ex gloria & claritate corporis, ex nobili & magna societate sanctorum, ex singularissima Christi ascendentis data benedictione, ex angelorum descensione ad testificãdum Christi ascensionem, ex festiua filii ab æterno patre receptione. Hæc omnia sunt, ex quorum cõsideratione Virgo beata indicibile gaudium sumebat. Præcipuè etiam, & angeli uidentes regem gloriæ, ac humanitatem Christi, quæ ad gaudium ipsorum accidentale est, vidẽtes ruinam ipsorum tali ascensu incipere reparari. Fuit etiam, & est ad gaudium omnium electorum, pariter & ad gaudium nostrum, quia natura nostra exaltata est, & sedet à dextris Dei. In hoc festo omnia alia festa complentur, quia ad hunc finem ordinabantur, vt homo ad regnum cœleste introduceretur. Vltimo quærendum, quid documẽti nobis præbetur à Christo hoc suo sacro ad cœlos ascensu. Certè non modicum documenti accipimus. Si cupimus cum Domino Iesu vesci, & ascendere in cœlum simus pœnitentia imbuti, & omni abdicatione terrenorum cum Apostolis odientes, omnem consolationem spiritualẽ proximo exhibentes, opera misericordiæ exercentes, abdita Dei non quærentes, fide credentes, spe gaudentes, virtutem supercœlestem desiderantes, quieti à passionibus, repleti pietate, humilitate feruidi, Deũ vbiq; adorantes, summè in ipso confidentes, insidias diaboli non formidantes, non inuidi, non iracundi, non auari, non gulosi, non luxurioſi, & sic virtutibus ornati respicientes Dominum Iesum ascendentem in cœlum eleuatis manibus, nos autem cãcellatis deprecemur, vt in hoc mundo à terrenis. gratia sua nos abdicet, quo possimus in cœlum mente integra ascendere, &c.

FRV-

FRVCTVS QVARTVS.

Maria fidem referat.

EXPOSITIO BREVIS.

SVPERNA petente Domino Iesu magistra veritatis hic dimittitur B. Maria, vt quæ in cordis de vita Iesu seruauerat armario, pandens Apostolis, ipsorum mentes roboratas in fide, & mundatas ad sancti spiritus perceptionem debitè disponat.

EXPOSITIO MAIOR.

VERITATIS magister Dominus Iesus Mariæ filius, cuius anima, gratia, & omni sapientia ab instanti conceptionis sic plena fuisse agnoscitur, vt ei Deus plenius conferre non posset, qui omnia sciens, hic siquidem cũ sit lux vera, quæ omnem hominem illuminat, speculum in quo omnia cernuntur, verbum mentis æternæ, in sintque ei omnes thesauri diuinæ sapientiæ, & scientiæ, vt docet Apostolus, creaturas suæ claritatis radio illuminando, sic se habet in mundo, vt aliquos immediatè, aliquos verò mediatè radiet, & illuminet, vt patet in angelicis hierarchijs: matrem tamen suam radiando, siue mediatè, siue immediatè, sic docuit, qđ ipsa diuinæ sapiẽtiæ luce repleta fuit, ut ex multis conijcitur. Si quidem ipsum Dei verbum in eius vtero nouem mensibus commorando, cum ipsius sit proprium mentes illustrare B. Mariam summè ad susciendum eruditionem diuinam dispositam, vtpote defecatam ab omni tenebra peccatorum eam sapientiæ radio multipliciter illuminauit. Spiritus sanctus non solũ in se, sed in suis donis fuerit copiosè, & descẽderit in Mariam, vt fructu 26. est declaratũ, ipseque Spiritus sanctus (teste Gregorio) in docendo mora non indiget, cuius tetigisse mentẽ docuisse est. Quare sapientia Maria plena fuit. Quod enim sibi diuina sapientia dari deberet, ac ipsa repleri, ex hoc conuincitur, quia ipsa datur puritate cordis fulgentibus, præcepta seruantibus, cultum Dei ampliantibus, humilitatem tenentibus, timorẽ Dei habentibus, Deum exorantibus, prudentia nitentibus, iustitiam custodientibus, abstinentibus, Christum sequentibus, piè agentibus, & Iesum confitentibus. Sed cum hæc omnia fuerint perfectissimè in beata Maria, vt patet euidenter ex antedictis fructibus. Puritate enim super omnes nituit, præcepta custodiuit, Dei templum extitit, humilitate splenduit, timuit altissimum, Deum exorauit, prudẽtia nituit, iustitiam

Ioan. 1. *Colos. 2.* *Sap. 1.* *Deut. 4.* *3. Re. 2* *Psal. 18.* *Pro. 11.* *Prou. 1.* *Sap. 7.* *Pro. 14.* *Eccl. 2.* *Dan. 1.* *Eccl. 14.* *Eccl. 43.* *Luc. 21.*

iustitiam tenuit in factis, abstinentissima fuit, Christum est secuta, piè egit, & Christum fide confessa est: quare Deus sapientiam suam eidé concedere decuit, quod & fecit, vt patet in cantico ab ipsa ædito. Omniaq; facta Christi cernendo, & recipiendo in corde, nonne sapientia repleri debebat? Sapientiam Dei generando, cum ipso tanto tempore stando, & conuersando, ac eius influentiam recipiendo. Sed hic potest esse dubium; quomodo, vel quibus huius Virginis Mariæ sapientia extitit declarata: Respondetur, quod fuit declarata in sua sub omnib. humiliatione, quam expressit dicendo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum. Et sic ex tanta humilitate Virgo gloriosa fuit sapientiæ dono declarata, quemadmodum etiam per singulos actus vitæ Christi ab ipsa diligenter consideratos intueri potest. Quorum primus est, quod deberet nasci ex semine Abrahæ, vt dicitur: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod de Virgine: Ecce virgo concipiet. Quod nascendus debebat nunciari tàm per homines, quàm per Angelum iuxta illud: Non faciet Dominus verbum, quod non loquatur prius ad sanctos suos Prophetas. Quod nasci in Bethlehem: Et tu Bethlehem terra Ephrata. Quod in loco vili.

Gen. 22. *Isa. 7.* *Amos 3.* *Mich. 5.*

Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. A cunctis gentibus adorandus iuxta illud: Omnes gentes ad te current. Quod deberet circuncidi: Omne masculinum circũcidetur in vobis. In templo præsentari: Ecce ego mitto angelum meum. Ad Ægyptũ peregrinari: Ascẽdet Dominus nubẽ leuem, & ingredietur Ægyptũ. Ab Ægypto reuocari: Ex Ægypto vocaui filium meum. In medio Doctorum sedere: Deus stetit in Synagoga deorum in medio. A Ioãne Baptista prẽconizari: Ecce ego mitto angelum meum. Aqua baptismi consecrari: Erit fons patẽs in domo Iacob. A diabolo tentari, ut Iob, qui à diabolo fuit tentatus, sed non superatus. In deserto ieiunare. Operui in ieiunio animam meam. Ab Angelis ministrari, vt in Elia, cui Angelus appositi panem, & vas aquæ. In templo prædicare. Docebit nos uias suas Spiritu prophetico illustrari: Prophetam suscitabo de fratribus tuis. Discipulos pauperes aggregare: Spiritus Domini super me euangelizare pauperibus. Paupertatem amare: Ego sum pauper, & dolens. Iustitiam diligere, & exercẽre: Erit iustitia cingulum lumborum eius. Humiliter conuersari. Humiliatus sum vsquequaq;. Suæ doctrinæ despectio à Iudæis. Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem mihi.

Isa. 1. *Mala 3.* *Isa. 19.* *Ose. 11.* *Mal. 3.* *Zach. 10* *Iob. 2.* *3. Reg.* *Isa. 1.* *Deu. 18.* *Isa. 61.* *Isa. 11.* *Isa. 63.*

Miraculorum operatio: Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt. Multitudinis populi cibatio: Suscitabo super gregem meum pastorem. Summi sacrificii institutio: Faciet Dominus cõuiuium in monte cunctis gẽtibus. Æternitati Regni ordinatio: Suscitabit Deus regnum. Cultus Dei zelatio: Zelus domus tuę comedit me.

Isa. 35. *Ezec. 32* *Isa. 25.* *Dan. 7.*

A Prin-

A principibus sacerdotum,& alijs persecutio:Sed erunt principes,& aduersum me loquebantur.Iudæorum insidiatio: Omnes in sanguiné insidiantur.Consilij Iudęorum contra ipsum congregatio:Astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnũ.Vitæ eius proditio: Ampliauit super me supplantationem.Eius venditio:Appẽderunt mercedem meam triginta argenteis.Eius captio: Cęperunt animam meã,ir ruerunt in me fortes.Eius ligatio: Fili hominis datæ sunt superte vincula,& ligabunt te.Spontanea eius oblatio:Oblatus est, quia ipse voluit.Eius flagellatio;Ego fui flagellatus tota die.Eius falsa accusatio: Amici mei,& proximi aduersum me cõuenerunt,& steterunt.Maxillæ percussio:In virga percutient maxillam iudicis Israel:Eius illusio, & derisio: Illuserunt tibi viri fœderis tui.Pœnarum eius afflictio: Afflictus sum,& humiliatus sum nimis.Eius faciei velatio, & percussio: Faciem meam non auerti ab increpantibus,& conspuentibus in me. Eius expoliatio:Vadam spoliatus,& nudus.Eius blasphematio: Tota die non cessant blasphemare nomen meum.Eius negatio:Non erit eius populus,qui eum negaturus est.Ad mortem vilem condemnatio: Morte turpissima condemnemus eum.Crucis baiulatio: Mittamus lignum in panem eius. Eius crucifixio: Suspendium elegit anima mea. Ipsius inter sceleratos collocatio: Cum sceleratis reputatus est.In cruce cibatio,& potatio:Dederunt in escam meã fel, & in siti mea potauerunt me aceto.Eius mors,& occisio:Tradidit in mortẽ animam suã. Pro peccatoribus immolatio: Propter scelus populi mei percussi eũ. Per ipsum facta nostra redemptio:In dilectione sua,& indulgentia redemit eos.Eius vulneratio:Foderunt manus meas,& pedes meos.Eius lanceatio:Circundedit me lãceis suis,& vulnerauit lumbos meos.Sanctorum patrum liberatio: Clamabunt ad Dominũ à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem.Diaboli subiugatio: Percussisti caput de domo impij.Eius sepelitio: Suspensus in patibulo eodem die sepelietur. Eius resurrectio:Non derelinques animam meã in inferno. Ad cœlos ascensio:Ascendit super cœlum cœli ad Orientem. Ad patris dexterã confessio:Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Spiritus sancti largitio:Effundam de spiritu meo super omnem carnem.Et omnium in fine mundi iudicatio: Congregabo omnes in vallẽ Iosaphat. Sic ergo ex præfatis patet quilibet, etsi non plenè, saltem aliqualiter meditando qualiter B.Maria de actitatis à filio apostolos edocebat, ostendendo præfatis prophetarum oraculis,& figuris filium suum peregisse.Tamen hic aduertẽdum vnum, quod doctissimus iste vir in Cõformitatibus B.Francisci, quæ iã in annis elapsis typis cõmissæ fuerũt omnia hæc,quæ in præsenti fructu narrãtur exactius ibi, & latius scripsit:qua in re non incassum iudicauit modo ferè paraphrastico hic singula connectere.Et idcircò quoad figuras dicit author huius operis,

Mich. 7
Zac. 11.
Zach. 3.
Isai. 53.
Mich. 5.
Abdia 1
Isai. 50.
Mich. 1.
Dan. 9.
Sap. 2.
Iere. 11.
Iob. 7.
Isai. 53.
Isai. 53.
Isai. 53.
Isai. 63.
Psal. 20.
Iob. 16.
Isai. 19.
Deut. 21
Ioel. 2.
Ioel. 3.

vt me-

vt melius memorię commendentur succinctè perstringendo, apparet ex dictis quod ipse Iesus Christus fuerit in prophetis proclamatus, in Iosia nunciatus, nominatus in Ismahel, natus cum gaudio in Obed, amatus à Domino in Salomone, veneratus in Iosaphat, oblatus in Samuel, fugatus in Iephthe, tentatus in Iob, baptizatus in Naaman, perfecutus in Dauid, consecratus Dño in Amasia, conuersatus in Onia, sociatus i Iehu, diuulgatus in Iosue, legem docuit in Esdra, mira fecit in Moyse, calumniatur in Abimelech, insidiatur in Daniele, contenitur in Gedeone, zelat in Phinees, confortat in Caleb, voluntaté Dei facit in Abraham, orat in Ezechiele, suos diligit in Neemia, futura pă dit in Isaia, sacrificium offert in Melchisedech, venditur in Ioseph, proditur in Amasa, capitur in Tobia, ligatur in Samsone, accusatur in Naboth, velat facie in Amă, irridetur in Elisæo, spoliatur in Ieremia, ceditur in Ezechiele, affligitur in Michęa, vilipęditur in Abimelech, crucis lignum baiulat in Isaac, suspenditur in serpente, Deum placat in Aaron, genus humanum liberat in Noe, occiditur in Abel, lanceatur in Absalom, latus aperitur in Adam, hostes deijcit in Aod, sepelitur in Iona, descendit ad inferos in Abacuch, surrexit mane in Iacob, ascendit in Elia. Sic ergo succinctè de Christi vita præfatæ possunt an notari figuræ. Beata ergo Maria apostolorum à Christo dimissa magistra post eius ascensionem fidem referat modo præfato, vt præsens fructus declamat, O quã iucundum, quàm dulce, quàm amœnum, & suaue erat B. Mariam talia eructantem audire. Quàm disertè, & comptè hæc fistula Spiritus sancti, & plectrum verbi æterni, ac liber vitę talia personabat. Etsi homo de bono thesauro cordis sui, bona profert, quid Maria? Cuius cor sacrarium, mens armarium, habitaculum vnicum Dei, corpus, vterus, thalamus, & ferculum illustrissimi Salomonis. Et quia ipsa Dei genitrix, etsi sit residens in cęlo, cum clamet ad nos quotidie dicit illud: Audite me filii, beati, qui custodiuut vias meas, audite disciplinam, & estote sapientes. Hæc ipsa sunt, quæ virgo explicauit apostolis, ac nobis seruanda, meditanda, tenenda, & intelligenda declarat dictorum exęplo, & sua vera doctrina. Quare cum in talium debita meditatione, & infallibili inhęsione sit retributio multa, vera iam dicta de Christo, figuris, verbis, & factis; demum Iesu Marię filii tenẽtes peruenire tandem ad fidei finem possimus, qui est visio beata in patria. Sic ergo ex prædictis apparet declaratio istius fructus, Maria fidem referat, & per consequens, quod breuiter in principio est annotatum.

Pro. 7.

FRV-

FRVCTVS QVINTVS.

Fructus I.

Maria confirmatur.

EXPOSITIO BREVIS.

SPIRITVS, qui Beatam Mariam iàm gratia repleuerat,& vmbrarat ſuper ipſam,iterato adueniens nouo decorat dono, ſanctoſque apoſtolos inaudito prodigio viſitans ipſa præſente purgat, & illuminat,quoad mentes corda inflãmans, linguas eorum dirigit ad Dei magnalia peroranda,&c.

EXPOSITIO MAIOR.

SPIRITVS ſanctus,cuius eſt mira agere, & perficere,& ſi opera egit admiratione digniſſima, & quotidie agit in creaturis mundo reſerando ad Dei gloriam, ac incitãtia ad ſui laudem,præcipua tamen ſunt,quæ in duobus cęli luminãribus maiori,& minori, Chriſto, & eius matre operari dignat⁹ eſt. Nihil fecit Deus maius,& perfectius homine Chriſto vniendo in perſona humanitatem noſtram,ac beatam Dei genitricem, obumbrãdo,& ſuper eam veniendo præ omnibus puris creaturis,gratiæ muneribus replendo,& virtutibus ordinando. Quę dona,quanta,& qualia, & quę fuerint,etſi iàm dictum ſit in prȩcedentibus,tamen aliqualiter dicetur,vt quàm magnus ſit iſte Spiritusſanctus artifex,& qualis erga Mariam,& alios declaretur. Verùm quia,quid ſit in homine ſolus ſpiritus,qui eſt in homine, nouit, cum multoties Deus mira operetur in anima,etſi non prodeant ad notitiã exteriorem,attamen,vt notificentur euidẽtius Deus,quod agit intus ad extra ſigno prodit qñque. Hinc eſt,quod ſicut ad oſtendendum Chriſtum fuiſſe plenum gratię, & veritatis,Spiritusſanctus ſuper eum iã baptizatum deſcendit,vt quod datum euidenter diſcipulis conceſſum,non dubitaretur & matri,ac aliquo ſingulari munere repleta diceretur. Cuius,etſi primo habitum habuit,nõ tñ vſum,quare in ipſam, ſicut ét in apoſtolos viſibili ſigno deſcendere eſt dignatus,& quia aliqua egit in Virgine, & aliqua in apoſtolis,etſi vno ſigno viſibili deſcendiſſe vr. Idcircò pro euidẽtia huius fructus duo erunt videnda. Primum, quid Spiritusſanctus in apoſtolis egerit virtutis & gratiæ:deinde ſecũdo, quid fecerit in Dei matre Maria. Et pro primi euidẽtia præſuppoſito quod Spiritus S. datur viſibiliter,& inuiſibiliter in ſe,& in donis creatis, & quod deſcendens ſuper apoſtolos ſingulariter eſt datus,quoad modũ,& quoad effectũ,

& in

& in descendendo super eos modum singularem tenuit. Quoad tempus, quia quinquagesima die à Domini resurrectione. Penthe.n.quinquaginta significat; accipiendo.n.Penthe pro ipsa solennitate, & die festo, & non pro solennitatis protelatione, quæ per septem dies durabat: primo modo loquitur Lucas dicens: Dum complerentur dies Pé-
Act. 1. thecostes. Die ergo quinquagesima datur Spiritus sanctus, quia indulgentia fiebat in Iubileo, & per Spiritum sanctũ peccata remittuntur, charitas diffunditur, quæ operit multitudinẽ peccatorum. In spirituali iubilæo, rei soluuntur, debita dimittuntur. Exules in patriam reuertuntur, hæreditas amissa redditur, homines peccato venundat à peccati iugo liberãtur. Hæc Glossa: Quoad annum, quia eodem anno, quo Christus mortuus est, & resurrexit, vt ostendatur passione Christi nobis dari Spiritum S. Ipso dicente: Nisi abiero paraclitus non veniet ad vos. Quoad mensem, quia de mense Maij; die, videlicet, quintadecima incipiendo à trigesima die post annũciationem, quia eodem die mortuus, quo & nunciatus, vt ostendatur Spiritus sancti missione in nobis fieri virtutum omnium augmentum elargitio. Quoad diem, quia in die solenni Penthecoste, vt tanta virtus haberet, qui approbarent, & varios cognoscerent. Quoad horã, quia vt dicit Petrus: Hora tertia. Vt ostenderetur dari tertia in Trinitate persona. Quoad locum, quia in cœnaculo, qui.n. Spiritum sanctum desiderat, carnis domicilium, mẽtis contemplatione transcendens calcat: quoad formã, quia in linguis igneis, & commotione magna, qua de causa dicetur infra, & quare ad tales personas. Sic ergo quoad modum iste aduentus Spiritus sancti fuit valde mirabilis. Et sic patet primum. Sed circa secundum, videlicet, quid egerit in apostolos, est sciendum, quod cum Spiritus S. requirat pro sui habitatione mentem depuratam, quia non habitat in cor-
Sap. 1. pore subdito peccatis. Humiliatam, quia effugit mentes fictas: quietam à strepitu mundanorum. Super quem requiescet spiritus meus?
Isai. 66. inquit, nisi super humilem, & quietum? Orationi deditam, Inuocaui, & venit super me spiritus sapientiæ. Pacatã, & paci coniunctam, cha-
Sap. 7. Ioan 15. ritate informatam, & colligatã: diuinis præceptis mancipatam: Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Lõganimitate, & perseuerantia approbatam; in cuius testimonium Iesus mandauit apostolis ne discederent, sed expectarent promissionem patris. Tandem omnibus virtutibus adornatam. Quæ omnia fuerunt in apostolis in Spiritus sancti missione. Sed isto Spiritu sancto tertia in Trinitate persona in eis tã miro modo descendente, quid in eis egit? Respõdetur, quod mira, præcipuè septem dona Spiritus sancti, s. sapientiæ, scientiæ, consilij, fortitudinis, intellectus, pietatis, & timoris. Ad propositũ Spiritus sanctus super apostolos descendendo purgauit eos ab omni peccato, si quod inesset, etsi non ineſt, præseruauit ne insint; nam purgat, & mundat Spi-

ritus

ritus sanctus à superbia per donũ timoris,ab ira, & iræ occasione per scientiæ donum,ab inuidia, & eius materia,per donũ pietatis,ab accidia per donũ fortitudinis,ab auaritia per donũ consilii,à vitio,& occasione gulæ per donũ intellectus, à luxuria , & sua prurigine per donũ sapientiæ. Et sic sancti Apostoli cũ essent vitiis purgati superueniẽs à sequelis si quæ essent,ac ne inessent facultatẽ dedit,& gratiã. Scdm, q̃ in eis egit,est mentiũ ipsorũ per virtutes ornatio:ex quo.n.mẽtẽ purgauit tunc virtutes infudit, & dedit, nam fm Gregoriũ sicut Spiritus S. facit aliquos, sic fecit,& ipsos,videlicet,humiles per timorem, misericordes per pietatem,discretos per scientiam,liberos per mentis fortitudinẽ,cautos per consiliũ,prouidos per intellectũ, maturos morib. per sapientiã. Tertiũ,quod in eis effecit, est adiuuatio , quia ipsos uirtutib. adornatos adiuuit contra casus emersuros. Nam ne eleuarẽtur prospe ris auxiliũ præstitit per donũ timoris:ne deiicerentur in aduersis,donũ fortitudinis :ne illatione conuitiorum in odium incurrerent proximi, donum pietatis: vt in susceptione pœnarum, se diuinæ conformarent voluntati,donũ sapientię:ne committerent aliquid per ignorantiã,donum intellectus:vt Dei voluntatem possent agnoscere,donũ consilii, vt scirent agenda,donũ scientiæ. Et sic eos Spiritus S.vniuit,& direxit. Quartum,quod in eis effecit,est mentiũ inflammatio,eos.n. promptos reddidit ad opus temperantiæ per donũ timoris ; ad opus iustitiæ per pietatẽ ; ad opus prudentię,per scientiã;ad opus fortitudinis per donũ fortitudinis ; ad opus fidei,per intellectum;ad opus spei,per consiliũ, ad opus charitatis per sapientiã. Quintum,quod in eis egit,fuit ad proximum condescensio:vt.n.proximum viderent debitẽ,donum dedit intellectus:vt ipsum iuuarẽt, donũ præstitit fortitudinis:vt ad ipsum inclinarentur,donũ dedit pietatis:vt ab ipsius lęsione omni tempore cessarent,donũ timoris:vt ipsum ritẽ informarent,donũ cõsilii: vt ipsum rectẽ diligerẽt, & amarẽt,donũ sapientiæ. Sextũ,q̃ in eis fecit,fuit directio in agendo,vt se ab omni malo retraherẽt,donũ dedit timoris;vt in bonum proficerent,donũ scientiæ;vt bonũ inceptum perficerent, donũ fortitudinis;vt opera supererogationis exercerent donũ consilii;vt possent bonũ à malo discernere,donũ intellectus;vt in Deũ tẽderent, donum pietatis;vt semper bonũ optimum inquirerent,donum sapientiæ. Septimum,quod in eis egit,fuit ad contemplationẽ dispositio. Vt enim æquè possent obtinere,liberauit ab oĩ cõcupiscentia per donũ timoris ,à malitia per donũ pietatis,ab ignorantia per donum scientiæ, ab infirmitate,& impotentia per donũ fortitudinis. Quoad modũ cõtẽplandi,per donũ intellectus , à curis seculi eorũ mẽtes retraxit, per donum consilii, ad auiditatem diuinæ dulcedinis,per sapientiæ donũ. Octauum , quod Spiritus S. effecit in eis fuit illuminatio . Illuminauit enim eos,& docuit de supernis per donum sapientiæ,de creden-

dis per donum intellectus,de arduis agendis per donũ consilij,de naturalib.per donum scientiæ, de exercendis erga Deum per donũ timoris, de fiendis circa proximum per donum pietatis,de supportandis illatis à prauis per donũ sapientię.Illuminauit etiã eos modo singulari, & specialiter dando eis notitiã de diuinis conditionibus,ostendẽdo eis diuinã potentiã,reuelando qũo à Deo omnia sunt creata; diuinã sapiẽtiã, qũo omnia sunt formis debitis ordinata ; diuinam scientiam, qũo omnia sunt suis legib.regulata, diuinã prudentiã rerum omnium ostẽdendo conseruationem;diuinã iustitiã,malorum punitionẽ, diuinã misericordiam,peccatorum remissionem;diuinã clementiã,gratiarũ donationem, diuinã refulgentiã futurorum euentuum, & præuẽtionẽ, diuinã beneuolentiã,à Deo cunctorũ dilectionẽ.Prouidentiã ostẽdit, rerũ dispositione;diuinã amicitiã ad hominẽ,ex eius liberatione, diuinã persistentiã,ex Dei esse in variatione;diuinã luculẽtiã,oĩum cognitione,diuinã sufficientiã,omnium bonorum possessione.Diuinã excellentiã,omnium dominatione. Diuinam eminentiã omnium continentia,causali productione . Et quod talia habuerint linguæ attestantur,
Act. 2. quib.Apostoli Deum laudãdo loquebantur,de quibus hĩ,vt patet conferanti interpretationes dictarum nationũ,& linguarum,vt in simili statim dicetur.Sic ergo apparet,qũo Spiritus S. Apostolos illumina uit.Nonum quod egit in Apostolis Spiritus S.fuit ad contemplationẽ subleuatio. Mentes enim ipsorum in sui contemplationem suspendit. Sed quomodo?Irradiando per donum intellectus,intellectu radiato se eis ostendit modo singulari per scientiæ donũ , quo cognito ipsorum mentes ad sui reuerentiã inclinauit,per donũ timoris. Accẽdit ad summã Dei dilectionem per donũ sapientiæ. Assiduitatẽ diuinæ contẽplationis ei us dedit per donum fortitudinis,vt tàm gratuitã Dei ad ipsos condescensionem considerarent per donũ pietatis , atq; vt nihil aliud aĩa appetat,ostendit per modũ consilij.Decimum,quod peregit in eis fuit in præsenti eorũ quietatio.Vbi sciendũ,q & si quietatio perfecta non sit in præsenti,attamen modo,quo põt dici quis quietari,dum hẽt id quod appetit,sic potest dici,qđ Spiritus S.Apostolos quietauit,& vt clarius hoc videatur , ponenda sunt,quæ homines tàm seculares appetunt,q̃ spirituales.Et primo,quid hoĩes mundani cõiter optent,& de-
Ioã. 16. mum,quid viri spirituales,homines mũdo dediti appetunt,aliqui sciẽtiã illuminatiuam,hoc fecit in Apostolis,quia docuit eos oĩa. Aliqui potentiã dominatiuam,hoc egit in Apostolis liberando eos à legis veteris iugo,quia vbi spiritus ibi libertas. Aliqui appetunt honores,hoc in Apostolis.Nemo audebat coniungere se illis.Et psalmus.Nimis honorati sunt amici tui Deus. Aliqui appetunt fame fauores,& laudem. Hoc concessit Apostolis in omnem terram exiuit sonus eorum , & in fines orbis terræ verba eorum. Aliqui appetunt diuitias.Petrus,& Ioã

nes

nes post acceptionem Spiritus sancti, dixerunt claudo: Argentum, & aurum non est nobis. Aliqui appetunt delicias, sed illis dedit non temporales, sed spirituales: Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii. Aliqui fortitudinem, hanc à Spiritu sancto habuerunt: Spiritu oris eius omnis fortitudo eorum. Alii pulchritudinem, de hoste victoriam, libertatem arbitrii, audire sublimia, habere vtilia, gratiam sanitatum, virtutum operationem. Hęc omnia Spiritus sanctus, quàm citiuolè descendens infudit Apostolis. Sed viri spirituales appetunt sapientiam illustrantem, gratiam fœderantem, futura conspicere, virtutes accipere, à peccato purgari, in mente sanctificari, in gratia confirmari, de permanentia in gratia certificari, consolatione diuina visitari, in oratione à Deo acceptari, Deum super omnia diligere, post hanc vitam perpetuo cum Deo cõsistere, in præsenti artham beatitudinis obtinere. Hæc omnia vnus, & idem spiritus diuidens singulis prout vult, dedit concessit, & infudit Apostolis. Vndecimum, quod egit in eis fuit transformatio. Cum enim Spiritus sanctus charitas sit, & dilectione, & amore, anima in Deum transformetur, ipsi Apostoli virtute Spiritus sancti fuerunt omnes in Deum transformati. Postremò, quod egit in ipsis Apostolis Spiritus sanctus, fuit in laudes ei exultatio, nam repleti Spiritu sancto cæperunt loqui variis linguis, prout spiritus dabat eloqui illis. Et ideò, & si ante plures gratias dederit eis in dietamen Penthecostes, prout præsens tangit fructus, descendendo multas alias est largitus, & ita in eius descensu super eos fuerunt à peccatorum consortio separati. De peccato veniam assecuti, à mundo elongati, ad statum perfectissimum euocati, de mirificis factis conspectati, de dæmone assecurati, mysterium Christi incarnationis, & ipsius vitæ perscrutati, ad mundi principatum ordinati, de Dei amore, & largitione corporis Christi in cœna certificati, Christi sanguine redempti, & recuperati, ab ignorantia eliminati, miraculis, & virtutibus assimilati, prædicatione diuulgati, multis donis consummati, & pro patria iam in præsenti acceptati, & deputati. Sic ergo sancti Apostoli à Spiritu sancto recipiendo quoad se ipsos præfatis linguis, vt dicit Lucas, Deum magnificè collaudabant. Non solum propter dona, *Act. 2.*
gratias perceptas, quoad semetipsos sancti Apostoli Deum collaudabant, sed propter gratiam impendendam proximo præfatis linguis iuxta earum interpretationem accipiendo loquentes, Deum laudabant; nam Spiritus sancti superuentione in ipsos gratiam receperant per Christum. Primo à peccato liberandi per absolutionem. Nam impletum fuit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata. A *Ioã. 20.*
pœna peccati quietandi per condonationem, ad ritè operandum euocandi, vera doctrina informandi, vitam Christi prædicandi, à dæmone liberandi, de mysterijs fidei illuminandi, in causis proximi iudican-

di, ad Dei amorem incitandi, virtutibus ornandi proximum, futura referandi, ab omni morbo curandi, in gradu sacerdotali ordinandi, in sanctitate dedicandi, & in patria cœlesti collocandi. His ergo apparet, quæ, & quot fecit Spiritus S. in Apostolos in die Penthecostes. Modo videndum est, quid fecerit in descendendo in beata Virgine in sacrosancto die Penthecostes. Et præsuppositio, quod beata Maria præsentialiter erat in cœnaculo, quando Spiritus sanctus super Apostolos, & alios descendit. Nam Lucę vlt. hr, quod Iesus mãdauit Apostolis, ne discederent à Ierusalem, donec virtute induerentur ex alto. Et etiam dicitur, quod ascenderunt Apostoli in cœnaculum, vbi manebãt Petrus, & Ioannes. Sequitur: Erant perseuerantes in oratione cum Maria matre Iesu, & fratribus eius. Etsi indecens erat Apostolos ab inde recedere propter mandatum Christi, multo magis, & Virginem. Hoc præsuppositõ, quid egerit Spiritus sanctus in tali descensu in Maria, est videndum, & dicta doctorum sequendo, & ponendo. Beltrandus Cardinalis in postillis super illud: Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Sic inquit: Repleti sunt omnes, non solum repletione sufficientiæ, sed redundantiæ, & non solũ Apostoli, imò, & discipuli, & sanctæ mulieres, & mater Domini, quæ tantum habebat de gratia, quantum sufficiebat ad ipsam sanctificandã, ẽt supra oẽm purã creaturam, & subdit: Puto q̃ ipsam Spiritum S. recepit ipsa virga mater Christi ad aliquem nouũ vsum. Vnus doctor antiquus exponens dictam epistolã dicit: Quod Maria fuit præsens, qñ Spiritus S. super Apostolos missus est, & quod corporaliter exterius in apparentia visibilis formę linguę igneę apparuit super Mariam, & super cæteros in cœnaculo existentes, & quod in dono particulariter linguarũ venit, & missus est spiritualiter sup Mariã, interius per notitiam, exterius & sensibiliter per loquelam. Magister Franciscus de Mayronis in sermone, qui incipit. Spiritus Domini ferebatur super aquas: loquens, quibus Spiritus sanctus missus est, inquit: Quod quatuor generibus personarum. Primo Virgini Mariæ. nõ obstãte, quod in verbi conceptione fuerit plenè sanctificata, qñ in baptismo Ioannis Spiritus sanctus descendit super eum. Idẽ dicit in sermone de Aduentu, quod quoties filius venit in Virginẽ, & specialiter tangit, q̃ Spiritus sanctus, & ipse filius in Penthecoste venerunt in eam. Quorũ doctorum verbis potest deduci, quod Spiritus sanctus veniens in Mariam, eã illustrauit, quia & si B. Maria fuerit à Deo illustrata de multis, non tamen de omnibus, quia hoc solum datum est animæ Christi, vt sit ipsa omni sciens: virgo ergo beata potuit de pluribus tali Spiritus sancti descensu ab ipso informari. Insuper eam gratia linguarum adornauit: forte enim ante hoc non habuit, sed tunc accepit. Vlterius singularem vsum suorum donorum ei concessit, & subministrauit. Ipsam in omni dono Spiritus sancti esse confirmatam, & plenã demõstrauit,

gaudium

Gaudium singularem immisit, & recreauit: quod quidem gaudium ex multis in die tali Penthecostes spiritus sancti missione consurgebat. Gaudebat enim B. Maria, quia vidit se gratiosa præsentia Spiritus sancti visitari, & illustrari: Filium suum veracissimè comprobari: discipulos sui filii, tanto dono fœcundari, ab ipsis cernebat laudes Dño, & magnalia perorari: suum filium, signis, & verbis publicè prædicari: miracula per apostolos operari, omnium lingua ipsos effari, Iudæos perfidos, & incredulos per apostolos vinci, & superari; discipulos in gratia confirmari, refectos, & consolatos ad moriendum pro filio libenter præparari, tanta virtute ex alto roboratos nihil formidari, glorioſos effectus, vt nemo auderet se iniungere illis. Hæc sunt, quæ Virgo gloriosa in missione Spiritus sancti suscepit. Et quia talia gaudia non possunt effari, nec scribi, cogitentur potius mente, quàm calamo depromantur. Sed quali specie? Respondetur, quod cum per effectus in cognitionẽ causarum, & per visibilia ad inuisibilia homo habeat pertingere, & deuenire, Spiritus sanctus, etsi in columbæ specie ad ostendendum puritatem Christi, & baptismũ Christi suscipientium super Christum baptizatum descendit. In specie nubis in mõte Thabor ad ostendendum doctrinam Christi mũdam, & lucidam. In specie flatus, quando in apostolos insufflauit, vt ardentem fomitem in eis extinxisse signaret. Ac tamen in die Penthecostes, de quo est sermo nunc. In specie linguarum ignearum est datus, & venit, vt igne ostenderet eos purgatos ab omni labe, & inflammatos charitate. In lingua, quia ad prædicandum principaliter destinabantur, & ad proximorum informationem, & donum linguarum eorum omnium percepisse ostensione. Sic ergo his præfatis apparet quid egit Spiritus S. veniendo in Mariam, & quid gaudii tali aduentu ipsa percepit. Modo ad nostram instructionẽ, & ædificationem videndum est, quid documẽti nobis hic fructus exhibeat. Vbi sciendum, q̃ si ex dictis, de apostolis appareat, nos super oĩa hunc spiritum optare debere in nobis esse, & manere, quia illa, quæ in eis effecit, in quolibet nostrum, si debitè disponemur efficeret. Vltra tñ præfata ad desiderandum huius Spiritus sancti præsentiam in nobis, & permansionem, alijs inducimur, quia ipse Spiritus S. (teste Salomone) multinomius est ratione diuersorum respectuum, & effectuum. Nãdr, & vocatur, Spiritus à peccato viuificatione: sanctus in creaturarum sanctificatione: vnicus in patris, & filij, & amborum connexione: multiplex in charismatum distributione: subtilis in cogitatione, & affectuum perscrutatione: modestus, in discreta actuũ humanorum cõpositione: disertus in eloquẽtiæ administratione: incoinquinat' ab omni macula præseruatione: suauis in seruatione præceptorũ, suauior in consiliorũ, sed suauissimus in præmiorum collatione: amans bonum in actiuis, suauis in contemplatiuis, humanus diligens societa

Ioan. 1

Ioan. 20.

Sap. 7.

tem,benignus innatam habẽs bonitatem,& communicans; ſtabilis ipſis,& infirmis conferens ſanitatem,ſecurus illis,quos protegit,auferens formidinem,& timiditatem omnem habens virtutem, quia omnia vincit,& ſuperat. Omnia proſpiciens,quia omniũ habet cognitionem,capiens omnes ſpiritus intelligibiles,ideſt,omnes motus inueſtigans,& affectiones,mundus ab his,in quibus habitat,oẽm tollens mẽtis infectionem. Dicitur nihilominus columba propter ſimplicitatis amorem,nubes propter æſtuantium refrigerationem; ventus propter occultam gratiarum inſpirationem,ignis propter diſcordantium con
Sap. 7. iunctionem;ros,ſiue pluuia,propter animæ fęcundationem; oleũ propter interiorem animæ exhilarationem;mel propter internam conſolationem;doctor,quia de omnibus hominem inſtruit,& docet.Nempè docet Deum agnoſcere,& eius poteſtatem venerari. Quare,& Deum venerandum,& docet ſui cognitionem,quia virtutes elementorũ. Per ignẽ ſenſuum rationem,per terrã deorſum ſenſualitatem,per aerẽ voluntatis liberalitatem,per aquam terram circuentem memoriam,quã ſemper debet circuire omnia facta per recordationẽ intelligendo.Docet hominem ſe contemnendum, docet temporis volubilitatem,& inſtabilitatem,quare nec in vita cõfidendum; docet rerum varietatẽ,cur ſum,& vitę breuitatem,noſtrã fragilitatem,labilitatẽ omnium,ſupernorum amęnitatem, pœnam damnatorum, fortunæ impetum repellẽdum,bonum eſſe eliciendum,& quod præ omnibus docet hominẽ cognoſcere ſeipſum,inſpicere,& ſcire,quia nemo ſcit,quę hominis ſunt, niſi ſpiritus,qui eſt in homine,& cum ſimus ignorantes,appetere,vt nos illuminet,quia virtutẽ habet illuminatiuam;impotentes noſtram iuuet virtutem operatiuã;pauperes,vt nos ditet virtutibus;imbecilles, vt nos roboret in virtutibus;deformes,vt nos ornet ſuis munerib.peccatores,vt nos eripiat à diaboli conatibus,in hac valle lachrymarũ,vt nos lætificet ſuis conſolationib.pleni,& infecti prauis moribus, vt nos dirigat ſuis moribus,& inſpirationibus;inſtabiles in oĩbus, vt nos firmet in voluntatibus,& volitionibus;Deo diſplicentes noſtris effectib. eidẽ copulet,& iungat firmis amoris, & dilectionis nexibus , ſicut in præfatis beatis fecit apoſtolis,& aliis fidelibus. Vt igitur præfata obtinere poſſimus,diſponamus nos apoſtolorũ more, & forma, videlicet, vt puritatẽ habeamus,in oratione perſiſtamus,charitate proximũ diligamus,vnanimiter confidamus,præceptis pareamus, humilitate nos deijciamus,mundum deſpiciamus,à conſortio prauorum elongemur, & perſeuerantes in bonis reperiamur,quia cum benignus ſit ſpiritus ad nos deſcendet,& ſuis donis replendo bonis omnibus fęcundabit. His ergo apparet declaratio preſentis fructus,Maria confirmatur,&c.

FRVCTVS SEXTVS. Fructus LI.

Maria mundum luminat.

EXPOSITIO BREVIS.

DVM post Christi ascensum ad cœlos in mundo isto degit B. Maria, exemplar cunctis patet virtutum, ac trahit fama fideles, vt ipsam cernant, & imitentur, quæ totius perfectionis, & vitæ produxit auctorem.

EXPOSITIO MAIOR.

FIDELIBVS sanctorum vita ad instar stellarum in firmamento militantis ecclesiæ, cũ sit posita in exemplũ, ac quilibet iustus, & rectus, velut lucerna (teste Christo) sit posita super cãdelabrum, hinc est, quod tot stellas iuxta sententiam Gregorij in cœlo ecclesiæ Deus posuit, quot sãctos, & iustos à principio humani generis, vsq; in præsens cõdidit, & effecit; vt singulari sanctitate lucentes vitæ ordinem, velut exẽplaria in montibus statuta hominibus virtutem sequi optantibus demõstraret. Ad insinuandum nobis, vt ait Gregorius, innocẽtiam, venit Abel, castimoniam Noe, obedientiam Abraham, patientiam Isaac, laborum tollerantiam Iacob, & sic de alijs iustis, & sanctis. Quare quot sanctos, & sanctas ædidit, tot in firmamento militantis ecclesiæ clara sydera locauit. Et quia (teste Apostolo) stella differt à stella in claritate, sic nimirum sanctus sanctum meritis exuperat, nec non, & sanctitatis exẽplis. Sed quis omnes sanctos, & sanctas superexcedit, & superat loquendo de puris creaturis? Certè nullus, nisi Virgo Dei genitrix, quæ grãtia, virtutibus, & meritis in præsenti, & nunc in gloria omnes superat, & excedit. Nullus vel nulla sic cohæsit perfectionaliter, & imitatiuè capiti totius perfectionis Christo, vt Beata Maria. Qua in re si apostoli lux sunt à Domino vocati, meritò præ cunctis censenda est lux Maria. Hæc enim verè fuit candor lucis æternæ, speculum pudicitiæ, norma iustitiæ, & sol, ac totius sanctitatis exemplar, hac ex causa Christus summus opifex, & magister perfectionis post suam ascensionem eam dimisit in mundo, vt esset exemplar, & magistra, & virtutum schola, vt meditaretur in lege mandatorum Dei, vt & ipsa sit forma disciplinę Christi, & exemplum perfectionis virginibus. Causa ergo dimissionis Virginis post ascensionem Domini fuit, vt exemplar esset cunctis fidelibus cupientibus Christi fidẽ habere, & per imitatio

nem omnimodam Christo cohærere. Et quia non potest ciuitas abscõdi supra montem posita, neq; lucerna sub modio statui, sed super candelabrum, vt docet Saluator, vt qui ingrediuntur lumen videãt. Hinc est, quod cum opus Domini, scilicet Maria gloria Domini, sit plenum vita, super omnes aliorum commendabilior vita: inquam B. Mariæ inuenitur consequenter imitanda magis alijs, & demum ab hominibus cunctis præ omnibus honoranda, & laudibus extollẽda. Quæ tria pro declaratione præsentis fructus sunt succinctè videnda. Primo, an beatæ Mariæ vita fuerit præ alijs commendabilior, apparere poterit vtique hoc, si vita aliorum inspiciatur, de quibus commendantur nonnullæ. Verum quia de vita illustrium virorum comparando eam ad vitam Christi dictum est supra, hic sufficiat solum vitam mulierum illustrium cernere tãm gentilium, quãm de populo hebraico, & ipsarum probitates, & B. Mariæ, quæ sine vlla cõparatione nobilior, illustrior, & commendabilior reperietur. Quapropter sciendum, quod apud gentiles, & paganos nonnullæ mulieres de quibusdam probitatibus commendantur, videlicet, aliquæ de progenie, & generis nobilitate, & filiorum multiplicitate. Aliquæ de fortitudine, & cũ vigorositate corporis, aliquæ de virginitate, pariter de constantia, & intrepiditate. Aliquæ de prophetia, & occultorum inspectibilitate. De scientia pariter, & rerum cognoscibilitate. Aliquæ de ingenio, & acuitate, pudicitia coniugali, & honestate. Aliquæ de dilectione, & sinceritate amoris, reuerentia, & honorabilitate. Aliquæ de magnanimitate, vitæ in uiduitate. Aliquæ de prudentia, & sagacitate, liberalitate, misericordia, & pietate. Omnes hæ mulieres sic in genere congregatæ, ex gentilibus natę à gentilibus de præfatis sunt commendatæ. Mulieres verò veteris testamenti de præfatis possunt multò etiam commendari. De progenie, & filiorum multiplicatione Heua commendatur, de dominio Esther, de opere Ruth, de sapientia mulier Thecuites, de fortitudine mulier Sichimita, de virginitate filia Iephthe, de pulchritudine Sarra, & Rebecha, de spiritu prophetico Maria soror Moysi, de scientia regina Saba, de ingenio Michol, de pudicitia coniugali Sara, de dilectione ad virum vxor Tobiæ, de reuerentia, & honorabilitate Bethsabee, de magnanimitate Iahel, quæ interfecit Sisaram, de constantia mater septẽ fratrum Machabęorum, de viduitate Iudith, de prudentia Abigail, de humilitate Agar, de liberalitate mulier Sunamitis, de misericordia, & pietate Raab: sic ergo veteris testamenti mulieres sunt commendatæ de præfatis virtutibus. Sic etiam in nouo. Et quia in legendis patet de multis. Catherina sapientissima, Agnete pulcherrima, Agatha humillima, Clara filiarum multiplicatione, Lucia prudentissima, Cecilia deuotissima. Et ad propositum veniendo, si mulieres gentiles, quæ virtutes non habuerunt, nisi vmbraticas, & non veras, vtpote sine gratia,

& chari-

& charitate. Mulieres verò veteris testamenti, quæ virtuosę, & quędam sanctæ fuerunt de præfatis commendantur, speciali modo est commẽdanda Virgo Maria, & commendatur, generaliter, & specialiter. Comparando enim B. Mariam, non solum ad mulieres præfatas, sed ad omnes, quæ fuerunt, sunt, & erunt, quod ipsa omnes præcesserit, & præcellat patet, quia ipsa fuit pleniori modo præfatis gratia fœcundata, & repleta, quare, & uirtutibus; quia grȩtia mentem fœcundam virtutibus exhibet. Cæteris insuper per partes gratia præstatur, Mariæ verò, se gratiæ plenitudo in eam infudit. Quare nulla potest ei æquiparari, cum aliæ vnam, vel duas, Maria verò omnes habuit, & possedit, & caput gratiæ, virtutis & perfectionis ex Maria prodijt, Christus Iesus; quis ergo, vel quæ Mariæ poterit cõparari? Benedicta super oẽs mulieres Maria dicitur, quare sicut species inferior superiori non potest cõparari: sic nec mulier aliqua beatæ Virgini, quia, vt cantat Ecclesia, sola sine exẽplo placuit Virgo Christo. Spiritus sanctus in propria persona superuenit in Maria, cum suis donis. Deus insuper iustus est iudex, cũ igitur Maria sit exaltata ab ipso super choros Angelorũ, & per consequens omnium sanctorum, sequitur quod super omnes sanctos, & sanctas in donis, & virtutibus superexcessit. Maria est mater Dei, cum Deus solus infundat virtutes, & gratias, quàm copiosè intẽsiue, & numerosè, ac extensiuè ad B. Mariam matrem suam transmisit, & ad eam infudit. Sic ergo generaliter loquendo nulla mulier cuiuscunque conditionis existat, potest B. Mariæ in virtutibus, donis, & gratijs æqui parari vel comparari. Sed nunquid in speciali potest ei aliqua comparari? Certè non: ad iniuriam autem esset Virginis, quod aliqua præfatarum, vel aliarum ei comparetur, quia incomparabilis est. Sed quomodo sine speciali comparatione, quod præfatas eccellit, probatur? Respondeo non comparando ei aliquam, vel ipsam alicui earum, sed præfata simul possediſſe, & habuisse in speciali ostẽdendo. Ipsam enim esse matrem omnium fidelium in genere nobilissimam, quia mater fidei. Domina est mundi, & sic potentissima. Opera mira fecit. Sapientia summa claruit, vt patet, quia dicendo: Ecce ancilla Domini, Verbum, & sapientia Dei in ipsa factus est homo. Fortitudine claruit. In persecutionum susceptione, formosa & pulchra totæ. Constantissima in fide tempore passionis. Prophetiæ spiritu plena fuit. Scientia sacræ Scripturæ claruit. Ingenium habuit singulare, honestissima, & Virgo prudentissima. Dilectionem habuit ad Deum, & ad proximum Reuerentia omni est digna. Magna fecit. Facundissima fuit. Omnis perfectionis exemplar. Prudentissima, humillima præ omnibus, liberalissima, & misericordiæ mater. Charitate copiosa, quia gratia plena. Virgo ante partum, & post partum. Lumen futurorum, quia prophetissa. Verbum efficacissimum, quia Deum hominem fecit.

Diabo-

Diabolum strauit sub pedibus suis: fidei columna; vigilans in orationibus, humilitate insignis, mundum contempsit pœnitus obedientissima, zelum Dei in se habuit, ab omni peccato, & macula immunis fuit, prudentissima in verbis, constantissima in illis, fortissima in Dei timore, & perfectione, sapientia ac scientia diuinorum luminosa. Qua in re iuxta primum, quod erat videndum ipsa, & sua vita præ omnibus est comendabilis, & laude dignissima. Et sic potest dici de ea illud: Multæ filię congregauerunt diuitias, tu verò supergressa es vniuersas: quia omnę puram creaturam tu benedicta præcellis. Ad præmissa sequitur 5m, quod erat videndum, videlicet, quod B. Virgo præ omnibus est sequenda, & imitanda: & licet hoc appareat ex fructu 13. & aliis antedictis, nihilominus sequitur, quod vita Virginis, cũ sit aliis perfectior, & magis cõmẽdabilis, iure optimo imitanda, quia quod perfectum est à nobis debet sequi. Maria cum esset in gratia cõfirmata, vt dictum est fructu vigesimo sexto, quare totum ab ea procedens & factum, Deo erat acceptum, gratiosum, & imitandum, sic ergo vita Virginis imitanda est, quia ipsa est stella matutina in hoc mundo micans virtutum exemplis, & sanctitatis splendoribus, luna plena, & sol refulgens, ac à Deo ornatum exemplar pro acceptione virtutis, & perfectionis. Non est diffidendum, ipsam sequi, quia totum, quod est in Maria diuinum est, quare ipsam prosequendo Deum, qui omnia operatus est in ea imitari pro culdubio cẽsemus. Et si Iudith post victoriam habitam facta est præclarior vniuersæ terræ Israel, proculdubio Maria mater Dei hic degens p̃ clarissima facta est cunctis fidelibus, non solum ratione filii Dei, quem genuit, sed virtutum etiam, quibus emicuit; quare & ipsam aliqui pro posse dum viuerent sunt imitati; alii eius inopiam, vt mundum abdicantes eius exemplo, specialiter sancti apostoli, & discipuli tunc: aliqui patiẽtiam, vt sancti martyres: aliqui eius pietatem vt misericordes nunc, & tunc vitam actiuam peragentes: aliqui humilitatem, vt seipsos abnegantes, vt sancti confessores: alii puritatem mentis, & corporis vt sacræ virgines Deo dicatæ, & sic de aliis virtutibus B. Mariæ; quæ sicut nunc, sic & tũc à diuersis, diuersimodè sunt imitatæ: si. n. modo tot virgines ad perpetuum attrahit cœlibatum, peccatores conuertit ad Christum, & omnes ipsius imitantes vestigia ad statum deducit perfectum, sic & tunc cum hic degebat. Fama ad se trahebat fideles, vt ipsã inspicerent, cum ipsa starent, ipsam de Deo loquentem audirent, quẽ ipsum Deum, & hominem portauit, & genuit nostræ salutis, & omnis perfectionis auctorem. Eius fama virtutũ B. Ignatius attractus, cæteri que fideles, summeq;, deiferam hãc Mariã cernere cupiebãt, vt patet in epistola ipsius ad ipsam, & litera respõnsiua Virginis Mariæ ad ipsum, ac ipsius Ignatij ad Ioãnem. Vbi in hac epistola Ignatii ad euãgelistã Ioãnem, sic dicit: Sũt, & hic multæ de nostris mulieribus, Mariã Iesu videre

Prou. vl.

Iudit. 13

dere cupientes, & discurrere à nobis quotidie volentes, vt eã contingãt, & vbera eius pertractent, quæ Dominum Iesum aluerũt, & vt quę dã secretiora ab ea perscrutẽtur. Ipsam.n. Salome, quàm diligis filiam Annę Ierosolymis apud eã quinque mensibus commorãs, & quidã alij referunt omniũ gratiarum abundãtẽ, & omnium Mariã esse virtutũ fęcundã. Et vt dicunt, in persecutionibus, & afflictionibus, est hilaris. In pœnurijs, & indigentiis non querula. Iniuriantibus grata, & molesta lætatur; miseris & afflictis, coafflicta condolet, & subuenire non pigre scit; contra vitiorum pestiferos impugnat; fide disceptans enitescit, & nostræ nouæ religionis est magistra, & apud fideles omnium operum pietatis ministra; humilibus quidem est deuota, & deuotis deuotius humiliatur, & mirum ab omnibus magnificatur, cum à Scribis, & Phariszis ei detrahatur. Et subdit: Sed sicut nobis à fide dignis narrat in Matia Iesu humanæ naturæ natura angelica sociatur. Et hæc talia excitauerunt viscera nostra, & cogunt valde desiderare aspectum huius, si fas sit fari, prodigii, & sanctissimi monstri. Hæc Ignatius. Et in 2. epist. ad eundem sic dicit: Si licitum est mihi apud te ad Ierosolymæ partes volo ascendere, & videre sanctos, qui ibi, pręcipuè Mariã Iesu, q̃ dicũt vniuersis admirãdã, & cunctis desiderabilem. Quomodo.n. nõ delectet eã videre, & alloqui, quæ verum Deum deorum peperit? Et concludit. Bone pręceptor præparare me iubeas. Hæc ille. Quibus verbis apparet, quod B. Maria sua fama fideles attrahebat, & sua vita mundũ luminabat, vt dicit pręsens fructus, ac ad ipsam, vt ad omnium verã perfectionis lucem, normã, & exemplar properabãt fideles. Quibus appareret, quod vita B. Mariæ cum esset, prę alijs perfectior, fuit commẽdabilis, & imitãda à sanctis fidelibus. Magnum quippe gaudium erat ipsã Dei genitricem videre tot insignibus, & virtutibus adornatã, ipsam audire fistulã Spiritus S. & tubã Dei viuentis; cuius verba non erant risu digna, aut de mundanis, sed de Deo: nã non aliter viuebat, quàm docebat, nec aliter scribebat viuendum, quàm ipsa viueret, & doceret. Et q̃ sic esset, ipsa in Epist. ad Ignatium præfatũ directa, sic scribebat. Ignatio dilecto cõdiscipulo humilis ancilla Christi Iesu. De Iesu, quę à Ioãne audisti, vera sunt, illa credas, illi inhæreas, & Christianitatis suscipe votum, & firmiter teneas, & mores, & vitã voto conformes, veniã autẽ vnà cum Ioãne te, & qui tecum sunt visere. Sta, & viriliter age in fide, nec te commoueat persecutionis austeritas, sed valeat, & exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo, amen. Quibus apparet, quod ipsa docendo vitã conformãdã voto, & professioni, non aliter docuit, quàm vixit quare eius vita est omni imitatione digna: & sic patet 5m, quod erat videndum, & ostendẽdum. Ad quæ sequitur tertium, quod B. Maria propter prærogatiuã uirtutum, in uita sua relucentium, est omni laude extollenda, & magnificãda, quia honor est debitum uirtutis. Nec dubiũ,

quod

quod sicut à filio fuit semper honorata, sic & à sanctis apostolis, & fidelibus dum viueret, fuit summopere amata, & ideò quia decens est sanctos honorari, cum honor eis impensus Deo, qui ipsos fecit exhibeatur, fideles tunc temporis, sicut & nunc ipsam laudibus extollebāt, & magnificabāt. Qua in re si vitā cupimus tenere perfectā, istud exēplar ad imitādum nobis propositum prosequamur iuxta dictum Hieronymi, & Ambrosij in lib. 2. de Virginitate: sit nobis tanquàm in imagine descripta vita Marię, in qua, velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis formā viuendi, vbi tanquàm in exēplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid fugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Talis enim fuit Maria, vt eius vita omniū sit disciplina. Ad istud exemplar imitandum accedamus toto corde, & faciamus, prout ipsa, per ipsam, & ab ipsa monstratum est. Cuius vitā imitandam cōcedet filius eius Christus, si voluerimus, ac imitando ad suam gloriam perducet Altissimus, amen.

Fructus LII.

FRVCTVS SEPTIMVS.

Maria euocatur.

EXPOSITIO BREVIS.

ANGELVS lumine circumfulsus diuino Mariæ denunciat exitū, vt mortalitatis veste dimissa, ad locum, in quo semper stabat meditatione affixa, perenniter regnatura conscendat.

EXPOSITIO MAIOR.

RATIONALIVM creaturarum finis omnium, & principium Dominus Iesus Mariæ filius naturā nostrā in sui exordio, & ante lapsum sic condidit, vt diuinis homo obediendo mādatis, etsi corpus esset ex elemētis compositū, & sic secundum Philosophorum doctrinā corruptibile, sine corruptione tamen actuali stare posset. Poterat enim, si voluisset Domino parere, nō mori. Insuper ipsum sic formauit, vt suus ipse esset finis vltimus, & per omnia quietatiuus. Et licet ad tempus paradisum deliciarū ad habitandum concessisset eidem, non tñ pro perpetuo, sed ad tempus dedit, vsquequo tēpore Deo placito simul in anima, & corpore ad cœlestem regionem fuisset assumptus, quia verò homo diaboli suggestione Dei præcepta seruare neglexit, vtranque paradisum peccato amisit.

fit. Sicque ad ipsum verũ paradisum cœlestem peruenire genus humanum instituit, quod tñ post mortem passione filij sui, quem Deus pater ad hoc in carne complacuit, vt pro nobis moriendo à peccato liberaret, & nobis mereretur accessum ad ipsũ paradisum, & cœlum; nec nõ, & virtuosa in adultis operatione. Beata ergo Dei genitrix Maria, etsi in hac degens vita Domini mãdata seruauerit, ac peregerit ei placita, ac consequenter ipsam ad vitã æternã acceptauerit: sic tamen, vt post mortem, & morte præuia, ne statutum, quod semel fecerat pro quolibet homine de morte gustãda, & quod in filio seruarat, in nullo frãgeretur: quare Virginem matrem Dominus Iesus ad cœlum volens assumere secum perpetuò commorãdum angelum suum ad ipsam dirigit, vt corporis grauitate demissa, morris somno ad gloriã perennem fœliciter degustãdam ascendat, vt præsens fructus, Maria euocatur, docet expresse. Et pro istius fructus euidentia, est sciendum, quod sicut, qñ B. Maria in proximo erat fienda Dei mater angelus à Deo est missus; sic & quãdo erat perpetuò laureãda, angelus ad ipsam est directus, vt principium fini, & finis principio responderet, quia, etsi maior fuerit quãtum ad Virginis prærogatiuam ad Dei maternitatem euectio, nõ minor fuit quoad quietẽ perpetuò in vitæ termino super omnes ad gloriam sublimatio, deductio, & corporis, & animæ beatificatio. Fructus ergo præsens dicit, quod angelus B. Mariæ denunciãdo mortem, ascẽsum declarat ipsius Virginis ad gloriã beatorum. Sed in hac B. Virginis mortis denunciatione plura sunt facta meditatione digna. Primũ, quoad hoc est incendium, & feruor dilectionis, quem (teste Hieronymo) B. Maria post Christi ad cœlos ascensum habebat: afficiebatur doloribus, cruciabatur amore, desiderio æstuabat, reuoluendo in animo cuncta, quæ audierat, & viderat, & quæ cognouerat; & hoc, vt Christi aspectu consolaretur. Vnde & visitabat loca passionis, resurrectionis, & ascensionis, & quem genuerat, mẽtis complectabatur amplexibus. Et istud desiderium, & incendium, etsi in B. Virgine semper erat, vt esset semper cum filio, & ipsum suis semper oculis cerneret, præcipuè tñ eidem affuit superueniente tempore, quo ex hoc mundo ad ipsum migrare debuit, vt præ solito eius cor inflãmaret, ac ipsam ad lachrymas commoueret. Et quia secundum multitudinem dolorũ, est magnitudo cõsolationis, hic amor, & ardor, præ solito in B. Virgine signum erat mirabilis consolationis in proximo percipiendæ suæ mortis gustu, qua ad ipsum perrectura erat, à qua sola partes corporis disiungebat. Secundum, quod occurrit considerandum, est angeli ad ipsam à Christo directio: dũ n. sic langueret amore ad filium Iesus, qui est pater consolationis ad suã consolãdum matrem dirigit angelum, vt suũ desiderium implendum nunciet in proximo, & quod per sonum mortis ad ipsum, qui est totus desiderabilis, habeat peruenire. Et vide, q si

Domi-

Dominus suos aliquã do ad horã tristari permittat, tamen non deseriẽ quin refoueat cõsolationibus,& lætitia perfundat optata. Sed angelus ad Mariã directus,quid pãdit pro parte filij eidem? Et quid gaudii suus affatus Virgini ingerit lętitię,& consolationis? Certè ipse angelus cũ esset nuncius Dei, & à tota Trinitate ad Mariã dirigeretur, pro parte Dei sibi denunciat suæ mortis instare somnum, & hoc sine dolore, si enim sanctis sit ad gaudium resolutionis per mortem agnoscere diẽ, fuit vtique,& hoc Mariæ:agnoscendo enim diem,& horam sũę mortis instare magnum gaudium habuit,quia ipsa B. Virgo Deo reuelãte, & angelo referãte,videbat se ex hoc primo de filii præsentia, tàm diù cupita perpetuò consolãdã; de Dei visione perfectè recreandã, in corpore,& anima statim beatificãdam;in gloria super omnes sublimandam,per omnia Deo coniungendã,& intimãdam: ab omni pœnarum miseria liberãdam,à mortis dolore præseruãdam,ab omnibus mundi, & dæmonis periculis liberãdam,& subleuãdam. In suis omnibus desideriis,& cupitis votiuè acceptãdam; sua gloria cœlestem patriã lætificãdam,ad diaboli caput conterendum ordinãdam;ad gratiã,& misericordiã omnibus impetrãdam,largiendã,se deputãdam. Quare meritò tali nuncio Virgo beata gaudium habuit,finem ergo carnis angelus prædicit Mariæ,quod sibi gratissimum fuit,quia & hoc per gratiã sibi conferre expectabat à Domino,dicendo: Notum fac mihi Domine finem dierum meorum. Tertium,quod occurrit,est rami ab angelo palmę ad ipsam pro tunc delatio, licet enim Virgo sine hæsitatione angeli dictis fidem perfectã exhiberet,ac cœli delitias, etsi ante tamen præ solito degustaret,Dominus tamen in signũ præfatorum, & recreationis Virginis matris ramum palmæ de paradiso eidem diuigit fragrãtiæ singularis,& splendoris indicibilis, cuius aspectu recrearetur, ad uisum,& eius odore,quoad olfatum reficeretur.Nõ dubium huius rami fragrãtia omnium aromatum species superasse,ac sua influentia super omnia ligna salutifera recreasse, lumineq; totus circumfulsisse diuino. Et hic ramus,vt patet,in assumptionis legenda,fuit semper cum Virgine in morte,& post,& creditur stetisse, usquequo Virgo assumpta fuit. Palma fuit signum uictoriæ habitæ à Virgine de hostibus infernalibus,& triumphi sibi fiendi in ascensu patriæ cœlestis. Quartũ quod occurrit contemplandum,est apostolorum simul, & subitò ante hostium domus in qua Virgo morabatur congregatio,& prẹsentatio. Cum enim mater delectetur in filiis, proculdubio, & Virgo in apostolis,quos,ut filios diligebat, quaread instar ueræ matris ante suum ex hoc mundo ad patrem discessum uoluit eos uidere, ut suam benedictionem eis daret,eorum prẹsentia lætificaretur, quæ per eos suus gesserat filius audiret, & coram ipsis somnũ sũę dormitionis Dei magnalia effantibus acciperet. Quare hoc ab angelo petijt in munere,ut suæ

dor-

dormitioni omnes apostoli personaliter adessent, quod, & statim factum est: nam in momento omnes apostoli, qui in dispertitis partibus morabãtur fidem Dei prædicãtes ante hostium domus, in qua Virgo degebat, cum ipsorum admiratione sunt simul, & semel positi, & loca ti diuina potentia sic operãte, & apostolis admiratione, & stupore per culsis, eisque de morte Virginis dolor ingerebatur propter absentiam tãtæ matris. Quintum considerandum, quod occurrit est ipsorum apostolorum ante conspectum Virginis præsentatio. Quãto Maria beata gaudio gestiuit cernendo Deum suis paruisse votis, vt suæ dormitioni apostolos iuberet astare, videndo ipsos promptuaria Spiritus sancti, cũ quibus die Penthecostes nouo modo fuerat recreata, ipsosque iuxta dictum filij, sal terræ, esse lucem mundi, & lucernã super candelabrum positam, omni amore, & dilectione dignissimos. Sextum quod occurrit meditãdũ est apostolorum cum Virgine confabulatio. Verum tandem post dulcia vitæ colloquia sanctis apostolis B. Virgo suæ dormitionis tempus per mortem imminere prædixit, quod ad dolorem eorũ extitit summum. Septimum, quod indagandum, & cogitandum occurrit, est diaboli à Virgine, in separatione animæ à corpore nullo modo visio, & conspectio. Petiit enim Virgo benedicta, vt in sui à corpore animæ separatione princeps tenebrarum diabolus nullo modo ei occurret, aut ipsum, vel aliquem suorum nullo modo videret, quod, & factũ est. Octauum est, Domini Iesu ad matrem suam aduentus, & accessio. Dum in diuinis sermonibus sancti apostoli occupantur cum Virgine, quia in medio loquentium de se Dominus adest, statim affuit ipse Dñs virtutũ, & rex gloriæ cuius aspectu consolatione indicibili, Virgo glorioſa repleta est, omnesq; pariter apostoli. Nonum quod videndum occurrit est sanctorum angelorum ad Virginem peruentio. Non dubiũ quod tota cœlestis curia regem gloriæ secuta, & præsertim ad Virginis transitum. In transitu sanctorum affuerunt multoties, vt est visum sanctorum chori angelorum, quãtò magis ad Virginis exitum. Postremò meditandum allocutionem filij ad matrem, & Mariæ sine dolore in Domino fœlicem dormitionem, Mariæq; matris animæ à Christo susceptionem; quæ omnia, quantum iucunditatis, & gaudij fuerint in B. Virgine; nulli dubium piè contemplanti esse debet. Sic ergo præfatis apparet declaratio huius fructus, Maria euocatur. Et consequenter, quod pro breui expositione est appositum, videlicet, angelus lumine circumfulsus diuino, &c.

FRVCTVS OCTAVVS.

Maria cœtus collocat.

EXPOSITIO BREVIS.

SANCTIS apostolis insimul diuino opere congregatis, ipsisq; vt̨ melliflua eructantibus, Maria, dum deserit terrena à filio indicibili gaudio susceptа est, corpusq; eius apostolico officio solenni traditur mausoleo.

EXPOSITIO MAIOR.

Fructus LIII. cap. 5.

VIRGINIS anima, etsi iubilantibus cœli ciuibus ab ergastulo carnis fuerit egressa, non minus tamen apostolis de Deo coram ipsa ante loquentibus factum esse est tenendum referente B. Dionysio in libris de Diuinis nominibus, qui se cum magistro suo Paulo, & S. Ierotheo, ac apostolis omnibus dormitionis sanctæ Dei genitricis asserit interfuisse, ac se, & sanctum Ierotheum vnà cum sanctis apostolis Theotocon virginem, quemlibet sigillatim luculento sermone laudasse, & primus apostolorum vertex Petrus incępisse, & consequenter omnes alii. Et quia non refert quid deprōpserint in laudē Virginis, nec expresse ponit si ante egressum animæ, vel post hunc perfecerint actum, ideò piè videtur mihi tenendum, quod ante Virginis dormitionem, & transitum mira ipsi de Christo Iesu perorauerint coram sanctissima sua matre, quorum colloquijs delectata cum magna lætitia suum transitum fœlicem expectabat, istumque eundem actum expectando Virginis resuscitationem Christi aduentu perfecisse credendum est de B. Maria sermonem retexentes. Et quia sancti apostoli de gratia, & charitate boni Iesu erant repleti, & vnusquisq; aliquid singulare in dono acceperat ab eodem, ideò credo, secundum quod vnusquisque pro modulo in munere singulari acceperat, iuxta acceptum donum de Domino Iesu sermonem faciebat. Petrus præ aliis apostolis, quia Christi misericordiam eum post trinam negationem ipsius ad pœnitentiam respiciendo erat expertus de misericordia per Christum generi humano exhibita verba melliflua eructabat. Paulus, qui eleuatus vsque ad tertium cœlum, vbi verba audiuit, quæ non licet homini loqui sapientiam esse Christum omnia ordinantem, informantem, & illuminātem miro personabat lepore. Ioannes ad nidum diuinitatis, vt aquila conscendens deitatis imperscrutabilis Iesu referebat alta, & profunda.

Iaco-

Iacobus minor iuxta modulum in sua expressum epistola omnium vir tutum,& bonorum principium,& originem edocebat Dominum Ie sum esse.Bartholomeus,qui plus cæteris reliquerat Christi amore bonum cęleste,& præmium Dominum Iesum exarabat suo valore p̃ omnibus appetẽdum.Philippus amorem bóni Iesu dulciflue vt expertus collaudabat. Thomas de confidentia diuina rẽtexendo edocebat totã nostram spem,& fiduciam in Christo Iesu esse iactandam, qm̃ omniũ adiutor est.Matthæus consummatorem omnium promissorum,& veridicum terminatorem veterum proclamabat Iesum esse Mariæ filiũ. Simon de Iesu bonitate,& pietate retexebat sermonem, qui sua clementia carnem nostram susceperat,& se ad participandum hominib. multipliciter exhibuerat.Thadæus de gratijs hominib. à Christo collatis,& cõcessis,ac de iudicijs diuinis pulcherrimè disserebat.Andreas crucis mysteria per Iesũ monstrata declarabat,& mira in crucis ligno Christum fecisse ostendebat.Mathias suauissimum donum Iesum esse eidem cum deuotione,& toto corde adhærentibus proferebat.Istis ergo sic de Dñi Iesu sanctis apostolis,& aliis depromentibus coràm sua genitrice benignissima superueniente ipso Saluatore cum omniũ electorum comitiua cantantibus,atq; iubilantibus omnibus B. Maria fœliciter obdormiuit in Dño, atq; eius sãctissima anima à Iesu susceptą, & omni beatitudine repleta statim cum illa nobili societate ipse rex gloriæ animam suę matris ad cęlum defereus eam conspectui summi patris,qui in sponsam sibi adoptauerat,repręsentat.Verum quia Iesu ad cęlum cum Virginis anima ascẽdente præceptum dederat apostolis corpus matris ad vallem Iosaphat deferendum,& ibidem in sepulchro cœlitus prꝑarato sepeliendum;sancti ipsi apostoli diuino parẽtes mandato ad ipsam vallem cum omni reuerentia corpus deducentes ipsum ibidem reuerenter tumularunt.Sed dum sancti apostoli cor pus deferunt Deus omnium mirabilium operator quædam exercuit contemplatione digna.Primum fuit nubis coopertio, sicut enim dum corpus sacræ virgines vellent lauare B.Mariæ splendore nimio circũdantur, vt ipsum quidem corpus tangere possent, sed non videre, sic dum corpus defertur ab apostolis cum omni reuerentia à nube tunc apparente tàm corpus,quàm apostoli operiuntur,vt à nullo videri posset,etsi tñ audiri.Secundum fuit ipsorum apostolorum,& angelorum iubilatio,vt terram totã sonitu suauitatis repleret.Tertium fuit principis sacerdotũ manus arefactio, & feretro firma cohæsio; dum.n. ad terram vellet corpus,& feretrum deijcere manũ,q̃ apposuit Deus statim arefecit,& feretro inhæsit.Quartum fuit cœtus Iudaici tunc aduenientis vt corpus acciperent ad cõburendum per angelum subita excæcatio. Quintum fuit principis sacerdotum manus apponentis ad feretrum osculatione feretri,& corporis resolutio,& sanatio.Sextũ ob-

cæcati populi per palmam, de qua dictum est ab angelo Virgini ante mortem delatam illuminatio: statim. n. vt per eam tacti sunt illuminati fuerunt. Septimum fuit noui sepulchri pro Virginis corpore à Deo præparatio, & sacri corporis in eo repositio, & tumulatio. Octauum fuit illius corporis iàm secundæ stolæ quoad pulchritudinem decoratio. Si. n. in Frãcisco, Martino, & quibusdam sanctis hoc est gestum, multò fortius in Maria. Nonum fuit illius suauissimi odoris fragrãtia à corpore Virginis redolentia, & emissio. De corporibus sanctorum multoties suauissimus emanat odor, prout B. Gregorius refert de multis. Qualis, & quantus erat odor, qui a corpore Virginis matris Dei exibat? Non dubium, q̃ omnia aromata superabat. Non dẽt à fidelibus in dubium verti, multa miracula tactus sacri corporis operata fuisse. Etsi in legendis non habeatur. Ad huius sacri corporis tumulationẽ mirificam multitudinem fidelium adueniſſe credendum est; cum multi iàm essent conuersi ad fidem: nam fm aliquos Virgo post Christi ascensionẽ per duodecim annos supernixit, fm Epiphaniũ verò per vigintiquatuor: Quare infra præfatũ tempus iàm multi conuersi ad Dominum fideles habebantur, qui & à longe, & à prope ad honorãdum corpus Virginis matris in multitudine cõuenerunt. Tradito ergo corpore sepulturæ circa sepulchrum sancti apostoli Christi mandato stãtes, quia laudibus diuinis præoccupabantur, de ipsa gloriosa Dei genitrice Maria ad populum, & ad seipsos ipsi cęlestes cicades inęperunt sermonem habere, ac quilibet pro posse, vt dicit Dionysius, qui interfuit, ipsã laudare, & magnificare conati sunt. Vnde fm varias virtutes, quas viderãt, & imitatiuè haudierãt à Maria fm hoc suum vnusquisq; exordiebatur sermonem. Petrus commẽdabat pietatem, quã erga se, & alios ostendisse perspexerat. Ioannes eius puritatem: Andreas in fide constantiam: Bartolomeus paupertatis amorem, Iacobus minor humilitatem: Paulus facundiam, & sapientiam: Matthæus ipsius à Deo super omnes acceptationem: Thomas fidem integrã: Philippus austeritatem vitæ: Simon patientiam in aduersis: Thadęus conuersationem sanctam: Mathias eius exemplaritatem. Fuerunt ibi etiam, & alii, qui ipsam deiferam Mariam sicut S. Ierocheus, vt dicit Dionysius, qui sũmis laudibus extollebant Virginis excellentiam. In his ergo prędclaris laudibus sancti apostoli perstiterũt vsquequo Saluator cum gloria ad ipsos descendens, Virginem matrem perfectissimè à mortuis suscitaret. Sic ergo præfatis apparet expositio huius fructus, Maria cętus collocat, & quod pro tali fructus expositione fuit appositum, &c.

FRV-

FRVCTVS NONVS.

Fructus LIIII.

Maria suscitatur.

EXPOSITIO BREVIS.

TEMPLVM Dei viui corpus vtique Mariæ diuina incinerati nō suffert maiestas, sed post modicum reuocato aḍ vitam, immortalitatis dote, & gloria adornatur.

EXPOSITIO MAIOR.

COPIOSE, & plenè gratia fœcundata Maria, sic bona per filium decuit participare generi humano collata, vt sicut in meritis alijs, sic & in muneribus gratiarū copiose inueniatur, ac gratię aliis minus perfectis Marię cō cessæ ab ipsa secludi non possint, nec debeant. Cum ergo teste Euangelista, Christo resurgente à mortuis multa corpora sanctorum surrexisse dicantur. In quibus iàm vltima resurrectio sit consumata, vt cū Christo cœlum ascendentes, ibidem existant perfecta resurrectione gaudentes, ideò si diuina ad creaturam affectio arguatur gratia, dilectione, & operatione singulari in aliquo, multò magis ad Virginē beatam. Quare, quod aliis conceditur, Virgini non negatur, præcipuè, cū teste Augustino. Quidquid est consonum fidei, & congruum rationi Virgini attribuere debemus. Cū enim multa credenda, nō sint expressa in sacro eloquio, vbi ex similibus factis, aliquid honorificum Virgini, quod diuino non deroget honori, vt consonum fidei est acceptandum. Et fiet tunc ipsa ratio authoritas. Consonum enim vtique est fidei simul, & rationi beatam Virginem fuisse per filium à mortuis suscitatam, quia decentissimum vtique fuit ex multiplici proprietate. Et præcipuè considerata Dei, & sui filij cōditione. Ex parte enim ipsius filij decentissimum fuit ipsam suam matrem à dormientibus suscitasse. Primò, quia sciuit eam suscitare. Ratio, quia semetipsum suscitauit, ac genus suscitabit humanum, quare & matrem. Secundo, quia potuit. Patet, quia omni potens, ex primo nostræ fidei articulo, & nos suscitabit ex articulis: Carnis resurrectionem, ergo potuit & Virginem. Deniq;, quia voluit: & quod voluerit eam suscitare, patet ex plurib. Primò considerando, quod ipse est summa veritas, et Deus semper facit, & vult, quod est decentissimum, sed suscitare à mortuis Virginem summè decebat præcepto diuino, de honore parentum, quare à mortuis matrem suscitauit; deinde quia ipse summa æquitas honor mater-

Matt. 27

nus est de lege naturæ, similiter præceptum legis naturæ est. Facias alteri, quod tibi vis fieri, sed Christus hoc voluit in se, quia surrexit, ergo, & facere alteri debuit velle. Quare, & i Virgine ipsam à mortuis resuscitari. Tertiò, quia ipse est summa dilectio, & charitas, beata Dei genitrix Maria super omnes à Deo dilecta fuit, sed quam dilectionem præ alijs Deus ad Virginem ostendisset, si in ijs, quæ nunc homines cõ sequuntur eam non supererogasset? Insuper competit hoc summæ liberalitati diuinæ, scilicet, cum ipsam beatam Virginem super choros angelorum exaltauerit, eamque in Dei matrem elegerit sumendo carnem humanam ex suis purissimis sanguinibus, quod maius est, de cuit etiam, quod ipsam à mortuis suscitaret, & corpus incinerandum non permitteret. Ostenditur etiam beatitudo, & trãquillitas in hac re surrectione Virginis, teste Hieronymo dicẽte, quod est secura, de sua immarcescibili gloria in assumptione, quare cum corpore, & anima est in cælo collocata. Apparet etiam hoc consonum ratione plenitudinis sanctorum, & iucunditatis: si enim, teste Ambrosio, in quolibet re surrectionis die credẽdum est sanctos aliquos suscitari, multò magis de Virgine erit credendum, vt in patria perfectè iucundetur, & gaudeat de pascua Saluatoris, siue ingrediatur intus conspectionem deitatis, siue extra in carne Saluatoris, & sic perfectè vtroque modo iucũdetur. Insurgit etiam causalitas, & firmitudo omnium suscitandorum. Per Christum enim omnes resurgemus, quia ipse est resurrectio, & vita: & ideò, sicut ex sua resurrectione dedit hoc intelligere secundũ Apostolum, sic fuit dignum, quod in alijs hoc ostenderet in summo sibi placibili, videlicet, sua matre, vt firmius crederetur hoc in alijs futurum. Postremò hoc condecens erat ratione exemplaritatis perfectè diligendorum, matet Ecclesia cantat, quod B. Maria sola sine exemplo placuit Christo. Si in vita, merito & post mortem. Si in vita summè dilexit corpus eius, quia de ipso se vestiuit, ergo ipsum post mortem etiã dilexit ipsum resuscitando, & glorificando; aliter enim ad eius corpus nullam ostendisset præ alijs dilectionem, cum multa corpora integra reperiantur, sic ergo apparet, quod considerata filij Mariæ proprietate, & conditione, ac perfectione, suscitatam à mortuis ipsam esse est tenendum. Decuit secundo Dominum Iesum B. Mariam matrem suã à mortuis resuscitare considerata B. Mariæ dignitate, & perfectione. Primò quia ipsa est mater Dei, quare à filio summè in hoc honorata. Item quomodo de ventre, de quo exiuit Saluator, fuit decens, vt inde deberet vermis egredi? Deinde quia immunis Maria ab originali peccato, & omni alio fuit, ergo saltem ab aliqua de principalibus pœnis debitis peccato originali, debuit præseruari, sed non fuit præseruata à principali, videlicet morte, ergo ab incineratione, & sui corporis in terra permansione post mortem. Etsi dicatur, q̃ corpus potest

conser-

conseruari sine resolutione Dei virtute. Respõsum est iam supra. Præterea si sic esset, dignum esset istud corpus honorari, & per consequẽs in aliquo loco debitè coli, sed nullibi inuenitur, ergo propositũ. Hoc argumento vtitur Ambrosius in sermone sanctorum post Pascha de Ioanne Euangelista ad probandum eum resuscitatum: vlterius, quia B. Maria est, & fuit benedicta supra omnes mulieres, & si sic, ergo sicut ipsa ad Dei maternitatem acceptata est sine sui corruptione, sic est credendum eam assumptam cum corpore, & anima in cœlum, & in illud resuscitatã, locatam esse in cœlesti habitatione: aliter enim venter Mariæ non fuisset beatus contra euangelium, quia ibi vsa est mulier illũ tropo scripturæ, quæ ponit in proximo fiendum, pro iàm facto, quare, & venter Mariæ ab ea fuit dictus beatus, quia in breui resuscitãdum, & beatificandum. Maria etiam fuit semper, & est templum Dei, & nõ corpus sine anima, sed Maria nũquàm destitit esse Dei templum, quare vtrunque simul post mortem vera resurrectione reunitum fuit. Nec non etiam Mariæ corpus dignius est cœlo: patet, quia de eius corpore Christus assumpsit corpulentam substantiam, quare dignum fuit ipsũ super cęlum sublimari: & sic propositum. Quare præfatis inspectis apparet, quod ratione dignitatis Mariæ, quia mater Dei, & perfectionis, quia est super oẽs mulieres benedicta, & à Deo accepta, ipsa debuit à mortuis per filium suscitari. Postremò decuit Virginem Mariam suscitari considerata nostra calamitate, & protectione, valde enim indigebamus, quod B. Virgo à mortuis resuscitaretur, vt ipsam corã Deo firmam haberemus aduocatam, vt pro nobis aduocando apud Patrem sicut filius eius vulnera, sic ipsa pro nobis filio ostenderet vbera. Et etiã, sicut honor parentum ad gloriam est filiorum, & è conuerso, sic reuera cum B. Maria sit mater nostra, & corpus eius sit eiusdem naturæ cum nostro, corporis eius resuscitatio ad nostrum cedit gaudium, & honorem, & quia etiam ecclesia orat, vt meritis Mariæ ad resurrectionis gloriam perducamur, & eius meritis id meremur. Sed quomodo resurrectionem futuram nobis meretur, si ipsa eã iam non haberet? Quia certum est, quod prius sibi, deinde nobis meretur. Tandem sicut humana natura in duobus hominibus extitit confusibiliter separatione animæ à corpore, & incineratione sententiata, sic ad nostrãm resurrectionem in vtroque sexu fiendam, in vtroque debuit resuscitari. Sed sicut de hominibus ostensum est in Christo, sic de mulieribus in aliqua ostendi debuit, & præcipuè in beata Virgine Maria. Præfatis ergo rationibus, & congruentijs potest esse, & est, quod Virgo gloriosa fuerit in cœlũ assumpta, ibique super choros angelorum exaltata in corpore, & anima fruatur perpetuò essentia diuina. Ipsamque esse à dormientibus suscitatam asserunt Miletus, & Irenæus discipuli Ioannis Euangelistæ, quia hoc ab ipso Ioanne audierunt. Hoc idem affirmat doctor Augu-

stinus in sermone Assumptionis, pariter & Ambrosius, & supra istos ecclesia sancta Dei, quæ festum Assumptionis Virginis, quod de anima pura sine corpore non intelligitur, quia sic vteretur de aliis, de ipsis festum faciendo. Etsi hoc verum non esset, quomodo tot sanctos homines latuisset? Vbi eius corpus sanctissimum positum, & locatum esset, vt pia veneratione extolleretur, sicut corpora aliorum sanctorum. Istud figurę nonnullæ ostendunt, sicut arca eleuata in sublime; nubes de tabernaculo fœderis; arca Domini. Et illud: Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ. Et illud: Intulerunt sacerdotes arcam fœderis. Et per aquilam volantem ad nidum suum: per lucem auroræ mane absque nubibus rutilantem: per auroram surgentę, per virgulam fumi ascendentem, per sponsam sicut columbam ascendentem; & per dilectam, per gloriam Dei ascendentem de medio ciuitatis: per cedrum exaltatam in Libano, per cypressum, per palmã. Sic ergo Dei genitricis resuscitatio multis figuris & congruentijs potest ostendi ex sacro eloquio. Præfatis igitur apparet huius fructus expositio, Mariæ suscitatur, & etiam quod pro tali fructus expositione breuiter est annotatum, &c.

Gen. 7.
Nu. 16.
2. Reg. 6.
3. Reg. 8.
Iob. 9.
2. Re. 23.
Cant. 6.
Cant. 3.
Ezec. 17
Eccl. 24.

Fructus L V.

FRVCTVS DECIMVS.

Maria sursum ducitur.

EXPOSITIO BREVIS.

REGE vitæ præsente, angelorum, sanctorumq; curijs cũ hymnis, & laudibus Maria Domini fœderis arca ad æthereum assumitur thalamum, nouoque lætitiæ recreatur dulcore.

EXPOSITIO MAIOR.

TOTALITER Virgo benedicta Maria à mortuis resuscitata per filium, ac beata in corpore, & anima iam effecta, vt pote eius anima visione fruitione, & tentione diuina recreata, ac eius corpus claritatis, agilitatis, subtilitatis, impassibilitatis dotibus adornatur. Etsi vbicũque consisteret beata perfectè diceretur, & esset, cum Deus, qui est beatitudo omnium principalis, & completiua sua immensitate vbique consistat: imò verius loquendo, cum oĩa sint in Christo, & spiritus intellectualis, & rationalis beati quocunq; pergant Deum semper cernunt, & à contemplatione deitatis

deitatis nunq̃ recedũt, prout Saluator dicit, quod angeli eorũ semper vident faciem patris. Et idem dicit B. Gregorius Verum, etsi sancti angeli, ac animæ beatæ quocunq; pergant beatitudinem habeant essentialem, quæ in Dei visione consistit, & sic B. Maria haberet ante suã resurrectionem, & post ét, tñ non accidentalem habuisset, & specialiter, quoad corporis situationem, si non ad cęlũ empyreum fuisset ad permanendum deducta, quia locus ille est propriè tàm spirituum, q̃ corporum beatorum. Qua in re Dñs Iesus iàm Virgini beatificatę quoad corpus, & ad animam locum proprium dare volens ipsam ad cœlum empyreum cum magno triumpho deduxit. Sed quia regina mundi, & imperatricem decebat debitè ad dictum locum æthereũ, videlicet, thalamum, & magnificè deduci, rex gloriæ obuiã eidem veniens cũ tota cœlesti curia illuc deduxit, dicente Hieronymo. Legimus q̃ sępe ad funera, & sepulturas quorumlibet sanctorũ angelos aduenisse, & ad exequias eorũ obsequia præstasse, nec non, & animas electorũ vsq; ad cœlos cũ hymnis, & cãticis, atq; laudibus detulisse; vbi, & vtriusque sexus chori commemorãtur laudes frequenter cecinisse. Interea, & q̃ perspicacius est multo nonnunq̃ lumine splenduisse. Insuper, & adhuc viuẽtes in carne miri odoris fragrantiã persensisse, q̃ si ad recreandã spẽ, & corroborandã interdum fidem astantium Saluator noster Christus ob merita suorum amplius comprobanda, talia, & tanta dignatus est exhibere per suos cęli ministros circa defunctos, quãtò magis hodierna die Assumptionis credendũ est militiã cęlorum cum suis agminib. festiuè obuiam aduenisse genitrici Dei, eamq; ingenti lumine circumfulsisse, & vsq; ad thronum olim sibi ante mundi constitutionem paratum, cũ laudibus, & canticis spiritualibus deduxisse? Nulli dubiũ est illã cęlestis Ierusalem militiam, tunc exultasse ineffabili lætitia, tunc iucundatam esse ineffabili charitate. Nec immeritò, creditur. n. q̃ Saluator omnium ipse, quantum datur intelligi per se totus festiuus occurrit, & cum gaudio eã secum in throno collocauit. Ex his B. Hieronymi verbis apparet, q̃ Dominus Iesus saluator noster obuiã factus matri ipsam ad cœlum deduxit. Sed quomodo, est nunc vidẽdum. Vbi est sciendum, quod sicut cęlestis patria ordinibus diuersis, & gradibus est decorata sanctorum, & angelorũ, sic reuera in sacra Virginis processione, deductione ad cęlum anima deuota põt meditari ipsos distinctissimè processisse. Dauid deducendo arcã septem choros eã præcedentes ordinauit, vt patet: sic reuera verus Dauid manu fortis Iesus, matrẽ suam arcam testamenti deducens ad cœlos suam totã curiam in viginti choros distinxit mirificè, quorum decem ipsum cũm matre præcedebant, & decem alij subsequebantur, & sicut distincti imaginantur. Sic debet credi Virginem Mariam distinctis laudibus commendasse, & lætificasse præcedentium. Primus chorus pro parte dextera fuit sã-

Matt. 18

2. Reg. 6

ctorum seraphim laudantium Virginem,& dicentium: Plena est omnis terra gloria eius; nec est,qui se abscondat à calore eius. Secundus chorus ad leuam erat cherubim dicentium:Benedicta gloria Domini de loco suo.Tertius thronorum:In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion.Quartus dominationum:Tua est potentia,tuum est regnum.Quintus potestatum:Potestas eius,potestas eterna. Sextus virtutum:Ex altare Dei genitrix Maria,virtute tua,cantabimus, & psallemus virtutes tuas.Septimus principatuum: Amauit te Dominus super omnes mulieres,& posuit diadema regni in capite tuo. Octauus archangelorum:Date ei de fructu operum suorum, & laudent eã oẽs gentes. Nonus angelorum: Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te Deus in æternũ. Decimus chorus erat sanctorum patrũ, Adam,Abel,Seth,Noe.Benedicta filia tu à Domino, quia per te fructum vitæ communicauimus.Isti decem chori iubilantes, & psallẽtes Virginem præcedebant; subsequebantur autem alij decem,quorũ primus erat partriarcharum dicentium:Hæc est domus Dei,& porta cęli. Secundus prophetarum,& isti dicebant:In sole posuit tabernaculũ suum,& ipse fundauit eam altissimus.Tertius sacerdotum,& Leuitarum:Eleuata est magnificentia tua Deus super cœlos. Quartus regũ: Astitit,ò Deus,regina à dextris tuis in vestitu deurato circundata varietate.Quintus principum,& ducum:Surge Domine in requiem tuã, tu,& arca sanctificationis tuæ. Sextus Iudicum Israel:Dilexisti iustitiã,& odisti inquitatem.Septimus innocentum: Tu gloria Ierusalem tu lætitia Israel,tu honorificentia populi Dei.Octauus iustorum:Beata,quæ credidisti.Nonus virginum: Candor est lucis æternæ,& speculum sine macula.Decimus beatorum omnium, tàm virorum,quã mulierum clamantium:Luce splendida fulgebis,omnes fines terrę adorabunt te.Sequebantur etiam animæ,quæ in morte B.Mariæ, & suo ad cœlum ascensu à purgatorio,vt piè credendum est sunt liberatæ, quia si Christus B.Francisco hoc concessit,proculdubio,& matri.Dum ergo Virgo tàm nobili societate,& tanto iubili canore vallata cœlũ cũ filio conscenderet, stabãt illi sancti apostoli ad videndum hęc omnia, & deuotè clamabant:Virgo prudentissima quò progrederis quasi aurora valde rutilãs filia Sion tota formosa,& suauis es, pulchra vt luna, electa vt sol,terribilis,vt castrorum acies ordinata.Patet ergo præfatis huius fructus expositio,Maria sursum ducitur.

DE VITA B. MARIAE VIRGINIS DEIPARÆ Liber Sextus.

IN QVO, IVXTA EIVSDEM SEXTAM nominis interpretationem, eam omnium dominam fuisse, ostenditur.

FRVCTVS IN HOC SEXTO Libro contenti.

Maria sublimatur.
Maria abyssatur.
Maria veneratur.
Maria quietatur.
Maria vir iuuatur.
Maria inclinatur.
Maria iucundatur.
Maria Deo iungitur.
Maria sanctos radiat.
Maria verbum habitat.
Mariæ dæmon subditur.
Maria signum geritur.
Maria cunctis imperat.
Maria gentes cœlibat.
Maria inquiratur.

FRVCTVS PRIMVS

Fructus LVI

Maria sublimatur.

EXPOSITIO BREVIS.

IMPAR gratia, & meritis Maria angelis, & sanctis ipsorum loca cœlum intrans deserit, decimaq, drachma inèuta super omnes exaltata triumphat loci præcipui mansione.

EXPOSITIO MAIOR.

VIRTVOSORVM operum meritorumq; omnium auctor, præmium, & merces beatifica Deus ipse, sicut in sanctis ad suæ gloriæ declarationẽ, & benignitatis ostensionem diuersa causat, & efficit meritoria opera; sic in superna patria sua liberalitate proportionatur, & diuersimodè

simodè coronat,& remunerat, quoad præmiorum collationem,& distributionē. Et quia lege iustitiæ à Deo instituta sancitum est, vt detur vnicuiq; fm opera, quia in domo patris mei mansiones multæ sunt, hinc est, q; cū beatissima Dei genitrix plus omnibus promeruerit equissimus iudex Deus mercedis iustus retributor ipsam loco, gradu, & præmio super omnes sanctos,& sanctas coronauit, & sublimauit, vt de ea cantat sancta mater ecclesia,& affirmat. Verum,etsi B. Mariæ locus singularis,& præ cæteris eminentior debeatur, ipsi tamen cum illa nobili comitiua Hierusalem ingrediente cœlestem,sancti omnes, & angeli, coram ipsa venerabiliter prostrati suo gaudere volentes cōsortio, quia delectationem summam habet conuictus illius ad secum in suis mansionibus,& dignitatibus commanendum,eam gratifice in uitarunt;non solum mansiones offerentes,sed,& causas benignè,& deuotè assignantes.Sed vt hoc videatur est sciendum, q; fm Magistrū Sententiarum homines ad cœlestem patriam deputati in ordinibus statuuntur angelorum fm merita talibus ordinibus correspondentia, sicut sancti,qui merita,& gratiam habuerunt seraphim, in ordine seraphico locantur,& qui angelorum in ordine angelorum,& de alijs deputantur. Et cum nouem sint ordines angelorum incipiendo à supremo. Si quis omnes gratia præcelleret, & meritò super præfatos ordines statueretur,& sublimaretur,sicuti fuit gloriosa Virgo Maria, quæ oēs puras creaturas meritis excessit,& gratia,ideò ipsa decimum statū tenet,& ordinem Iesus Christus ratione humanitatis vndecimum habet,sed duodecimum deitas ipsa tenet. Beata ergo Maria,etsi decimū gradum statum locum habeat,& premium,vt dictum est,cum cœlum empyreum intrauit dulciter ad morandum tàm cum sanctis,q̄ cū spiritibus beatis ab ipsis sanctis,& angelis est inuitata. Præcipuè sanctæ virgines,quia ipsa Virgo mente,& corpore,vt institutrix talis status,& quia sponsa Christi principalior,quemadmodum,& ille. Deinde confessores,quia ore,corde,& opere Deum confessa est. Vlterius martyres,quia ipsa sustinuit dolorem intolerabilem in passionibus, constantiam laudabilem in supportationibus,charitatem inextinguibilem in mundi,& proximi doloribus, & quia dolore maximo in passione filij sauciata,patientia approbata,& charitate inflammata. Pariter apostoli lætabantur Spiritu S. afflati tanq̄ lucerna super candelabrum, lux mūdi,& sal terræ,quia virgo,& sal,quæ peccati putredinem amouit. Lucerna ardoris,quæ homines ad Deum diligendum inflammauit, & lux quæ sancta vita mundum illuminauit, & ipsa Virgo indicibili ardore inflammata considerabat, quod in præsenti vita fuit cum Petro per deitatis,& humanitatis Christi cognitionē; cum Andrea per precordialem ad crucem dilectionem;cum Paulo per altam contemplationem,cum Ioanne charitatis,& amoris dilectionē,cum Iacobo per

vitiorum

vitiorum supplantationem;cum Iacobo minore per carnis mortificationem;cũ Bartholomeo per feruidam orationem ; cum Matthæo per terrenorum despectionem;cum Thoma per operũ perfectionem;cum Simone per mandatorum Dei promptam executionem;cum Thadęo per cordis mũditiam,& purificationem; cum Philippo per verbi Dei prædicationem;cum Mathia per misericordiam à Deo,& acceptationem. Sic ergo in mundo Virgo glorioſa degit coniuncta cum apoſtolis.Sed alij qui eam inuitati ſunt fuerunt prophetæ, quia ipſi prophetarunt de præterito,præſentia occulta viderant, & futura clarè prædixerunt, ſic ipſa Virgo de præterito prophetauit,Suſcepit Iſrael puerũ ſuum,dicens, ſicut locutus eſt ad patres noſtros. Præſentia occulta vidit:Et miſericordia eius à progenie.Et quando Eliſabeth viſitauit,& Ioannem Baptiſtam,& de futuro prædixit: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.Patriarchę inſuper deſiderabant ipsã, quia eorum filia,& hæres. Itidem principes,& iudices,quia ductrix , & rectrix,tàm triumphãtis, quàm militantis eccleſiæ,quia conſultrix omnium operum bonorum,& doctrix virtutum. Inuitarunt etiam eã ſacerdotes, & Leuitæ, quia quemadmodum ipſi Dei cultum ordinarunt,Deo ſacrificarunt,& eum laudarunt. Sic Virgo in præſenti vita diuino cultui fuit mancipata,à parẽtibus Deo data, & oblata,ac ſemper in diuinis laudibus occupata. Hi etiam,qui in matrimonio caſtè perſtiterunt,quia filios generarunt ad Dei honorem,caſtitatis habuerunt pudorem,& Deo in omnibus dederunt honorem, quærebãt, & ipſi,vt ſecum permaneret. Angeli pariter inuitarũt, quia homines cuſtodierunt;quia natura mundiſſimi,quia dęmones effugauimus;ſic ipſa in præſenti vita homines protexit,puriſſima extitit, & dæmones coexercuit. Archangeli itidem,quia Dei conſilia,& ſecreta reuelant, bonos ad cœleſtem pãtriam perducunt, & Deo vt ſeruit ſemper aſſiſtunt;ſic B. Virgo Dei ſecreta ſciuit, ſ. incarnationis, bonos ad gloriã pduxit,& in hac vita Deo fideliter inſeruiuit. Pariter ẽt virtutes piè inuitant,quia mortuos ſuſcitant,languores curant,miracula faciunt;ſic Virgo beata mortuos peccatores ad vitam ſpiritualem reuocauit, maculas ab eis remouit,miſericordiã in eis exercuit in præſenti vita. Poteſtates inſuper deſiderio anhelantes,quia dæmones comprimunt, abijciunt eos expellendo,& ſubijciũt eos carceri includendo, ſic B. Virgo contriuit diabolum , ſubiecit dæmonem,confudit Satanam . Nec minus principatus amore flagrabant,quia regnis præſident,bonos cuſtodiũt,malos & prauos hoſtes deijciunt. Sic Virgo beata,in omni gẽte primatum tenuit, bonos cuſtodiendo dilexit, prauos , & hæreticos deſtruxit. Dominationes ẽt itidem conſiderantes , quia alios purgant illuminant,purificant,ſic Virgo beata in præſenti vitã à culpa purgauit affectiuã,ab ignorantia illuminauit intellectiuam , ab infirmitate

liberauit

liberauit appetitiuam suis sanctis inspirationibus. Throni, & ipsi inuitarunt, quia sunt sedes Dei, quies Dei, & Deus per eos exercet iudicia, sic Virgo beata est thronus veniæ peccatoribus, gratiæ iustis, & gloriæ sanctis beatis. Quies fuit nouem mensibus filij Dei in ventre, & gentes iudicantur, eius voluntate. Cherubim quoque vtentes motiuo, quia repleti sunt omnium scientia adornati sapientia, & illuminati intelligentia. Sic Virgo habet scientiam naturalium, sapientiam spiritualium, & intelligentiam prophetalium. Postremò seraphim tanquam supremus ordo, gradus, & chorus eam charitate ardentes benignè inuitarunt, quia dilectione ad Deũ, & ad proximum ardent, quia Deo iuncti, indissolubili vinculo, & vniti, quia ipsi Deo præ alijs propinquiores. Sic Virgo beata, quia Deum super omnia dilexit, & diligit, ipsi perfectè vnita, ac præ cunctis imitata est in præsenti vita. His ergo flammis ardẽtissimi amoris, dilectionis omnium beatorum, qui in cœlesti patria perpetuo fruuntur visione beatifica Virgo gloriosa, in sui assumptione in cœlesti patria, cœloque empyreo fuit inuitata, prædilecta, & à cunctis in suis gradibus, & locis summopere desiderata. Nec mirum, quia licet, quilibet eorum certus esset, quod Virgini gradus eminentior omnibus deberetur, ipsius dulcedinem tamen, & beatitudinem attendentes, meritò ad permansionem cum ipsis inducebantur, si enim beato cuilibet gaudium accrescit accidentale ex alterius beatitudinis inspectione, quid profectò credendũ fuisset cuilibet beato, ex Mariæ cum ipsis permãsione? Non enim inuitabant Virginem, vt ipsorum cohabitatione suus gradus, & gloria in aliquo minuiretur, sed vt ipsius eius gratifico consortio recrearẽtur, & miro modo consolarentur. Et sic B. Virgo ad locum, gloriam, & statum super omnes præfatos est posita, & collocata, atque exaltata, vbi gloriosa permanet, & sedebit in sæcula sæculorum. Amen.

Fructus LVII.

FRVCTVS SECVNDVS.

Maria Deo iungitur.

EXPOSITIO BREVIS.

SVPERNIS perceptis Maria actu singulari iungitur voluntati creatoris, vt quod optarat in terris, cum delectatione summa perfruatur in cœlis: fitque Deo tanto intimior, quãto præ cæteris celsior gratia, & meritis inuenitur.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

SINGVLARIVM hominum appetitus, licet in quam pluribus obiectis appetibilibus secundum quod eisdem sub diuersa boni specie, & apparentia obijciuntur, & variantur ad summum bonum appetendum, naturæ instinctu ducuntur, & finis sui ratione trahuntur, omnia enim, vt philosophi profitentur bonum appetunt, & ad finem omnes diriguntur, & disponuntur operationes humanæ. Et licet summi boni nobis sit inserta cupido multiplex tñ ab ipsius adeptione, cognitione, & inquisitione, tam ignorantiæ, & negligentiæ, quàm malitiæ error abducit. Et quia summum bonum poni non debet in potentia, & dominio, in prudentia, & delicijs, in diuitijs, in honoribus, in fama, & fauoribus, & sic de alijs creatis, in quibus imprudentes homines obcęcati mẽte, fœlicitatem, summiq; boni esse dicunt beatitudinem; sed in solo Deo, quo nihil est altius, vtilius, æternius, melius, & sufficientius, qui est finis desideriorum nostrorũ, qui est alpha, & Omega, Principium, & finis. Hoc bonum prudentes inquirunt, ad istum ducuntur, vt velut ad finem præstitum ex natura; huic coniungi mens appetit, vt effectus causæ, imperfectum perfecto, & operatio fini. Et licet in præsenti quilibet vtens ratione recta, se perpendat appetere in se, & coniungi peroptet, sibi tamen hic, sic non valet coniungi, sicut post huius vitæ cursum: valet tamen in præsenti, initiari tali coniunctione, sed in futuro in ipsa beatitudine perficitur, & consumatur. Quæ coniunctio nihil aliud esse dicitur, nisi mentis in Deum transformatio. Ad propositum gloriosa Dei genitrix Maria, cum in vita præsenti fuerit prę aliis ipsi Deo vnita, & copulata, & vt hoc videatur clarius, præsupposita significatione uocabuli huius, scilicet, transformatio, quæ nõ est aliud, quàm in formam alterius transitio prima forma remanente, aliter enim esset transubstantiatio, erunt aliqua videnda. Primo, an sit possibilis, & in præsenti, & in futuro ipsa transformatio mentis, & hominis in aliud. Secundo, quæ sit ipsa ttã formatio. Tertio quibus signis ostẽditur, quod aliquis sit in Deum transformatus. Quarto quid ad Virginem consequitur, vt sit in Deum transformata. Circa primum respõdetur, quod sic. Et vt hoc generaliter videatur, dicitur, quod transformatio est possibilis, & probatur, primo in rebus naturalibus. Nam vt ait Auicenna, ex animę solet accidere in materia corporali permutatio complexionis, quæ acquiritur sine actione, & passione corporali, ita quod calor accidat non ex calido, & frigiditas non ex frigido, cum enim imaginatur anima aliquam imaginationem, & corroboratur in ea, statim materia corporalis recipit formam habentem comparationem

nem ad illam, aut qualitatem. Et etiam dicit sic: Attēde dispositionem infirmi, cum credit se conualescere, aut sanus ægrotare, multoties enim contingit ex hoc, vt cum corroboratur forma, in anima eius patiatur ex ea materia ipsius, & proueniat ex hoc sanitas, & infirmitas, & est hæc actio efficacior, quam illa, quam agit medicus instrumētis suis, & medicinis, & ponit etiam exemplum de eunte super trabē, qui imaginetur cadere, dicit, non audebit ambulare super eam, eo quod imagitur in anima eius formam cadendi vehementer impressam, cui obedit natura eius, & virtus membrorum non valet ad erigendum, & ambulandum. Patet etiam hoc, de virgis Iacob. Secundo hoc patet in artificibus, vt de figura ceræ impressa. In moralibus etiam de habitibus vitiosis, & virtuosis, in quos diuersi transformantur. Sic ergo patet, quod loquendo generaliter transformatio est possibilis, sed nunquid est possibilis in spiritualibus, vtpote inter hominem, & hominē, inter spiritum, & spiritum? Respondetur, quod sic. Quia anima plus est vbi amat, quā vbi animat. Et Vgo in libro de arrha spōsæ. Scio, inquit, anima mea, quod dum alium diligis in eius similitudinem transformaris. Et Augustinus decimo de Trinitate dicit: Quod tanta est uis amoris, quod anima habet dominium transformandi corpus suū ad qualitatem, vt possit immutari sicut vestimentum suum, & ponit exēplum de illo, qui tanta concupiscentia inflammabatur, in amore mulieris, vt uideretur cum ea misceri corporaliter, & de illis, qui imaginationibus solis illuduntur. His ergo apparet, quod transformatio spiritualis sit possibilis modo præfato. Sed nunquid est possibilis inter animam, & Deum? Respondetur, quod sic: & licet hoc patere possit ex iam dictis, hoc ostenditur fore possibile ex dicto Christi: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Et per Apostolum: Qui adhæret Deo vnus spiritus efficitur cum eo. Et Ioannes: Cum apparuerit, similes ei erimus. Et deinde Augustinus homilia prima super Canonicam Ioannis dicit: Talis est vnusquisq;, qualis est dilectio sua, si Deum diligis Deus es, si terram, terra. Et tandem Paulus: Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. Sed nunquid post hanc vitam erit possibilis transformatio? Vtique patet ex dicto Apostoli: Nos in eandem gloriā transformamur de claritate, in claritatem euntes. Et sic patet, quod transformatio est possibilis corporaliter, spiritualiter, & post hanc vitam, & hoc erat primum uidendum. Quo uero ad secundum dicitur quod uis, qua anima transformatur est amor, sed non quilibet, sed extra latus, qui se ad amatum diffundit intensę charitatis. Sed aduertendum, quod non quilibet amor habet uim transformatiuam, sed tantū fortis, & uehemens, de quo loquitur Apostolus: Quis nos separabit à charitate Dei? Et de quo loquitur Petrus Rauennas in quodam sermone: Nil durum, nihil amarum, nihil graue, nihil læthale computat

Cap. 5.

Matt. 6.

1. Co. 6.

1. Co. 3.

Gal. 2.

Rom. 8.

uerus

verus amor, quod ferrũ, quæ vulnera, quæ pœna, quæ mortes amorẽ prævalent separare perfectum, amor impenetrabilis est lorica respuit iacula, gladium excutit, periculis insultat, mortem irridet, & si amor est, vincit omnia. Quo sequitur, quod quanto amor est intensior, & vehacior, tanto efficacius, & validius habet animam transformare, quare super omnia amor Dei hæc agit. Sed quibus signis loquendo pro præsenti agnoscitur quod amor, scilicet, Dei sit in anima, quo, & anima sic habeat in Deum transformari? Respondetur, quod vitæ Domini Iesu perfecta imitatione dicente Saluatore: Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et sequitur de transformatione animæ in eũ. *Ioã. 14.* Ad eum, inquit, veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Sed quia vita Christi conclusionaliter ostensa est in cruce, vt dictum est supra fructu 51. ideò crucis assiduo complexu, & imitatione ad transformationem peruenitur. Verùm cum probatio dilectionis secundum Gregorium sit operis exhibitio, opera quæ Christus in cruce ostendit, videlicet, contemptum mundi, abnegationem sui, pœnitentiæ exhibitionem, carnis macerationem, patientiæ tollerantiam, operationem sanctam, humilitatem profundam, obedientiam promptam, virtutũ ornatum, orationem, contemplationem, & demum crucifixionẽ, in quibus consistit vita Iesu, quoad imitationem debet homo imitari, si ad transformationem cupit per crucis imitationem peruenire. Præfata ergo sequenda, Christus ad eum venit, quia ipsam animam in se trãsformat. Et quod crucis deuoto amplexu anima Christo crucifigatur, & in ipsum transformetur, patet primo Christi exẽplo, quia post omnia suæ vitæ opera, tanquam omnium finem crucifixionem ostendit, & hoc in cruce confixus moriendo, vt ad præfata ostenderet finem esse cum Christo crucifigi, & in ipsum transformari. Patet secundo in Paulo, qui per crucis assiduam in corpore imitationem ad hanc transformationem peruenit. Et ideò dicit: Ego enim stigmata Domini Iesu *Gal. vl.* in corpore meo porto. Et alibi: Christo, inquit, confixus sum cruci. *Gala. 3.* Ecce prævium. Et subdit finem consecutum, scilicet, transformationem: Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. Tertio patuit in beato patre nostro Francisco, qui crucis assiduo studio, deuotione, imitatione, & contemplatione ad veram transformationem peruenit, & corporalem, & mentalem, vt Christo esset concrucifixus. Qui ergo vult in Deum transformari, amorem totum ferat, vt dirigat ad crucem Domini, cuius virtute, & gratia, quod cupit, obtinebit. Et licet crucis imitatione fiat transformatio, ipsam tñ animam, & hominem in eum esse transformatum ostendunt plura. Videlicet, in perturbanda securitas, quando de nullo turbatur, aut turbari potest pertinente ad timorem mundanorum. Mentis trãquillitas, quia abnegat talis se totaliter, quare securatur, & in mente tranquillatur. Tertium est, cum mens, &

& persona tota, quæ ad Dei sunt promptè exercenda præparatur, nec aliud agere cupit, nisi quę sunt Dei. Totius hominis puritas, & sinceritas, dum incentiua carnalium abdicata perpendit. Beata impassibilitas, vt cuncta sustineat, & contra nullum moueatur. Vtriusque hominis integritas, dum conseruari se videt à Deo in perfecta puritate, & sinceritate mentis, & corporis. Orationum obtentus, dum nihil petit, nisi rectum, & in cunctis petitis exauditur. Voluntati diuinæ perfecta conformitas, dum nihil agit, nisi quod diuinæ placet voluntati. Cum Deo intimitas, dum sic indissolubiliter Deo iungitur, vt ab ipso separari non possit, more Apostoli dicentis: Quis nos separabit à charitate Christi? Deuotionis sublimitas, quia eius anima in amore dilecti tota deficit, & liquescit. Interius radiatio, & perspicuitas, dum nobis illuminationibus se cernit in intellectu illuminari illius lucis summæ ad se apprehendendo cohæsionem. Postremò cum pro dilecto cupit omnia mala ferre, & mori, vt cum ipso permaneat iugiter, à quo solus paries carnis disiungit. Hæc inter alia ostendunt Christo mentem, vitam, & in ipsum transformatam. Ad propositum ergo nostrum dicit hic fructus, quod B. Maria Deo iungitur, quia charitatem, & gratiam præ omnibus copiosius habuerit, dulcedinem diuinam prægustauerit intensius verbo in ipsa manente; Dei ad se dilectionem, collatione gratiarum, beneficiorum, donorum abundantius fuerit experta; nihil habens ad malum incitans, sed ad bonum semper inducens, diuinæ cõtemplationi semper intentos, ac cęlestibus semper iuncta, diuinę volũtati conformis, & vitam filii præ omnibus imitans, & sequens; nil trãsitorium diligens, & mentem à terrenis remouens; laudibus insistens diuinis, & se totam dedicans assiduè, & Deo tradens, puritate, & munditia nitens vtriusq; hominis, ac Dei ardens dilectione. Quare merito anima B. Mariæ tota Deo iuncta in ipsum transformata semper permansit. Si ergo præfata fuerunt in Maria, videlicet, quæ ipsam reddiderunt Deo in præsenti sic coniuncta, quanto magis fuit Deo vnita, quæ ad cęlũ assumpta in tàm excelso solio sublimata, & Deo propinquius cunctis inhęsit? Certè tũc innixa, & cõiũcta est filio suo, & indicibili modo transformata est, & sic cõiuncta, vt nequeat aut verbo exprimi, aut mente cogitari. Videns enim Deum, facta est, ei similis. Attendens Dei gloriam transformatur, vt docet Apostolus: Diligendo ęt, Deo fruendo amore coniungitur. Et cum omnia habeat aliis beatis modo excellentiori in Christo perfectiùs transformata præ omnibus ei intimius iungitur, cohæret, & intimatur, vt vnus spiritus Maria iuxta dictum Apostoli sit facta cum Deo, quia si in præsenti est possibile, multò fortius est in patria. Sed videndum est nunc quid Maria obtinet, tali cum Deo copulatione, & cõiunctione beatifica. Et videtur mihi quod ex hac vnione, & Mariæ in Deum beatifica transformatione,

quod

quod sequitur, quod ipsa habeat conformitatem ad diuinam voluntatem vt quidquid vult Deus, velit & ipsa, & è conuerso. Interius radiositatem ad cernendum secretiora Dei præ omnibus alijs. Capacitaté modo ineffabili dilatatam non substãtialiter, sed radiosionaliter iuxta modum loquendi Gregorij; ad quod sequitur genitricem esse deificatam. Ratio, etsi pateat ex dicto Boetij allegato, patet etiã ex dicto apostoli Ioãnis, qui dicit, quod similes ei erimus. Sic & similitudinem deitatis habendo deificati, ideſt in Dei similitudinem transformati possunt censeri. Insuper sicut Origenes, & Petrus Damianus deducunt, sicut nihil potest videri intellectualiter, nisi eius similitudine, vel corporaliter nisi eius spécie pupilla vel oculus fuerit informatus, seu immutatus. Et sic dicant esse respectu illius summæ lucis, quam non est possibile, vt fructu sequéti dicetur, nisi in lumine principaliter increato videri, quod est ipse Deus; quare Deum beati videntes illo lumine, quod est Deus ipse irradiati deificati sunt, & dij iuxta modum loquendi psalmistæ sunt. Et istud esse ex visione ostendit Ioannes, cum dicit: Cum apparuerit, similes ei erimus. Causa, quia videbimus eum sicuti est: quare, & B. Maria censeri potest deificata modo præfato, & præ cũctis sub se beatis modo excellentiori. Quo sequitur, quod videre B. Virginem, sic diuina similitudine circumamictam, & indutam, cum pulchrior omnibus creaturis puris existat, quod ad magnam delectationem est, & gaudium omnium eam intuentium, & omnium beatorum. Ipsa enim iuxta illud amicta est sole deitatis similitudine. Ac iuxta dictum Salomonis speciosior est sole, nec aliquid valet ei comparari, quare, etsi cœlestis curia dicatur illuminari à B. Virgine, vt dicetur fructu 69. nõ est mirum cum ipsa plena Deo, & deificata sit super omnia locata, quate splẽdore eius cœlestis patria illuminatur. Ad hãc perfectam trãsformationem, & cum Deo coniunctionem, & vnioné, vt præsens fructus loquitur, cum dicit, quod Maria Deo iungitur multa alia sequuntur, videlicet, plenitudo glorię, quietatio perfecta appetitus, & sic de alijs, de quibus erit sermo in sequentibus, quare, & pro præsenti omitto. Et istum fructum ad nostrum documentum deducẽdo, sicut patet ex dictis Ex quo possibilis est trãsformatio, ac nos Deo iungi naturaliter optemus, & hoc amoris virtute. Quare Deum super omnia diligamus eius inhærendo vestigijs, & mandatis, ac crucem meditatione assidua contemplando, cui si perfecto amore cohærebimus, in Christum merebimur transformari, vniti, & copulari; cuius copulatione mirifica Dei imagine, & similitudine singulari consignabimur vnius spiritus efficiemur cum ipso, suæ volũtati per omnia conformabimur diabolus à nobis aufugiet, & merito vidẽdo nos tali similitudine transformationis consignatos, sua arcana reserabit Deus, appeti- Apoc. 12

tus nostros, prout est possibile in præsenti quietabit. Se ipsum nobis manifestabit, eum pro arrha beatitudinis, & firmæ cohasionis pro futuro habebimus in præsenti, & tandem cõiuncti eidem perfectissimè in præsenti, post huius vitæ cursum beatificè coniungemur. Sic ergo apparet præfatis expositio huius fructus, Maria Deo iungitur, &c.

FRVCTVS TERTIVS.

Maria abyssatur.

EXPOSITIO BREVIS.

SICVT Virgo Maria omnes puras creaturas hic degens meritis excessit & gratia, sic in cœlis creditur tantum collatum de gloria, vt supremum gradum teneat in eadem puræ creaturæ à Deo possibilem conferendum.

EXPOSITIO MAIOR.

VERA fœlicitas, beatitudo, lætitia, & gloria beatorum, & si sit carissima, quia datur pro meritis magnis, & arduis operatis: altissima, quia ex puris naturalibus non habetur, sed Dei dono: suauissima, quia omnem dolorem abijcit, & gaudium, ac consolationem inducit; speciosissima, quia ea beati omnes splendidiores sunt sole; clarissima, quia cuncta patefecit; dignissima cum in ea stantes omnes sint reges, & domini; deliciosissima, quia Christus sanctis cuncta ministrat: preciosissima in donis, quæ à beatis possidentur: perfectissima, quia virium interarum, & externarum recreatiua, ac in cũctis bonis copiosissima, quia quidquid appetitur, ibi habetur, & obtinetur, & per cõsequens totius appetitus humani quietatiua; ipsa tamen beatitudo animæ rationalis, nonnisi essentialiter, ac completiuè in summo Deo, omnium creatore, qui est summum bonum habetur, & obtinetur. Quod quidem sic esse potest ex pluribus deduci. Primò, quia citra Deum quocunq; dato bono potest intelligi excellentius, & melius, quia intellectus in ipso quietari non valet, quia etiam nihil citrà Deum est summum in entibus, & conditiones summi entis sunt istæ. Est principium omnium entium, & in se ineffectibile, immateriatũ, informatum, terminus incluiuus, & excluiuus totius latitudinis entis creabilis, est sũmè simplex, inde-

independens, sibi plenè sufficiens, non est finitum, nō est excessum, nō est in genere & est indefinibile. Quibus conditionibus, quas attribuūt Philosophi summo enti patet expresse, quod nihil citra Deum est summum in entibus. Deinde quod nihil citra Deum est infinitum, & oīs perfectionis contentiuum, patet, quia nullum creatum omnem perfectionē quietatiuā appetitus humani, & beatificatiuā animæ continet, & in se hēt. Cum omnis creatura multiplicabilis ex se, & in se sit, quare, & imperfecta, & per consequens: cū ipse Deus solus sit supremū entium infinitæ simplicitatis, perfectionis, & bonitatis. Ipse solus est nostra beatitudo essentialis, principalis, & completiua, ac præmium nostrum beatificatiuum. Sed quomodo in Deo consistit? Certè in ipsius visione, fruitione, & tētione, velut in tribus theologicis virtutibus correspondentibus consistit. Nam visio respondet fidei, fruitio charitati, sed tentio spei. Sed in quo trium præfatorum beatitudo principaliter consistit? Licet Beatus Augustinus libro de Trinitate dicat: Quod visio sit tota merces, & per consequens in visione Dei sit beatitudo. Dēt tñ intelligi cū præfatis duobus, vt in pluribus aliis locis ipse Augustinus ostendit. Aliter ipsa sola visio, alijs seclusis beatitudinem infirmaret, quod nullus diceret. Visionem verò principaliter vocat, quia principium, & quia respondet fidei, quæ prima virtutum theologicarū, & quia prius est videre naturaliter, q̄ diligere. Sed aduertendū, q̄ videre intuitiuè aliquid, potest esse tripliciter. Ad propositum Deus cum sit nostra beatitudo, quantum se B. Virgini beatificè communicat, & communicauit, respōdet fructus præsens, quod ipsa abyssatur, idest, Deo totaliter immergitur, & in ipso profundatur, quia eius gloria omnem aliam excedit: quia sicut in præsenti constituta omnes excessit gratia, & meritis, sic nunc in cœlo gloria omnes excedit. Sed quāta sit ego melius exprimere non valeo, nisi dicendo, qđ in illo abysso deitatis ipsa abyssatur, & profundatur tantum de gloria ipsa habeat, quātum est possibile à Deo puræ creaturæ conferre. Et sic in mare immenso deitatis Maria tota immergitur, absorbetur, abissatur, & profundatur. Si gloria magna est seraphim, quæ est ordo supremus, magna gloria apostolorum, patriarchatum, specialiter Abrahæ, cui dictum est, merces tua magna nimis: martyrum, cōfessorum, virginum, & aliorum beatorū super omnes est maior gloria B. Mariæ, quæ omnes angelos, & sanctos, gratia præcessit, & meritis, & nunc in gloria. Et ideò bene cantat ecclesia: O gloriosa domina, excelsa super sydera. Et quia beata Dei genitrix ptæ aliis est beata, & supremum retinet in beatitudine gradum purę creaturæ à Deo possibile conferendum, sequuntur aliqua: primum, quod cum beatitudo in visione, & fruitione consistat, sicut ipsa gloria sublimatur ptæ alijs: cap. 8.

sic præ cæteris, & Deum videt, quoad gradum limpidius, & iucundius perfruitur, & in Deo suo delectatur. Secundum quod cum ad beatitudinem pertineat ipsa delectatio, & degustatio diuinæ dulcedinis, ipsum, & in ipso dulcius delectatur, & quiescit præ alijs. Tertium, quod eius capacitas naturalis perfecta beatitudine quietatur, quod non sic in aliis reperitur, quia nec in angelis. Ratio, quia cum ipsi maioris sint capacitatis, quàm aliqua anima humana, maior esset si capacitate gloriæ secundum totam plenitudinem quietarentur, quàm Virginis, imò, & Christi, quod non est dicendum. Datur ergo eis beatitudo non secundùm perfectionem, ac proportionem capacitatum, sed gratiæ, & meritorum; quia verò Beata Maria suam capacitatem plenam habuit gratia, quia gradum, quoad gratiam possibilem creaturæ, quia ipsa promeruit præmiari secundum totam latitudinem suæ capacitatis, quare perfectè est quietata quoad hoc. Quartum, quod sequitur est, quod ipsa Beata Maria plus valet, quàm tota cœlestis patria, quod quidem potest intelligi, rectè, & non rectè. Vbi sciendum est, quod cum comparatio debeat fieri inter res eiusdem speciei, modo comparatio potest esse in gloria Beatę Mariæ ad alios sanctos. Vno modo, videlicet, quod ipsa videat plus Deũ intensiuè, ideſt, plusquàm quicunque sanctus per se sumptus; & sic est fatendum. Si autem intelligatur, quod plus intensiuè, quàm omnes sancti simul, non cogimur concedere; quia cum quilibet aliquo gradu videat Deum, etsi omnes isti simul computantur in vnum non credatur, quod ipsa omnibus istis gradibus Deum videat, sed benè potest modo aliquo concedi, quia sic species superior, & gradus, omnes gradus habet speciei inferioris: & superaddit secundum Dionysium sic, quia Beata Maria est super omnes beatificata omnium habet beatitudinem, videlicet, angelorũ, & superaddit, quia tantũ hét, vt ipsi, & in eo, quod habent, etiam superexcedit, ac vltra aliud superaddit, & sic de beatitudine aliorum, teneatur, quod placet. Si autem fiat comparatio gloriæ Mariæ, quia mater Dei ad alios sanctos quantum ad gustum, & affectum plus habet, quàm omnes sancti: imò alij nihil habent; vnde nullus degustat Deum, vel diligit vt filium naturalem. Vnde hoc est singulare beatæ Mariæ, & non recipit comparationem, quia alij hoc non habent, nec cum ipsa in hoc communicant. Quintum, quod si prouectio nostræ humanitatis ad tantæ gloriæ fastigium in Domino Iesu Beatæ Mariæ filio ad admirationem cœlicos inducit spiritus, quod dixerunt: Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus? Sic reuera, & gloria Beatæ Marię omnes admirantes fecit, & facit: & ideò illę sponsi in Canticis admirationes, prout vult Hieronymus, factę sunt Virgine ascendente ad cœlos: Quę est ista, quę ascendit

dit sicut aurora. Sextum quod sequitur, est quod beati de gloria Mariæ summè gaudent. Quia si quilibet de bono alterius gaudet, & lætatur, & de maiori magis, cum ipsa Virgo excedat omnes summopere gaudere debent, & præcipuè cum ipsa Dei genitrix in gloria supremum gradum habeat, & teneat possibilem creaturæ puræ conferendum, vt dicit sancta Ecclesia. Exaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum ad cœlestia regna. Quo sequitur, quod ultra omnes sanctos, & sanctas eleuetur, ex quo super omnes choros angelorum. Quod n. ad supremum gradum sit sublimata potest rationibus deduci, quarũ prima fundatur in vita sua sanctissima, & si vita sanctorum tanto dicitur perfectior, quãto capiti totius pfectionis Christo magis similatur, rectè sentiendum est glorioſam Virginem super cæteros sublimari, cum vita eius fuerit perfectior, & merita etiã maiora, quàm cuiuscunque spiritus cœlestis. Probatur etiam hoc ratione plenitudinis gratiæ, quæ maior fuit in Virgine, quam in quibuscunq; alijs, sic etiam fundatur in dilectione Dei, quia plus dilexit Deum, quàm aliqua alia creatura humana, & loquendo de gratia habituali plus habuit, quam cœlestis spiritus, quare ultra ipsos dilexit, & sic ratione gratiæ, & dilectionis undequaque excedit quoscunque. Ratione etiam maternitatis, & puritatis; quia mater Dei super omnes electa, & puritate nituit, & insuper plus Deus dilexit Mariam, quia præ cæteris gratijs, & priuilegijs ornauit, & præcipuè incomprehensibilitate gloriæ, ad cuius gradum nullus sanctorum peruenire potest, neq; ipsum attingere. Et idcirco, si consideretur in patria limpitudo eius, certè totam illuminat, vt fructu sequenti dicetur. Si attendatur collatio dominij, in qua viget eius potentia, certè præcedit quoscunq;. Pariter si inspiciatur cõdescẽsio Dei ad eius preces in glorificatione fideliũ, sic certè Virgo beata meretur, & habet supremum gradum, nec quanta sit gloria Mariæ potest dici, & effari, & sic in Virgine benedicta verè potest illud Pauli dici: Quod Deus præsciuit, prædestinauit, vocauit, iustificauit, magnificauit Mariam præ omnibus in gloria, & conformauit imagini filij eius, ipsam totam in se transformando, copulando, & coniungendo. Quare beata Dei genitrix quietatur in gloria, satiat in fruitione, recreatur in intellectu, exultat in corde, iubilat in mente, ac ueraciter totus eius spiritus in Deo requiescit salutari suo; & factus est ei Deus omnia in omnibus, amor diuitiæ, deliciæ, visio, fruitio, gaudium, iucunditas, lætitia, vita perennis, omnesque sanctos, & angelos gloria præcellit, ad quod sequitur, quàm sit honoranda, veneranda, colenda, cum impletum sit illud in ea, quod in figura habetur. Quod positus est thronus matris, iuxta thronũ Salomonis, & ex his omnibus habetur quantum gaudere debemus de exaltatione, & sublimatione tãtæ Virginis super oes angelicos choros, gaudeat ergo peccator, quia virginis gloriæ eu ectione 3. Re. 2.

facta est eius, apud Deum maior intercessio, & facilius veniæ cõcessio. Præfatis ergo apparet, quãta virtute Altissimi extollitur ad sublimia, tanta etiam glorioſior, & clarior gloria resultat in cœlo. Plena siquidem gratia, plena Deo, plena virtutibus, non potest, non possidere pleniter gloriam claritatis æternæ, quàm pleniſſimè accepit, vt esset mater Dei, mater Saluatoris. Ex supradictis apparet expositio huius fructus, Maria abyssatur. Et consequenter, quod pro talis fructus expositione est positum, &c.

Fructus LIX.

FRVCTVS QVARTVS.

Maria sanctos radiat.

EXPOSITIO BREVIS.

MVNDVS iste sicut radijs illustratur solarib. sic superna patria gloria venustatur Mariæ, q̃ tanto fulget præ cæteris; quanto præ omnibus soli iustitiæ Christo propinquat, & hæret.

EXPOSITIO MAIOR.

Matt. 5. EVIDENTIA manifesta conuincitur, ac Domini Saluatoris nostri sententia approbatur, quod ciuitas supra montem posita non potest abscondi, nec lucerna super candelabrum locata, quin ij, qui domum intrant, nõ percipiant lumen eius. Et sicut à sole nube remota nostrum hæmisphæriũ, & Horizon illuminatur, sic reuera sanctorum in patria residentium gloria illa, quę sursum est Ierusalem mater nostra illustratur, & radiatur. Cũ enim, teste Apostolo, sancti sint, vt stellæ, etsi gloria corporis beatorum ad instar erit solis dicente Christo, quod fulgebunt iusti ut sol in regno patris: proculdubio illa patria beata, & benedicta eorum luminatur gloria, & splendore, & sicut stella differt à stella, sic gloria vnius à gloria alterius. Etsi non quoad obiectum, tñ quoad ipsius perceptionem, & gradum. Et sic consequenter ille locus diuersis sanctorum splendoribus illustratur, & radijs. Si igitur, ibi sunt gradus, quia mansiones multæ sunt, & gradus intensior vehementiorem arguat illius patriæ irradiationem; quid dicam de beata, & glorioſa Dei genitrice Maria, quæ situ, gradu, & gloria quoscunq; ibi existentes superat, & præcellit? Nimirum sua gloria, & splendore, tota illa beatorum caterua illustratur, vt præsens fructus ostendit. Maria san-

ria sanctos radiat. Et vt hoc videatur præsupponēdo, quod cœlestis curia gloria B. Mariæ irradiatur, dicente Hieronymo: Nunc autem circundant eam flores rosarum indesinenter eius admirantes pulchritudinem. Et Bernardus super Cantica: Summa gloria post Deum est te B. Virginem videre, tibi adhærere, & in protectionis tuæ munimine commorari. Vnde sciēdum est, quod sicut beatorum gloria essentialis est ipse Deus, & lumen principale, quo ipse videtur; sic beatorum illuminatio, & patriæ cœlestis est Deus ipse. Tantoque sanctorum animæ existunt splendidiores, quanto vehementius illo sole illuminatur æterno. Talisque illustratio, licet excedat omnia merita nostra, loquendo de stricto rigore iustitiæ, & de condignō; tamen ex lege Dei statuta iuxta proportionem meritorum à Deo ipsis confertur beatis; quare hac de causa B. Maria præ cæteris clarior, & fulgentior inuenitur. Patriæ ergo cœlestis, quia, & sancti angeli lumine deifico circumamictum, in Deum sunt transformati, & deificati, merito ipsorum fulget splēdore, ac ipsorum sic lumine claret, sicut beatitudine alterius mutatio sanctis accidentale gaudium donatur, & crescit. Quo posito, qualiter B. Dei genitricis gloria illuminetur cœlestis Ierusalem est indagandum. Et quia per nos, qui nunquàm percepimus exprimere non valemus, sed oportet nos ex sensibus, sicut arguimus illuminationem, vtpote, quia Maria est in loco eminentiori, ac lumine præ alijs tota diuino circumfulgenter illustrata, quia ipsam alios illuminare, supra quos residet est rationabiliter ponendum. Sic & de modo, ex visionibus & explis est aliquid ponendum, quo videatur, vt est possibile, quomodo illa regio paradisi à Virginis gloria decoret. Sed quia ad hoc nobis nullum sensibile exemplum ad propositum potius sole habemus, qui est luminare maius, & in se lumē habens, & Virgo sol vocetur: In sole posuit tabernaculum suum. Et dicatur amicta sole. Ipsum pro exemplo ad propositum est sumendum; nec immeritò, quia Dionysius ad ostendendum Dei influentiam in hæc inferiora condita de sole, & eius efficacia sumit exemplum. Descripto ergo sole quoad suam essentiam, & naturam, quia est simplicissimus, quia non compositus ex contrarijs, seu dissimilibus; quia est vniformis, & permanens, quia non cōpactus ex contrarijs, & per consequens incorruptibilis habens leuitatem, & sic nō habens grauitatem, & consequenter habens habilitatem ad motum, quia agilis, & leuis, ac actualissimus, quia quanto res est simplicior, tanto actualior ad agēdum. Sic eum describit Dionysius quoad suam influentiā, & virtutem, dicens: Sensibilium essentias, & qualitates multas quidem, & discretas existentes ipse sol vnus, & vniformis illuminans, renouat, nutrit, custodit, perficit, discernit, punit, refouet, secunda facit, auget, mutat, collocat, plātat, remouet, & viuificat. In quibus verbis solem describit Dionysius quoad duodecim effectus. Habet Apoc. 12

enim sol quoad effectum virtutem illuminatiuam: omnia enim illuminat in his inferioribus, nisi habeat alicuius interpositionem inter ipsum, & nos, copiositatem. n. habet luminis, quia fons eius, cuius virtute superiora, & inferiora illustrantur. Deinde habet virtutē renouatiuā, nā terræ poros aperit, & virtutes existentes in radicibus ad altū perducit, terrā floribus, herbis, & frondibus ornat, & renouat. Virtutē ēt nutritiuā in se continet, quia ad interiora radicum, & seminum solaris radius intrās humiditatē terræ dissoluit, & attrahit in sua, & in nutrimentū terræ nascentiū conuertit. Cōseruat pariter, elementa enim pp contrarietatē ad inuicē se dissoluerent, nisi influentia solis, & aliorū corporū cęlestiū conciliarentur, & sic in eodē esse debito saluarentur. Virtutē insuper perfectiuā continet, calor elementalis incipit agere in corporū generatione, sed solaris calor ꝑficit; in quo virtus discretiua reperitur, calores. n. & rerum species, quæ de nocte non distinguūtur, sole superueniente ab inuicem discernuntur. Et sic ab ipso virtus vnitiua egreditur; cōcordat. n. planetas in suis effectib. & iō in medio locatur planetarum, etsi per se vnit præfata, & per accidens vnit homogenea, sed etherogenea dissoluit. Egreditur ēt ab ipso virtus confortatiua, fm. n. solis ascēsum super Horizontē nostrū, virtutes animalium augentur, flores solis ortu aperiūtur, & suo clauduntur absceſſu, sicq; hēt virtutem temporum mutatiuam, tàm in signis septentrionalibus, vbi stans causat dies longiores, & Australibus, in quibus dies causat breuiores, q̄ in meridie, dū rubet in mane, lucet, in tertia, feruet in meridie, sed in sero pallet. Vlterius hēt virtutē formatiuā inferiorū, vnde solis constellatio, vt dicit Martianus pulchros, & agiles facit hoies. Ex hinc cōspicitur in eo, virtus purificatiua, quia sol radijs subtiliat aerē, & consumit vapores inficientes ipsum aerē, & quoad hoc hēt virtutē calefactiuā non formaliter sed virtualiter, & actiuā vapores à mari trahendo Postremò hēt virtutē viuificatiuā, nā ibi non pōt degere aliq̄d, vbi sol non attingit. His ergo solis proprietatibus naturalibus, & effectibus vtēdo ad propositum B. Dei genitrix Maria lumine æternę deitatis tota amicta, ad instar solis est simplicissima, quia spiritualissima effecta per dotem subtilitatis, vniformis per rectissimā intentionē, et suę voluntatis Deo coniunctionē; permanens per gloriæ perfectę adeptionē; incorruptibilis per dotē impassibilitatis, leuis per agilitatem, & misericordiæ prōptā subuentionē, & actualissima ad operādū, quidquid sibi libet. Hæc siquidē sic in se existēs iuxta duodecim ī ipsa operata ad sui glorificationē, 12. modis, siue radijs cęlestē patriā illuminare dicitur, & illustrare. Ipsa enim pro sua glorificatione à Deo illuminatur, diuina cognitione semper renouatur, cū incomprehensibilis sit ipse Deus, quare semper apprehensibilis reperitur. Nutritur ex hoc tali diuinę ꝑceptionis haustu, & degustatione, & in tali Dei cognitione

tione conseruatur,& manutenetur.Perficitur etiam,quia cognitione summi veri perficitur eius intellectus. Discernit colores, quia omniū sanctorum merita,gratiam,& præmia ipsa se aspiciendo,& alia agnoscit. Vnitur vitaliter illi obiecto immenso. Acies eius intellectus confortatur,& roboratur ad ulteriora cernenda:quia lumen est Deus virtutis intellectualis confortatiuum.Mutabilia immutabiliter agnoscit, quoad obiectum quod inspicit.Purgatur continuè modo , quo angeli,quia continuè de Dei abditis nouam aspicit irradiationem,tota clarificatur,& demum per viuificam rationem in omnium auctoris cōtéplationem assurgit laudem,& admirationem . Proportionabiliter ergo Virgo beata,beatis in patria residentibus duodecim emittit radios, duodecim in eis effectus operando. Primus radius est diuinæ illustrationis, quam ad beatos dirigit. Quod multipliciter potest intelligi . Vno modo,quia,vt dictum est,gloria solis est amicta deitatis,quare & septempliciter luce cum sit lucentior,necesse est eam splendere,& cōsequenter sua gloria omnibus relucere. Secundo modo potest intelligi,quod illuminat eo modo, quo angeli ab angelis illuminantur, scilicet,reuelando Dei occulta, & loquendo, quæ ipsa præ cunctis videt . Tertio modo potest intelligi secundum triplicem modum irradiationis solaris motiuum , videlicet directè lumen suum directè eis,& cuilibet per se reuelando, & perpendiculariter, & incidentaliter, quando per illuminationem vnius,quem ipsa illuminat,lumen,& radium dirigit.Reflexè,quando suis effectibus,quid nouit,& velit innotescit. Vnde quod effectus sic peragit, tot reflexis radijs illuminare sanctos dicitur. Quarto in se cognitionem aliquam præbendo , velut speculum cognitione actuali alijs offerendo.Quinto beneficia collata ad ipsorum prospectum reducendo,licet immemores non sint,dum tamen actualiter in ipsis operata à Virgine cogitant ad ipsorum conseruatos cognitionem, & illustrationem percipere dicuntur . Quo facto tūc beata dirigit ad eos,secundum illustrationis radium,& semper fit, dum ad impendendum,& dum impendunt semper ad impendendum vicissitudmaliter renouantur . Et quia talium contemplatio est eis ad magnam lætitiam, ideò talibus,velut tertio radio immisso nutriūtur. Sed quia gratissimi erga beneficia percepta inueniuntur quarto radio immisso in talium cogitatione conseruantur . Verum talium originē cogitantes,& si mediante Virginem,tamen immediate à Deo percipiunt. Hinc est,quod ab vno ad aliud transeuntes , velut quinto radio in Dei summi auctoris omnium bonorum cōsideratione perficiūtur. Sextum radium recipiunt,cum agnoscunt pro hominis operata salute facta extitisse in medio vteri virginalis ,ac ministratione talium dissernunt beatam Mariam fuisse,& sic sexto radio illuminati,ascendunt ad septimum attendentes illi summo Deo, & eius matri Mariæ per mef-

fabilem

fabilem amorem copulantur,& vniuntur, & quia amore transformã tur in ipsos,scilicet, filium & matrem mirifico modo mutantur, quare, & in Dei, & Virginis amore solidantur. Et quia de matutina ad vespertinam reciprocè procedunt per operata in Maria ad Deum,qua si infuso radio,de vno ad aliud mutantur,& formantur,quia de consideratione vnius ad alterius pergunt considerationem. Verum & si in obiectis conformitas tam in radiis immissis, & gratia difformitas reperitur. Hinc est quod dum laude mutua Deum,& suam genitricem collaudant,dum unus perpendit,quod tam intensè alius nõ videbat, qua si infuso radio undecimo purificantur,igniuntur,& actuãtur. Vltimo radio,cum vnum & idem noscentes,& volentes ac matri, filioq; iungentes vita viuunt Christi,& suæ matris viuificantur,non primam vitam deserentes,sed in secundum transeuntes feruore,& dilectione, vt dicant cum Apostolo: Viuo ego iã non ego,viuit vero in me Christus, & beata Dei genitrix Maria. Aliter potest iuxta dicenda fructu 71. exponi,cum mater duodecim illuminationes à Deo assiduè percipiat,& quæ percipit,aliis communicando reuelet,scilicet,illa eadem, quæ ipsa à Deo agnoscit cœlestem patriam isto modo illuminare sua gloria comprobatur. Sic ergo patet, quomodo ipsa Dei genitrix gloria præ omnibus amicta,& Dei simillima, ac in supremo residens velut sol in alto fulgens cœlestem patriam illuminare probatur. Sed nunquid ipsa ab illuminatione nostrum in tenebris huius vitæ degentium secluditur,& suos subtrahit radios,ne ipsis irradiemur? Certè non. Quomodo enim verificaretur illud: Nec est, qui se abscondat à calore eius? Quare ipsa sicut fulget,& illustrat sua gloria beatos; sic & irradiationis eius radii vsq; ad nos benignè descẽdũt, & se extẽdunt. Sed cuiusmodi sunt isti radii? Certè isti sunt. Illustrat mirè in agendis,seruandis, & vitandis nostrum suis precibus intellectum, dum vitia deserere, & ad virtutes transire facit. Dirigit ad nos,quia iuuat diuino patrocinio,misericordia fouet,& spem dat de venia obtinenda. Quartum radium porrigit, dum bonos ne cadant,in gratia conseruat. Destinat quintum radium dum de virtute,in virtutem suo exemplo conscendere nos facit,& mittit sextum radium,dum quam vilia sint terrena, & uitia fugienda ostendit. Iramittit septimũ,dũ filio reconciliat peccatores confœderat,& unit. Et octauũ,dũ ne insultibus cedamus,& diaboli nequitiam formidemus sua protectione consolidat. Ostendit nonũ radium,dum in uirtutibus exercitatos ad contemplationis verticem suprauducit. Ostendit decimum radium, dum imitationem filii, & sui exempla mõstrat. Vndecimum radiũ immittit,dum cum suis precibus peccata nostra delet. Tandem mittit ultimum radium. Quando hic Christo uiuentes ad uitam glorię transmittit,& conducit. Quapropter his habitis radiis,& exemplis à fulgore huius clarissim iuharis, &

splendo-

splendoris solaris elongare nullatenus debemus, ne peccatorum tenebris, diabolo operatione, carnis infectione, & mundi illecebris inuolutis ad Caribdis, & Scillæ scopulos collidamur; ac cum Pharaone obscuritate Ægyptiaca contecti maris fluctibus inuoluamur. Sed hanc nostrę fidei columnam, & nostri itineris directricem sequentes; tenentes veri Moysi virgam in manibus, ideſt rectitudinem in agendis; huius sæculi terram deferentes ad verum lumé Deum, cum quo habitat Maria peruenire possimus. Supradictis ergo pensatis patet intelligentia huius fructus, Maria sanctos radiat, &c.

FRVCTVS QVINTVS.

Fructus LX.

Maria veneratur.

EXPOSITIO BREVIS.

CIVES illi deifici gradum attendentes Mariæ ipsam adorant, & cum reuerentia debita venerantur, matrem regis vitæ, & gloriæ laudibus extollentes obsequio deuoto gratificè deseruiunt.

EXPOSITIO MAIOR.

NOSTER Dominus rex virtutum, inclitus Monarcha, & Imperator Iesus, sicut sanctos suos florere voluit virtutibus in hac vita mortali, sic & honorib. promoueri, & tàm in superis, quàm ab hominibus venerari, vt quantũ ipsos honore dignos duceret in cœlis gradus, & reuerentia attestaretur exhibita debitè in terris. Et quia honor est exhibitio reuerentię in testimonium virtutis, hinc est, quod sancti diuersis fulgentes virtutibus, sicut in pręsenti distinctis honoribus, sic & in futura patria credimus esse gratificè sublimatos. Quia ergo Beata Dei genitrix in hac degens virtutibus fuit fœcunda, & nunc gloria sit in cœlis super oẽs sublimata, meritò debita reuerẽtia excoli debet, & honorari, quod sic esse, beatus ostendit Hieronymus: Omnis, inquit, illa cęlestis congratulatur, & veneratur matrem. Cuius super se adorat filium regem, ante quem tremũt potestates, & curuatũr omne genu, & præsens fructus declarat, Maria veneratur, videlicet, tàm ab hominibus in vita pręsenti degentibus, quàm à sanctis, & angelis in patria cęlesti manentibus. Vbi aduertendum, quod cum Deus quàm plures in præsenti duxerit honorandos, ac exaltauerit, videlicet Adam primum hominem gloria, &

tia, & honore super omnia creata in his inferioribus exaltando. Ioseph pudicitia, Moysen, signis, Aaron sacerdotio, Phinees zelo, Iosue principatu, Iephthe victoria, Sãson fortitudine, Gedeon hostiũ trucidatione, Dauid humilitate, Samuelem Dei seruitio assiduè, Salomonẽ sapientia, Iosaphat bonitate, Asa, & Abiam in Domino confidentia, Tobiam misericordia, Iob patientia, Esther populi liberatione, Mardochæum fidelitate, Iudith bonitate, & virtute, Machabæos legis, & patriæ defensione. Et diuersos distinctis, sicut sublimauit virtutibus, sic & honoribus decorauit. Insuper cum honor exhibeatur imperatoribus, regibus, ducibus, principibus, prophetis, sapientibus, medicis, philosophis probitate virtutum nitentibus; victoribus, proba agentibus, Deo seruientibus, parẽtibus, & suis progenitoribus, ac pro patria fideliter laborantibus, vt patet experientia, sacra scriptura referat, & gentilium historiæ attestentur, & propter iàm dicta, & præfatarũ causas Deus sanctos suos dignè exaltet in ecclesia militanti, & triumphãti diuersis dignitatibus, & præmiorum honoribus, seu gradibus. Quã tò magis gloriosam suam genitricem Mariam exaltat, & veneratur, ac cunctis cœli ciuibus debito obsequio honoratur, & si ipsa ratione maternitatis virtutum, & gratiarũ, præmiorum, & gradus, conformitatis ad rectum iudicium, & donorum omnium, quæ in ipsa fulgẽt, sit super omnes exaltãda, & veneranda. Nihilominus propter iam dicta non excluditur ab honore, sed tanto dignius honor est ei impendendus, quanto in præfatis excellentior, & proprior reperitur. Hæc enim Maria est Heua, quia mater omniũ saluandorum, Ioseph est puritate eximia, Moyses humilitate, Aaron corporis Domini oblatione, feruore Phinees, Iosue prostratione diaboli, erectione humani generis Iephthe sed Sãson vi, famulatu diuino Samuel, sapientiæ dono Salomon, Iosaphat sanctitate, Asa fidelitate, viscerositate Tobias, tollerãtia Iob, Esther fidelium liberatione, sanctimonia Iudith, Mardochę iustitia, fidei professione Machabæi. Hæ enim virtutes, & gratiæ, quib. honorari promeruerunt iã dicti cum superabundãtissimè præhabitæ sint à Domini mundi, venerari decẽtissimum est in præsenti, & in patria, sicut nonnulli, præfatarum virtutum rõne credimus nunc in patria gloriari. Insuper cum B. Maria mater Dei imperatrix sit, & mũdi regina, directrix, & principissa populi Christiani. Prophetiæ, & sapiẽtiæ spiritu superplena, & scientia humanorũ Medicina sit, nostra mater & ãna, nitens insignijs virtutũ, & victoria, serua Dei altissimi, placentia cuncta agens Deo, ecclesiã militãtem sua conseruãs protectione; ipsa, vt oĩum bonorum sanctuarium, templum, & arca ab oĩbus est honoranda, laudãda, imitãda, & commendãda, quia honor, qui illi exhibetur, ipsi proculdubio fit, & datur, qui ipsam præelegit in matrem, repleuit virtute, & solio singulari præ omnibus exaltauit; qui natus

ex ea,

ex ea,cum ipsa super virgines puritate, & fœcunditate extiterit à virginibus merito honorari debere edocuit,fide institutione ab apostolis;martyrii pœnalitate interna à martyribus, austeritate à confessoribus;doctrina à doctoribus,prophetia à prophetis;misericordia à patriarchis,& patribus;dedicatione sui totali Deo à sacerdotibus;regimine sui insigni à regibus;ducatu per semitam virtutum perfectam à ducibus;à sapientibus,& prudentibus sapientia,& scientia; sanctimonia ab angelis;reuelatione occultorum,& operatione mirorum ab archangelis;Dei in ipsa speciali habitatione à thronis; charitate à seraphim;cognitione diuinorum à cherubim, defensione nostra à potestatibus;præseruatione fidelium à peccato à principatibus;suppositione, & subiectione diaboli à virtutibus; generali ecclesiæ gubernatione, interuentione,& protectione à dominationibus. Quia igitur ipsa sic est,à Christo præ cæteris omnium virtutũ ordinata, & ornata, meritò voluit eam ab omni gradu creaturarum honorari,& venerari, & sic facere,& fecisse cęlestes ciues ostendit hic fructus,Maria veneratur. Ipsi enim cœli ciues cõsiderantes imperatorem mundi Christum eam sic fœcundasse virtutibus.Sua maternitate exaltasse donis,& gratiis,& prœeminentia super omnes in gloria sic veneratam fuisse,ac fructum, qui eis prouenit ex Maria quoad gratiæ largitionem, & gloriæ cũ omnibus perceptionem,vt diuinæ voluntati per omnia cõformes virtuosi,& grati Mariã Dei matrem,& ipsorum dominã laudibus efferunt, & ipsi deuoto obsequio subseruiunt. Venerantur ergo eam sancti,vt matrem regis æterni,sponsam Dei patris,sacrariã Spiritus sancti,cœli reginam,mundi dominam, supplantatricem hostis diaboli, omniũ virtutum exemplar,perfectionis speculum, iustitiæ titulum, primatũ super beatos tenentem,& cui ipse Deus paret ad nutum. Qua in re cum iuxta sanctorum exempla pergere nos decet,istam Dei genitricẽ Mariam super omnes sanctos, & sanctas sublimatam digno prosequamur honore,quia ipsa est imperatrix mundi, & consequenter domina nostra,Deum nobis protulit,& hominem, panem angelorum,& cibũ vitæ, quæ fructu ventris nos liberauit a morte, & hostem superbum a nobis eiecit,fidem, & virtutes verbo nobis reserauit, & vitam, gratiã nobis procurat,& veniam.Prefatis ergo inspectis,qualiter,& quomodo,& qua de causa a sanctis Maria,vt dicit prẽsens fructus,veneretur, patet euidenter. Et consequenter quomodo intelligitur, ꝙ pro huius fructus expositione fuit breuiter annotatum.

Fructus LXI.

FRVCTVS SEXTVS.

Maria verbum habitat.

EXPOSITIO BREVIS.

ABSORPTA in gloria B. Virgo Maria, ac illi luci æternæ, præ cunctis immersa, varijs diuinæ irradiadiationis radiis illustratur, vt sicut gloria, sic sapientia, & scientia, sanctos omnes superet, & excellet.

EXPOSITIO MAIOR.

IACTVM est fructu sexagesimono de iradiatione cœlestis patrię à lumine Virginis glorioſæ, nunc præsenti fructu, qui de irradiatione Mariæ à Deo eloquitur. Dicēdū, quod Maria verbum habitat, ideſt ſuſcipiēdo à verbo aſſiduè irradiationem ſingularem, ſed qualiter, & quomodo eſt nūc breuiter videndum. Pro cuius euidentia eſt ſciendum, quod cum diuina eſſentia omnia noſcat contineat in ſe cauſaliter, eminenter, perfectionaliter, & vitaliter, ſitq; conſequenter ſpeculum omnia continens, & præſentans, ſicq; naturaliter, tamen, & ex ſe omnia præoſtendit, vt voluntariè aliis à ſe referet, & declaret, vt ſicut, cum vult, ſic & quantum ſe oſtendat iuxta proportionem meritorum, ſiue ſecundum ſuæ beneplacitæ voluntatis. Et quāuis omnia, quæ ad beatitudinem ſpectēt ſanctorum electi videant iuxta traditionem doctorum, omnia tamen nō vident, quæ Deus ipſe nouit, aliter ſancti, etſi non intenſiuè, tamen extenſiuè cuncta cernerent, quæ Deus ipſe nouit, & videt, quod ſanę mētis homo concedere non debet. Videtur ergo Deus ipſe quantū vult, & quod vult, & quomodo vult, vt primum ad intentionem, ſecundum ad multitudinem, & tertium quoad modum referatur, & lumen. Et quia ſola anima Chriſti eſt omnia cerēns, & omniſciens; in ipſo enim ſunt omnes theſauri. Vt Deus per naturam diuinam cognoſcit omnia actualia poſſibilia, finita, & infinita, cognitione actuali, & comprehē ſiua. Vt homo vero, & comprehenſor cognoſcit omnia actualia, & finita cognitione actuali, & comprehenſiua, infinita verò cognitione habituali, & exceſſiua. Per gratiam cognoſcit omnia ſpectantia ad humani generis redemptionem. Per naturam integram, cuiuſmodi fuit in Adam cognouit omnia, quæ ſpectant ad vniuerſi conſtitutionem. Per ſenſibilem experientiam omnia nouit, quæ venerunt ad ſenſuum organa, ſecundum quem modum dicitur, quod didicit ex his, quæ paſ-

ſus

sus est obedientiam. Et sic concedere debemus, quod anima Christi per sapientiam gratis datam in Verbo Dei, cui est vnita omnia scire, quæ Deus scit. De nulla tñ alia intellectuali, seu rationali creatura hoc est fatendum. Sed gradū testatum, tàm intensiuè, quàm extensiuè in modo intelligendi, & in ipsis intellectis oportet præfigere in beatis, & designare, attñ oportet iuxta præfata, quòd inter omnes creaturas puras perfectius, & extensius diuinam percipiat irradiationem B. Virgo Maria. Vt. n. dicit Bernardus: Iure sole beata Maria perhibetur amicta, quæ profundissima diuinæ sapientiæ, vltra q̄ credi possit, penetrauit abyssum. Vt quantum sine personali unione creaturæ conditio patitur, luci inaccessibili vī immersa, quibus verbis Virgo præ aliis beatis videt Deum, & suæ sapientiæ abscondita. Ipsa. n. Dei genitrix per adeptionem gloriæ deificata, & transformata in Deū, ipsi copulata, & suæ voluntati per omnia coniūcta, ac in lumine illo viuifico profundata, & abyssata, & super omnia condita, & leuata, aliter ad illum, qui est super oīa non veniret. In illo ergo lumine locata, & radiata diuino speculo, diuinæ maiestatis esse. Et sic illustrata variis radiis illuminationis deificæ respectu ineffabilis deitatis, & suarum perfectionū essentialium, quam productarum rerum, & producendarum recipit, & habet, nec solum Dei genitrix respectu summi boni notitia continuè radiatur, sed pēnes in Deo relucentia, à Deo operata nouos radios suscipit, quos beatis referando cœlestem patriam illustrare perhibetur. Et primus radius, quem Virgo recipit sit respectu rerum corporaliū, ipsarū ortū, & originē, causam, dispositionē, perfectionē, operationē, distinctionē, & finem causarum agnoscendo. Secundus radius est respectu rerum spiritualium, scilicet animarum, cœlestium spirituū, angelorum, archāgelorum, & sic de aliis. Ibi intuetur ipsorum pulchritudinem quoad imaginem Dei in eis impressam, eorum distinctiones, officia, & differentias, tàm donorum naturalium, q̄ gratuitorum, & gloriæ, & qua de causa. Tertium radium recipit respectu scientiarum intellectualium, & omnium artium perfectam possidet cognitionem, tàm praticarum, quam speculatiuarum. Quartum suscipit respectu virtutum affectualium, vbi videt quō noster affectus virtutibus regulatur penes diuersa exercenda, & appetenda. Quintum accipiet respectu legum diuinitus institutarum, & hic agnoscit diuersitatem legum conditarum à Deo tempore naturæ institutæ, prostratæ, legis promulgatæ, & gratiæ demonstratæ, nec non, & leges alias ad homines ordinandos institutas diuersis de causis, & temporibus. Sextum habet respectu gratiarum diuinitus infusarum. Vbi à quo gratia causetur, quo modo, & qualiter, & quibus detur, & sic data cognoscit. Septimum suscipit respectu inenarrabilium iudiciorum, hic aspicit diuina iudicia, quàm seuera, sed quomodo iusta, & misericordiæ plena, & qui iudicā

tur, &

tur,& qua de causa,& quibus adiiciuntur pœnis, intelligit. Octauum accipit respectu incomprehensibilium misericordiarum, & si de hoc Maria,dum in præsenti ad viueret,fuerit illuminata perfectis intuetur nunc degens in patria, vbi apprehendit ratione diuina, quod misericordia Domini plena est terra, & quomodo misericordia iudicium su perexaltat. Nonum habet B. Maria respectu remunerabilium meritorum,vbi quomodo, & qualiter opera nostra diuersis sunt præmianda retributionibus ab ipso Deo iusto iudice, & retributore tã pro bono, quàm pro malo agnoscit. Decimum accipit respectu beatificantium præmiorum,vbi largitatem, & liberalitatem diuinam attendit, quod pro modico opere virtuoso operato à nobis tantum præmium essentiale,vtpote se ipsum,ac accidentale dat suis electis,ac se uariè,quoad gradum obiiciendo beatis varietatem causat, & beatorum facit distinctiones. Vndecimum recipit respectu decur suum temporalium distinctiones,etatum,temporum,& dierum,diuinam sapientiam ordinante apprehẽdit. Duodecimum tandem radium habet respectu, rationum, causalium,idealium,& exemplarium Deum principium opificem, & causam omnium esse aspicit omnia causaliter,& eminenter. Continuãdo ad præfatos duodecim radios omnis notitia de creatis à Deo, quæ habetur,potest reduci,quare dando omnium talium Virgini Deus notitiam, iure optimo Virgo gloriosa radiis illustrata diuinis totam patriam cœlestem illuminauit. Verùm quia à cognitione creaturarum, quæ dr vespertina ad creatoris cognitionem B. Maria ad Deum reuertendo, quæ dicitur cognitio matutina, ex præfatorum radiorum immissione, Virgo plura,contemplatione dignissima accipit,& apprehẽdit. Ex primo radio,uidelicet cognitione rerum corporalium B. Maria Dei cognoscit potentiam omnia,ad esse sic producendo,cum nihil essent. Ex cognitione rerum spiritualium ipsam Dei sapientiam admiratur,quæ tam uariæ formis,& modis cuncta distinxit. Ex cognitione scientiarum intellectualium ipsam Dei agnoscit scientiam, quia oia nouit,& agit. Ex agnitione virtutum affectualium, Virgo Dei prudentiam apprehendit,quæ sic nos ordinat virtutibus. Ex cognitione legũ diuinitus institutarum Virgo intuetur Dei prouidentiam, quæ in sui dispositione non fallitur,sed ipsa cœlestia,& terrestria moderatur. Ex cognitione gratiarum diuinitus infusarum Virgo attendit Dei clemẽtiam, quæ non nostris meritis, sed sua indicibili bonitate gratias primas elargitur. Ex cognitione inenarrabilium iudiciorum videt Dei iustitiam dantem vnicuiq; secundum opera sua. Ex cognitione incomprehensibilium Virgo conspicit Dei misericordiam, cœlum,terrã,infernum,& omnia implentem,& tenentem. Ex cognitione remunerabilium meritorum Dei beneuolentiam attendit,quæ acceptare cõplacet,ut facta à nobis,quæ ipse operatur in nobis. Ex apprehẽsione beatifican-

tificantiũ prẽmiorum, Virgo agnoscit, & maximè in se Dei magnificentiã, qui etsi in omnibus, tñ respectu sui hanc ostendit eam meritis, & gloria super oẽs eleuãdo, & sublimando. Ex cognitione decursuũ temporalium Virgo videt Dei permanentiã, quæ immobilis manens dat cuncta moueri. Tandem ex cognitione rationum, causalium, & idealium, B. Maria videt, quod nihil hic fit, aut factum est, cuius ortũ, causa legitima non præcesserit, & rectè oĩa à Deo fieri, & facta esse. Et sic attendit Dei super oĩa præsidentiã, & eminentiam, quia ipse solus est dans cunctis esse, viuere, & intelligere, & sic de alijs perfectionib. tã quidditatiuis, q̃ constitutiuis. Sic ergo Dei genitrix Maria cognitione illuminata matutina ad vespertinã pergit, prẽfatis irradiationibus, & rursus à vespertina ad matutinã se conuertens præfata de Deo agnoscit, vt merito ipsa videat, oĩa, quæ verbũ genuit, qui oĩa videt, per quẽ Deus fecit, & sẽcula, qui est ars oĩum rationum factibilium, & quo oẽs sancti illustrantur, & beatificantur. Sed nunquid sancti de præfatis habent cognitionẽ? Respondetur, q̃ si sancti habeãt cognitionem matutinã, & vespertinã de Deo, & in Deũ non tñ ita intensè, & extensè, sicuti B. Maria; aliter glorioſior eis Maria non esset: neq; oĩa vident, quæ Deus scit, & Mariæ reuelat, nec oportet, quia speculũ voluntariũ in reuelãdo est, vt docet Aug. in lib. de Vidẽdo Deũ. Sancti ergo vidẽt Deũ cognitione matutina & vespertina, sed nõ vti Dei genitrix Maria, q̃ illi luci immersa diuinæ, de Deo altius, latius, & pfectius alijs cognoscit. Præfatis ergo apparet istius fructus, Maria verbũ habitat, expositio ali qualis. Et cõsequenter apparet, q̃ pro ipsius expositione in principio est breuiter annotatũ, videlicet, absorpta in gloria B. Virgo Maria, &c.

FRVCTVS SEPTIMVS. Fructus LXIIII

Maria quietatur.

EXPOSITIO BREVIS.

REtardari minime potest Virgo beata ab actu possibili elici dilectionis diuinæ; nam sic est in gloria firmata, vt in corpore, & anima sine hæsitatione in cœlo esse beata credatur.

EXPOSITIO MAIOR.

REGINA cœli, ac domina mundi Dei genitrix Maria in vita præsenti cum multiplici gaudio fuerit lætificata, videlicet, in angelica visitatione, & annunciatione, & perfectæ in gratiæ operatione. Et hoc quadrupliciter: Angelus eam

eam deuotissimè salutat: Aue Maria. Certitudo nuncii promittentis: Concipies,& paries filiũ. Virginis gloriosæ deuota credulitas, quia ni si credidisset de præmissis non fuisset gauisa. Spiritus sancti perfectissimè descẽsio,& sanctificatio, quia dicit: Spiritus sanctus superueniet in te. Præfatis ergo quatuor, primũ Mariæ gaudium integratur. Gaudio ét fuit repleta in Dñica natiuitate,& generatione,& istud habuit quatuor, sine dolore peperit, sine infectione filium lactauit, pastorum veneratio filij, angelorũ iubilatio,& exultatio. Hæc quatuor indicant secũdum gaudium Mariæ. Fuit ét Virgo lætificata in stellæ apparitione. Et hoc ét ex quatuor. Stellæ venientis ad Christum statione. Regũ introeuntium adoratione, & ipsorum Magorum directione, quia per aliã viã reuersi sunt: gaudium habuit Maria in purificatione ét ex quatuor: filij à Simeone susceptione: Annæ prophetissę confessione; per filium gentiũ futura conuersione,& humani generis redẽptione. Nec fuit absens à gaudio Virgo Maria in pueri de Ægypto reditione, qđ ex quatuor resultabat: ab idolis remotione, ad amicos,& fideles reuersione; angelica assecuratione; defuncti sunt, qui quærebant animã pueri: diuina directione, quia iuit in ciuitatem Nazareth: gaudio ét indicibili Maria lętificata est: post triduum in Christi inuentione. Et hoc ex quatuor, sollicita inquisitione, quia cum dolore: pueri Iesu reperitione, quia in templo; in loco perfecto, quia in medio doctorum. Christi ad ipsam,& Ioseph responsione, denotans deitatẽ. Nec vacabat à gaudio Maria in Christi signorũ inchoatione ad nuptias, & istud habuit quatuor: potentia filij manifestata, quia hoc fuit initiorũ signorum: fides filij confirmata, quia crediderunt in eũ discipuli eius: matrimonium per Christum fuit approbatum:& Ioannes vocatus ad perpetuũ cœlibatum. Nec minus gaudium intulit B. Mariæ filij resurrectio. Et hoc ex quatuor, quia mors Christi præstiterat dolorẽ, quare & resurrectio lætitiã; quia etsi breui tempore fuerit prolongata, tamen desideranti,& amanti omne breue longum apparet, quia de resurrectione semper fuit certificata. Quia cum magna gloria fuit demonstrata,& sibi primo gloriosus apparuit. Gaudio ét summopere Christi ascẽsione Maria lætificata est. Et istud habuit ex quatuor: Quia vltima apparitio sibi fuit reuelata; dum. n. maneret domi, ibi apparuit, quia ad cœnam illã vbi Christus comedit, fuit inuitata. Cum ipso vsq; ad montem Olineti sociata:& quia ipsa pśente fuit ascensio celebrata. Gaudio inenarrabili fuit Virgo lætificata in Spiritus S. missione, quia vidit apostolos in gratia cõfirmatos: Dei sapientia illustratos; mirabiliter fortificatos: gratia miraculorum ornatos,& dotatos. Hęc quatuor ingerebant gaudium, vt dictum est, Mariæ. Quæ nec vacabat à gaudio in sui vocatione,& consumatione, quando subijt corporalem mortẽ. Et hoc ex quatuor, quia sanctos apostolos habuit assistentes, vt optauit. Quia eius

ani-

animam filius suus intra sua brachia suscepit;ipsam mox glorificauit. Et ad cœlum cum sanctis sociauit. Postremò gaudium habuit Virgo in sua assumptione ex quatuor. Quia cũ magna solennitate,obsequia corporis ab apostolis sunt celebrata. Quia post paucos dies eius resuscitatio à Christo est operata,cum corpore & anima ad cœlum deducta, & super omnes in cęlesti solio sublimata. Si ergo Dei genitrix de præfatis multa habuit gaudiâ in præsenti vita miserabili,& ærumnosa? Quid nunc in cœlesti gloria sublimata, vbi est sic singulariter gloriosa? Certè sine dubio omni gaudio possibili consolatur, lętificatur,& recreatur,& in ipsa beatitudine essentiali est perfectè quietata, & lætificata. Et quia satis de hac beatitudine essentiali dictum est,modo videdo de beatitudine accidentali, vt presens fructus dicit Maria quietat. Et vt hoc clarè pateat, videndum est in quibus consistat beatitudo accidentalis,& sm doctores primò consistit in prędlarissima Christi humanitate:anima.n.nostra in deitate,sed corpus nostrum in humanitate Christi glorificata suã habet beatitudinem, cum in aliquo corporali corpus,quia ergo Christus est Deus,& homo,& sua humanitas coniuncta est deitati, in ipso est pascua nostrę beatitudinis, siue ingrediamur intus per intellectum in deitate, siue egrediamur foras per sensũ in carne Saluatoris glorificata. Sic ergo B.Maria, & alii sm plus ipsa filium cernendo Dominum Iesum, quoad humanitatem glorificatã, sui corporis esse beatitudinem,& animæ quoad deitatẽ gaudet. Stat ẽt in iucundissima societate, quę societas est magna numerositate,& multitudine;nam vt dicitur,eam nemo potest dinumerare. Est pariter insignis nobilitate,& dignitate, & ipsa societas, coniuncta,& vnita charitate. Ibi.n.quisque,tanto de bono alterius gaudet,vt de proprio. Sic ergo B. Virgo societatem q̃ habet cõsideraudo secundo modo beatitudinem possidet accidentalem. Consistit ẽt beatitudo Virginis, & aliorũ in loci amenissima alacritate. Locus.n. in quo B.Dei genitrix cũ beatis residet,est clarus limpitudine;latus magnitudine, & purus, & nitidus omni puritate,& pulchritudine. Sic ergo ex loco habet virgo beatitudinem accidentalem;quę ẽt cõsistit in dotium corporis plenissima commoditate. Nam ibi corpora nõ sunt obscura, nec grauia, nec grossiora,quia ibi adest agilitas,subtilitas,claritas, & impassibilitas. Sic ergo dotibus corporis B.Maria,gaudio accidentali, & beatitudine est glorificata. Insuper beatitudo accidẽtalis est in Virgine,quia ab obscurissima inferni,horribilitate,& tormẽtis, quę Deimisericordia,& gratia beati euaserunt peccata cernendo,quę dimiserunt,quia virgo ab omni peccato pręderuata,ac etiã beati,qa in gloria sunt,amplius peccare non possunt. Et ex hoc in eis est gaudium accidentale. Quod quidem insurgit etiam in eis, & prędipuè in B. Virgine,quia ab huius mundi immundissima,& instabilissima calamitate,& à miseria

mundi liberata. A mundi exilio ad patriam reuocata. A mundi naufragio præseruata, & triumpho hostium laureata. Causatur etiam beatitudo accidentalis in Virgine à copiosissima omnium bonorum societate; nam habet quidquid ad sensuum, & intellectus est quietationem. Ipsa. n. quoad sensus tàm interiores, q̃ exteriores debitis obiectis quietatur. Virtus & potentia visiua, quietatur Christi conspectione. Vi debitur Deus deorum in Siõ. Virtus auditiua cãtuum iubilatione: Super tuos muro Ieru salem constitui custodes, tota die, & nocte nõ tacebũt. Virtus odoratiua suauitate odoris: In odorem curremus vnguẽtorum. Virtus tactiua habebit omne delectamentum per dotem impassibilitatis, & consolationem. virtus gustatiua: Panem omnem suauitatẽ habentem, & torrente voluptatis tuę potabis eos: Virtus iudicatiua, s. sensus communis. Quia habet, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. Virtus imaginatiua, quia in pace factus est locus eius. Et in pace in idipsum dormiam, & requiescam. Virtus compositiua, seu phãtastica, quia Deus seipsum dat in præmium ipsi Virgini, quo nil melius potest cogitari. Virtus ęstimatiua, ipsa est computata inter filios Dei, sors eius, & hæreditas est in electis. Virtus memoratiua omniũ recordatione. Vnde dicit: Memor ero in sæculum testamenti tui. Et illud, Memorabor iustitiæ tuę solius. Virtus intellectiua omnium cognitione; nam nouit, & scit omnia, vt dictum est. Virtus volitiua, seu appetitiua, quia omnia habet, quę appetit, & desiderat. Si. n. appetit pulchritudinem, fulget ipsa vt sol, si plenitudinem, rerum omnium abundantia perfruitur: si valetudinem, omnem lachrymam abstergit: si fortitudinem, occurrit ipsi Christo in virum perfectum: si quietudinem, Posita est in pace, & fines eius: si limpitudinem, Deũ videt sicuti est: si dignitatem, & honorem, Cum Christo in gloria: si sensuum satietatem; Satiabor cum apparuerit gloria tua; si libertatem; Dotes habet ad exequendum, quod vult; si securitatem, Sedit in multitudine pacis, in tabernaculis fiduciæ in requie opulenta; si iucunditatem; Lętitia sempiterna est super caput eius: si perpetuitatem; Ipsa regnat cum Deo, & regnabit in sæcula sæculorum. Ex his ergo apparet, quomodo beata Dei genitrix quietatur, tàm essentialiter, quàm accidentaliter, & omnem beatitudinem habet, possibilem creaturę beatę conferri quo ad corpus, & animam, quoad vires exteriores, & interiores. Et quoad vim intellectiuam, & appetitiuam. Et sic patet expositio huius fructus, &c.

Cant. 2. Eccl. 24. Deut. 8. Eph. 4. Coloss. 3. Isai. 34. Isai. 35.

FRV-

FRVCTVS OCTAVVS.

Fructus LXIII.

Maria dæmon subdit.

EXPOSITIO BREVIS.

SERPENS antiquus malitiæ caput sub pedibus Virginis potesta tiuè deijcitur, cuius caput contriuit probitate virtutum, & nunc conterit, dum à suæ nequitiæ manibus artibusque fideles liberat potenter.

EXPOSITIO MAIOR.

INSPIRATA diuinitus sacra scriptura, laudes, & virtutes exprimens plurimorum, & specialiter mulierum, quasdam propter opera singularia ab eis patrata dignis effert laudibus, & gloriosè commendat, extollit siquidé Saram bis nuptam pudicitiam conseruantem: Rebeccam Esau proteruiam, & ferocitatem conseruantem, mitigãtem: Rachelé patris Laban idola furantem: Ascenez vxorem Ioseph fidem verã receptantem: Sephorã Moysen liberantem: Mariã sororem Moysi, Pharaone demerso exultantem; Raab meretricem Iosue exploratores abscondentem: Iahel vxorem Haber Cinei: Sisaram clauo tẽpora perforanté: Mulierem Sichimitã, qui Abimalech molari lapide prostrauit: Mulieré Thecuitem, quæ sua facundia Absalom Dauid reconciliauit: Abigail, quæ Dauid impetum refrenauit: Mulierẽ de Abela, quæ Sebam filium Bochri verbis decollauit: Ruth, quæ suũ populum idolatram abnegauit: Esther quæ Amã superauit: Iudith, quæ caput Holofernis amputauit: Matrem septem fratrum, quæ Antiochum superauit. Si ergo ad laudẽ præfatarum est talia opera effecisse: ad gloriã insuper est antiquorum hominũ prauos, & malos superasse, sicut Abrahæ quinque reges paucis hominibus debellasse, & Loth liberasse: Iacob inuictum cum angelo luctando permansisse: Ioseph à fame orbem liberasse, & Ægyptũ Pharaoni subiugasse Moysi Pharaonem plagis primo, & demũ morte in mari cum suis necasse. Iosue reges plurimos, & vrbes dimicasse: Aod Eglon regem Moab gladio transuerberasse; Samson Philisthijm occidisse: Gedeon Madianitas extinxisse: Ioab Ierusalé cępisse: Dauid Goliath, leonem, & vrsum percussisse: Abiæ Ieroboam vicisse: Iudæ, & Ionathæ Machabæorum hostes legis Domini vindicasse: & quãto reges gentes, & vrbes fortiores, potentiores, & maiores fuerunt, tanto magis ad eorum laudé, tales dimicasse est, & triũphum. Ad sanctorũ,

Gen. 12, Gen 27. Gen. 31. Gen. 41. Exod 4. Exo. 14. Ios. 2. Iudic. 4. Iudic. 9 2. Re. 20. 1. Re. 25 2. Re. 20. Ruth. 1. Esth 6. Iudit. 13 2. Mac. 6 Gen. 13. Gen. 32. Gen. 41 Ios. 7. Iudic. 3. Iudic. 15 Iudic. 7. 2. Reg. 5. 1. Re. 17. 2. Parãl. 1. Mac. 8

& sanctarum honorem,& gloriam merito cedit diabolus omnis malitiæ,& nequitiæ caput,qui prostratus,victus,& superatus est. Sed quæ inter sanctos,& sanctas potentius,fortius, & vigorosius diabolum superauit,& contriuit,quam gloriosa Dei genitrix? Hæc est illa,de qua Dominus locutus est ad serpentem. Ipsa cõteret caput tuum. Sic ad honorem,& laudem est B. Mariæ diabolum hostem infernalem prostrasse. Quo nil in his inferioribus est potentius, fortius, astutius, nequitius, prudẽtius, sagacius ad malum perpetrãdum promptius, auidius, inquietius importunius,& omni malitia infectius,& plenius. Non iactet se Iael Sisaram extinxisse: Iephthe Amonithas superasse: Iosue, Samson, Gedeon, Dauid, & sic de aliis expugnasse hostes, quia superauerunt terram,cinerem,vermem,vmbram,fauillam,fumum,& puluerẽ,videlicet hominem: sed magis glorietur Virgo Maria se antiquissimum,ferocissimum,spurcissimum,malitiosissimum,inquietissimum diabolum superasse,qui semper circuit quærens,quem deuoret, qui inuidia tabescit;superbia tumescit,luxuria pascitur,& omni nequitia inficitur,& maculatur. Nũc ergo Virgo benedicta superauit, eius superbiam,humilitate,inuidiã charitate,spurcitiam puritate;malitiã, sapientia;vitia donis Spiritus sancti;potestatem, filij sui morte;impietatem sua misericordia,eiusq; dominium spoliatione, & subiectione. Hoc siquidem eius immunditiam virtutibus;fide,perfidiam; spe,audaciã;intentione recte eius prauã voluntatem,& impiã;iniustitiam iustitia;temperantiam impetu;prudentia astutiã; sed fortitudine eius potentiam,& impatientiã superauit;bonis operibus manus ligauit;sanctis affectibus pedes,oratione caput eiecit, ac gratiæ plenitudine contriuit totum;& vicit,& cum ei non mille tantum, sed infinitæ sint artes ad nocẽdum,omnes contriuit,dissoluit,& annullauit. Sed quid mirum,quod Mariæ dæmon subdatur? Nonne vitium virtuti subiicitur? quare diabolus Mariæ. Angelis bonis Maria dominatur, & sãctis,quare,& malis angelis. Voluntatem ipsa subiectam Deo cunctis oĩum dominatori habuit. Filiũ genuerit omnium redemptorẽ,& diaboli euersorem,& captiuatorem. Immunis Maria ab omni labe fuit, & peccato. Scripturæ diuinæ cognitionem, qua diabolus confunditur Maria plenam habuit. Humillima præ omnibus,orationi continuò intenta, abstinẽtissima in victu,virtutẽ obtinuit Spiritus sancti. Nomen Christi Iesu fuit impressum cordi,menti,& ori. Angelis cohæsit vita,misericordiæ opera exhibuit,pacem habuit,& dilexit. Quarè præfatis Maria ipsum hostem diabolum merito subiugauit. In prælio inter diabolum,& hominem hoc est à Deo sancitum,& ordinatum,vt victus subdatur victori;quare diabolus superatus à Maria subiectus, & suppositus est eidem. Nonne Maria per obedientiam inobedientiam diaboli vicit? Per gratiã eius nequitiã? Vt in ipsa sit illud completum: Dabit

Domi-

Dominus inimicos tuos corruentes in conspectu tuo. Et illud: Ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: & etiam illud: Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & inimici tui interibunt. Sic ergo succinctè apparet, qua ex causa Virgini Mariæ per omnia diabolus est subditus, & subiectus. Sed quomodo, dicetur in sequenti fructu, &c. *Deu. 28.* *Mith. 5.*

FRVCTVS NONVS.

Fructus LXIIII

Maria vir iuuatur.

EXPOSITIO BREVIS.

SICVT nulla potestas fortior inuenitur maligna, sic ad laudẽ precipuã redũdat Mariæ homines sponte diabolo traditos à suis euellere manibus, & Christi ouibus aggregare.

EXPOSITIO MAIOR.

SVPERNORVM esse, operatio, & quæ fiunt in superis nobis in hac valle miseriæ degentibus, calamitatis, & ignorantiæ, quia sunt abscondita, vtpote ab oculis intellectualibus remotissima: hinc est, quod ex actitatis ad ipsorũ cognitionẽ docet nos venire, vt per visibilia inuisibilium cognoscamus rationem, & cãm. Superiori. n. fructu ostensum est B. Mariam Dei matrem diabolum potestatiuè tenere subiectum: etsi congruẽtijs hoc sit ostensum quibusdã, ad pleniorem dicti fructus, & præsentis cognitionẽ oportet nos procedere reseratione signorum. Vt his visis eã non solum dominã angelorum, sed & dæmonum clara voce confiteamur. Pro cuius veritate clarius videnda, est sciendum. q. diabolus non vno modo, sed pluribus hominem suæ ditioni, & voluntati subijcere conatur: etsi se propelli aspicit victoria habita contra ipsum de vno peccato, statim se ad alia conuertit. Quapropter ad tentandum diuersos modos habet, & artes. Quosdã subdit sibi superbia, alios inani gloria, nonnullos tentat ambitione, plures mẽtis elatione, pleroſq, conuitio, alios deijcit insolentia, alios irreuerentia, alios inobedientia, alios desperatione, quosdam curiositate, multos iactantia, alios leuitate, pleroſq; singularitate, alios præsumptione, nõnullos peccati defensione, alios simulata apparentia, & confessione, quosdam facit Deo rebelles, multos deijcit libertate peccandi, alios cõsuetudine, nonnullos proditione,

ditione,alios fraude,alios fallacia,alios violẽtia,alios timore,alios diffidentia de futura vita,multos prosternit lasciuia, iguauia,immũditia, mollitie,blanditijs,delicijs,diuitijs,& vanis delectationibus. Quosdã inducit suis prauis conditionibus,sicut cum ipso sit fortitudo magna, malitia,nequitia,scientia,sagacitas,crudelitas,ferocitas,spiritualitas, auiditas,inimicitia ad nos,impatientia de nostro bono profectu,& inuidia de cęlesti percipienda à nobis hæreditate,quã ipse amisit. Quare his cõditionibus prauis,suis pensatis, homo non audet ei resistere, sed iuxta,quod suadet,peragat. Quosdã ẽt superat aduersitatibus,vt in Iob;alios inquietatione assidua,quia nunq̃ quiescit; alios Deo accusat:alios ad se trahere conatur,percutiẽdo, vexando crudeliter prouocando ad irã,& peccatum;alios carnales voluptates immittendo,non nullos,vt spem habeant in mundo præsenti:alios frangit consanguineorum afflictione:alios deiicit auferendo,quæ habent, vt cõtra Deũ exardescãt,& concitentur. His,alijsque innumeris modis,& vijs ad sui subiectionem hominem inducit,& tentat. Sed ad propositum veniendo Beata Dei genitrix,vt domina ipsius hostis antiqui, quos ipse diabolus tot diuersis modis conatur tentare,& possidere, ipsa ab eius potestate auellit,& dominio eruit. Et vt de nõnullis aliqua succinctè perstringã, ipsa misericordiæ mater diabolo per instrumentum sponte traditos à suis mãnibus liberauit. Vt de quodã domino Theophilo patet Christum,B.Virginem,& baptismum negante,ac se diabolo totaliter traditum instrumento propria manu confecto, & suo sigillo munito,vt Vicedominatũ, quem amiserat,rehaberat,quoadepto dum ad se redijsset,& quæ fecerat,cogitaret,cõpunctus corde, pietate Mariæ respectus,& adiutus, misericordiã inuenit,ac instrumentum, quod derat diabolo,recepit:& post tertium diem ad gaudium cœlorum trãsiuit. Tentationibus à diabolo impetitis carnalibus ne consentiãt B. Maria subuenit.Stephanum quendã,quem à fluctibus maris prius,sed postmodum carnis tentatione diabolo immittente laborãtẽ ipsa Dei genitrice ad hoc inuocata ab omni tentatione carnali liberauit. Luxuria diabolo operãte fędatos,ab infamia, & peccato liberat Virgo pia. De quo dicetur fructu sequenti. A diabolo necatos à suis eripiẽdo manibus ad vitã corporalem,& pœnitentiã Virgo deduxit, vt patet de clerico quodã, qui fornicatione commissa à diabolo in flumine necatus, eiusq; anima ad iudicium deducta Virgo veniã,vitã, & pœnitentiam impetrauit. Inuasos à diabolo visibiliter defensauit:conuersum quendã ordinis Cistercienſis sibi deuotum Virgo dum Lucifer cũ suis vellet vnio arripere manu extensa liberauit,& protexit. Per diabolum ad latrocinia exercẽda inductos Virgo ad pęnitentiæ statum reducit. Pęnis infernalib.cum diabolo traditos B.Maria liberat. Vindicãdos per dæmones Virgo ab ipsis præseruat. Inquietatos à diabolo liberat,vt

patet

patet de Monaco fratrum Prædicatorum in sui exordio à diaboloinquietato,& præcipuè in dormitorio, decãtatione Salue regina,ab ipso defendit. A moriente diabolum expellit,vt patet de fratre Minore, qui in vltimis constitutus,dum videret dæmonum suggestiones dixit: Maria mater gratiæ,mater misericordiæ,tu nos ab hoste protege,& hora mortis suscipe. Dęmones electi sunt,& obdormiuit in Domino. A dæmonis malitia præseruat,& custodit:impulsum,vt caderet à diabolo,cadere Virgo nõ sinit: manum in statera Virgo apponens à diabolo peccatorem eripuit. Quidã ad iudiciũ tractus,& raptus,dũ à dæmone incusaretur,& peccata,ac bona ponderarentur,appositione manus per Virginẽ fuit à potentia diaboli liberatus:furem à diabolo Virgo liberauit. Diabolum corã Christo Virgo Maria confundit:infamia notatos per dęmones liberat Virgo Maria:ò quot,& quàm varijs vijs, & artibus à diabolo deceptos prouocatos ad malũ, ac diaboli per omnia voluntati parentes Virgo beata eripit,& liberat. Errat qui absq; huius Virginis auxilio, & dextera diaboli credit superare insultus,& insidias tentationum vitare. Et licet exteriori tentatione à carne, & mũdo tentemur:interiori tamẽ tentamur à diabolo,qui suggestione, delectatione ad malum inducit,& consensu. Et quia ipse diabolus leo rugiens est,& draco nos aliqñ tentat,vt leo, & hoc potentia afflictiones temporales immittendo,carnem flagellis affligendo, bona tẽporalia fortunæ auferendo, contra nos ad infernum aliquos inducendo,quæ amamus subtrahendo,quæ odimus inferendo,bona,quæ agere conamur,impediendo,ac vires remouendo. Sed vt draco malitiæ, quia quos non superat potentia,aliqñ deijcit malitia,blãdiendo,suadẽdo,promittendo, errorem respectu veritatis immittendo, difficultatẽ ad bonum peragendum ostendẽdo;tedium respectu boni perficiendi incutiendo; importune,& procaciter se in tentatione habendo; ad dubietatem mentem conducendo,subito,& insperato tentãdo,occultè,& quasi imparcibiliter,quod quærit immittere perpetrãdo,præuenit.n.quasi rationis iudicium violenter vires superãdo, fraudolenter bona mundi nobis ad memoriã reuocãdo,ad perplexitatem conscientiæ deducendo,insidiãdo,decipiendo,ad desperationem prouocando, his & alijs modis,vt patet in scriptura,cum continuè tentet,& quem superare non valet vno modo,conatur alio supplãtare. Quare sua tentatio est merito,timenda, & quia tot tãtationum agitamur insidijs,nemo in se,& de se confidat,sed habitet per fiduciã assiduè in adiutorio altissimi,& in eius protectione:& nos in hac valle tentationũ, & miseriæ degentes ad imperatricẽ mundi, & diaboli destructionẽ oportet habere recursum, quia si eius nomen audiendo dæmon aufugit, quid eius faciem,& virtutẽ experiendo? Huius amicitia frẽti,& gratia roborati,iugo reiecto ad portũ salutis fiducialiter peruenire poterimus.

rimus. Hæc B. Virgo est, Rachel, quæ idola Laban abscondit, quia hæreticã prauitatẽ prostrauit: clauo, vt Iahel deiecit Sisarã, quia superbiã diaboli humilitate prostrauit. Sed Abimelech crudelẽ mola charitatis occidit, ac Holofernem populi Dei destructorem diabolum capite priuãdo per gratiã liberauit. Quare huius ducatui se committentes, ac protectioni, timere nõ debent diabolum, nec aduersa; nam suis deuotis est columna ignis charitatis in nocte, & nubis in die refrigerii respectu omnis aduersitatis, qua pertransito deserto huius sæculi, tandem ad cœlestem patriam tutè perducit. Patet ergo præfatis expositio huius fructus, Maria vir iuuatur, &c.

Fructus LXV.

FRVCTVS DECIMVS.

Maria signum geritur.

EXPOSITIO BREVIS.

MISERICORDIAE B. Mariæ plenitudo exprimitur, dum sinum suum generibus cunctis hominum aperit clementer, calorem suæ gratiæ spargens inuocantibus copiosè, vt nullus sit, qui eius fido patrocinio non iuuetur.

EXPOSITIO MAIOR.

TRINITATIS sacrarium, templum, habitaculum, ac virtutum oĩum, & gratiarum, sapientię, & scientię Dei, origo, fons, & principium, etsi sit Dominus noster Iesus Christus B. Mariæ filius, omneq; datum optimum, & donũ perfectũ, ab ipso proueniat, & nobis largiatur: matrem tamen suam, sic in gratia locauit, & posuit, vt eius gratię redundantiam, tàm ad residentes in patria, quàm ẽt existentes in via copiosè diffundat. Nec mirum, cum ipsa Beata Maria sit fons, paradisus, tàm militantis, quàm triumphantis ecclesiæ, puteus aquarum viuentium, quę impetu velocissimo statim adire inuocantes accurrit, quia inuocantibus se subuenit vniuersis. Huius siquidem coniunctione perfectissima per glorię plenitudinis collationem, rex Christus dona dedit, & dat quolibet suo interuentu, iuxta munificam suam imperialem, quia omnibus misericordię sinum aperit. Hęc est arbor in medio terrę locata, sub qua, & in qua omnia viuunt, stant, & manent, quia, vt dicit Hieronymus. Cęteris per partes pręstatur. Et sequitur: In

Chri-

Christo fuit plenitudo gratiæ sicut in capite influẽte. In Maria sicut in collo trãsfundente. Et subdit: Dei genitrix electa, & prælecta, iure ab Angelo salutatur, & prædicatur plena per quam largo Spiritus sancti imbre perfusa est omnis creatura. Et Bernardus: Maria maris stella est, imo mare, ad quod intrant omnia flumina aquarum: in ipsa enim est omnis spes vitæ, & virtutis. Omnes sitientes venite ad aquas huius maris, & satiabitur in bonis desideriũ vestrum. Petat ab ea infirmus vitam naturæ, peccator gratiæ, iustus gloriæ, iudex veritatẽ iustitiæ, prædicator veritatẽ doctrinæ, Christianus veritatem vitæ. Ex dictorum verbotũ sententijs apparet Dei genitricem Mariã sinum gratiæ copiosæ inuocantib. aperire, & affluenter, prout præsens fructus declarare intendit: Maria signũ geritur. Vt igitur sic esse videatur, notandum, quod B. Maria gratiæ plena, & liberalissima tàm ex dono gratiæ, q̃ naturæ diuersis, diuersa dona, & beneficia ad se confugientib. dat. Et primo. Marinis inuolutis fluctib. Stephanum quendam Gallũ genere cum socijs Hierosolymam pergentem, sed naui confracta, & maris fluctibus inuolutis, ipsa Dei genitrix se inuocantẽ obnixè ad ripã deducendo potenter eripuit. Et ét in fluminibus periclitantib. benignè succurrit. Quemadmodum, & etiã à carnis incendio mirificè purgauit Leónem Papã, prius Cæsariũ vocatum à carnis tentatione, dum esset seculatis, liberauit. Insuper paupertate, & penuria tabescentib. succurrit, quemadmodum Gregorius, qui de sancto Bonifacio Episcopo narrat, & de Ioãne eleemosynario Patriarcha Alexandriæ. Occurrit ét iudicium diuinũ, & periculum damnationis patientibus, quemadmodum, & in baratro tetræ manentibus, vt legitur de Aloya Imperatore Cõstantinopolitano, qui ad videndum metalla ad ima descendens terra os claudit, & per annum integrum ab ipsa Dei genitrice ibidem sustentato, tandẽ ad lucem perduxit. Nec vacat etiam, à consideratione, q̃ in peccato actualiter existentes ad peccati dimissionem inducit, vt patet de Maria Ægyptiaca, quam ad pœnitentiam, & ad gradum, & statũ perfectionis induxit. Vlterius laudibus eius uacantibus liberationis impendit officium. Sacristã monacum laudes eius soluentẽ liberat à pœnis, & ab inimicis peremptum, & honorem sepultura exhibet, & exhibere facit in suis obsequijs decedentibus. Locum etiã præparat gloriæ deuotè seruientibus. Pauperem. n. quendam victum hostiatim petentẽ post mortem ad requiem conduxit optatam. Visitat ét suos deuotos corporaliter, vt monialem quandã de Saxonia, quę tot Aue Maria, omni die dicebat, quot psalmi sunt in psalterio. Nec non etiam à variis ægritudinibus, liberat, & præcipuè linguæ, & cecitatis, vt in dedicatione Ecclesiæ, quæ Pantheon dicebatur Victorem nomine cæcum à natiuitate ad lumen Virgo deduxit. Priuationis manus, vt de Leone Pontifice, & Ioanne Damasceno sibi deuotis legitur, Pedem restituit ad suã

Ecclesiã tendenti nimio amputatum dolore. Mutum sanauit. Datq; lethaliter sauciatis sanitatem, alienationem mentis curat. Subuenit humano destitutis auxilio. Suspensis, opem suam Virgo tribuit, à pœnis purgatorij abstrahit. Virtutibus exornat suos deuotos. A carcere inclusos amouet. Submersos pia Dei genitrix potenter eripuit. Infamatos sibi deuotos ab infamia liberat. Succurrit in periculis. Ipsam venerantes acceptat. Pro Salue Regina cantantibus exorat. Honorantes se virgo honorat. Mores malos in bonos mutat. Morituris de peccatis dat spem de venia, & gloria. Sibi laudes persoluentes benedicit. A malo præseruat futuro. Suos deuotione consolatur. Mortuos suscitat. Sine confessione suos deuotos mori non permittit. Peccatores saluat. Deuotos ad gloriam inuitat. Deniq; suos ad cœlestem gloriã Virgo deducit, vt patet in muliere, quæ centies Virginé salutabat in die. De quãpluribus B. Mariæ miraculis præfata excerpsi, quia impossibile reputo posse, quæ egit, quoad hoc ab aliquo hominum effari. Prefatis ergo pluribusq; aliis apparet magnitudo gratiæ, & misericordiæ B. Mariæ, præcipuè ex affectione, quam ipsa habet ad nos, plusquam aliquis angelorum. Ratio est, quia sumus de iure filii eius, vnde dixit Iesus in cruce pendẽs: Mulier ecce filius tuus. Nõ dixit iste est filius tuus, sed ecce, absolutè, quasi dicat, filiũ tuũ gratis pro genere humano obtulisti meliorem toto genere humano, ideò totum genus humanũ in filium hẽ meruisti, tùm quia sumus mẽbra corporis filii eius, tum quia propter nos est mater Dei effecta, & electa, tum quia ipsa caput generis nostri, tum etiam, quia plus ardet aliis charitate. Patet etiam magnitudo misericordiæ Mariæ, si cõsideretur cuius filij sit ipsa B. Maria mater, qui quoad gratiam est fons omnis gratiæ. Quoad gloriam est nostra beatitudo, quo ad meritum est, cuius merito meremur, quoad efficaciam est infinitæ virtutis, quoad clementiã, & misericordiã, est maior, quàm sit nostra iniquitas. Quoad passionem, & mortem est redemptio, & peccatorum liberatio, quoad resurrectionem est nostræ resurrectionis principium. Et quoad ascensionem est noster introduciter ad regnum. Quare carissimi omni se posita vecordia, accepta fiducia ad beatam Mariam curramus, quia ipsa est portus naufragantium, via errantium, salus omnium in se sperantiũ, nihil in ea est austerum, nihil terribile, tota dulcis, tota suauis, clemens est, & pia, quare ad ipsam securum habemus accessum in nostris oportunitatibus, & tribulationibus, sine mora subuenit vniuersis, mater est, nostra aduocata est, & interuentrix apud Deum. Quare igitur exoranda, ut nos apud filium commendet, eruat à malis, & ad vitam perducat æternam. Amen.

FRV-

FRVCTVS VNDECIMVS.

Fructus LXVI.

Maria inclinatur.

EXPOSITIO BREVIS.

CVM ſummè in præſenti degens Virgo Maria placuerit altiſſimo, non alicui in dubium debet verti ipſam incomparabiliter nunc placere, quare euidenter concluditur, à precibus ipſius aures nō abeſſe diuinas, ſed ipſas pro uoto, exaudire benignè.

EXPOSITIO MAIOR.

VERITATIS doctor, & magiſter Dominus Ieſus ſe legē ſoluere nō veniſſe, ſed implere aſſeruit: hinc eſt, ꝙ cū maternus honor, ſic dēt rependi à filio matri, vt eius omnib. mandatis pareat, in neceſſarijs ſubueniat, & quæ rationabiliter poſtulat pro poſſe exercere, & exhibere tenetur. Si ratione vtens præceptū naturæ, & legis obtēperare filius habeat matri, & Deus ipſi iuſtus, imò ipſa ſit iuſtitia, non diſformiter agit ad id, ꝙ iniungit: quare ipſi, qui oīum iura nouit, leges, ac creaturas condidit à iure naturæ, & legis ſuæ non deuians ſuę piiſſimæ matri in oībus ſe ſubiecit, hic degens, vt tunc, quàm bene placita matri in futuro eſſet acturus, obediētia exhibita in præſenti, oſtenderet. Qua in re ſi noſter Dñs, & Saluator in præſenti victitans, matris in oībus obediuit preceptis, non debet hoc nunc non compleri per ipſum in patria. Quod tàm reuerenter extitit operatū in via. Precibus ergo matris Mariæ, diuinas aures nullꝰ chriſticola dēt dubitare abeſſe. Quia. n. B. Maria fuit humilis, pauper à Deo prę cunctis amata, placens in oībus, iuſtiſſima, Dei voluntatem faciens, Dei ancilla, virtuoſiſſima, gratia plena, Deo dicata, & tradita, Dei honore ſollicita, mater Dei, Virgo puriſſima, Ieſu educatrix, & nutrix, Chriſti præcipua imitatrix, Deo coniuncta, diuinæ voluntati cōformis, filium habet Deum, ſanctiſſima, & plena miſericordia, & pietate. Iſtis de cauſis ex quo Deus alios acceptat, & exaudit, vt ſacra Scriptura teſtatur; et iſtis de cauſis in præſenti Ieſus voluntati per oīa paruit matri, quare, & nunc multo amplius, quia præfata cum ſint in ea, perfectius nunc, cum ſit beata, quā tunc. Nonne humilior eſt Maria nūc ſuper oēs exaltata, q̄ tunc? (Si ſic liceat loqui) aliter .n. in ſupremo gradu non ſtaret. Patet in Lucifero, qui in gradu alto ſtās, dum ſuperbiuit, ſtatim ruit. Deſpiciens oīa terrena, quia magis diuinis iuncta, ſic placentior, iuſtior, diuinæ voluntati conformior. Et ſic de præ- *Matt. 5.*

de præfatis. Quare maternitas Mariæ ad filium Dei. Humilitas ipsius super oēs, conformitas voluntatis super oīa ad Deū, dilectio perfectissima eius ad filium. Gradus, quo Maria superexaltatur, & sanctitas eius, ac pietas, & sic de alijs exigit, vt B. Maria à Deo in cunctis petitis exaudiatur. Precibus Esther rex Assuerus reuocauit damnata, concessit petita, ac gentem sublimauit Iudaicam. Salomon Reginæ alienigenæ, quæ postulauit, concessit, quæ optabat, exposuit, & dona plurima est largitus. Holofernes condescendit Iudith, vt in cōspectu illius gratiā inueniret. Mulier Thecuites corā Dauid fuit accepta, & exaudit Axam corā Caleb, & Ruth coram Booz. Quid igitur mirum si cunctorū Creator, & super oīa optimus precib. cōdescendat pijssimæ matris, vtriusq; sexus sanctis in petitis rationabiliter? Nunquam aures defuerunt diuinæ, sed Deus eos benignè exaudiuit. Sicut Abraham pro Ismahele, vt viueret, Isaac pro vxore sterili, Annā matrē Samuelis, vt filium haberet: Eliam in resuscitando filium viduæ, et ignem mittendo de cœlis, & sic de alijs. Ac ad preces sanctorū mira fecit: sicut ad preces Moysi signa egit in Ægypto, mare diuisit, panem de cœlo dedit, aquam petra emisit, Amalech prostrauit, Iosue solem stare in medio cœli fecit: ad preces Gedeonis ros in vellus, & arena descendit, Samsonis aquam de mola maxillæ asini produxit; Samuelis pluuia descendit, & mundauit Dauid pestilentia cessauit; Eliæ ignis sacrificium vorauit; Elisei Iordanem diuisit. Isaiæ, & Ezechiæ sol decem lineis retrocessit; Neemię aqua ignem emisit: Petri, & aliorum Apostolorum Spiritum S. dedit, & sic de alijs. Ad petitionem sanctorum, morbi, dæmones, bestiæ sæuæ, dracones, & oīa mira fiebant, & facta sunt. Non dubium, q̄ id, quod Deus in alijs fecit sanctis, multo fortius concedit Mariæ eam exaudiendo benignè, vt agat, & possit, quod sua gratissima, ac gratifica appetit voluntas, & in omnibus ei diuina bonitas obsecundet, & condescendat. Si Assuerus nō permisit antè se stare diu Esther inexauditā, et Salomon se obtulit liberaliter ad peragendum, quæ sua mater exPeteret, quid credendum est de Iesu respectu suę matris Mariæ? Quapropter sicut Deo B. Virgo Maria in præsenti posita placuit, nullū dubium verti debet plus non placere, cuius obedientiā carnem susceptit humanam. Quare euidenter concluditur à precib. eius, & volūtate aures non abesse diuinas, sed eas pro voto exaudire benignè, vt expositio breuis pro huius fructus expositione posita in principio dicit. Patet igitur ex dictis expositio huius fructus. Maria inclinatur. Ex quo Christianis documentum præbetur, vt ad Mariam, velut ad Dei matrē, in quocunq; casu, necessitate, vel infirmitate existant accedere debeāt in cunctanter, quia, & si Christus eius filius cœlum intrauit, vt appareat Dei vultui ad interpellandum pro nobis, & sit noster apud patrē aduocatus, Maria à Deo est ordinata, vt sit interuentrix Christianorum, Imperatrix

Esth. 6.
3. Re. 2.

peratrix gratiæ, veniæ, misericordiæ, indigentiæ, gaudii, & lætitiæ; nec precibus negabitur, pro quo supplicatur, quia, & si prauitas eius, pro quo petitur, non habeat vnde sibi concedi debeat, quod petit: merita Mariæ adeò sunt magna, vt eius misericordia, & bonitas nostram præcellant prauitatem, & malitiam. Ex dictis ergo apparet declaratio huius fructus. *Maria inclinatur*, &c.

FRVCTVS DVODECIMVS.

Fructus LXVII.

Maria cunctis imperat.

EXPOSITIO BREVIS.

SVPER spiritus cęlestes, & sanctos prærogatiua meritorum, gratię, & gloriæ sublimata Maria à Christo regũ rege Imperatrix cuncto rum effecta, quicquidlibet agit, & pręcipit, cuius imperio subsunt oĩa, Sanctique omnes, & angeli, suis obsecundant mandatis expresè.

EXPOSITIO MAIOR.

IMPERATOR cunctorũ, & excelsus Dñs noster Saluator in domo sua sic sancto iuxta merita dignatur præmiare, vt & si æqualitas inueniatur in sanctis patratis meritis, & operibus, locum, situm, gradum, & gloriam habeant æqualem in omnib. Hoc. n. exigit natura, vt simile simili iungatur, iustitiæ censura hoc vult, vt æqualiter merentes, æqualiter præmientur. Iustus ergo Dñs, qui iustitiam non spernit, sed diligit, qui dat vnicuiq; prout gessit similia operantib. similem dat beatitudinẽ, & dignitatẽ, & quia à dignitate obtenta homo, vt consuetudo demonstrat, nuncupatur pleriq;, vt à regia dignitate rex, ab Imperatoria, Imperator. Hinc est, quod cum sancti oẽs reges sint in regno cœlorum, & sanctæ, à scriptura censeantur reginæ, Christusq;, & mater Maria sanctos pręcellãt in cunctis. Vnde præmiantur, & suã assecuti gloriæ sunt dignitatẽ, aliquo excellentius nomine, & gradu debent merito insigniri, & decorari. Cum igitur nihil sit maius, vt consuetudo ostendit, & generalẽ præsidentiam declaret, q̃ monarchiæ dignitas, & fastigium imperiale, qđ authoritatem omnem amplectitur, regalem, & superexcedit, hoc ergo nomen imperatoris Christo merito debet attribui, & nomen impe ratrici suæ dignissimæ matri, vt sicut singulares præ cæteris fuerunt in merito, sic gradu, & speciali nomine, decorentur, & dotentur. Data est Christo omnis potestas in cœlo, & in terra, quare rex regum, & Dominus

minus dominantium censetur,& sic ueraciter imperator.Beata Maria hoc nomẽ imperatricis accepit,& sibi est cõieatum,quia, & præsidentiã hẽt à Christo super cũcta concessam,vt in cœlo peragat,in inferno, & terra,q̃ suæ placitum voluntati apparet.Nonne potestatẽ super oĩa creata tenet? Si ad eius inuocationẽ,& nomen cœlũ ridet,angeli iubilant,dæmones cõtremiscunt,maria sedãtur,elementa obediunt, solidãtur mẽbra, cedit infirmitas, aduersitas remouetur, carcer patet,ignis extinguit,aer sanat,aqua cõstringitur,terra dat fructũ,mortuꝰ surgit, morbus abscedit,peccator hẽt veniã,iustus grãm recipit,Deus exaudit & oĩa parẽt ad nutũ. Ideo Maria non solũ mundi regina,sed q̃ est excellẽtius imperatrix merito hẽt uocari.Nonne imperatoris mater, & vxor imperatrix vocatur,quare,& Maria mater,& sponsa regis, oĩum imperatoris,imperatrix,& generalis dña nuncupatur,in meritis,& aliis insensibilib.præsunt hoĩes,hominib.angeli,Maria angelis,& hominibus.Quare cum oĩum sit dña hoc excellenti nomine prænotatur. Esther cõiunctione cum rege Assuero regiũ diadema capiti eius est impositũ,& regina vocata,Maria super oẽs à vero Assuero sublimata, Deo vero totius regni diuinalis,q̃ est super oẽs, est corona gloriæ decorata. Quod.n.B.Maria sit cunctis prælata patere põt ex hoc,quod ei adoratio,quæ hiperdulia dr̃,debetur.Quapropter ab huius glorioſiſſimæ,& excellentiſſimæ imperatricis regno secludi velle nullatenus debemus & dominio,cuius voluntati per oĩa Christus condescendit,angeli obtemperant,dæmones (& si inuitè) in omnib.obediunt, ceteræque creaturæ,ut matri Dñi omnium deseruiunt.Si.n.mundi obsequẽtes imperatoribus,& regibus sublimantur,vt patet in Mardochæo,Ioseph,Ioanatha,& Simone Machabæis,in pueris,quib. Alexander magnus moriẽs regnum dimisit.Quid nos seruientes Christo vero regi, & imperatori summo,ac summæ imperatrici Mariæ? Laudemus ergo, & superexaltemus B.Mariam,& filium,reuerentiã exhibeamus,cultũ, & honorem.Ipsis .n. in præsenti debito seruientes obsequio à malis cunctis liberabimur,gratia,& Dei benedictione dotabimur,demũ ad ipsorũ perfectum obsequiũ in patria ducemur,& leuabimur.Sic ergo apparet declaratio huius fructus.Maria cunctis imperat,&c.

Esth.6. Gen.41. 1. Mac. 1.

Fructus lxviij.

FRVCTVS TERTIVSDECIMVS.

Maria iucundatur.

EXPOSITIO BREVIS.

RVINAE Angelicæ filium benedictum pariendo Maria restaurationem angelicam dr̃ inuenisse: & cum id sancti angeli summè optarẽt,tali à Virgine percepto beneficio alijsq; de causis iucũdãtur.

EXPO-

EXPOSITIO MAIOR.

IESV filij Dei viui Virgo Maria,& imperatrix cœli, & terræ,& si à cūctis veneretur creaturis, ac beneficijs collatis laudetur, præcipuæ tñ à beatis spiritibus tàm humanis, quàm angelicis in patria, vbi eius maior relucet gloria, & gratia, copiosius in omnes profluit,exaltatur. Omnes ergo eam ob beneficia, & sanctitatem ipsius, vt de iure tenentur, honorantes, & laudibus extollentes præ alijs sunt illi cœlestes spiritus in nouem ordinibus constituti,qui generali nomine angeli appellantur, hoc est, Dei nuncij. Hi siquidem tam Seraphin,Cherubin, throni, potestates, dominationes,principatus, virtutes, archangeli,quam angeli ipsam Dei genitricem dignè venerantur,& colunt,ac ipsa,& suis beneficijs eis impensis,ab ea gratificè iucundantur,singulari gaudio hi beati spiritus gaudent ob Mariam propter conformitatem specialiter ad ipsos in puritate. Cum.n.tam ex dono naturæ,quàm gratiæ angeli puritate niteant singulari,ac B.Maria maiori puritate,qua sub Deo nequeat intelligi resplenduerit,& quia conformitas societatem,& societas dilectionem angeli ob hoc à Maria magnā recipiunt iucunditatem. Deinde Maria cū ipsorum inimicum cōtriuerit,& hostem,scilicet, diabolum, qui ipsos ad sui perditionem conatus est trahere,summè de hoc lætantur,& gaudent. Et quia Virgo Maria oēs angelos gratia excedit,& gloria,& ipsi cum sint perfectè beati gaudeāt de maiori bono,vt decet,quare & de gloria B.Mariæ. Quam præ omnibus habendo, Deoq; intimior existendo diuinas percipit præ cæteris illuminationes,quas dum in mentes angelicas pro reseratione dirigit,eorum gaudiū multiplicat,& intendit. Quod quidem gaudiū angeli etiam percipiunt de peccatore conuerso iuxta dictū Christi,multiq; peccatores Virgine faciēte,& supplicante cōuertuntur ad Dñm, & hoc ad angelorum cedit gaudiū, & lætitiam. Lætanturq; insuper, cum nos custodiāt,& diligant nostrasq; preces Deo offerunt,quos,dū effectum sortiuntur,Virgo adiuuat, & gaudent angeli,quia obtinent, quod optant. Vlterius Virgo glorioſa in delatione animarū ad cœlos contra dæmones adiuuat,non sine lætitia ipsorum angelorum eas deferentium,& eo maximè,cum plerunq; ipsa pia Virgo cum eis delectē dat tā in vita,q̄ in morte, ad visitandum iustos à sanctis angelis præamatos,quo merito lætantur,& nostram salutem exoptāt charitate inflammati ad proximum,quos precibus Mariæ Deus ad nos iuuandū, conformandum, & liberandum dirigit. Summè pariter lætantur, qm̄ per Christum restaurata sunt oīa quæ in cœlis,quæ in terra,& consequenter ruina reparata angelica,pax inter Deū,& homines, angelos, & homines est patrata,& exultant, cum ipsum Christum angelo nun-

ciante concepit Maria, & genuit, de ipsaq; singulare gaudium possident,& tripudium. Nec non lætantur angeli, cum Christus Mariæ filius sit panis angelorum, & viatorum, quo vescitur, & nutritur quis eorum, regemq; angelorum admirantur, cum sit Dñs Iesus gaudent, & lætantur tum de eo, tum de genitrice eius Maria, cum sit ipsa dña angelorum, vt cantat Ecclesia, & eis conformis in gratia, & si eos excedat virtutibus, quia omnium ordinum officia ipsa hēt. Iucundātur ergo, & gaudēt angeli, quoad affatum coniunctum officiū, obsequiū, aspectum, iubilum, & consortium, sociaq; sit puritate, virtuositate, luciditate, atq; imperatrix sanctitate, dignitate, & sublimitate, vnde ipsam dignis, vt queunt, laudibus prosequūtur, & de B. Mariæ gloria singulariter iucundantur, vt præsens fructus declarat. Patet ergo expositio huius fructus, & consequenter, quod pro eius expositione in principio est breuiter annotatum, videlicet. Ruinæ angelicæ, &c.

Fructus LXIX.

FRVCTVS QVARTVSDECIMVS.

Maria gentes cœlibat.

EXPOSITIO BREVIS.

IMPERATRIX Maria potens, & uolens, tàm authoritate sibi tradita, quàm condescensione voluntatis diuinæ sibi obsequentes deuotè, qualiter, & quantum ei placuerit, in superis magnificis remunerat præmijs.

EXPOSITIO MAIOR.

EX præfatis in superioribus fructibus claruit patenter B. Mariam gratiarum, & munerum diuinorū repletam sic eam influere superis, vt nullatenus ea à nobis amoueat infimis, & miseris. Et quia naturaliter noster appetitus, & si sit ad malum, esse vitandum in præsenti, principaliter tamē esse dignoscitur ad obtinendum summum bonum pro futuro, cuius adeptione creatura rationalis efficitur beata. Quod utiq; bonum, etsi redemptoris nostri merito principaliter nobis donetur, tamen multoties tribuit sanctorum, & specialiter suæ pijssimæ genitricis. Maria ergo imperatrix cunctorum instituta à Christo tàm authoritate tradita, quàm condescensione ad nutum sibi uoluntatis diuinæ uolens, & potens est, sibi obsequentes, non solum ad regnum cœlorū deducere, sed qualiter, & quantum in donis valet, & vult, remunerare supernis gentes sibi

tes sibi deuotas cęlibat,& beatificat. Quod autem efficere valeat, & queat; hinc potest aduertere eius pius cultor, quod cum nostra beatitudo tàm essentialis, quàm accidentalis in persona filij Mariæ sit posita, hinc est, quod cum ipsum B. Maria cui voluerit,& quantum, potest ostendere,& monstrare: quare, & ſm suum beneplacitum gentes cęlibare. Condescendit. nàm cunctis filius matri, vtpotè in ipsum totaliter transformante,& per consequens cum ipso vnius volũtatis effectio, quare eius voluntate,& precibus suæ aures abesse nõ possunt, vt quidquid velit,& petit nõ obtineat. Vnde,& gloriam meritò cõferre suis potest deuotis. Filius eius cum sit cunctorum Saluator, quomodo non omnium debet, & potest optare salutem suæ matri deuotissimè obsequentium, etsi indignitas in talibus ob peccata inexistat supplere valent sua merita, quæ bonitate, & acceptatione omnem excedunt malitiam,& neq uitiam peccatorum, maiorq; sit eius misericordia, q̃ nostra nequitia, sic & suæ piissimæ matris Mariæ, quare,& Virginis Mariæ merito,& interuentu suppletur indignitas obsequẽtis. Maria insuper cum sit, misericordiæ mater, domina, fons, & regina delectatur misereri: etsi generaliter omnibus, specialiter tamen se ei commendantibus,& seruientibus. Liberalis est B. Maria, vtpote vniuersorum imperatrix,& regina. Grata etiã est sibi deuotè seruiẽtibus: quare, vt Deus nihil vult irremuneratum dimitti, subuenire vult Maria, vt pia,& põt, vt imperatrix,& in misericordia delectatur, vt iusta: nec est ingrata, sed tota liberalis. Obsequentib. ergo sibi deuotè non solum in præsenti bona largitur, sed eos i futuro cõducit ad patriã, ac eis summũ bonũ filium suum, videndum, fruendum tradit: ac ẽt quantum vult,& qualiter, deificis magnificat præmijs. Facta est B. Maria à Deo instituta,& ordinata, scala, porta,& ianua cęli, quare cui vult aperit,& cui vult claudit, vt sicut per eã ad nos salus aduenit cunctorum, sic per eam nõ solum ad gratiam, sed ad gloriam perueniamus Iesu Christi, qui est gaudium, beatitudo,& lætitia, omnium beatorum. Non diffidamus ergo, sed securè ad Virginem accedamus, quia, etsi imparitas,& indignitas in nostris consistat meritis,& operibus, siue ad veniam, siue ad gratiã obtinẽdam. Christus ipsius B Mariæ filius, quia soluit pro peccatis nostris precium, hęreditatem restituit, aperuit cœlum, suaq; sacratissima passio pro satisfactione sit sufficiens, omnium peccatorum supplebit, sua pietate,& Virginis matris, q̃ nostris deficit in meritis. Et nos tandem suis ad preces matris adiunget electis. Seruiamus ergo deuotè genitrici Dei Mariæ, vt sua prece, nos à peccatorum emundet fece, ac à peccato purgati, regnum intremus æternæ salutis, amen.

FRVCTVS QVINTVS DECIMVS.

Fructus LXX.

Maria inquiratur.

EXPOSITIO BREVIS.

OMNIBVS iàm antedictis pia meditatione pensatis in valle hac degentes miseriæ Mariam inquirere, expetere, & honorare debemus, vt suis freti meritis post huius vitæ cursum ad locum nos perpetuæ introducat salutis, amen.

EXPOSITIO MAIOR.

SVPERIORIBVS fructibus diligenter inspectis euidẽter apparet sacratissimæ Virginis Mariæ excellentia, magnificentia, sanctitas, & celsitudo, quoad virtutes, merita, gratiam, perfectionem, dignitatem, & gloriam. Nã ipsius excellentiam, & magnificentiam dignificam super omnes arguunt, & ostendunt ipsius Dei genitricis ab æterno ante alios prædestinatio, figuratio, declaratio per prophetas, originatio insignis, nunciatio per angelũ facta parentibus præseruatio eius ab omni labe, & eius sacræ nominis impositio. Gratiæ plenitudinem eius arguit ortus tot miraculis illustratus, gratulatio parẽtum ad templum conscensio, dimissio in eodem, suæ virginitatis Deo dicatio, desponsatio iusto mire facta. Perfectionem eius demonstrant, filij Dei in ea incarnatio, Ioãnis sanctificatio, Elisabeth Spiritu S. fœcundatio, Mariæ mentalis eleuatio, Dei filij sine sui corruptione edictio, legis obseruatio, in circunc isione filij præfiguratio, & ad tẽpli, cum Iesus esset duodecim annorũ perrectionẽ Christi præcipua imitatio, ac patientia in filij passione. Dignitatẽ, & reuerentiã, qua debet venerari ostendit, fidei in ea integra permansio; à Christo primò in resurrectione visitatio, mundi à sua vita illustratio, apostolorum ab ipso informatio, & Spiritus S. in ea visibilis descẽsio. Gloriã eius ostendunt euocatio per mortẽ, resurrectio: ad cœlũ deductio; super oẽs in gloria sublimatio, Deo coniunctio, irradiatio, & oĩum bonorum adeptio, & quietatio, & sic de alijs, vt est in superioribus præmissum. Et licet ex supradictis appareãt præfata, claret nihilominus ex prahabitis, quia misericordiæ suum sinũ aperit vniuersis ipsam piè inuocantib. Et quoad ipsam Dei genitricẽ nos miseri, & peccatores in cunctis recurrere debemus, & ad ipsam confugere inducit nos pater æternus, qui eã ab æterno præordinauit in matrẽ sui filii, in cuius conceptu gratiã super oẽs inuenit, quare & nunc ipsam gratam

præ

præ alijs habet. Deinde inducit nos filius, qui ipsam in matrẽ accepta uit, q̃ sicut matrẽ honorauit, & dilexit, quare ei nunc in oĩbus suis petitionibus condescendit. Pariter ét Spiritus S. inducit, qui eã sanctifi cauit, gratificauit, donis repleuit. Quare ipsam prę omnib. acceptat, & amat. Sacra ét scriptura, & eius figuræ ad hoc inducunt. Si. n. Absaló, mediãte Ioab, & muliere Thecuita reconciliatur Dauid; et Moyse re conciliatur populus; et Iob sui filij reconciliantur Deo; Iacob mediã te munere reconciliatur fratri suo Esau. Et sic de cõsimilibus, qũo nõ magis credendũ est, nos mediãte B. Maria Deo reconciliari? & in gratiã eius transire? Quæ in omnibus exauditur, vt superius est estensum. Inducit nos ét hostis noster diabolus, qui nunq̃ dormiens semper circuit, quærens quẽ deuoret. Cui non mille, sed innumeræ sunt ei ad nocendum artes, & quia consilium datur ad aliquẽ sanctorũ conuertendi, merito ergo hoste isto sęuissimo pensato ad B. Virginẽ est recurrendum, vt ipsa nos à suis eruat manibus, præseruet insidijs, & laqueis custodiat, q̃ ipsum diabolũ suppeditat, ostẽdit, & suos deuotos ab eius eripiat manibus. Ipsa. n. vt Iael Sisarã clauo percussit. Mulier Sichimitamola Abimelech occidit: Iudith Holofernis caput amputauit; sic ipsa diabolũ vicit, & superauit. Inducit ét nos mundus, in quo sumus, quia ab oĩbus bonis mundus est, & cunctis malis repletus, in quo quatuor venti continuè flãt, cupiditatis nẽpe & auaritiæ; fœditatis, & luxuriæ; vanitatis, & inconstãtiæ; timorositatis, & malitiæ. In quo non reperitur, nisi fraus, dolus, deceptio, & omne q̃ hẽt nos inficere, & inimicos Deo constituere, si ergo in hoc trãsire, ipsius laqueos ne teneamur, cupimus euitare, brachiũ huius Virginis inuocemus, vt impolluto calle, & laqueis solutis trãseamus. Caro ét nostra inducit vos ad hoc faciẽdũ, q̃ rebellis est spiritui, & eidem obstat in cunctis, & suis prauis affectionibus animã attrahit, & inficit, quare ad Virginẽ, q̃ illã subiecit, & in qua caro nullã vim cõtra spiritũ habuit recurrere debemus. Cuius exẽplo, & patrocinio, ipsã refrenemus, & sub rõnis iugo ponam⁹. Præterea inducit nos miseria humana, quæ quãta sit melius experiẽtia cognoscitur, q̃ lingua vocatur. Homo, inquit, natus de muliere repletur multis miserijs; imò nihil est homo nisi miseria. Quid. n. est homo, quoad materiã? sperma putridũ, fęx, & lim⁹. Si inspicimus eius potentia: infirmus sum, inquit, miser factus, & curuatus. Si sufficientiam: Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis. Si rerũ abundantiã: Pauper, & inops. Si patriã: Incola ego sum in terra. Si hostes: Multiplicati sunt, qui tribulãt me. Si pacẽ: Quæsiuimus pacẽ, & ecce turbatio. Si opus: Non est qui faciat honũ. Si intelligentiã: In tenebris, & vmbra mortis sedet. Si sanitatẽ: Infirmus sum, & in me non est substãtia. Si quietẽ: In laboribus à iuuentute mea. Si securitatẽ: Securis ad radicẽ posita est. Si locũ in quo manet: In valle miseriæ, & limo profundi.

2. Re. 14. *Exo. 33.* *Iob. 1.* *Gen. 1.*

Si pec-

Si peccatū,quo circundatur: Intrauerunt aquæ vsq; ad animā meā. Si adiutoriū parentum:Pater meus,& mater mea dereliquerūt me.Si de sideriū cœlestis patriæ: Oēs.n.quærunt,quæ sua sunt,non q̄ Iesu Christi.Si conuersationē:Cum scorpionibus habitat.Si continentiā:Omnis caro corrupit viā suā.Sic ergo homo quoad oīa miser,& miserabilis est.Quare ad Virginē,vt de miseria tali, & tāta nos liberet accedere debemus. Vita adhuc præsens ista inducit vos,quæ tota amaritudinibus,doloribus,anxietatibus,timoribus,periculis, falsitatibus,instabilitatibus,iniquitatibus,deceptionibus,tētationibus, vanitatibus,immunditijs,peccatorum spurcitiis,calamitatibus,erroribus, & finē ponēdo,oībus malis plena,& repleta est. Hāc ergo si cupimus abijcere, in hac tuti stare nostrū aspectū deuotè ad Mariā figamus;cuius patrocinio,& interuentione,sic transeamus per ista temporalia, vt non amittamus æterna.Inducunt nos ét sancti,qui ipsam inuocarunt,ipsius vestigia imitati sunt , ac ipsa mediante bonis omnibus repleti sunt,& gratijs.Vlterius patria cœlestis adhuc inducit, quæ sua gloria illustratur,sua gratia,& misericordia repletur,& fructu sui ventris cęlibatur, ad q̄ omnes accedunt,& ipsa mediāte,q̄ petunt,pro nobis,obtinent, ac eā colunt,honorant,& inuocāt,vt matrem,& imperatricem mūdi. Exempla ét aliorum,qui ipsam inuocauerunt, & suā misericordiā plenissimè perceperunt,vt dictum est supra fructu 75. Postremo inducit vos ipsius Mariæ conditio,& proprietas.Nonne Virgo Maria est sanctissima?vita exemplarissima? Deo acceptissima? gratissima,& misericordissima?Nonne Maria est,quæ Deum genuit,ipsum fecit hominē, vestiuit carne,aluit,nutriuit,fecit fratrē nostrū,proximum, & amicū? Nonne Maria est,quæ serpentis diaboli caput contriuit,& oēs eius nequitias superauit?malitias detexit,aduersitates repulit?Cuius precibus maiestas diuina inclinatur?Nonne Maria est portus naufragantiū, miserorum refugium,patria exulum,tutum peccatorum refugiū, via errantium,hostium virga,salus omnium in se sperātium, mater Dei, imperatrix mundi,regina cęli,dña angelorū,misericordiæ fons,& oīs gratiæ,veritate,& munere plena. Ad ipsam ergo accedamus,& securè recurramus in nostris necessitatibus, nec eius altitudo nos terreat, et ab accessu retrahat:quia si alta,benigna est,humilis,suauis,clemēs, pia,& sinū suæ gratiæ oībus aperit affluenter; cuius imperio subsunt omnia,& volūtate sua,vt sibi placet,suos prēmiare valet fideles. Dicit ergo fructus noster,Maria inquiratur, deprecetur, expetatur, vt sit apud filium nostra aduocata,adeamus cum fiducia, & dicamus cum deuoto Bernardo.O virgo,virga sublimis; ò verè cœlestis prelata,pretiosior cūctis,sanctior vniuersis;ò verè lignum vitę,quod dignum solum fuit fructum portare nostræ salutis, per te accessum habemus ad filium tuum,ò benedicta in ventris gratię,genitrix vitę,mater salutis,

per

per te,nos ſuſcipiat,qui per te nos redemit, excuſet apud ip ſum integritas tua,culpã corruptionis noſtrę, & humilitas Deo grata, noſtræ veniam impetret vanitati,copioſa charitas tua noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum,& fœcunditas glorioſa fœcunditatem nobis cõferat meritorum. Domina noſtra,mediatrix noſtra,aduocata noſtra,tuo filio nos reconcilia,tuo filio nos recommenda, tuo filio nos præſenta.Fac ò benedicta per gratiam,quam inueniſti, per prærogatiuam,quam meruiſti,per miſericordiam quam peperiſti,vt qui te mediante dignatus eſt fieri particeps noſtræ infirmitatis, & miſerię,te quoque intercedente,nos particeps faciat glorię,& beatitudinis ſuæ, quę cum ipſo beata, & laudabilis permanes in ſęcula ſęculorum, Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA